762. 40. H. 17

282.10.H.25

ANTONII
CLARI SYLVII ADVOCATI,
in ſuprema Curia Pariſienſi,
COMMENTARIVS
AD LEGES TAM REGIAS, QVAM XII. TABVLARVM MORES, ET Canones, Romani iuris antiqui.

IN QVO EXPLICANTVR EORVM AVCTORES, ET TEMPORA, CAVSÆ ET RATIONES, QVÆ AD arcana paganæ Theologiæ myſteria pertinent, & ad alias partes iuris, tam publici quam priuati, inde reſultantes.

Subiecta ſunt vnicuique capiti pronuntiata quæ paucis reſoluunt quod in Commentario fuſius tractatur.

Conſecratus ex voto viro Ampliſſimo IACOBO GVESLÆO *Procuratori Generali Regis Galliarum, in ſupremo Senatu Pariſienſi.*

Additi ſunt ab auctore duo Indices, vnus Capitum, alter vberrimus verborum & ſententiarum quæ in toto opere continentur.





PARISIIS,
Apud MARCVM ORRY, via Iacobæa ſub ſigno Leonis Salientis.
M. DCIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

AMPLISSIMO
ET ORNATISSIMO VIRO,
IACOBO GVESLÆO, GALLIARVM
Regis Procuratori Generali, in ſu-
premo ſenatu Pariſienſi.

ANTONIVS CLARVS SYLVIVS,
S. P. D.

IVRIS VNIVERSI ſcientiam vt a genuino fonte deduxi (vir ampliſſime) nimirum à religione, quæ certis legibus, humano iudicio conditis eſt conſtituta cui ſemper in ſingulis, & in omnibus primas antiqui tribuerunt : vnde Virgilius.

Imprimis venerare deos.

Quum ab ipſo Deo tamquam vero principio auſpicanda eſſet, inde contigit, vt inter innumeras errorum vertigines fluctuarent & agitarentur & quæcumque alia magis quam ſuum opificem adorarent, & maxime cœleſtia corpora propter excellentiam lucis, & altitudinem ſitus. Ideo Philo Iudæus in libro de opificio mundi : ait cœlum quarto tantum die luminibus ornatum fuiſſe, poſt terram ſuis fructibus, plantis, & arboribus exornatam, præſciens hominem po-

tius imaginibus quam veritati addictum iri, & adoraturum has faces iiſque attributurum cauſam creationis. Verum Deus hoc ordine demonſtrare voluit, hunc errorem ſuſtineri non poſſe, cum poſt terram hæc lucida corpora compoſuerit. Sed Philo minus impiam ſuperſtitionem arguit. Nam eouſque prouecta eſt vt & terram ipſam & quicquid creatum, imo & animo conceptum colerent, mouente & imperante tenebrarum principe, cuius auſpiciis leges tam caute poſuerunt vt vix ab admiratione temperari poſſet niſi lumen euangelij fulgore ſuo verſutiarum iſtarum aciem obtunderet. In his eſt vna pars iuris publici: altera in legibus quæ pertinent ad notas Maieſtatis & imperij, quæ in ſecundo libro huius operis tractabuntur. Poſtrema ad ſingulos pertinet, de qua in tertio. In hoc totius operis fundamento in quo initia ſunt auguſtiſſima conſtitui clariſſimi tui nominis characterem præſcribere, vt quaſi numen eſſet tutelare quod hinc ab inuidis & inimicis euocari non patiar. Itaque quæ in hæc ciuilis prudentiæ principia, è iuris adyto deprompſi deponam in templo Gallicæ Themidos cuius inuiolatam tutelam pater tuus ante ſuſceperat. Tu vero paternum ſanguinem non ementiris, ſed virtutes hereditarias tanta contentione virium excolis, vt non acceptæ, ſed diuinitus inſinuatæ tibi videantur. Hinc ſpero meis ſcriptis non parum lucis acceſſurum: in quibus ſi quidpiam à veritate aut ratione alienum deprehendatur veniam non imploro qui potui culpam euitare. *Nam quæſita defenſio fatetur imbecillitatem, & incongruens patrocinium, non purgat errorem,* (inquit Claudianus Mamertus:) Hæc te iudice tamquam. Ερμοῦ λογίου diſceptentur vt ſi a[illegible]

na à Muſis a te ſtatuantur, aut proiicias vt aquila ſole arbitro eiurat caligantem partum ὡς νόθου γονῆς ἀλλοτριούμενον βασανίσαι, aut tamquam Rhenus obruas qui liberos adulterinos ſuis vorticibus inuoluit velut vltor violati matrimonij vt Iulianus auctor eſt in epiſtolis de quo ſic Claudianus.

Et quos naſcentes explorat gurgite Rhenus.

Sic partum meæ orationis explores: καὶ κατὰ τὴν χρυσόπολιν πόαν, ἢ τὴν Λυδίαν λίθον τὴν βάσανον καὶ πῦρ τὸ δοκιμαστήριον ὥσπερ οἱ χρυσογνώμονες, vt ait Ioãnes Tzetzes in Heſiodum. Nullum deprecor periculum ſeu experimentum in hac cauſa, nec ſi fiat Chryſopoli herba quæ purum aurum foliis excipit & eodem quo aurum colore imbuitur, at impurum ſeu adulterinum reſpuit: vel lapide Lydio vel igne, quo aurifices arguunt auri naturam, aut libra Critolai qua laboris mei, fidem expendas. Melius quam illis omnibus ingenij tui ſolertia & mentis admiranda ſagacitate, ſcriptorum meorum natura probabitur. Vale. Lutetiæ: Kalendis Ianuarij anno ſupra mileſimum ſexcenteſinum tertio.

ANTONIVS CLARVS SYLVIUS
LECTORI S.

QVI caput animantis alicuius ita pingit vt nihil quicquam poſſit deſiderari ad exprimendam in hac parte veritatis imaginem, licet opus ex defectu cæterarum partium minus abſolutum videatur: eſt tamen in ſe. Nec poteſt artifex accuſari, qui ſuæ manus excellentiam non magnitudine ſubiecti, ſed perfectione artis expendit. Hic tibi pinxi (ſtudioſe lector) principia iuris publici, in quibus veterum ritus, mores, & cærimonias ad colendos deos inſtitutas tamquam in tabula perſpicere poteris, earumque cauſas, modos & rationes: tum caſus, mutationes, corruptiones, & finem. Ad alia pergenti hæc non ſufficient ſed (vt ille ait)

Eſt quodam prodire tenus.

Et maxime quod cuiuſque rei initium ſit pars potiſſima: idque hic apparebit vbi capita rerum quæ in iure diuino conſiſtunt à reliquis partibus, in quibus humana negotia diſceptantur, & diſtingui debent & poſſunt facile ſeparari: quamquam in hoc ſtudio ita connexæ ſint, vt vna alteram ad ſe trahere videatur. Sed hoc etiam in hoc vniuerſo locum habet; licet conſtet partibus, quæ in ſe totius habent rationem, & à ſe inuicem interna proprietate differant. Sic igitur accipe præſentem laborem, vt tibi ſeparatim conducturum, tamquam Symbolum futuri & iam inchoati ſi mihi Deus (cui ſoli mea omnia accepta refero) vitæ terminum huc vſque producat, quo poſſim plene deſideriis omnium ſatisfacere. Non te morentur ſi qua occurrant obſcuriora: nam ex ſequentibus eluceſcent aut in capite axiomatum clarius explicabuntur. Axiomata hæc ſi videantur prolixiora ne ſuccenſeas: quia quod intereſt, ad alias partes accommodabitur in quibus non iterabitur gratia breuitatis: quod ſi quid deeſt, in alia capita reiicietur. Hoc enim apud me conſtitui, id tantum exponere, quod plenam interpretationem complectatur. In commentario autem, ſi quæ quæſtiones conc

tractentur, exiſtimatio me ea ſolum adduxiſſe, quæ legis explicationem implent: cætera in capita conuenientia reſeruaſſe. Quod ſi quædam extra ſenſum legis appareant: ea interpoſui, quæ omiſſa aliis non poſſent apte reſtitui, ſunt tamen vtilia ad rerum quæ in eo capite continentur conſequentias: imo etiam neceſſaria. Hoc vnum fortaſſe quæres cur hunc librum ſingularem vocaui, quum ſit vnus ex pluribus. Me huc adegit, librarij prouida curioſitas: quia exiſtimauit minus venalem fore ſi Primus inſcriberetur. Nam propter ſequentium librorum expectationem, multos non empturos ſuſpicatus eſt, niſi corpus totum perfectum fuerit. Sed ex præcedentibus patet ſolum hunc ſeparatim profuturum. Neque vero eius ſum ætatis (quippe qui nondum clauſerim annum triceſimum nonum) vt à me opus tam diuturni laboris & tanti animi debeat exigi: tum eo præſertim, quod adoleſcentiæ meæ temporum, ab anno octageſimo quinto vſque ad nonageſimum ſecundum, pars armis ferendis exhauſta ſit (quibus me & pietatis officium erga reges meos, & inde lapſa neceſſitas propriæ ſalutis obligauerat: quum defuncto patre crudo adhuc orbitatis uulnere, cum matre Lares proprios fugerim, cum fratre & ſorore minoribus: multoties recordatus quod Tragice ait Tragœdus.

Perdere eſt patriam graue, grauius timere.

Partim vero grauiſſimis morbis interciſa ſtudia moram traxere, quo minus Reip. inſolidum ſoluerem, quod ex voto bona fide concepto, ei præſtare deſtinaueram. habes illius ſolidum argumentum in præfatione quæ non his tantum principiis ſed etiam ſequentibus libris præſcripta eſt. Eſt enim diffuſa per omnia membra iuris vniuerſi tamquam ſanguis à ſuo fonte diffluens in omnes venas. Itaque non te moueat ipſius difficultas, ſi nondum ſis Themidos ſacris initiatus: multa enim tibi occurrent obſcura quæ facilima reddentur ex aliis quæ tam hic conſtituuntur, quam quæ in ſecundo & tertio libro iam parata præſtabuntur. Solus fere reſtat in mundum deſcribendi labor, mihi admodum grauis: & vltima manus in animaduertendo ſi quid ſuperfluum aut inconditum inueniatur. Sic expenſo & examinato fructu laborum meorum id obſeruandum duxi, vt (quod ille ait.)

Nonumque prematur in annum.

Curabo ne quid deſit aut abundet, ad perfectam huius diſciplinæ cognitionem, & felici compendio & principiis non fluctuantibus conſequendam. Forſitan addubitabis cur non tantum in leges ſcripſerim, ſed etiam mores, & canones. Verum imperfecta eſt de-

monſtratio , quæ ducta eſt ex imperfecto principio. Ars boni & æqui non tantum verſatur circa leges , ſed etiam circa cæteras partes quibus vis quoque legis attribuitur imo etiam ſunt leges. Hic oſtenditur quæ proprie ſint leges ſuis in capitibus : qui mores : qui Canones : ne quid indiſcuſſum relinquatur , & vt opus reſpondeat titulo ſuo principali , qui minus in fronte præ ſe fert quam habet in receſſu. Oculata fides veritati teſtimonium perhibebit : qua fretus nihil facio quicquid liuor Sophiſtarum in me poſſit effundere : ſunt enim : χαλάζῃ ἐν τέλματι βάλλεσθαι τὸν ὕδρον οὐχ ὁρῶντες vt ait Dion Chryſoſtomus. in oratione περὶ ἀρετῆς. Si quid in vna litera , vel Syllaba vel accentu Græcarum dictionum vel ſpiritu deprehendas erratum , meum non eſt ſed Typographorum à quorum incuria & importuna ignorantia mihi præcauere non potui. In poſterum tamen experientia doctus ne quid tale accidat prouidebo.

Bene Vale.

INDEX

INDEX CAPITVM QVÆ IN PRÆFATIONE CONTINENTVR.

QVID ſit, lex in genere. 1. Caput 1.
Quid ſit, lex in ſpecie. 12. Cap.2.
Antiquæ leges Romanorum. 33. Cap.3.

INDEX CAPITVM QVÆ IN TOTO HOC OPERE CONTINENTVR.

Caput 1.

AD diuos adeunto caſte : pietatem adhibento : opes amouento : qui ſecus faxit Deus ipſe vindex eſit. 35. Cap.2.

Separatim nemo habeſſit deos, neue nouos, ſed ne aduenas ; niſi publice aſcitos, priuatim colunto. 42. Caput 3.

Conſtructa à Patribus Delubra, in vrbibus habento : Lucos in Agris & Larum ſedes : ritus familiæ patrumque ſeruanto. 50. Cap.4.

Diuos & ollos qui cœleſtes ſemper habiti, colunto : & ollos quos endocœlo merita vocauerunt, Herculem, Liberum, Aſculapium, Caſtorem, Pollucem, Quirinum : Aſt olla propter quæ datur homini aſcenſus in cœlum mentem, pietatem, virtutem, fidem, earumque laudum Delubra ſunto : nec vlla vitiorum ſacra ſolennia obeunto. 65. Cap.5.

Feriis iurgia amouento, eaſque in famulis, operibus patratis habento, itáque vt cadat in annuis amfractibus, deſcriptum eſto. Certaſque fruge: certaſque baccas, Sacerdotes publicè Libanto : hoc certis ſacrificiis ac Diebus. Itemque ad illos Dies vbertatem lactis fœturæque ſeruanto, idque ne committi poſſit, ad eam rem, & rationem curſus annuos, ſacerdotes finiunto. 76. Cap.6.

Quæ quoique Diuo, decoræ grataeque ſint hoſtiæ prouidento. 90. Caput 7.

Diuiſque aliis, alij Sacerdotes : omnibus Pontifices : ſingulis flamines ſunto. 104. Cap.8.

Virgines veſtales, in vrbe cuſtodiunto ignem foci publici ſempiternum : quoque & priuatim, & publice, modo rituque fiat diſcunto ignari à publicis Sacerdotibus 110. Cap.9.

Eorum autem duo genera ſunto : vnum quod præſit cærimoniis, & ſacris : alterum quod interpretetur fatidicorum & vatum effata incognita, quum ſenatus, populuſque aſciuerit. 121. Cap.10.

Interpretes Iouis optimi maximi Publici augures, ſignis, & auſpiciis,

é

poſtera vidēto:diſciplinā tenento:Sacerdotes vineta,virgetaque,& ſalutē populi augurāto:quique agent rem Duelli,quique popularē,auſpiciū rræmonento : Diuorum iras prouidento, eiſque parento : cœli fulgura, pegionibus ratis temperanto : vrbem, & agros, & templa,liberata,& effata habento : quæque augur, iniuſta, neſaſta, vitioſa, dira, defixerit, irrita infectaque ſunto : quique non paruerit, Capital. eſto.146. Cap.11.

Prodigia, portenta, ad Hetruſcos, & Haruſpices, ſi Senatus iuſſerit deferunto : Hetruriæque principes diſciplinam tenento : quibus Diuis creuerint procuranto : iidem fulgura, & obſtita pianto. 219. Cap.12.

Fœderum, pacis, Belli, induciarum, oratores, feciales, iudices ſunto: Bella diſceptanto. 258. Cap.13.

Nocturna mulierum ſacrificia ne ſunto : præter olla quæ pro populo rite fiant : neue initianto, niſi vt aſſolet Cæteri Græco ſacro. 279. Cap. 14.

Sacrum commiſſum, quod neque expiari poterit, impie commiſſum eſto : quod expiari poterit, publici Sacerdotes expianto. 374. Cap.15.

Ludis Publicis, quod ſine curriculo & ſine certatione corporum fiat, popularem lætitiam in cantu, & fidibus, & tibiis moderanto : eamque cum Diuum honore iungunto. 385. Cap.16.

Ex Patriis ritibus optima colunto. 417. Cap.17.

Præter Idææ matris famulos, eoſque iuſtis Diebus, nequis ſtipem cogito. 420. Cap.18.

Sacrum, Sacroue, commendatum qui clepſerit, rapſeritque parricida eſto. 433. Cap.19.

Inceſtum Pontifices ſupremo ſupplicio ſanciunto. 447. Cap.20.

Sancte vota reddunto : Pœna violati iuris eſto. 452. Cap.21.

Sacra Priuata, perpetua manento. 467. Cap.22.

Deorum Manium Iura ſancta ſunto : hos letho datos, Diuos habento: ſumptum in ollos, luctumque minuunto. 481. Cap.23.

Hominem mortuum in vrbe ne ſepelito, neue vrito. 501. Cap.24.

Mulieres genas ne radunto, neue leſſum, funeris ergo habento. 557. Cap.25.

Vni plura funera ne fiant, neue lecti plures inferantur. 568. Cap.26.

ODE SVR LE LIVRE DE M^r. ANTOINE LE CLERC ADVOCAT EN PARLEMENT SIEVR DE LA FOREST.

STROPHE.

TOVTE onde qui à ſource,
En fin va s'abiſmer
D'vne gliſſante courſe
Es gouffres de la mer:
Mer qui point ne s'augmente
Mais d'vn egal compas
S'en va touſiours flotante
Ny plus haut, ny plus bas:
Phœbus touſiours eſpuiſe
Par le chaud de ſes rays
Son onde, mais ſa priſe
N'apetiſſe iamais
De ſa grand' profondeur
La profonde aulteur.

ANTISTROPHE.

Ainſi (ame diuine)
De ton chef ſurhumain
Enfantant la doctrine
Comme vn ſecond Jupin
Du Thule iuſqu'au gange
Ton los ſera vanté
Los que nulle loüange
Ne rendra augmenté:
Et onques la dent noire
De l'enuie au cœur bas
Ne brunira ta gloire
Qui trompant ton treſpas
T'affranchira en fin
De la loy du deſtin

EPODE.

La loüange mondaine
N'acroiſtra ton renom
Et l'enuie inhumaine
L'enuie qui forcene
Ne ternira ton nom.
Mais la viue memoyre
De ton los glorieux
Sur l'aiſle de la gloire
Te guindera aux cieux
Cieux ou comme vne Eſtoille
Tu luiras quelque iour
Ayant briſé le voile
Qui cache en ce ſeiour
Ton ame, vne eſtincelle
De la flame eternelle.

ACHILLES DE HARLAY
ABBE' DE VILLELOING.

EXTRAICT DV PRIVILEGE.

HENRY PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE. A noz Amez & Feaux Conſeillers les Gens, tenans noz Cours de Parlement Preuoſt de Paris Baillys d'Orleans, Sens, Bourges, Rouen, Troyes, Dijon, Seneſchaux de Lyon, Toulouze, Guyenne, Poictou, Anjou, le Mayne, Nantes, Rennes, Gouuerneurs de Montpellier, & la Rochelle, ou leurs Lieutenans, & chacun ſy comme il appartiendra ſalut. Noſtre bien amé Marc Orry, marchant Libraire bourgeois de Paris, Nous à faict remonſtrer qu'il a recouuert vng liure intitulé. *Commentarius in leges, mores & canones, iuris antiqui Romani Antoni Clari Syluij, Aduocati in ſupremo Curia Pariſienſi.* Lequel liure le dit ſuppliant deſireroit volontiers imprimer, & mettre en lumiere & ſe conſtituer en fraiz & deſpences neceſſaires à cette fin. Mais il craint qu'autres Imprimeurs & Libraires, le vouſiſſent Imprimer, & vendre, & fruſtrer par la le ſuppliant, de ſon labeur & luy oſter le moyen de ſe pouuoir rembourſer de ſeſdits frais & deſpences. Sans auoir ſur ce noz lettres neceſſaires humblement requerant icelles. A quoy inclinant liberallement & deſirant luy pouruoir, en cet endroit Luy auons de grace ſpecialle plaine puiſſance & auctorité Royalle Permis accordé & octroyé Permettons accordons, & octroyons par ces preſentes, voulons & nous plaiſt, Qu'il puiſſe & luy ſoit loiſible. Imprimer & mettre en lumiere & vendre ledict liure & ce pour le temps & terme de ſix ans à compter du iour & datte de l'Impreſſion d'icelluy liure dont mention ſera faicte à la fin ou commencement dudict liure, aueq vn extraict des preſentes que nous voulons en ce cas eſtre tenues pour bien & deuement notifiées publiées & ſignifiées à tous qu'il appartiendra à ce qu'aucun n'en pretende cauſe d'ignorance. Leur faiſant tres-expreſſes inhibitions & deffences d'Imprimer ne vendre pendant ledict temps, ledict liure, A peine de confiſcation deſdits liures qui ſe trouueroient eſtre imprimez par d'autres que ledict ſuppliant ou par ſa permiſſion, de tous deſpens dommages & intereſts, & d'amande arbitraire. Si vous mandons, & à chacun de vous commettons & enioignons par ces preſentes. Que de noz preſentes graces congé permiſſion & contenu cy deſſus. Vous faites iouir & vſer plainement & paiſiblement ledict ſuppliant, Ceſſant & faiſant ceſſer tous troubles, & empeſchements, au contraire. Car tel eſt noſtre plaiſir. Nonobſtant quelconques lettres à ce contraires. A quoy nous auons derogé & derogeons par ces preſentes. Donné à Paris Le 19. iour de Iuillet, L'an de Grace mil ſix cens deux, & de noſtre regne le treizieſme.

PAR LE ROY,

EN SON CONSEIL.

VERDIN.

ANT.

IN LIBRVM CLARI,

OPVS EDITVM NVNTIATVM EST, CVI IN lucem prodeunti εἰλεί?γμα, placare non iniuſſu tuo parabamus. Nec ideo minus vota, ſpéſque de ipſo conceptas ad te mittimus, ea ſi ſera accedunt, at tu, ne irrita fiant, tua virtute perfeciſti: Vtcumque obſequij, officijque erga te noſtri munus ſeruabis. Vale.

GALLORVM accenſis collucens ignibus olim
Ardet, & in cineres inclyta Roma ruit.
Illa quidem Gallos conata laceſſere flammâ
Vſta perit iuſtâ, ſed tamen vſta perit.
Priſcorúmque ſimul pereunt arbitria regum,
Cum Serui cenſu, tot monimenta Numæ:
Bis quoque lex ſenis tabulis affixa, decemuir
Quam tulit, in medio conſtituítque foro.
Relliquias, ſed enim Foreſius, atque fauillam,
Iam gelidam doctâ ſuſcitat ecce manu.
Aſpicis vt ſubitò clareſcunt omnia circum
Sponte ſuâ, & tremulas dat cinis ipſe faces.
Splendicat igne nouo noua Roma facta vetuſtas,
Quæ latuêre prius, iura retecta patent.
Sed face Clare tuâ majoribus omnia ſurgunt
Foreſi, auſpiciis, iámque ruiſſe iuuat.
Armatâ melior quàm Pallade Pallas inermis,
Hæc ſtruit, illa eadem diruit igne pari.
Aſpice quàm breuibus cartis Foreſius ingens,
Struxit opus, quantum ſurgit ad aſtra decus?
Vade age rumpe liber fœlix, tibi ſecula cedunt,
Rumpe moras: hominum te manus omnis amat.
Paſce oculos orbis, genius tibi dexter, Apollo
Candidus illuxit, ſidera cuncta fauent.
Et geminâ vernant frondes ex arbore, lauros
Auctor habet, cedros poſcit habere liber.

V. C. D. Foreſio Ioannes HEVDON S.

EXTRAICT DV PRIVILEGE.

HENRY PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE. A noz Amez & Feaux Conſeillers les Gens, tenans noz Cours de Parlement Preuoſt de Paris Baillys d'Orleans, Sens, Bourges, Rouen, Troyes, Dijon, Seneſchaux de Lyon, Toulouze, Guyenne, Poictou, Anjou, le Mayne, Nantes, Rennes, Gouuerneurs de Montpellier, & la Rochelle, ou leurs Lieutenans, & chacun ſy comme il appartiendra ſalut. Noſtre bien amé Marc Orry, marchant Libraire bourgeois de Paris, Nous à faict remonſtrer qu'il a recouuert vng liure intitulé. *Commentarius in leges, mores & canones, iuris antiqui Romani Antoni Clari Syluij, Aduocati in ſuprema Curia Pariſienſi.* Lequel liure le dit ſuppliant deſireroit volontiers Imprimer, & mettre en lumiere & ſe conſtituer en fraiz & deſpences neceſſaires à cette fin. Mais il craint qu'autres Imprimeurs & Libraires, le vouſſiſſent Imprimer, & vendre, & fruſtrer par la le ſuppliant, de ſon labeur & luy oſter le moyen de ſe pouuoir rembourſer de ſeſdits frais & deſpences. Sans auoir ſur ce noz lettres neceſſaires humblement requerant icelles. A quoy inclinant liberallement & deſirant luy pouruoir, en cet endroit. Luy auons de grace ſpecialle plaine puiſſance & auctorité Royalle Permis accordé & octroyé Permettons accordons, & octroyons par ces preſentes, voulons & nous plaiſt, Qu'il puiſſe & luy ſoit loiſible. Imprimer & mettre en lumiere & vente ledict liure & ce pour le temps & terme de ſix ans à compter du iour & datte de l'Impreſſion d'icelluy liure dont mention ſera faicte à la fin ou commencement dudict liure, aueq vn extraict des preſentes que nous voulons en ce cas eſtre tenues pour bien & deuement notifiées publiees & ſignifiees à tous qu'il appartiendra à ce qu'aucun n'en pretende cauſe d'ignorance. Leur faiſant treſexpreſſes inhibitions & deffences d'Imprimer ne vendre pendant ledict temps, ledict liure, A peine de confiſcation deſdits liures qui ſe trouueroient eſtre imprimez par d'autres que ledict ſuppliant ou par ſa permiſſion, de tous deſpens dommages & intereſts, & d'amande arbitraire. Si vous mandons, & à chacun de vous commettons & enioignons par ces preſentes. Que de noz preſentes graces congé permiſſion & contenu cy deſſus. Vous facies iouir & vſer plainement & paiſiblement ledict ſuppliant, Ceſſant & faiſant ceſſer tous troubles, & empeſchements au contraire. Car tel eſt noſtre plaiſir. Nonobſtant quelconques lettres à ce contraires. A quoy nous auons derogé & derogeons par ces preſentes. Donné à Paris Le 19. iour de Iuillet, L'an de Grace mil ſix cens deux, & de noſtre regne le treizieſme.

PAR LE ROY,

EN SON CONSEIL.

VERDIN.

ANT.

IN LIBRVM CLARI.

OPVS EDITVM NVNTIATVM EST, CVI IN lucem prodeunti εἰλείθυιαι, placare non iniuſſu tuo parabamus. Nec ideo minus vota, ſpéſque de ipſo conceptas ad te mittimus, ea ſi ſera accedunt, at tu, ne irrita fiant, tua virtute perfeciſti: Vtcumque obſequij, officijque erga te noſtri munus ſeruabis. Vale.

GALLORVM accenſis collucens ignibus olim
Ardet, & in cineres inclyta Roma ruit.
Illa quidem Gallos conata laceſſere flammâ
Vſta perit iuſtâ, ſed tamen vſta perit.
Priſcorúmque ſimul pereunt arbitria regum,
Cum Serui cenſu, tot monimenta Numæ:
Bis quoque lex ſenis tabulis affixa, decemuir
Quam tulit, in medio conſtituítque foro.
Relliquias, ſed enim Foreſius, atque fauillam,
Iam gelidam doctâ ſuſcitat ecce manu.
Aſpicis vt ſubitò clareſcunt omnia circum
Sponte ſuâ, & tremulas dat cinis ipſe faces.
Splendicat igne nouo noua Romæ facta vetuſtas,
Quæ latuére prius, iura retecta patent.
Sed face Clare tuâ majoribus omnia ſurgunt
Foreſi, auſpiciis, iámque ruiſſe iuuat.
Armatâ melior quàm Pallade Pallas inermis,
Hæc ſtruit, illa eadem diruit igne pari.
Aſpice quàm breuibus cartis Foreſius ingens,
Struxit opus, quantum ſurgit ad aſtra decus?
Vade age rumpe liber fœlix, tibi ſecula cedunt,
Rumpe moras: hominum te manus omnis amat.
Paſce oculos orbis, genius tibi dexter, Apollo
Candidus illuxit, ſidera cuncta fauent.
Et geminâ vernant frondes ex arbore, lauros
Auctor habet, cedros poſcit habere liber.

V. C. D. Foreſio Ioannes HEVDON S.

IN LIBRVM SINGVLAREM CLARI.

EPIGRAMMA.

ÆNeadum leges infauſta ſorte iacentes
Lugebat fatis occubuiſſe Themis,
Et lugeret adhuc niſi Gallica muſa, Mineruæ,
Relliquiis animam conſeruiſſet ope.
Sic legum Romana Phalanx ex puluere ſurgit
Armata : at gladio pars meliore cadit
Pars rediuiua manet quia verum amplexa, nec inter
Vmbras, lux vitæ vulnera mortis habet.

A. L.

ANTONII CLARI SYLVII ADVOCATI IN SVPREMA CVRIA Pariſienſi commentariorum in librum ſingularem legum, morum, & Canonum Romani Iuris antiqui

PRÆFATIO.

Quid ſit lex in genere.

CAPVT I.

DE LEGIBVS tractare inſtituenti, prius expendendum eſt, quid ſit lex. Huius ſubiectum, eſt iuſtum generale: quod habet duas ſpecies, videlicet æquum bonumque quod Græci ἐπιεικές vocant; & iuſtum ſpeciale, cuius duæ ſunt partes, quarum vna ſcripto conſtat, altera non ſcripto l. ius ciuile §. vlt. ff. de iuſtit. His ita poſitis venio ad legem generalem, quæ ita definiri poteſt regula æqui bonſque, & iuſti vniuerſaliter iubens ea quæ facienda ſunt, prohibénſque contraria. Lex enim Dei vel naturæ, regula eſt æqui bonique qua omnes gentes vtuntur, ideóque Iuſgentium dicitur: cui ſi iuſtum ſpeciale addideris, deſcendes in ius ciuile, quod lege ſcripta continetur, aut more, qui legem ſcriptam imitatur, atque eiuſdem eſt auctoritatis L. de quibus ff. de legib. Ius autem gentium duobus modis conſideratur, primo vt omni homini commune eſt, quo caſu ſeparatur, à iure ciuili & eius reſpectu, ius ciuile etiam generale ſeu commune ſeu mixtum, dicitur ſpeciale vt hic: aut ſumitur vt pars quædam iuris ciuilis, quo caſu ius ciuile, dicitur generale, ad differentiam iuris ſpecialis quod à Iuregentium omnino recedit. Vtraque ſignificatio iuris ciuilis traditur in l. ius ciuile ff. de iuſtit. vbi *ius ciuile eſt quod nec in totum a naturali recedit, nec per omnia ei ſeruit*: & in hoc deſcribitur ius ciuile generale quod pro parte ſeruit iuri naturali: tum ſequitur. *Itaque quum aliquid addimus, vel detrahimus iuri communi, ius proprium, id eſt ciuile efficimus*. Et quoniam

Subiectum legis generalis, eſt iuſtum.

Iuſtum duplex gentium & ciuile.

Ius gentiū duobus modis accipitur, aut per ſe, aut cum iure ſpeciali.

Ius ciuile duplex aut per ſe vt merum aut cum iuregent. mixtum.

mos partem etiam iuris ciuilis conſtituit d.l.ius. §. vlt. & §. conſtat & §.ſine ſcripto inſtitut.de iur.nat.eamdem quoque analogiam habet,vt partim etiam ex iuregentium componatur.vnde in l. omnes de iuſtit. *Omnes populi qui legibus & moribus reguntur, partim ſuo proprio, partim communi omnium gentium iure vtuntur* quod autem Vlpianus ait in d.l.ius ciuile *Addimus vel Detrahimus* ſic intelligendum eſt vt addendo ſeruiamus,detrahendo recedamus, vt religioni quæ iuriſgentium eſt,l.2.ff. eod. adduntur ritus & cærimoniæ ex iure ciuili, ſacra nimirum & Sacerdotes l. 1.§.huius eodem. Idem in matrimonio quod quum ſit iuris naturæ d.l.1. §. penult.tamen ſi ex iure Quiritium ſolennitates acceperit, ciuile eſt, ita vt tollatur deportatione l. ſi quis ſic ff.ſoluto matr. per quam ſolum ius ciuitatis amittitur l. inter pœnas ff.de interd.& releg.denique multæ ſunt obligationes iuregentium introductæ l. ex hoc iure de iuſt.& iure ciuiles tamen ſunt l. iurisgentium §.ſed & ſi dedi ff.de pact.Cur ergo cum eo caſu ſeruiat tantum non dominetur iurigentium, ei nomen imponit. quoniam eo caſu conſiſtit iure maieſtatis non Naturæ tantum:ei tamen ſeruire dicitur quia in ſubſtantia ſtat à Natura, non ab homine: & ſic addendo iurigentium ſeruimus: detrahimus verò quum per mancipationes, à nobis ſanguinem noſtrum alienamus, in adoptionem dando & emancipando & cæt. igitur & leges,& mores partim ex iure naturæ, partim ex iure proprio componuntur: cur ergo iuſtum, ab æquo & bono ſeparatur? quoniam id etiam iuſtum eſt, quod recedit a iure naturali,non eodem tamen modo nec eadem ratione: & hoc rectè dicitur ius ſpeciale in l. deportatus is ff.de interdict. & relig. vt diſtinguatur a iure ciuili communi & mixto,in quo pars quędam iuris naturæ continetur. Præterea illud iuſgentium, cum ciuili compoſitum auctoritate Majeſtatis confirmatur & conſtituitur, ſicut & ciuile merum ſeu ſpeciale: merum ius naturæ ſecus. At quid opus eſt confirmatione quum iuſgentium multo ſit potentius per ſe quam ius ciuile? l.eas ff.de capit. minut.nam natura mutari non poteſt l. 2. ff.de vſuf.ear.rer.ideo iura eius immutabilia ſunt §. penult.inſt. de iur.nat.verum ſubſtantia naturæ ſemper eſt immutabilis,functio tamen immutari poteſt. nec me mouent illæ fabulæ antiquæ quibus aliquis fit filius,nō naſcitur: aut qui natus erat eſſe deſinit: hæc enim nullomodo naturæ ſubſtantiam afficiunt, quum fictio aut imago, naturæ veritatem adumbret,non immutet l. filio ff.de liber & poſt: idque cōtingit tantum in ſingularibus, non in omnibus, nec apud omnes. Cur ergo ius illud tam ſanctum eget ciuili conſtitutione vt obſeruetur?nimirum quoniam legum naturalium cultus humano ſcelere partim violatus quatenus ſitum erat in homine quærebat aſylum aut poſtliminium.idcirco legiſlatores in ſingulis gentibus ſanctiones ſuas partim naturæ partim g[illegible]tis ſuæ moribus accommodauerunt. Vbinam ergo erit collocandum ius illud commune omnium gentium, ſeparatum à iure ciuili mixto?

Cur iuſgent. dicitur ſeruire iuri ciuili.

Iuſgentium in functionibus poteſt impediri aut violari non in ſubſtantia in qua omni homini commune eſt.

vbique terrarum vbi homo eſt. Nam fluxit ex naturæ principiis? & ratione naturali & inter omnes peræque obſeruatur d.l. omnes in fine & d.§.pen.de iur.nat.quibus obſtat d.l.ius. ciuile & d.l.omnes in principio vbi non obſeruatur peręque apud omnes cum partim tantum,non in totum obſeruetur. An ſibiipſi non conſtat Caius in eadem lege, eadémque fere periodo? minimè. Sed hoc ſenſu accipi debet vt apud omnes gentes æqualiter obſeruetur in eſſentia licet in qualitate partim mutatum ſit, vt ab exemplis demonſtratum eſt. Qualitas illa in qua contigit mutatio, accidentalis eſt, nec formularum ciuilium additio quicquam ex forma illius immutauit. nam hæ nihilo plus ad naturam iuriſgentium afferunt quam ad formam hominis veſtimenta quibus humanum corpus induitur. Sed quum natura duobus conſtet, materia & forma, cuinam accedit illa qualitas ciuilis, materiæ, an formæ? reſpondeo ius naturæ vnum eſſe, idque in intellectu verſari, ideóque nulla eſt in hoc iure vniuerſali materia, licet ſubiectum ei poſſit aſſignari nimirum res humanæ circa quas verſatur. Igitur qualitas illa accedit ad formam ipſius iuris vt eam immutet quatenus accidens in ſubſtantiam poteſt. nec obſtat quod dictum eſt naturam etiam ex materia intelligi, hoc enim in corporibus mixtis accipiendum eſt teſte Ariſtotele de partibus animaliũ lib.1. cap.1. non in intellectu. Et ſic vniuerſale illud iuſgentium per ſe ſumptum & ſeparatim acceptum peręque apud omnes gentes colitur, licet ſi cum iure ciuili componatur partim in qualitate immutatũ ſit. Imo videtur & in ſubſtantia mutari. Nam iuregentium & ciuili ſunt ſeruitutes, quæ iuri naturæ aduerſantur §. ius autem gentium de iur. nat. quia iure naturali omnes homines liberi naſcebantur l. 4. de iuſtit. verum non conſtat apud omnes, ſententia Iuriſconſultorum, ſeruitutem eſſe naturæ contrariam quod alibi Deo dante tractabimus: ſed dico eodẽ iure naturæ hominem ſeruũ fieri, quo & ipſe liber erat. Libertas enim definitur ἐξουσία αὐτοπραγίας, facultas agendi vt velis l. 4. ff. de ſtat.hom. qui bellum ſuſtinet, aut mouet, ſe pręcipitat in caſum quo libertas eius periclitatur: deinde ſi capitur vult ſeruus eſſe: neque enim cogi poteſt, ſi malit occidi. Ergo non eſt contraria ſeruitus naturæ, ſed potius conſentanea. voluntas enim in qua ſedet libertas, violari non poteſt, vt in ſequenti capite oſtenditur. Nec ideo tamen errauit Iuriſconſultus. Nam & natura ſeruitutis libertati repugnat; & pars illa iuris, qua libertas omnibus competit, contraria eſt ei parti qua ſeruitus introducta eſt. ſed cauſa qua vtrumque contrariũ conſtat, eadem eſt, nimirum liberum ſui ipſius arbitriũ: nec eo caſu duo ſunt contraria in eodem ſubiecto. nam vnum eſt in iure naturę, alterũ in iure gẽtium. Ex vna cauſa poſſunt in diuerſis ſubiectis, contrarij effectus produci vt ex igne lutum indureſcit & cera mollitur. Sed quid de iure naturæ, quod homini & bruto cõmune eſt d.l.1.§. ius nat.? dico ius naturæ etiam primum quatenus homini competit eſſe partem iuriſgentium idcirco in d.l.4. in fine

Addit ius ciuile iurigentium eius qualitatẽ mutans.

Seruitus eſt iuriſgent. ratione ducta à iure naturæ quo homo ſeipſum poteſt ſeruum facere.

Eadem cauſa in diuerſis ſubiectis cõtrarios effectus operatur.

Ius naturæ quod bruto & homini eſt cõmune quatenus homini etiam competit pars eſt iuriſgentium.

ff.eodem,liberi, ſunt iuregentium ſicut & libertini, & ſerui: cum tamen in principio d.l.4.libertas,ſit iuris naturalis primi,non iuriſ. gentium prout accipitur pro ſecundo iure naturæ. Quod male diſtinctum eſt ab interpretibus. Nam iuſgentium non violatum ab homine, ius naturæ primum eſt quatenus etiam homini conuenit l. 1. §. vlt.ff. de acquir. rer.dom.igitur prima libertas eſt iuris naturæ & iuriſgentium, quæ bruto competere non poteſt,cum illud Dei lege homini ſubijciatur 1.Geneſ.Et gratia hominis bruta creata ſint Ariſtoteles libro.1.Polit. ὁμοίως ταῦτα φυτὰ τῶν ζώων ἕνεκεν εἶναι, καὶ τὰ ἄλλα ζῶα, τῶν ἀνθρώπων χάριν. igitur bruta non ſunt libera: vnde ſequitur cum libertas ſit primi iuris naturalis eáque ſoli homini conueniat, ius illud naturale primum, pro parte ſoli homini poſſe competere,ideóque iuſgentium appellari poſſe.Cur ergo naturale ſeparatur à iuregentium? quoniam alia eſt natura hominis à bruto, licet vtrumque vno genere contineatur: in vtroque ſenſus eſt; ſed ſenſus tantum in vno; ſenſus & intellectus in altero. Ius autem naturæ quatenus ſenſui datum eſt & à ratione nõ eſt alienum vtrique commune eſt. Sed ſi ſeparatur à ſenſu & ſoli rationi conuenit tunc fit iuſgentium vnde in d.l. omnes iuſgent. dicitur quod naturalis ratio non quod ſenſus conſtituit: origine tamẽ in multis, vtrumque ius in idem recidit. Nam ratio naturalis primum à ſenſu,ius ſibi conſtituit, deinde ab intellectu: iudicium enim eo ordine procedit teſte Ariſtotele. 1.phyſic. vnde non mirum ſi iuſgentium naturali ratione fundatum, habet etiam originem in multis à iure naturæ quæ in ſenſu dominatur: ideo ſimulátque à ſenſu ad rationem natura reflectitur, iam ſenſus deſinit & incipit animi actus à quo formatur iuſgent.Itaque ſeparatur à natura prima non origine ſed obſeruatione & conſenſu gentium in ijs ſcilicet quæ à iure primo ad alterum traducta ſunt. dixi enim in multis non in omnibus iuſgent.ab illo deduci: vt communio bonorum omnium eſt primi iuris. Dominiorum verò diſtinctio eſt iuriſgent.l.ex hoc iure ff.de iuſtit: ideo communio bonorum in brutis eſt non diſtinctio. Æqualitas omnium hominum non tantũ in libertatis conditione ſed in imperio & dignitate illius iuris eſt: at regna & imperia ſunt ex iuregent.d.l. ex hoc ideo æqualitas in brutis eſt, nec obſtat quod videtur inæqualitas inter bruta conſtitui, leo enim dicitur rex quadrupedum: aquila, auium.hæc enim impropriè ſeu per Analogiam ita dicuntur, cùm ex violentia procedant non ex natura quę diuerſas vires animantibus tribuit, non vt aliis imperarent, ſed vt ſpeciem ſuam,ab alienis iniuriis tuerentur.Imperium autem verum non eſt in virtute corporis nec in violentia poſitum,quamuis primum cœperit à vi & iniuria, ſed iuregentium obſeruatum eſt vt plus poſſet imperio,qui plus virtute & conſilio valeret. Denique in quibus naturæ actus non eſt vſque ad iudicium animi traductus ius primum verſatur, omnino à iuregentium diſtinctum quæ pauciſſima erant,quæque vi rationis oblite-

Cur ius natura à iureg. ſeparatur & in quibus.

rata ſunt: ratio enim eſt etiã à natura & fortior quam ſenſus & potentior, ideóque legem ſenſus obſcurare potuit: ſed vbi & ſenſus & ratio concurrunt tunc iuſgentium non ſeparatur à iure primo origine ſed vt dixi conſenſu & obſeruatione. dico lumen ſenſus ratione deſtitutum ab ipſa rationis virtute, tamquam à maiori lumine offuſcatum fuiſſe in homine nimirum vtente iure, nam in furioſo & demente ſecus parum enim ipſo actu differt à brutis inter quæ lex illa ſenſui data immortalis erit cum etiam rebus inanimatis iura hęc quaſi data permaneant Virgil. libro 1. Georg.

Continuo has leges æternáque fœdera, certis
Impoſuit natura locis.

His ita diſcuſſis quę huc vſque inuoluta fuerant nec intellecta, redeo ad legis ſpecies. dixi ius ciuile ſcriptam legem eſſe, non vt à more diſtinguatur, ſed a iuregentium. quia iuſgent. non ſcriptum, ſed inſitum eſt homini, non factum, ſed innatum, longe à more diſſitum: enim ſimul cum homine natum vim & effectum pręſentiſſimum habuit d.l. 1. de acquir. rer. dom. At mos, ius eſt factum, Ius vſu & diuturnitate temporis roboratũ, quod non ſortitur vim pręſentem, niſi poſtquam à maieſtate probatum eſt, alioqui ius hoc lege ſcripta infirmius eſſet l. 2. & 3. C. quæ ſit longa conſuet. cui ſententiæ videtur Ariſtoteles refragari quum ait legem ſecundum mores maioris eſſe auctoritatis & de rebus maioribus, quam legem ſcriptam, idcirco principem eſſe meliorem legibus ſcriptis non moribus libro 3. pol. cap. 16. Verum ſicut idem vult legis vim ex more pendere quo minus poſſit labefactari. nam (vt ait Horatius 3. Carminum.) *Differentia inter iuſg. & morem.*

Quid leges ſine moribus
Vanæ proficiunt.

Eadem ratione vult legem ex more maioris eſſe auctoritatis. Nam ex eo maiorem vim habet quo minus eſt mutationi obnoxia. Vnde Theopompus rex Spartæ, exprobranti vxori quod regnum filijs minus quam accepiſſet, eſſet relicturus ob Ephororum auctoritatem aduerſus regium imperium introductam μείζω μὲν οὖν (reſpondit) ὅσῳ χρονιωτέραν βασιλείαν. Plutarchus in Lycurgo. tum quod mores vniuerſales ſint de rebus maioribus, vt de religione, de ſacris, de notis ſummi imperij. Ea enim ſcriptis non mandantur, quod originem à iuregent. in multis partibus licet conſtitutionem ciuilem habeant. deinde quod periculoſum ſit ea ſub imagine mortua, id eſt ſcripturæ in vulgus efferre. Dico mores populi totius & vniuerſales, non locales aut municipales qui nonumquam improprie leges appellantur. Nam legis eſſentia eſt vniuerſalis: tum neceſſe eſt vt à maieſtate probentur d.l. de quibus. Sic mos per ſe nõ eſt maioris auctoritatis quã lex ſcripta ſed per accidens quia naturæ ciuium eſt aptior & verſatur circa res maiores. Nam ius maieſtatis à quo pendet lex ſcripta & mos neque magis neque minus ſuſcipit, quum ſit quid ſummum, quid vnum, quid *Mos eſt melior principe & lege ſcripta non per ſe, ſed per accidens.*

Æquum differt ſpecie à iuſto ſpeciali: ſecundum quam melius eſt.

indiuiduum. vnde patet maximam eſſe differentiam inter æquum, & iuſtum ſpeciale: licet vtrumque diſtinguatur non genere ſed ſpecie tantum, ſecundum quam æquum bonumque melius eſt iuſto Ariſtotel. 5. & hic cap. 14. igitur quum iuſgent. maxime in æquo & bono conſiſtat, quod à natura eſt, non mirum ſi lex non ſcripta dicitur. Ius autem ciuile ab antiquo principio æquitatis aberrat & proinde per ſe eſt infirmum, niſi maieſtate fundetur quæ animat illud & format eſſentialiter: At ſcriptura non ad eſſentiã adhibetur, ſed ad demonſtrationem orationis, oratio, mentis. Vanum autem eſt id in iuregentium, ad quid enim demonſtrabitur quod omnes intelligunt? nam id verſatur in communibus naturæ notionibus quæ cuique ſunt inſitæ vt docet Arrianus Epict. nec obſtat quod aliquando ſpecie recti decipimur vt idem ſentit: non enim ideo non puniendus eſt, qui ignorauit quod ſcire potuit & debuit: niſi forte is ſit qui penitus induruit vitio. Nam vt Ariſtoteles ait feram vitij eſſe expertem, ſic ille iam culpa caret. Perſus. *Sed ſtupet hic vitio & fibris increuit opimum.*

Pingue, caret culpa, neſcit quid perdat, & alto
Demerſus, ſumma rurſum non bullit in vnda.

Non excuſatur ignarus iurisgent. & cur

Ille inquam non potuit naturæ ſemina iam iam ſuffocata recolere & cognoſcere: ſed quia potuit prȩuidere lapſum ſuæ naturæ, eique occurrere, non ideo minus plectendus eſt vt docet Diuus Iuſtinus ad Triphonem, vnde illud Antiſthenis αἰσχρὸν τὸ γ' αἰσχρὸν κἂν δοκῇ, κἂν μὴ δοκῇ. vt ignis non minus vrit & calefacit ea quæ ſentiunt, quam quæ ſenſu carent. Itaque æquum & bonum patet & idem eſt omnibus ſemper & apud omnes l. penult. de iuſtit. cuius eſſentia non eſt ab hominis ſententia, ſed Dei & naturæ, ideo ita notum eſt omnibus vt ſcripto non egeat. at ius ciuile eſt varium & multiplex, idcirco qui illud ignorauit (vt minor, miles, mulier) excuſatur, non tamen ſi in iuregentium errauerit l. ſi adulterium §. 1. ff. ad l. Iul. de adult. igitur vt plurima teneantur à ciuibus opus eſt ſcriptura, quæ non eſt eadem nec ſemper apud omnes vt nec voces ipſæ rerum notæ ideo ex inſtituto non ex natura ſignificant. Ariſtot. de interpret. cap. 2. Hæc autem differentia iuris ſcripti & non ſcripti eſt ex Ariſtot. libro 1. Rhet. cap. 10. quem ergo locum ſibi vindicabit conſuetudo, quæ legis etiam nomen habet vt ex eodem auctore probatum eſt! verum ius illud more inductum ſub lege ſcripta continetur poteſtate: quia vtrumque eiuſdem poteſtatis eſt: d. l. de quibus in fine. Cur ergo diſtinguis morem à lege ſcripta? quoniam antequam perficiatur vſum diuturnum deſiderat: at hoc in lege ſcripta non eſt neceſſarium: ſed quum perfectus eſt eadem vi ſtat qua & lex ſcripta nimirum conſenſu & auctoritate dominantis. idcirco M. Tullius cum ius in genere diuidit ſine vllius ſpeciei prȩtermiſſione æquum bonumque ſeparat à iuſto ſpeciali & in iuſto ſpeciali diſcernit morem à lege: ſic enim ait in Topicis. *Forma igitur, ſunt ha*

Differentia legis ſcriptæ à more.

in quas genus ſine vllius prætermiſſione diuiditur , vt ſi quis ius in legem , morem , æquitatem diuidat , hoc ſolo differens ab ijs quæ ſupra ſunt, quod legem latiùs & generalius accipio, ille ſtrictius & ſpecialius: ſed differentia hęc in nomine eſt, non in ſenſu. At cur æquitatem poſtrema in ſede conſtituit? quoniã cum ius poſitiuum imperfectum ſit eo deficiente, ad æquum bonumque regreſſus eſt, Non obſtat l. 1. in principio de iuſtit. vbi Celſus definit ius, artem æqui & boni. nã ibi æquum in genere & naturaliter & ciuiliter eſt accipiendũ quod in ſequenti capite demõſtratur. ideo rectè Tullius in Topicis, æquitatis inſtitutionem diuidit, in legitimam, conuenientem & morem: conuenientem vocat quam ęquitatem proprie dicimus, quod ſemper omnibus conueniat, non legitimam, quę tantum conuenit ijs qui ſunt eiuſdem ciuitatis d. l. pen. eod. At ea etiam vt ſpecies ſubijcitur æquitati vt generi quatenus id quod ciuile eſt, æquitati aſcribitur hoc tamen improprie vt in ſequanti capite mox oſtendetur. Sed cum iuſgent. & mos, ſint ſine ſcripto quomodo vnum ab altero poterit dignoſci? nimirum ſubiecto. Nam iureg. omne genus humanum obligatur d. l. omnes, at more ſolus populus cuius vſu inducitur. Duę ergo ſunt ſpecies legis non ſcriptę, vna vniuerſalis videlicet iuſgent. altera particularis & propria vni genti. Nec ideo mos cum iuregent. confundetur quod tantę ſit auctoritatis vt ſcripto non egeat l. imo ff. de legib. id enim verum eſt in ciuitate illa cuius vſu irroborauit. Deinde licet ſcripto non egeat, eget tamen altero modo vt poſſit conſiſtere, nempe temporis diuturnitate & tacito conſenſu l. ſed & ea: eodem. vnde apparet in lege, ſcripturæ vocem non eſſentialem differentiam, ſed proprietatem accidentalem oſtendere. Quis enim pateretur, potentiſſimam animi ſui facultatem vanis literarum imaginibus circumſcribi niſi ſancientis imperium animam his quaſi idolis inſpiraret? his maxime concinit lex Lacedęmoniorum quę ſcripto non conſtabat, vera tamen eſſentia lex erat prout in prima parte iuſti ſpecialis accipitur. Neque tamen ideo male ſcripſit Ariſtotel. ciuilem legem ſcriptam eſſe. Nam omnes ciuitates leges ſuas ſcriptas aut ſculptas palam proponunt, ijs exceptis quas ῥήτρας vocant, quaſi decreta & oracula Dei, quę pauciſſimæ erant ita vt è re publica non eſſet eas ſcriptis exponere: ſublatis enim diuitijs, artificibus, & ſcientiarum profeſſoribus, æqualitate poſſeſſionũ inſtituta, quid opus erat ſcriptura vt paucę leges publicarentur, cum ſcriptura memorię tantũ gratia deſideretur? M. Tullius 1. de legib. *neque illos audio qui ab eo quod ſcriptura contineantur leges à legendis legum tabulis dictas putant : id enim magis conſeruandæ memoriæ cauſa poſt legem acceptam fit quam quod legi ſit neceſſarium*. Non ſecus ac in emphyteuſi quę ſcripturam exigit l. 1. C. de iure emphyt. ne tractu longi temporis obliterata conuentionis fides euaneſcat. nam hic contractus in longum atque longiſſimum tempus concipitur. Cęterum in alijs literæ

Iuſgent. à more ſubiecto diſtinguitur: & natura.

Scriptura non eſt ex eſſentia legis ſed ad memoriæ & iuriſſcripti cuſtodiam.

non ad ſubſtantiam ſed ad rei geſtæ fidem interponuntur l. contrahitur ff. de pignorib. niſi ſpeciali quadam lege ſcripturę ſolennitas impoſita fuerit vt in l. vnica C. de ſuffrag. & cęteris ſimilibus. Neque huc pertinet l. contractus C. de fid. inſt. ibi enim ſcriptura per ſe non eſt neceſſaria ſed per conſenſum partium ex quo contractus legem accipiunt l. 1. §. ſi conuenerit ff. depoſiti. Imò ſcriptura eſt neceſſaria: nam ſi leges non eſſent ſcriptæ omnis fere rerum poteſtas penes magiſtratus conſiſteret, qui pro animi arbitrio iudicarent, nullis neque verborum, neque ſcripturæ terminis incluſi. Dionyſius libro 2. cum de ſcriptis legibus loquitur ἐφάιη νόμους θεῖναι φανεροὺς ἅπασι τοῖς πολίταις, ἵνα μὴ συμμεταπίπτῃ τὰ κοινὰ δίκαια ταῖς τῶν ἀρχόντων ἐξουσίαις. Gorgias in Apologia Palamedis vtramque cauſam recte complectitur ſcripturam ſcilicet eſſe memoriæ organum & iuris cuſtodem, νόμους τε γραπτοὺς φύλακάς τε τοῦ δικαίου, γράμματά τε μνήμης ὄργανον. Ex eo non ſequitur ſcripturam eſſe ex ſubſtantia legis. Eæ enim cauſæ extrinſecus accedunt, non ex natura rei. Si enim iuſtitiæ definitio magiſtratui poſſet conuenire & perpetua in eo eſſet voluntas & prudentia in iure tribuendo, ſcripturæ idola, vanæ eſſent vmbræ legis non notæ viuæ. Erant ergo veræ leges Lacedæmoniorum, non conſuetudines. Nam à Lycurgo latæ & promulgatæ ſunt: is acceſſit ad eas ſanciendas primum reluctantibus ciuibus, mutata forma ciuitatis antiquis moribus abrogatis: tum etiam conſenſu expreſſo & iureiurando regum, Senatus, & omnium ciuium confirmatæ legiſlatore rogante, ſpondente ciuitate. Plutarchus in Lycurgo συναγαγὼν οὖν ἅπαντας εἰς ἐκκλησίαν & cæt. tum ſubijcit ὁμολογούντων δὲ πάντων ὅρκους λαβὼν παρὰ τῶν βασιλέων καὶ γερόντων ἔπειτα παρὰ τῶν ἄλλων πολιτῶν & cæt. at conſuetudines à nullo feruntur ſed tacito conſenſu populi inductæ, diuturnitate temporis confirmantur d. l. de quibus §. vlt. & d. l. ſed & ea: at leges expreſſo conſenſu & ſtatim valent nec annorum multitudine roborantur: nam legis anima eſt ſummum imperium in quo mens eſt & prudentia vnde vim ſumit neceſſitatis Ariſtoteles libro 10. Ethic. cap. vltimo ὁ δὲ νόμος ἀναγκαστικὴν ἔχει δύναμιν λόγος ὢν ἀπό τινος φρονήσεως καὶ νοῦ. nec ſibi non conſtat cum ſic ait libro 2. polit. cap. 8. ὁ γὰρ νόμος ἰσχὺν οὐδεμίαν ἔχει πρὸς τὸ πείθεσθαι πλὴν παρὰ τὸ ἔθος. τοῦτο δὲ οὐ γίνεται εἰ μὴ διὰ χρόνου πλῆθος. ὥστε τὸ ῥᾳδίως μεταβάλλειν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων νόμων εἰς ἑτέρους νόμους καινοὺς, ἀσθενῆ ποιεῖν ἐστὶ τὴν τοῦ νόμου δύναμιν vult. legem per ſe vim ad cogendum habere, non tamen ad ſponte parendum, niſi more id eſt vſu & moribus confirmata quaſi radices egerit in animis ciuium: lex enim ſine eo eſt vt planta recens defixa quæ facile iniurijs cœli aut animantium obnoxia eſt. Quare robur eius ex more pendere exiſtimat, ſed non ait non eſſe leges niſi more firmentur hoc tantum ſentit eſſe mutationi obnoxias & proinde infirmas. Igitur Lacedæmonij

Legis anima eſt mens & ſummum imperiū.

Mos ad ſponte parendum lex ſcripta ad cogendum vim habet.

monij non moribus ſed legibus regebãtur: quod Tribonianus in §. & non ineleganter inſt. de iur. nat. non ſatis accurate perſpexit qui originem moris ab ijs deducit neque eorum iura leges vocat ſed pro legibus obſeruari ait: minus inepte Theophilus vocat proprias leges. Vterque autem ab ijs deducit originem iuris, ea ſola adductus ratione, quod ſicut leges illæ non erant ſcriptæ: ſic nec mores. eſſentiam legis in ſcriptura conſtituunt ſicut eſſentiam moris in priuatione ſcripturæ. Vtrumque abſurdum eſt. nam legem facit (vt accipitur in priori parte iuſti ſpecialis) oratio ex conſenſu maieſtatis Ariſtot. cap. 1. Rhet. ad Alexand. qui conſenſus dicitur ſupra eodem auctore imperium abſolutum, mens & prudentia dominantis. At mos non ex eo eſt quod ſine ſcripto eſt, alioqui omnis oratio, omne pactum, omnes fere contractus eſſent conſuetudines cum non ſcribuntur: & mores non ſunt ſi forte ſcribantur. Atqui mores fere omnes noſtri ſcripto conſtant. igitur nec priuatio ſcripturæ morem facit, nec ſcriptura legem ſicut nec obligationem ſed oratio ex conſenſu quam exprimunt literæ l. non figura ff. de oblig. & act. lex autem ſcripta non dicitur lex vt oſtendatur morem legem non eſſe, ſed vt diſtinguatur natura vnius ab altera. Illa ſtatim naſcitur & vno momento perficitur: mos autem per moras, ideóque licet lex ſit in eſſentia, non tamen lex dicitur. Fortaſſe tamen defendi poſſent Tribonianus & Theophil. quod non reſpexerint eſſentiam legis ſcriptæ vt ab ea morem diſcernerent, ſed legiſlatoris intentionem. idcirco enim vetuit legibus vti ſcriptis vt populus ijs primum tanquam inſtitutionibus & rudimentis imbutus aſſuefieret, quod Plutarchus ibidem ſic aſſerit νόμους δὲ γεγραμμένους Λυκοῦργος οὐκ ἔθηκεν, ἀλλὰ μία τῶν καλουμένων ῥητρῶν ἐστιν αὕτη. τὰ μὲν οὖν κυριώτατα καὶ μέγιστα πρὸς εὐδαιμονίαν πόλεως καὶ ἀρετὴν ἐν τοῖς ἤθεσιν ᾤετο καὶ ταῖς ἀγωγαῖς τῶν πολιτῶν ἐγκατεστοιχειωμένα μένειν ἀκίνητα καὶ βεβαίαν ἔχοντα τὴν προαίρεσιν, δεσμὸν ἰσχυρότατον τῆς ἀνάγκης καὶ ἣν ἡ παίδευσις ἐποίει τοῖς νέοις νομοθέτου διάθεσιν, ἀπεργαζομένη περὶ ἕκαστον αὐτῶν: mos hic habet ciuium firmum conſenſum quem vocat firmiſſimum vinculum neceſſitatis & diſciplinam iuuenum. hoc impulit Ioſephum contra Appionem vt crederet Lacedæmonios & Cretenſes ſolos moribus vti non legibus: ſed legiſlatoris intentio ſola legi ſubſtantiã non dat, quum ſine ijs quæ diximus lex eſſe non poſſit: nam hæc intentio nõ eſt in forma ſed in fine & ſcopo ferentis. Sed quó loco conſtituentur edicta magiſtratuum? in iure ciuili mixto d. §. conſtat, non quod legem faciant, ſed quod eam imitentur & interpretentur. idcirco cum ciuile mixtum ſit ſic etiam Prætorium, partim ex æquo partim ex mixto. quod ſi ita eſt peregrinus gaudebit iure prętorio quatenus in æquo & bono verſatur ſicut mixto quatenus iuri gentium ſeruit d. l. deportatus de interd. & releg. at nec legatum nec hæreditatem capiet quia ius eſt merum & ſpeciale. quid de fidei commiſſo quod prætorum eſt? &

Edicta magiſtratuum ſunt in iure ciuili mixto.

Peregrinus gaudet iure prætorio quatenus in bono & æquo verſatur in quo non ſeruit iuri ciuili.

cautum eſt non poſſe capi à peregrino vt eſt deportatus l. cum deportatus 25. ff. eodem verum Prætorium ius vbi ſeruit iuri mere ciuili ſupplendo corrigendo non competit deportato quia hoc propter vtilitatem ciuitatis introductum eſt d. l. ius autem §. vlt. qua deportati priuantur. at quæ Prætor ex æquo & bonó in ſingulos ſtatuit vt in contractibus pactis & cæt. cur deportato non proderunt cum in ijs cuilibet peregrino Prętor peregrinus ius dicat. hęc autem ſub æquo & bono potiſſimum poſita. ſub mero iure ciuili contineri non poſſunt. omnis autem lex etiam in ſpecie ſumpta vniuerſalis eſt Ariſtot. 5. ethi. cap. 14. ſed reſpectu iuriſgentium dicitur ſpecialis, reſpectu ciuium quibus data eſt vniuerſalis. Dixi etiam in hac definitione, legem iubere & prohibere, cuius ſententiæ auctor eſt Ariſtoteles libro 2. polit. cap. 8. & Marcianus eam probat ex auctoritate Chryſippi in l. 2. ff. de legib. quia legis virtus potiſſimum in hoc eſt, vt imperet & vetet l. 7. ff. eod.

AXIOMATA.

SVbiectum legis generalis eſt iuſtum generale: cuius duæ ſunt Species ἐπιεικὲς καὶ ἀκριβοδίκαιον. Prima bifariam accipitur, aut pro communi obſeruatione omnium hominũ, aut pro parte iuris ciuilis. Ius ciuile eodem modo, & cōmune eſt & propriũ: commune ex vtroque componitur. hoc in legem ſcriptam & morem diſtribuitur, quum autem additur iurigentium fit ius illud ciuile generale mixtum ſeu commune: vbi verò detrahitur fit proprium, ſeu ſpeciale ſeu merum.

IVSGENTIVM cum ciuili compoſitum maieſtatis iure confirmatur vt & ciuile: non quod in ſubſtantia poſſit infirmari, ſed in exercitio impediri, & id in ſingularibus tantũ: nam nec in omnibus functio iuriſgent. impeditur, nec apud omnes & ſic nō immutatur ſed adumbratur. vmbræ, ſunt ritus, formulæ, ſolénitates quæ ſi addunt, ius naturæ ſanctius faciunt aduerſus hominum cōtumeliá quamuis per ſe ſatis ſanctũ ſit, ſi detrahunt,

eſſentiam non tollunt. vtroque caſu mutatur iuſgent. in qualitate tantum accidentali quæ mutatio ex corruptione humanæ naturæ proceſſit.

IVSGENTIVM in eſſentia non partim ſed omnino ab omnibus gentibus, in qualitate partim obſeruatur. Naturæ autē ius in ſeruitutū conſtitutione non mutatur, quia cauſam habent ab eo, quo licet homini in ſe facere quod velit: iuſgentium tamen quo introductæ ſunt in hac parte iuri naturæ aduerſatur qua ſunt libertati contrariæ, ſed vnius cauſæ poſſunt effectus eſſe contrarij in diuerſis ſubiectis.

QVÆDAM ſunt iuris primæui quæ & iuriſgentium ſunt vt quæ naturæ hominis data ſunt non tamen ſenſui ſed intellectui, vt libertas quæ iuri primæuo aſcribitur: non quod ea ſit communis homini & bruto, ſed quia lege diuina in creatione data eſt ſpeciei. ius autem gentium à natura quæ ſenſui ineſt principium habet in multis non in omnibus: pauca enim quæ à ſenſu ad rationem reflexa non placuerunt obliterata ſunt.

IVS ciuile lex ſcripta dicitur ad differentiam iuriſgēt. quod innatum eſt homini & ſtatim vim ſuam exercet, non mos qui hominis vſu & auctoritate conſtat. Iuſgentium verò melius eſt ciuili quia ingenitum eſt, ideóque eius ignoratio punienda: diſtinguitur autem à more non tantum natura ſed etiam ſubiecti quantitate.

MOS eſt melior principe & lege ſcripta, non per ſe ſed per accidēs quia populi moribus aptior eſt ex vſu frequenti tum quod ſit de rebus maioribus: at per ſe eiuſdē eſt poteſtatis. Quia vtrumq. iure maieſtatis conſtat cuius vis nec minus, nec

magis ſuſcipit: lex autem ſcripta vim habet neceſſitatis, mos parendi ſponte qui ſub lege ſcripta continetur: & mixtus eſt vt lex ſcripta partim ex æquo, partim ex iuſto ſpeciali & mero.

SCRIPTVRA non eſt ex eſſentia legis quia demonſtrat ius quo debet vti magiſtratus & memoriam firmat, non tamen ius facit, ſicut nec ſola intentio legiſlatoris qua certum finem reſpicit: ſed conſenſus & imperium dominantis cum publicatione quibus ius ciuile mixtum perficitur, in quo etiam Edicta magiſtratuum continentur, quæ etiam mixta ſunt ex æquo & iuſto ſpeciali. mixtum verò & merum ius ciuile lex propria dicitur reſpectu iuris naturæ, ſed reſpectu ciuium quibus datur eſt vniuerſale non ſecus ac genus ſubalternum iubetque & prohibet vniuerſaliter.

LEX IN SPECIE.
CAP. II.

Definitio legis ſpecialis.

LEx in ſpecie definitur à Papiniano in l. 1. de legib. & à Marciano in l. 2 ff. eod. ex Demoſthene & Chryſippo à Triboniano in §. lex eſt, de iur. nat. verū ſic rectè poteſt definiri, Iuſti conſtitutio iure maieſtatis ad regendos ciues & ſubditos ſancita vt bene beatéque viuant: non Dixi æqui bonique, hoc enim iurigent. conuenit at iuſtum ſpeciale legi propriæ eique ſoli & ſemper. Atqui æquum & bonum continet & iuſtum ſpeciale, quod patet ex definitione iuris in l. 1. principio ff. de iuſt. & iur. Ergo iuſtum ſpeciale eſt etiã æquum cum de ſua ſpecie genus vniuoce & eſſentialiter prædicetur. M. Tullius in Topic. *Ius ciuile* (inquit) *eſt æquitas conſtituta iys qui eiuſdem ciuitatis ſunt ad res ſuas obtinendas.* Verum duplex eſt æquitas, vna naturalis quæ omnibus hominibus eſt vtilis, altera ciuilis quæ iis tantum qui in eadem ſunt ciuitate l. penult. eod. *omnibus* (inquit) *vel pluribus*, ſufficit enim ſi maior pars eo vtatur in ſui compendium. hæc æquitatis diuiſio ex Labeone eſt in

Duplex æquitas, ciuilis & naturalis ſed impropriè ciuilis ſeu relatiue non abſolute.

l. 1. §. 1. ff. ſi quis teſtam. liber eſſe iuſſ. improprie tamen cum æquitatis eſſentia non ſit ab opinione hominis (qua ciuiles leges ſolent conſtitui) ſed ab ipſa veritate. igitur iuſto ſpeciali lex ſpecialis conſtat non æquo & bono, niſi relatiue, id eſt quatenus legiſlator eam condiderit, ad æquum bonumque reſpiciens : & ſic non abſolute. nec obſtat quod cum omnia lege definiri non poſſunt l. non poſſunt de legib. ad æquum & bonum confugiendum ſit. quamuis enim à maieſtate olim in defectum legis ſtatueretur, tamẽ non dicebatur lex ſeu νόμος ſed populi decretũ ſeu ψήφισμα Ariſtoteles libro 5. & hic cap. 14. καὶ ἔστιν αὕτη φύσις ἡ ἐπιεικοῦς ἐπανόρθωμα νόμου ᾗ ἐλλείπει διὰ τὸ καθόλου. τοῦτο γὰρ αἴτιον καὶ τοῦ μὴ πάντα κατὰ νόμον εἶναι ὅτι περὶ ἐνίων ἀδύνατον θέσθαι νόμον ὥστε ψηφίσματος δεῖ. Vult æquum bonumque eſſe emendationem legis, ſed hoc ſine plebiſcito fieri non poſſe. hæc Ariſtotelis ætate obtinebãt Athenis, quum populi dominatio ita vigeret vt nulli magiſtratui legem ſupplere, adiuuare, corrigere liceret iure ſui magiſtratus. Romæ Prætori tributa eſt hæc iuriſdictio l. §. vlt. ff. de iuſtit. magis ergo popularis erat ſtatus Athenienſium quàm Romanorum, quia quod Athenienſes populo reſeruarunt, ne iuris conſtitutio ad paucos veniret, id Romani ſuo Prætori conceſſere, non tamen vt eadem cum legibus poteſtate vteretur, ſed & vt æquitatis arbiter æquum & bonum induceret. vt medicus ægritudinem ſanat non vi ſuæ artis tantum ſed medicamentorum quæ ex ſe in corpore ægroti operantur, ſic Prætor non tantum poteſtate ſibi legibus conceſſa legis defectum emendat ſed & iure naturali quo æquum & bonum edicit, decernit, interdicit quod ius eſſe maius lege propria ſupra diximus vnde facilius eam vincit. non tamen ex eo ſequitur decreta populi quod iuregentium innitantur fuiſſe maioris auctoritatis quam leges. Nam & legum ferendarum poteſtas eſt etiam à iuregentium, & ſunt ſanctæ perinde ac ea quæ iuregent. ab iniuria hominum munita ſunt vt reges, legati &c. l. 9. §. proprie ff. de rer. diuis. hinc lex illa Athenienſium apud Demoſthenem aduerſus Ariſtocratem & apud Andocidem de myſteriis ψήφισμα μηδὲν μήτε βουλῆς, μήτε δήμου, νόμου κυριώτερον εἶναι. Quia decretum legem quidem poteſt corrigere ac abrogare, derogare abrogare aut ſubrogare non poteſt: hęc enim niſi lege non fiunt vt nominatim cauetur lege Athenienſium apud Demoſthenem aduerſus Leptinem: quia hęc tollunt mutantue vel totum, vel partem l. 102. ff. de verb. ſig. Vlpianus frag. 1. at corrigere neque tollere eſt neque mutare ſubſtantiam, ſed ex ea vitium remouere, quod eſt aut in exceſſu, aut in defectu : medium fraewitic eſt & hoc eſt quod ait Ariſtoteles 3. polit. cap. 16. legem ſine vitio medium eſſe. Exceſſus in lege nondum exceſſus habetur quouſque alia lege præciſus fuerit, qua iuſtum intelligitur quodcunque legis eſt, multo magis quam res indicata, quæ quamuis veritas non ſit, tamen habetur pro veritate l. ingenuum ff. de ſtat.

Differentia inter ſtatũ Rom. & Athenienſ.

Decreta populi etſi bono & æquo innixa non erant maioris auctoritatis quam leges.

Vitium legis in exceſſu aut defectu.

hom. at idem fortius in lege debet obtinere quæ de vniuerſalibus tum de futuris fertur cum diuturna & prorſus accurata conſideratione. Nam quæ diuturnitate temporis exacte perpenſa ſunt, propius ad veritatem accedunt & proinde ad iuſtitiam: hinc veritas dicta eſt Saturni filia. vniuerſalia & futura ſunt extra periculũ motus & paſſionis: quia ſunt extra materiam ex qua paſſiones emergunt Plotinus libro 4. ennead 4. at futura nondum ſunt nec ſubiectum afficiunt. Claudianus.

Et quia cæcus ineſt vitiis amor omne futurum

Deſpicitur, ſuadentque breuem præſentia fructum.

Lex cur melior iudicio. Niſi ſpe aut timore quæ vniuerſalia mouere non poſſunt: quærunt enim vel fugiunt bonum vel malum proprium & ex futuro tendunt in præſens: quæ omnia ſingularibus terminis circumſcripta ſunt: quibus cauſis Ariſtoteles Iudicia à legibus ſeparat & diſtinguit libro 1. Rhet. cap. 1. hinc fit vt ipſe aduerſus hominis imperium tanquam feræ conqueratur. in eo enim tanquam in arena digladiantur ſanguinolentæ paſsiones quod veriſsimũ eſt in ſtatu populi vel optimatum: tunc enim intumeſcit animus noua poteſtate & magiſtratus in tanto imperio conſtitutus tanquam in re aliena graſſatur: at ille ait legum dominationem Dei eſſe & mentis quæ omnis cupiditatis expers eſt, ſic enim ait 3. polit. cap. 16.

Vnius magiſtratus imperium cur in Rep. periculoſum: non regis. ὁ μὲν οὖν κελεύων ἄρχειν τὸν νοῦν δοκεῖ κελεύειν ἄρχειν τοὺς νόμους: ὁ δὲ κελεύων ἄνθρωπον προστίθησι καὶ θηρίον: ἥτε γὰρ ἐπιθυμία τοιοῦτον καὶ ὁ θυμὸς ἄρχοντας διαστρέφει καὶ τοὺς ἀρίστους ἄνδρας. διόπερ ἄνευ ὀρέξεως νοῦς ὁ νόμος ἐστί. Ideo Prætores ius ſuum edictis firmabant quæ de futuris concipiebantur. At in monarchia rectius ſe habent omnia, nam princeps quocumque modo quicquam ſtatuat ratum eſt l. vlt. l. de legib. non eſt enim in principe ſuſpicio auaritiæ qui non tantum fortunarum ſed etiam corporum noſtrorum eſt dominus l. liber homo ff. ad leg. Aquil. quid amplius poſſet expetere? Sicut nec gratiæ, quoniam ei quẽ amat alia via quam male iudicando poteſt conferre beneficium non odij: quia poteſt alio modo perdere ciuẽ quam iniquo iudicio condemnare vt docte monet Theophil. tit. de iur. nat. neque hoc caſu turgent imperij nouitate præcordia, cum iure ſuo rex ſit nec alieno fruitur qui proprium adminiſtrat patrimonium. Quid ſi regnum electiuum ſit? iure electionis acquiſiuit illud & eius (cõſenſu omnium aut eorum penes quos id ius eſt) factum eſt. horum autem paſsionum ſuſpicio in magiſtratum cadit, ideo de rebus futuris vniuerſaliter edicit. igitur exceſſus in lege nondum vitio imputatur quouſque alia lege ſublatus fuerit, aut ſaltem ſecreto correctus ipſius populi vnde lex illa manauit in quo legiſlator Athenienſis à ſcopo publicæ adminiſtrationis aberrauit. Nam qui populo ſummarum poteſtatum regimen vel iudiciorum ſummam auctoritatem indulget, impotentiſsimo domino ſe committit & fluctuoſo mari nauem credit. quid enim populo incertius eſt?

quid iudicio capitis, exiſtimationis, & fortunarum omnium certius eſſe debet quo tot ciuium ſalus & conſeruatio continetur? Phalaris δῆμος ἅπας, ἄτακτος ἀνὴς ἄπρακτος ἐφ' ὅτῳ τύχοι μεταχθῆναι ἄπιστος ἀβέβαιος ὀξὺς παράδοτικὸς ἐψευσμένος, φωνὴ μόνον ὠφελὴς, καὶ πρὸς ὀργὴν καὶ πρὸς ἔπαινον εὐχερής. id innuit. Virgilius hoc verſu.

Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.

Vnde Solon reprehenditur quod iudiciorum ſummam poteſtatem populo dederit ἐπεὶ γὰρ ἴσχυεν ὥσπερ τυράννῳ τῷ δήμῳ χαριζόμενοι τὴν πολιτείαν εἰς τὴν νῦν δημοκρατίαν κατέστησαν (inquit Ariſtoteles libro 2. polit. cap. 12. vnde non mirum ſi leges Athenienſium non poſſent à magiſtratu corrigi, ſed à populo, quum poteſtas iudiciorum non eſſet penes magiſtratus, ideóque eneruata Senatus auctoritate facilis fuit præcipitatio Ariſtocratiæ in Democratiam. In quo tamen Solon defenditur quod ea mutatio potius caſu euenerit quam eius conſilio, quum longe poſt illius leges populus ob victoriam à Perſis reportatam maiores ſolito ſpiritus ſumpſit, ita vt fortiſſimos & optimos ciues ſupplicio mortis affecerit, vnde poſtea in dominationẽ Lacedæmoniorũ lapſus eſt. Sed hæc defenſio vana eſt, debuit enim naturam populi ſui legiſlator expendere: non enim populus tantum Athen. Sed & quælibet multitudo eius eſt naturæ vt rebus ſecundis inſoleſcat niſi frænum habeat: vocibus oratorum non ſecus ac mare ventis agitatur. Nam vt ait Tullus pro domo ſua, *in multitudine eſt varietas & crebra tanquam tempeſtatum. Sic ſententiarum commutatio* quod non ignorauit Homerus qui de Græcorum comitijs ſic ait ἰλιάδ β.

Rerum ſingularum iudicia non debent populo credi hinc Solonis error notatur.

κινήθη δὲ ἀγορὴ ὡς κύματα μακρὰ θαλάσσης.

Vnde patet quam perículoſa ſint iudicia populi in cuius maieſtate nihil ſacrum eſt: Themiſtius in oratione 4. ἐκεῖνοι μὲν οἱ δικασταὶ ὑπ' ἀγνωμοσύνης τὸ παραυτίκα ἐξηπατήθησαν καὶ ἐγοητεύθησαν ὑπὸ τοῦ λόγου ὃν ἐξυνέγραψε Πολυκράτης. Ἄνυτος δὲ ἐμυθάσατο. δῆμος γὰρ ἦσαν καὶ οὐδὲν ἱερόν. hinc illud Horatij.

Quod ſi me Populus Romanus forte roget, cur
Non vt porticibus, ſic iudicijs fruar iiſdem.
Non ſequar aut fugiam quæ diligit ipſe vel odit
Olim quod vulpes ægroto cauta leoni
Reſpondit, referam, quia me veſtigia terrent
Omnia te introrſum ſpectantia, nulla retrorſum.

Nec obſtat quod ait Ariſtoteles libro 3. polit. cap. 15. melius iudicare multitudinem, ſimilitudine ducta ab aqua quæ quo vberior eſt, eo difficilius corrumpitur. hoc enim ait ratione vnius magiſtratus aut paucorum optimatum ad plurium numerum: quod & Romana lege cautũ eſt, ſicut in comitijs populi maior pars minorẽ vincit, ſic in ſenatu plurium ſententia obtineat. Dionyſius libro 2. ergo male Athenis ius emendandæ legis ſoli populo datũ eſt quum id magiſtratui debeat competere, ita vt nihil ex iure Majeſtatis

Error Athenienſium qui ius emendandæ legis populo tribuunt quod magiſtratui erat attribuendum.

detrahatur ſed potius conſeruetur. Nam ab omni magiſtratu (excipio extraordinariam poteſtatem vt Dictatoris) eſt prouocatio lege Solonis Plutarchus in eius vita & lege Romana inde ſumpta at ſi quid populus iudicauerit omnino ratum eſto. vnde Ariſtoteles quum expendit, quid ſit Reip. vtilius vter debeat iudicare populus an magiſtratus, cenſet legis defectum à magiſtratu corrigẽdum eſſe non à populo, ſic enim ait 3. polit. cap. 11. τὸν ἄρχοντα δὲ ἄντε εἷς, ἄντε πλείους ὦσι περὶ τούτων εἶναι κυρίους περὶ ὅσων ἐξαδυνατοῦσιν οἱ νόμοι λέγειν ἀκριβῶς & cæt. quum autem examinat an regnũ ſit vtilius populis in cap. 16. eiuſdem libri ait illud contra naturam videri & minus eſſe tutum quam alias adminiſtrationis ſpecies: nec mouetur eo quod leges ſcriptæ non poſſint omnia præſcribere & iudicare: ad hoc enim reſpondens ſtatuit leges ipſas hanc debere iuriſdictionem attribuere magiſtratibus vt legem corrigant, quum iure ſuæ poteſtatis id non poſſint niſi ſpecialiter eis datum ſit: ideóque non eſſe opus vnius imperio qui legis poteſtatem habeat cum legis vitia à magiſtratibus emendari debeant. Sed quod ait regnum non eſſe vtile hoc ex aliorum opinione dicit non ex ſua, nam in cap. ſequenti ait ea quæ contra vnius principatum dixerat non ad regem legitimum pertinere ſed ad Tyrannum: igitur quum ait legis defectum à populo ſuppleri, reſpicit Athenienſium leges ſub quibus viuebat at in polit. ex profeſſo non quod fit reſpicit ſed quod cenſet fieri oportere. Romani circa iudicia melius videtur ſtatuiſſe concedentes Prætori ius ſupplendæ legis. in hoc tamen peccauere quod ab eo ad Populum ius prouocationis induxerint: in quo eſt ſumma iudiciorum poteſtas. debuit enim appellari Senatus. Præterea in eo videntur erraſſe quod cum populo plus quam par eſt in hac re tribuerint, minus tamen in alijs partibus Reip. dederint. Nam non ſine piaculo clam delibata populi majeſtate & paulatim ad ſenatum ſpecie neceſſitatis traducta, tandem ex paucorum dominatione ad vnius imperium quodammodo rapti ſunt. quod ſuboleuiſſe videtur Pomponio qui in l. 2. §. nouiſſime de orig. iur. *nouiſsime* (inquit) *ſicut ad pauciores, iuris conſtituendi via tranſiiſſe ipſis rebus dictantibus videbatur, per partes euenit vt neceſſe eſſet Reipublicæ per vnum conſuli: nam ſenatus omnes prouincias probe gerere non poterat.* Sane neceſſitas principem conſtituit, non voluntas. Vi enim armorum Iulius occupauit imperium effuſo ſanguine tot ciuium vt Cadmæa eſſet victoria ſic paulatim & quaſi per partes (hoc enim vno impetu fieri non poterat) mutauit ſtatum ex plebis & Patriciorũ imperio temperatum. quemadmodum enim corpus ex partibus conſtat idque oportet ex proportione creſcere vt maneat totius & partium ſymmetria, alioquin illud corrumpi neceſſe eſt, aut ſaltẽ mutari vt cum pes maior eſt reliquo corpore non tantum ſi plus augeatur quantitate ſed & qualitate. Sic etiam ciuitas ſuis partibus coagmentata vt vere ait Ariſtot. libro 5. cap. 3. quod autem ait Pomponius Senatum

Error Romanorum qui prætori iuris corrigendi poteſtatẽ dedere: & tamen ab eo ad populum prouocationem inſtituerunt.

Summum imperium nec magis nec minus ſuſcipit.

natum omnes prouincias probe gerere non potuiſſe, melius dixiſſet non facile, facilius eſt enim ab vno legem accipere quam à pluribus & hanc mutati ſtatus cauſam adducit Strabo lib. 6. χαλεπὸν δὲ ἄλλως οἰκεῖν τὴν τηλικαύτην ἡγεμονίαν ἢ ἐνὶ ἐπιτρέψαντας ὡς πατρί. vt patri inquit principatum dantes vt demonſtretur legitima Monarchia. vnde in l. 3. in fine ff. de offic. Præt. quod ait multo magis Ius ſummum in imperatore eſſe quam in populo, id eſt multo facilius: neque enim plus iuris habet quam populus habuit antequam in principem transferret ſuum imperium, nam id ius à populo habet: nemo autem plus iuris in alium transferre poteſt quàm ipſe habuit l. nemo ff. de regul. iur. neque enim maieſtas recipit intentionem & remiſſionem l. 2. in fine C. de adopt. hic autem reprehendo Patricios quod paſſi ſint vnius imperio omnia cedere, non quod ſtatus non ſit melior & vtilior, ſed arguitur eorum ignorantia, qui populi dominationem euertere cupientes in eum ſtatum ſunt prolapſi qui plebi tutior at ſibi ipſis periculoſior erat. Enim quid mirum ſi plebs contemptu ſui exacerbata & ab vno ex optimatibus culta & illecta, malit vnum dominum habere quam plures. at vbi vniuerſus populus dominatur ceſſat hæc ratio: mauult enim dominus eſſe quam parere: neque vlla eſt cauſa qua ſtatum poſſit immutare, quum nec plebs odio habeat optimates, nec hi plebi infenſi ſint, ſuo iure vtrinque ſeruato. Ergo optimates pœnam læſæ maieſtatis in ſe & poſteros propagatam ſuſtinuere. quum enim in principem tranſlatum eſſet ius populi ſenatus quidem ius condere potuit l. non ambigitur ff. de legib. non tamen ſine auctoritate principis l. humanum C. eod. ſenatusconſulta enim auctore principe fiebant l. 1. C. de petit. hęred. quod vt inuidiæ fumum effugeret ſe princeps in numerum Senatorum conſcribi voluit l. 8. C. de dignit. tum etiam ne ignorante principe quicquam ex publicis rebus in Senatu ageretur. igitur ita Senatus ius facere potuit: at non dicere, non reddere: quia illud ſummo Imperio: hoc Iuriſdictioni conuenit. Magiſtratus ius reddit l. penult. ff. de iuſtit. ius dicit l. qui iuriſdictioni ff. de iuriſdict. at nec princeps, nec Senatores, ſunt magiſtratus, ſed in ea auctoritate eſt principium magiſtratus & iuriſdictionis. Ergo eadem fere eſt differentia inter ius facere & dicere quæ eſt inter opus & vocem, quæ vt ait Phalaris eſt σκιὰ ἔργου: inter agere & loqui. non mirum itaque ſi ex paucorum dominatione ad vnum Reſp. perducta eſt: ideóque minus fuit laboris & periculi id attētare & perficere, quo magis erat attrita populi poteſtas & fere ad tres viros deuoluta. Eſt enim facilis lapſus ab exiguo numero ad vnitatem, ijs penes quos ſumma rerum erat id ignoranter molientibus & maxime natura imperij laborante in pluribus, in vno quieſcente (id patet ex eodem principio ducta ratione: dictatura enim inuenta eſt ab optimatibus vt plebis auctoritas frangeretur, non ſentientibus ſuam etiam tolli) vltra enim progredi non poteſt. & debet propius acce-

In bene conſtituta Rep. nulla ſit pars quæ non ſit particeps boni & mali publici.

dere ad Dei ſimilitudinem qui vnus eſt vt ſit diuturnius, quo ſuo principio ſimilius. Ita tamen vt quodam libramento pondus ingentis poteſtatis quaſi eleuari videatur ne ſua mole ruat, data libertate populo liberrime conquerendi & quoſdam creandi magiſtratus: dato iure conſulendi optimatibus & ſub nomine principis decernendi: non vt quid piam ex iure imperij ſummi detrahatur à principe: Eſt enim ius ſacroſanctum, ſed vt tanta magnitudo ſuſtentari poſſit Senatus auctoritate & populi beneuolentia, tāquam firmamentis dignitatis regiæ. in quo omnes populi partes conuenientem ſibi functionem exercent, nulla remanente communis boni vel mali experte. Ariſtoteles verũ regem eum eſſe ait cui parent omnes καὶ κύριον εἶναι οὐ κατὰ μέρος ἀλλ' ἁπλῶς, id eſt vt omnia ſub eius auctoritate gerantur licet ex ijs quædam alijs partibus committtat. ad hæc Pindarus Olymp. oda. 1. τὸ δ' ἔσχατον κορυφοῦται βασιλεῦσι. Sed hoc in libro 3. polit. cap. 17. non in omnibus gentibus verum eſſe ait ſed in ijs quæ regio imperio aſſuetæ ſunt quarumque mores huic adminiſtrationi conſentiunt, non inter ſimiles vel æquales virtute, animi præſtantia, opibus. Vnde Romani auctore Strabone libro 12. Cappadociæ potiti, quum & libertatem conceſſiſſent & principes eam recuſarent, negantes eam ſe ferre poſſe, regemque ſibi poſtulaſſent mirabantur immerito: nam aſſueti regio imperio aliam imperij ſortem ſubire non poſſunt. Et quamuis quibuſdam gentibus hoc inuiſum ſit, ſimpliciter tamen & abſolute regnum eſt optima forma ſtatus licet ſecundum quid aliud accidere poſſit. Ariſtot ethic 8. cap. 12. dico regnũ eſſe optimum quo nobiles ab iniuria populi defenduntur, & inopes à potentiorum ſuperbia. Ariſtoteles libro 5. pol. cap. 10. at Dictatura quæ breue regnum eſt duntaxat aduerſus multitudinem introducta eſt. Sane breue vnius abſolutum imperium populo valde periculoſum eſt vt teſtatur ſtatius libro 2. Thebaidos.

Non parcit populis regnum breue: reſpice quantus
Horror, & attoniti noſtro in diſcrimine ciues.

Summum imperium breue periculoſum.

Status autem Democratiæ tutor videtur & excellẽtior optimatum gubernatione: quamuis enim vnuſquiſque vir non bonus ſit congregati tamen ſimul ſunt paucis illis meliores non vt ſinguli ſed vt vniuerſi, fitque multitudo tanquam vnus homo multorum pedum & multarum manuum, & multis ſenſibus inſtructus: idcirco Romulus ſanxit vt tam in populo quàm in Senatu plurimum ſuffragia vincerent: maior pars in ſingularibus ſeu priuatorum negotiis intelligitur ſi in ea plus ſit vno l. ſi præcedente §. 1. ff. mandati: quia pro numero perſonarum maior pars creditorum accipitur ſi in cumulo debiti æquales ſint l. maiorem ff. de pact. nam in ſingularibus Arithmetica proportio ſeruatur. at in vniuerſali Geometrica vt in comitiis, in Senatu & generaliter in omni vniuerſitate hominum, ideo per partes vniuerſales maior aut minor accipitur, idque optime docuit Vlpianus in l. nulli ff. quod cuiſque vniuer. & impp. in

In vniuerſalibus Geometrica in ſingularibus Arithmetica proportio ſeruatur.

l. nominationum C. de decur. in ſenatu tamen ſi princeps ſedeat etiam minoris partis ſententiam confirmare poteſt: quia ipſe inſtar eſt omnium. At in optimatum imperio eſt quædam nota diuiſionis, eſt enim pars populi §. lex inſt. de iur. nat. non quid totum aut vniuerſum. naturæ autem non conuenit, qua pars totum ſuperare non debet Ariſtotel. libro 3. polit. cap. 17. Arnobius libro 2. *In to, to enim pars eſt, non totum in parte: & vniuerſitas debet attrahere portiones non portionibus vniuerſitas applicari.* in vtraque tamen vitium eſt: nam in Democratia, plura capita prædominante nullo facile diffluunt & diſſoluuntur, & licet plus habeant roboris, minus tamen habent conſilij. Sed ſi exurgat vnus (vt Iulius) qui tot brachia, tot pedes, tot ſenſus poſſit in vnam conſonantiam dirigere iam perfecta erit harmonia. Atiſtot. tamen ethic. libro 8. cap. 12. videtur remouere Democratiam à reliquis formis adminiſtrandæ Reip. tres enim tantum conſtituit, regnum, optimatum ſtatum & timocratiā, id eſt poteſtatē ex cenſu cuius corruptio in popularem ſtatum degenerat: ideo populi dominatio non videtur iuſta & vera forma Reip. verum ibi intelligit ſolius multitudinis abſolutum in omnibus imperium quod iuſta Reſp. dici non poteſt quum in multitudine ſingularum rerum iudicium eſſe non poſſit ſed vniuerſarū: vnde ſingularia iudicia neceſſario creduntur optimatibus, non tamen vni ex illis ſed pluribus idem libro 3. polit. cap. 15. & ideo vitioſa eſt Reſp. in qua populus iudicat ſeu magiſtratus maiores exercet. Ergo vera & legitima popularis adminiſtratio eſt cui aliquid ex optimatum imperio miſcetur: ſicut vera non eſt ariſtocratia ſi nihil populo concedatur ſed, ὀλιγαρχία quæ eſt illius corruptio & hoc vno verbo dici poteſt ſi vel princeps vel optimates vel populus omnia pro arbitrio ſuo regant non ſecundum iuſtitiam quæ ſingula ſingulis tribuit l. 10. ff. de iuſtit. non eſt legitima publicæ adminiſtrationis forma vt Euſtathius aſſerit in Homerum illiad. 2. Reſpice quatuor elementa quæ ſunt ſimplicia corpora, nūquid ſingula ex ſingulorum qualitatibus aliquid viciſſim admixtum habent. Patet igitur defectum legis religioni magiſtratus eſſe credendum vt emendetur, ſalua tamen lege: apud Athenienſes tamen aliud obſeruatum fuiſſe: hæc eſt ratio eorum quod ex non ente ad ens productio eſt quædam vmbra diuini imperij & quaſi imago quædam infinitæ poteſtatis non circumſcriptæ vllis cancellis aut terminis, & comparatur regulæ Lesbiæ quæ torquetur & inflectitur neque eadē manet. quum enim leges circa actiones verſentur quæ ſingulares sūt & indefinitæ, indefinita quoque eſt earū norma: idcirco neceſſaria eſt poteſtas quę vi prope infinita hanc in certitudinē varie definiat Ariſtoteles. 5. ethic cap. 14. τοῦ γὰρ ἀορίστου, ἀόριστος καὶ ὁ κανών ἐστι· ὥσπερ καὶ τῆς λεσβίας οἰκοδομῆς ὁ μολύβδινος κανών: πρὸς γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ λίθου μετακινεῖται καὶ οὐ μένει ὁ κανὼν, καὶ τὸ ψήφισμα πρὸς τὰ πράγματα. hinc fit vt ex neceſsitate peccetur in legibus ferendis non vitio vel

Nulla eſt politia quæ aliquid ex alijs non habeat immixtum vt quatuor elementa.

Cur athenis nō licebat pretori ſupplere defectum legis.

culpa legis vel legiſlatoris,ſed quia non eſt finita materia rerum earum quæ in actionẽ cadunt.idem. ἐν οἷς ἀνάγκη μὲν εἰπεῖν καθόλου μὴ οἷόν τε δὲ ὀρθῶς τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πλέον λαμβάνει ὁ νόμος, οὐκ ἀγνοῶν τὸ ἁμαρτανόμενον καὶ ἔστιν οὐδὲν ἧττον ὀρθῶς, τὸ γὰρ ἁμάρτημα οὐκ ἐν τῷ νόμῳ, οὐδ' ἐν τῷ νομοθέτῃ ἀλλ' ἐν τῇ φύσει τοῦ πράγματός ἐστιν. εὐθὺς γὰρ ἡ τῶν πρακτῶν ὕλη τοιαύτη ἐστί. Igitur leges poni non poſſunt perfecte ob vitium ſubiecti, idcirco immutabiles eſſe non poſſunt,quærit enim vnumquodque ſuapte natura perfectionem ſui & tandiu mutationi obnoxium ſit quamdiu aut ſublatum de medio fuerit aut ſuis partibus integre abſolutum. Ergo ius poſitiuum imperfectum eſt non ex ſe ſed ratione ſui ſubiecti. Eſt enim actio hominis incertiſſima antequam contingat. Vnde ſatis oſtenditur hoc ius à natura non eſſe: alioqui male lex propriã ab Ariſtotele diceretur cum natura communis ſit neque ex more vires acciperet qui tempore inducitur. In hoc tamen elaborandum eſt vt ad naturam propius accedat idque obnixe. Nam in multis naturæ leges violantur. Tullius in Thuſc. *Nunc paruulos nobis dedit igniculos quos celeriter malis moribus opinionibúſque deprauatis ſic reſtringuimus,vt nuſquã naturæ lumẽ appareat.* Æquum & bonum à natura eſt, iuſtum ſpeciale naturam ſequitur quatenus fieri poteſt,non tamen naturale eſt omnino. Nam metu iniuſti conditum eſt recte Horatius.

Lex eſt imperfecta ob vitium ſubiecti quod eſt indefinitum.

> *Iura creata metu iniuſti fateare neceſſe eſt.*

Vbi iniuſtum non eſt accipiendum ab analogia contrarij, id eſt iuſti ſpecialis,ſed generaliter pro quacunque iniuria quæ contra ius naturæ, gentium, & ciuitatis admitti poſſet, hanc ſententiam idem ſic probat. 1.ſerm. ſaty.3.

> *Nec natura poteſt iuſto ſecernere iniquum,*
> *Diuidit vt bona diuerſis, fugenda petendis.*

Ius poſitiuum non eſt naturale nec immutabile cur non mutandum.

Ergo hoc iuſtum propemodũ ſe habet vt generatio quæ ex corruptione promanat vnde ſapit naturam ſuæ originis & mutationem patitur,hinc Solon vt ſcribit Plutarchus in vita eius leges ſuas in centum annos poſuit,& ita imperfectas iudicauit vt per ſingula nouennia eas emendaret, vt teſtatur Heraclides in Cretenſium Rep. igitur leges immutari poſſunt, neque tamen ideo ſunt mutandæ niſi ſumma inde vtilitas Reip. proceſſura ſit. ſatius enim eſt ferre vitia legis & legiſlatorum quam aliquid innouare : ita enim mutatis legibus aſſuefieret populus refragari magiſtratibus, quorum auctoritas ex iam conſtitutis legibus pendet. Ariſtot.2.polit.cap.8. οὐ γὰρ τοσοῦτον ὠφελήσεται κινήσας ὅσον βλαβήσεται τοῖς ἄρχουσιν ἀπειθεῖν ἐθισθείς. Et hac ratione cauit Charondas apud Thurios vt ſi quis legis abrogationem vellet ſuadere laqueum collo inuolueret vt ſi diſpliceret oratio,impacto fune ei gula frangeretur. Diodorus libro 12.ideo maluerunt Athenienſes decreto legis defectum emendare, quam ſubrogare aliam legem qua priori aliquid à diceretur (id enim ſonat hæc vox : abrogatio autem, obrogatio

& derogatio ad exceſſum prioris legis referuntur) & arithmeticam proportionem obſeruarũt. Nam in ſtatu popularis imperij dominatur æqualitas vt qui plus poſſit cõſilio licet iudicãdi ius habeat tamen plus imperio non poſſit: quoniam legibus ſcriptis Reſp. regitur, in quibus vera eſt anima huius adminiſtrationis à quibus ne latum quidem vnguem recedere licet. Ideo Romæ Patricij vſque ad extremum reſtitere plebi in legibus ſcripto conſtituendis quum ante penes reges eſſet non tantum iuris faciendi ſed & dicundi poteſtas, deinde à regibus ad conſules tracta qui lites ex animi ſententia dirimebant, quod Dionyſ. Hal. libro 10. oſtendit ἐταράττετο γὰρ αὖθις ὑπὸ τῶν Δημάρχων ἀναδιδασκόμενος ὅτι πολιτειῶν κρατίστη τοῖς ἐλευθέροις ἐστὶν ἰσηγορία· καὶ κατὰ νόμους ἠξίου διοικεῖσθαι τά τε ἰδιωτικὰ καὶ τὰ δημόσια· οὔπω γὰρ τότε ἦν οὔτε ἰσονομία παρὰ Ῥωμαίοις οὔτε ἰσηγορία, οὐδ᾽ ἐν γραφαῖς ἅπαντα τὰ δίκαια τεταγμένα ἀλλὰ τὸ μὲν ἀρχαῖον οἱ βασιλεῖς αὐτῶν ἐτάττοντο τοῖς δεομένοις τὰς δίκας, καὶ τὸ δικαιωθὲν ὑπὸ ἐκείνων τοῦτο νόμος ἦν ὡς δὲ ἐπαύσαντο μοναρχούμενοι τοῖς κατ᾽ ἐνιαυτὸν ὑπατεύουσιν ἀνέκειτο τά τε ἄλλα τῶν βασιλέων ἔργα καὶ ἡ τοῦ δικαίου διάγνωσις &c. idem poſtea eodem libro ait ferre leges & incidere tabulis eſſe diſſoluere Ariſtocratiã. Athenienſes verò ab optimatũ imperio natura abhorrentes vt euitarent hunc ſcopulum legẽ ſanxere ne magiſtratus vtantur lege non ſcripta ne quidem de vno negotio Andocides de myſterijs legẽ hanc adducit in hæc verba ἀγράφῳ νόμῳ τὰς ἀρχὰς μὴ χρῆσθαι μηδὲ περὶ ἑνός: Iuſiurandum autem quo ſuam conſcientiam & fidem iudices obſtringebant apud eumdem ibidem. ſic erat conceptum ψηφιοῦμαι κατὰ τοὺς κειμένους νόμους: hocque operatur vt extra ordinem non poſsit reſcindi ſententia: dico extra ordinem quia poteſt per appellationem quæ lege Solonis introducta eſt, non per reſtitutionem. Verba huius legis apud eũdem ſic ſcripta ſunt τὰς δίκας καὶ τὰς διαίτας κυρίας εἶναι ὁπόσαι ἐν δημοκρατουμένῃ πόλει ἐγένοντο· ὅπως μήτε χρεῶν ἀποκοπαὶ εἶεν μήτε δίκαι ἀνάδικοι γίγνοιντο ἀλλὰ τῶν ἰδίων συμβολαίων αἱ πράξεις εἶεν τῶν δημοσίων ὁπόσοις αἱ γραφαί εἰσιν ἢ φάσεις ἢ ἐνδείξεις ἢ ἀπαγωγαί igitur non potuit Prætor Athen. reſtituere aduerſus ſententiam: nec obſtat quod ius prouocandi fuerit, nam prouocatio querelam continet de iniquitate ſententiæ non quod contra legẽ ſit ſed contra intentionem legis: at in reſtitutione petitor non queritur de iudice ſed de ſe aut aduerſario l. præfecti ff. de minoribus, per quam ius ſcriptum reſcinditur; at per prouocationem confirmatur. id patebit clarius exemplis, in l. in honorarijs ff. de oblig. & act. agitur de actione Prętoria qua reſcinditur ius ciuile nimirum vſucapio. in l. in cauſæ 1. §. vlt. ff. de minorib. reſcinditur alienatio quæ ſi iure ciuili valuit vtilis datur à Prætore vindicatio: ſi non valuit reſcinditur tamen, quatenus poſſeſsio eſt tranſlata & fructus percepti: nam etiam ex contractu qui nullus eſt iure ciuili poſſeſsio natu-

Leges ſcriptæ diſſoluunt ariſtocratiam.

Inter ius prouocationis & reſtitutionis differentia.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ralis tranſcribitur & dominium fructuum induſtrialium l. fructus ff. de vſuris. ratio petenda ex l. 1. §. ſi. vir ff. de acquir. poſſ. vbi quæ ſunt facti iure ciuili infirmari non poſſunt quia ſunt à natura quæ iuris ciuilis poteſtate frangi non poteſt l. eas & l. legatum ff. de cap. minut. itaque venditio eo caſu reſcinditur non data vtili vindicatione, ſed nuda Prætoris cognitione d. l. in cauſę quod fit non vi iuris ſcripti ſed ex æquitate ius ſcriptum ſupplente & ſic patet leges ſcriptas coercere nobilium arrogantiam, inopibus autem eſſe quaſi aſylum & profugium: de quo ita nobiles apud Liuium queruntur libro 2. *leges rem ſurdam, inexorabilem eſſe, ſalubriorem, melioremque inopi quam potenti, nihil laxamenti nec veniæ haberi, ſi modum exceſſeris; periculoſum eſſe in tot humanis erroribus ſola innocentia viuere.* Hinc apparet Romanum magiſtratum aduerſus ſententiam reſtituere poſſe & aduerſus ius ſcriptum ſeu ius ciuile: quod fit vel emendando, vel ſupplendo extra ordinem: at non poteſt Athenienſis quod nec ſenſum nec verba legis flectere aut frangere poſſit. dixi exceſſum in lege nondum haberi pro vitio. & tamen Prætor Rom. reſcindit ius ciuile in d. l. in honorariis & d. l. in cauſæ: nonne tunc exceſsus à magiſtratu tollitur? verum eis caſibus non tollitur directum & ciuile dominium fictione iuris: ſed remanet penes eum qui illud acquiſiuit ſed vtile ex reſtitutione competit, nam poteſt dominium Quiritum in vno remanere, naturale in altero §. qui tantum fragm. 1. Vlp. nonne idē in emendatione defectus? vt quum Prætor iuſto poſſeſſori dat Publicianam: an ea tollit directum dominium minime l. penul. & l. vlt. ff. de publiciana nunquid & ea eſt etiam vtilis §. namque ſi cui inſt. de act. Ergo & in exceſſu & in defectu idem eſſet. verum in exceſſu id notandum quod Prætor ſemper adimit ei iuris ciuilis beneficium cui competebat vt vſucaptori effectum dominij ciuilis vt & ei qui emit rem mobilem ab adoleſcente: in defectu non ſemper quia interdum non tollit, ſed adiuuat ius commune: ideo in hoc caſu ſi actio quam Prætor indulget rei perſecutionem habeat perpetua eſt, at illo anno terminatur d. l. in honorariis. nec me mouet l. ſi patronus §. pen. ff. ſi quid in fraud. patr. vbi Caluiſiana qua reſcinditur alienatio à liberto facta perpetua eſt nam id intelligitur quatenus peruenit. enim ex maleficio natæ Prætoriæ actiones, etiam ſi annuæ, ſint, perpetuæ tamen ſunt ratione eius quod peruenit l. quod aut em ff. quod met. cauſ. Fauiana etiā quæ reſpondet Caluiſianæ annua tantum eſt quia reſcindit alienationem à debitore factam l. 1. in princ. ff. quæ in fraud. cred. & l. vlt. C. eod. ſed quatenus peruenit perpetua eſt l. ait. prætor in princ. & §. hæc actio ff. eod. reſtitutiones omnes anno vtili finiuntur l. interdū ff. de minorib. aut quadriennio continuo ex conſtitutione Iuſtiniani l. vlt. C. de temp. in ieg. reſt. quamuis conſtitutione regis noſtri decennales ſint, ſed hoc quia in Gallia ſolus rex reſtituit non magiſtratus. non me mouent edicta quibus à Prętore dantur bono-

Reſciſsio iuris & facti.

Prætor reſcindēs alienationē non tollit ciuile ſeu directum dominium ne legem frangere videatur: ſed vtile in alterū transfert.

Quid poſsit prætor & quatenus contra ius ciuile in exceſſu & defectu.

rum poſſeſsiones quę tam exceſſum quam defectum legis emendant: §. 1. inſtit. de bonor. poſſ. & l. ſed cum patrono §. penul. ff. eodem. & tamen anno finitur hęc petitio etiamſi parentibus & liberis competat l. 1. §. largius ff. de ſucceſſ. edict. ſed poſtquam impetrata eſt perpetua fit l. 1. §. ducretalis eod. verum etiamſi in quibuſdam defectum emendet tamen adimit ius iuſto heredi quod ei competebat vel ex lege vt agnato cui debetur lege 12. tabul. hęreditas excluſo filio emancipato vel ex teſtamento vt cum vocat emancipatos ad bonorum poſſeſsionem patris, excluſo inſtituto ideo annuum eſt edictum. quid ſi tuendarũ legum cauſa detur poſſeſsio? idem eſt quia ſi is cui competebat ſciens non petierit tacite videtur renunciaſſe & omiſiſſe, at qui nõ petiit reſtitutionem intra annum nonne videtur ſuo iure renunciaſſe aut qui vtilem non intentauit reſciſſoriam? Verum in bonorum poſſeſsionibus ante impetrationem edicti vel decreti locus eſt huic tacitę renunciationi at in reſciſſoriis actionibus poſt impetratam reſtitutionem ex qua vtilis competens ante litem conteſtatam anno perimitur. hęc eſt prætoris Romani poteſtas qui fere anima legis erat ſub ſpecie æqui boni que deliteſcens at Athemenſis animatum tantum erat eius inſtrumentum. Sed quum Athenienſis populi imperium defloruiſſet Romanorum gloria offundẽte tenebras Græciæ ad Proconſulem Græciæ ſeu Achaię iuriſdictionis auctoritas tranſlata eſt. Athaia autem græciam vniuerſam ſignificant, quia eam Romani ſubegerunt Achæis principatum Græciæ obtinentibus, quibus deuictis reliquę vrbes Græciæ eidem poteſtati ceſſere. Pauſanias in Achaicis καλοῦσι δὲ οὐχ Ἑλλάδος ἀλλὰ Ἀχαΐας ἡγεμόνα οἱ Ῥωμαῖοι, διότι ἐχειρώσαντο Ἕλληνας δι᾽ Ἀχαιῶν τότε τοῦ Ἑλληνικοῦ προεστηκότων. Proconſul autem in ſua prouincia omnium partes ſuſtinebat, qui Romæ ius dicebant l. 7. §. vlt. ff. de offic. Proconſ. & proinde Pretoris qui poterat legem corrigere & cæterorum magiſtratuum quibus merum erat attributum imperium. *Quomodo & quando Græci iure Romano vti cæperunt.*

Ariſtides in oratione de concordia ſic ad Gręciæ ciuitates loquitur ἡγεμόνες δ᾽ ἡμῖν ἐκ νόμου φοιτῶσι καθ᾽ ἕκαστον ἔτος· τούτοις δ᾽ ἅπαντα ἐπιτέτραπται καὶ μείζω καὶ ἐλάττω πράττειν ὅπῃ ποτ᾽ ἂν αὐτοῖς δοκῇ βέλτιον εἶναι vnde decreta populi tunc in legibus emendandis nihil potuere: ſed tantum de ijs rebus ferebantur quę ad publicam adminiſtrationem pertinebant, quod poteſt intelligi ex eodem in oratione de Sicilia οἱ μὲν νόμοι τὸ δίκαιον εἰσάπαξ εὑρόντες, κοινὸν ἔταξαν κατὰ παντὸς τοῦ χρόνου· τὰ δὲ ψηφίσματα ταῖς χρείαις ἀκολουθεῖ καὶ τὸν τρόπον ὃν ἂν αἱ πράξεις ἄλλοτ᾽ ἄλλως ἐπὶ τῶν καιρῶν ἀπαντῶσιν· οὕτω τὰ ψηφίσματα καὶ τὰς γνώμας οἱ καιροὶ καὶ ποιοῦσι καὶ λύουσιν εἰκότως. ἐν ἐκείνῳ μὲν τῷ τρόπῳ τοῖς πολίταις διαλεγόμεθα ὥστε φθέγξασθαι τοῦτο διὰ τέλους· ταῦτα δὲ πρὸς τοὺς ἔξω καὶ πρὸς τὰς τοῦ πολέμου τύχας ἀνεύρηται. Tutius eſt itaque magiſtratui legis emendationem cõmittere quam populum iudicem conſtituere: non quod infe-

rendum ſit ita coërcendum eſſe populum vt ei nihil quicquam liceat eorum quæ ad ſalutem & gloriã ciuitatis pertinent: nam vt ait Ariſtot.3.polit. cap. 16. Σόλων γε ἔοικε τὴν ἀναγκαιοτάτην ἀποδιδόναι τῷ δήμῳ δύναμιν τὸ τὰς ἀρχὰς αἱρεῖσθαι καὶ εὐθύνειν μηδὲ γὰρ τούτου κύριος δοῦλος ὢν ὁ δῆμος, ἂν εἴη καὶ πολέμιος vere enim qui ſeruum facit populũ, hoſtẽ ſibi creat pernicioſum idẽ 3. polit.cap. 11. maiores magiſtratus dat ſeorſim optimatibus plebi vero eorum electionem ſimul cum nobilibus,& concedit vt coram populo rationes reddantur adminiſtrati muneris. τὸ μὲν γὰρ μετέχειν αὐτοὺς τῶν ἀρχῶν τῶν μεγίστων οὐκ ἀσφαλὲς διά τε γὰρ ἀδικίαν καὶ δι' ἀφροσύνην, τὰ μὲν ἀδικεῖν ἄν, τὰ δὲ ἁμαρτάνειν αὐτούς: τὸ δὲ μὴ μεταδιδόναι, μηδὲ μετέχειν φοβερόν. ὅταν γὰρ ἄτιμοι πολλοὶ καὶ πένητες ὑπάρχωσι πολεμίων ἀναγκαῖον εἶναι πλήρη τὴν πόλιν ταύτην: λείπεται δὴ τοῦ βουλεύεσθαι καὶ κρίνειν μετέχειν αὐτούς. conſulat ergo populus de rebus ad publicum pertinentibus & de iiſdẽ iudicet (non tamen de ſingulis quia ob iniuſtitiam in multis & ob imprudentiam peccaret) vt in comitijs apud Romanos. Vnde ait Solonem & nonnullos legumlatores præfeciſſe populum comitiis creandorum magiſtratuum & reddendarum rationum iudiciis, quod etiam Romulum ſanxiſſe demonſtrabitur infra: Atqui eius videtur iudicem eligere qui iudicare ſcit quare optimatibus potius electio magiſtratuum concedenda videretur, verum non ſolum artifex operis de ſuo opere iudicat, ſed & alius huius artis imperitus. Nam domum cognoſcere non ſolum eſt eius qui fecit ſed melius de ea iudicabit paterfamilias qui ea vtitur aut gubernator de naui quam faber, & de epulis, melius conuiuæ, quam coquus. Sed non videtur vtile vt comitia creandorum magiſtratuum & iudicia rationum reddendarum egentium & improborum multitudini tribuantur. Verum ſi populo non dentur Senatui tribuantur, in quo etiam multitudo eſt quę partem populi facit, totum autem ſua parte eſt præſtantius. Et ſic vniuerſi de poteſtate publica quæ & ipſa vniuerſalis eſt ferant ſuffragium: iudicia de rebus ſingulis & magiſtratus ſummi ijs credantur qui ſeparatim ſunt meliores, tum etiam opum gloria excellentiores electio autẽ magiſtratuum populo committatur quia ei regendo conſtituuntur. Quod nec Romanorum reges neglexere & maxime Romulus, de quo ſic Dionyſius τοὺς μὲν εὐπατρίδας ἱερᾶσθαί τε καὶ μεθ' ἑαυτοῦ τὰ κοινὰ πράττειν ἐπὶ τῶν κατὰ πόλιν ἔργων μόνον τάς. ij autem ex nobilitate generis non ex opibus ad hos honores euehebantur, nam aliquando viri cõſulares & triumphales ita inopes fuerunt vt non baberent vnde poſſent funerari. Ariſtot. nobiles definit qui à bonis maioribus orti ſunt & in ſe habent etiam ex illo principio ſemen bonorum procreandorũ: ijs (inquam) iudicia rerum ſingularum & maiores poteſtates credantur non obſcuris aut malis diuitibus nam quum ægrotamus medici conſuluntur non ditiſsimi ſed optimi. qua re Syneſius de regno

Cur qui eligit iudicem non tamen debet iudicare.

regno cenſet optimos magiſtratus eligendos eſſe. eligat autem medicum ægrotus. Et hoc vt dixi etiam ſub regibus Romanis erat. Enim licet lege regia, populus in principem omne ſuum imperium tranſtulerit l. 1. de conſtit. prin. l. 1. §. ſed & hoc C. d. vet. iur. enucl. tamen princeps nonnihil ex poteſtate remittit. & quidē principia naſcentis Romæ, manu ſola regis gubernabantur tamen paulo poſt Romulus leges cōdidit quibus imperiū regi voluit l. 2. in princ. ff. de orig. iur. quibus populo ius eligendorum magiſtratuum datum eſt Dionyſ. Halic. lib. 2. patet etiam ex eo quod quæſtores ſub regibus ſuffragio populi non voce regis crearentur l. vnica ff. de offic. quæſt. poſtea ſub imperatoribus ius illud populo non eſt ademptum, ita vt etiam in municipijs magiſtratus ſuffragio plebis vel decreto curię conſtituerentur nouella 11. cap. 1. licet Leo illis hanc poteſtatem eripuerit nouella ipſius 46. & 47. ſed Leonis conſtitutiones ne eo quidem imperante obſeruatæ ſunt. Nam in corpore humano ſi pars vna totius ſubſtantiam ad ſe trahat & ipſa cum toto ruat neceſſe eſt. Nam partes naturæ lege in toto ſunt connexæ, ita vt ſi quædam inutiles reddantur non ſolę pereant vt contingit cum plus ęquo ſplen augetur, ſubtrahendo alimoniam aliarum partium, tantillum quidem pingueſcit & creſcit, ſed alijs partibus defectu nutrimenti decreſcentibus ipſa ſimul cum toto collabaſcit. Syneſius in Epiſtola ad Fratrem, φύσεώς ἐστι νόμος ἐμπεπλέχθαι τῷ καθόλου τὰ μέρη, καὶ ὅταν πάνυ πολὺς ἀπὸ τῆς τοῦ σώματος συμφορᾶς ὁ σπλὴν αὐξηθῆ, ἕως μὲν ἀντέχει τὸ ὅλον, εὐθενεῖταί τε καὶ πιαίνεται, ἀπολλυμένῳ δὲ συναπόλλυται. Sed cum populo detur electio magiſtratuum; optimatibus eorum ſicut & ſacerdotiorū adminiſtratio, quid erit proprium principi? Dionyſius libro 2. bellum & ſacra: & idem Heraclides ait primis Atticę regibus conueniſſe. inter Chriſtianos ſacra ſunt Pontificū. Quum autē lex in ſpecie ſpeciale iuſtum conſtituat iure maieſtatis, ſequitur vt quod maieſtas regia ſancit lex ſit: vnde leges regiæ vocitantur. Nam initio rerum, imperij ſumma penes reges fuit (inquit Iuſtinus) quod Ariſtot. 1. polit. aſſerit, qui primū electi, deinde ſucceſſiui fuere. Tullius, *Mihi quidem non apud Medos ſolum vt ait Herodotus, ſed etiam apud maiores noſtros iuſtitiæ fruendæ cauſa videntur olim bene morati reges conſtituti. Nam quum premeretur initio multitudo ab ijs qui maiores opes habebant ad vnum aliquem confugiebant virtute præſtantem, qui quum prohiberet iniuria tenuiores, æquitate conſtituenda ſummos cum infimis pari iure retinebat: deinde regna poſteris per manus à patribus tradita ſunt.* Idem 3. de legibus, *omnes antiquæ gentes regibus quondam paruerunt: idque in Rep. noſtra maxime valuit, quoad ei regalis poteſtas præfuit: deinde etiam deinceps poſteris prodebatur, quod & in ijs etiam qui nunc regnant manet*, ita fit vt leges à regibus conditæ conſenſu omnium ciuium ſancitæ videantur. Hoc enim legiſlatores religioſiſſime obſeruarunt, vt communi conſenſu leges ponerent idque ita

In Republ. cauendum ne vna pars totius ſubſtantiam ad ſe trahat.

Populus eligit magiſtratus optimates ſuos, eoſque etiam in ſacerdotes eligit: penes regem autē ſunt bella & ſacra.

Origo regnorū.

Conſenſus eſt ex eſſentia legis.

ρύου μόγις τοῖς θεμέθροις αὐτοὺς συνδιήρκεσαι. Et quoniam in Monarchia Dominica voluntas populi coacta eſt vi potius & ferro retinetur quam legibus,ſic Saluſtij & Polybij ſententia confirmatur ijſdem artibus imperium conſeruari quibus eſt partum vt Turcarum Monarchia qui in cruorem fratrum ſuorum principia ſuæ dominationis ædificant & quorum ſubditi terrore potius quam amore, in officio tamquam mancipia continentur. Leges tamen ſunt quę in eo ſtatu ponuntur quia iuſtum ſtatui poteſt ab eo qui iuregentium dominium obtinuit,ideoque dixi in difinitione *Iure Maieſtatis*, vt omnes formas imperij cōplecteretur, tum vt oſtenderetur legi ineſſe imperium tanquam vitalem ſpiritum ſine quo mortua eſt : vnde in l. 2. de legibus definitur βασιλεύς &c. M. Tullius 3. de legibus, *Nihil porro tam aptum eſt ad ius conditionémque naturæ, quod quum dico legem, à me dici volo intelligi quam imperium ſine quo nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus poteſt.* Dixi *in ciues & ſubditos.* ciues alio iure, alio ſubditi reguntur, vnum tamen finem vtraque ſpecies imperij reſpicit nimirum vt & qui regunt & qui reguntur bene beateque viuant. Alioqui non eſt Reſp. non Monarchia ſed Tyrannis quæ eſt adulterinus principatus, in qua non eſt lex præter libidinem inſani & cæci ductoris vnde monſtra inſignis crudelitatis enaſcuntur : vt ex Ixione qui Iunonem,id eſt Monarchiā violare ratus (vt Euſtathius interpretatur) nubem imaginario polluit adulterio, vnde tot monſtruoſa animalia proſiluere. Ciues partem ciuitatis cōſtituunt participes bonorum publicorum vt onerum. Epictetus 2. cap. 10. Hippodamus δεῖ γὰρ τὸν πολίταν, μέρος ὑπάρχοντα τᾶς συμπάσας πολιτείας φέρεσθαί τι ἀπ᾽ αὐτᾶς γέρας : idem ait Ariſtot. 8. πολιτ. cap. 1. ſubditi autem aut manent in libertate vt inquilini aut exules qui proprie ciues non ſunt, idem 3. polit. cap. 1. aut prouinciales bello victi quibus tamē libertas ſalua eſt: aut in ſeruitute de quibus raro apud veteres tractatur quum dominicam Monarchiam iniuſtā eſſe exiſtimarēt & omnino tyrannicā, cuius origo eſt à primęuo iure naturæ quo qui plus poteſt vi corporis alienam libertatem vitamque ſuæ libidini ſubijcit, idcirco beluinum eſt hoc imperium: at regnum in liberos diuinum eſt & paternum vt Dei in nos : in tributarios eſt & ſeruile, vt cauponis : Elegantiſſime Themiſtius in oratione 5. Πέρσαι καλῶς Κῦρον μὲν πατέρα, Καμβύσην δὲ δεσπότην, Δαρεῖον δὲ κάπηλον ἐπωνόμαζον: ποιεῖ δὲ πατέρα μὲν δικαιοσύνη, θυμὸς δὲ δεσπότην, κάπηλον δὲ φιλοχρηματία. θεία δὲ μόνη ἡ τοῦ πατρὸς ἐπωνυμία· πατέρα γὰρ ἀνθρώπων καὶ τὸν Δία ποιηταὶ ἐπονομάζουσι: τῶν δὲ ἄλλων ἡ μὲν θηριώδης, ἡ δὲ καὶ ἀνδραποδώδης. Iuſtitia facit patrem & verum regem, ira & violentia dominum, cauponem auaritia. Et hoc eſt quod dixi in 1. cap. prima imperia ex prima natura vere imperia non fuiſſe, quia violentia hominis in hominem parta ſunt: ideo parum temporis

Iuſtitia regem facit & patrē vis, dominum, auaritia cauponem.

perduraſſe. nam domini vox extra familiam progredi non debet. Ariſtides in Romam οὔπω γὰρ ἦτε ἀρχὴ καὶ τὸ δεσπόζειν διῄρητο ἀλλ' ἦν ἴσον βασιλεὺς καὶ δεσπότης: οὐκοῦν εἰκότως, οὐδ' ἐπὶ μέγα προῆλθον. οὐ γὰρ περίεισιν οἴκου περαιτέρω τοῦτο τοὔνομα: ὅταν δὲ εἰς πόλεις τε καὶ ἔθνη ἀφίκηται ῥᾳδίως παύεται. Hæc erat Græcorum de dominico ſtatu ſententia. Cur ergo mox dixi legitimum eſſe, quod ſane verum eſt conſtitutione & conſenſu gentium, at origine & cauſa violentum eſt & beluinum, idē ſentiunt Chriſtiani quia omnes ſunt liberi. Sed nunc barbarę & impiæ gentes ſe parum à brutis diſtinguunt quę iam mancipatas dæmonibus animas facilius hominibus ſubijciunt ignorantes originem ſuæ ſubſtantiæ & poteſtatem ſuæ voluntatis alioqui facile multi in paucorum vitam coniuriati, irrumpentes iugum ſeruitutis excuterent. Nam vt vere ſentit Ariſtot. 7. polit. cap. 14. impoſſibile eſt vt pauci publicum adminiſtrantes poſſint ſuperare inuitam multitudinem cui præſunt. Ergo huiuſmodi imperia altiori prouidentia retinentur quam humana. Nunquid & ſingulis imperijs ineſt quid fatalis mali quo tandem prępondera nte ruunt? Romulus apud Dioniſium Halic. προσεῖναι δέ τινας ἑκάστῃ κῆρας συμφύτους quantumuis recte iacta ſint illius fundamenta. Nam natura oriuntur & occidunt & quum naſcantur & adoleſcant poſtea lente defloreſcunt, & tandem ſenio labefactata moriuntur, quod idem innuit libro 5. τούτου δ' ἡ φύσις αἰτία προσθεῖσα τοῖς ἀγαθοῖς ἅπασι καὶ κῆρας συμφύτους. Seneca in Agamemnone.

Dominica Monarchia origine beluina cōſtitutione & conſenſu hominum iuſta eſt.

Cuique ſpeciei imperij eſt agnata labes fatalis.

Licet arma vacent,
Ceſſentque doli, ſidunt ipſo
Pondere magna, ceditque oneri
Fortuna ſuo.

Hæc autem eo diutius manent & difficilius conuelluntur quo altius radices egerint in ciuium animis quod tum fit quum leges ſecundum ſubiecti naturam imponuntur & accommodantur genuinis populi moribus, non ſecus ac arbor quæ quo profundius in terram radices ſuas emiſit eo fortius impetus cœli ſuſtinere poteſt quod de Eſculo dicitur.

Quæ quantum vertice ad auras
Æthereas, tantum radice in tartara tendit.
Ergo non hyemes illam, non flabra neque imbres
Conuellunt, immota manet, multóſque per annos
Multa virûm voluens durando ſecula vincit.

Virgil. 2. Geor. Ex his ſequitur & morem legem eſſe quum ſumma authoritate probatus eſt quia & ciuibus & ſubditis imperat maieſtatis iure quos alioquin eo iure teneri durum eſſet, nam vt ait P. Syrus *grauiſſimum eſt imperium conſuetudinis.*

Mos eſt lex cum iure Maieſtatis eſt receptus.

AXIOMATA.

LEx ſpecialis iuſtum ſpeciale iure Majeſtatis conſtituit, non æquum bonumque abſolute ſed relatiuè tantum quod appellatur nomine ciuilis æquitatis, & hoc impropriè quum æquitas hominis arbitrio non cōſtituatur, quippe quæ in naturæ principiis fundata eſt: ius autem hoc non eſt abſolute à natura, ideo imperfectum eſt, licet naturam quæ perfecta eſt imitetur: æquum bonúmque à natura eſt ideo perfectum, & immutabile quum ciuile mutari poſſit eo quod imperfectum eſt.

LEX peccat aut in defectu, aut in exceſſu: defectus in ſtatu populari ſuppletur iure maieſtatis quo caſu plebiſcitum eſt, non lex: in ariſtocratico, iuriſdictione magiſtratus quo caſu ius emendat non tam vi ſuæ poteſtatis quam iuriſgentium quod lege ſpeciali fortius eſt, quum etiam eo legum ſanctitudo conſtet: itaque plebiſcita quibus emendatio legis conſtituitur non poſſunt tollere legem aut mutare in totum vel pro parte ſed ex ea vitium remouere quod in iuriſdictione non minus intelligendum eſt.

EXCESSVS in lege non habetur pro vitio quia iuſtum eſt quicquid in lege expreſſum eſt: poteſt tamen in ſtatu optimatum emendari, ſed in exceſſu quia lex impugnari videtur anno finitur iuriſdictionis effectus etiam poſt impetrationem in reſciſſoriis quia adimit ius quod alteri cōpetebat vt alij tribuat contra ius ciuile: quod ſi idem in defectu contingat æque annuum eſt hoc

ius emendatiuum. Sed vbi ius tantum conſeruatur quod competebat & ius bonorum poſſeſſionis ante impetrationem eſt annuum poſt vero ſeu emendet perpetuum eſt ſeu adiuuet legem niſi is cui erat delatum tacite repudiauerit. in exceſſu autem & defectu non tollitur ius ciuile ſed in vno manet, in altero Prætorium.

LEX de vniuerſalibus iudicat & futura definit ideóque iuſtior eſt iudicio quod eſt de ſingularibus & præteritis aut præſentibus. Singularia & præſentia mouent affectus, non vniuerſalia & futura. ideo vnius magiſtratus periculoſa eſt dominatio in ſtatu populi aut optimatum: quia contra naturam gubernationis publicę prouectus, altiores gerit ſpiritus & tanquam in alieno graſſatur: at ſecus in monarchia vbi princeps iure ſuo imperat, et in ſuo patrimonio tanquam paterfamilias dominatur.

LEGIS corrigendæ ſeu emendandæ poteſtas magiſtratibus non populo concedenda eſt quia ab iis eſt prouocatio, at populi error non poteſt reparari niſi ab ipſomet. vitium autem in defectu non eſt legis, ſed, ſubiecti quod indefinitum eſt: & iudicium hominis quo leges feruntur finitum eſt ideo ſubiecto regulam imponere non poteſt: vitium in exceſſu non eſt legis nec ſubiecti ſed legiſlatoris, horum emendatio non tollit legem ſed alia lege opus eſt vt mutetur: quód non eſt tentandum niſi ex euidenti cauſa neceſſitatis ne crebra legum mutatione aſſuefiat populus non parere magiſtratibus.

SENATVSCONSVLTA ſpecie neceſſitatis introducta ſunt, ſed poſt occupatum ab vno impe-

rium actore principe cæperunt fieri quo ius illud ſummum prętextu neceſſitatis inductum, delibàtum eſt: Princeps ideo ſe Senatorem fecit: ſub quo Senatus ius facit: at magiſtratus ius reddit, & dicit non facit: itaque neque princeps, neque Senator magiſtratus eſt ſed in principe eſt principium: in Senatu eſt auctoritas magiſtratuum.

NON eſt appellãdus populus à magiſtratu, ſed Senatus: quia iudicia ſunt optimatibus danda, quum ſit pars populi prudentior ſed populo electio magiſtratuum concedenda eſt, quia melius iudicabit de iis quibus eſt vſurus, alioqui ſi in Rep. populus nihil poſſit hoſtis erit: tum quod de rebus vniuerſalibus melius vniuerſus populus iudicabit quam pars: optimates autem de ſingulis. vtrimque autem tam in comitijs quam in Senatu maior pars obtinet aduerſus minorem: in vniuerſalibus autem maior aut minor intelligitur ſecundum proportionem Geometricam, in ſingularibus autem ſecundum arithmeticam.

LEGES ſcriptę plebi proſunt quia ciuium æqualitatem inducunt, nobilitatem coercent & continent, quum ab iis recedere non liceat: omnis autem lex in conſenſu vniuerſali eſſentiam habet quæ eo firmior eſt quo populi moribus accommodatior: eius anima eſt ſummum imperium: omni imperio agnata eſt fatalis quædam labes qua tandem diſſoluitur aut frangitur: inter omnia tamen optimum eſt regnum in liberos vt paternum in filios: reges autem facit iuſtitia qui primum electi deinde plurimi ex ijs ſucceſſiui fuere.

IN Ariſtocratia, magiſtratui licet reſcindere

ius ciuile quia vitium legis emendare poteſt: in democratia, ſoli populo in qua appellatio tantum recepta eſt, qua non ius ciuile ſed iudicis iniquitas emẽdatur. Reſciſſio autem quæ fit à magiſtratu aut iuris eſt quum valuit iure ciuili quod reſcindendum eſt: aut non valuit, ſed ex facto pars altera læſa eſt ex traditione & fructuum perceptione quo caſu cognitione iudicis reparandum eſt: quia quæ facti ſunt iure ciuili non infirmantur quum à natura ſint: ideo non reſcinditur ius ciuile quod tunc locum non habuit.

DEMOCRATIA non eſt legitima ſpecies Reip. niſi quid ex optimatum imperio admixtum habeat: nec Ariſtocratia ſi in ea populus quaſi ſeruus ſit. Monarchia autem hoc habet propriũ vt vnus omnia poſſit abſolute, non tamẽ omnia per ſe regit & gerit. hæc ſola perfecta eſt, cæteræ imperfectæ. Nam Ariſtocratiæ periculum diuiſionis impendet quum ſit pars ciuitatis in ea: at Democratiæ confuſio multitudinis. Primæ autem & propriæ leges ſunt regiæ.

MONARCHIA Dominica facit legem ex iure-gentium ídque ex coacta & tacita voluntate ſubditorum: quia parere malunt victori quam gladio eius occumbere, ea iuſta eſt inter gentes conſenſu & conſtitutione at cauſa & origine beluina & violenta.

LEX datur ciuibus & ſubditis in eumdem finem nimirum felicitatis at non eodem iure: quia ciui datur vt parti ciuitatis ſubdito vt acceſſioni puta exuli, peregrino, prouinciali.

ANTI-

ANTIQVÆ LEGES Romanorum.

CAP. III.

LEGES antiquiſſimæ ſunt regiæ quas ſecundum ordinem temporum non diſponendas eſſe cenſui in hoc libro, quoniam rerum ordinem potiorem eſſe duxi qui poſtulat vt prius de religione quam de humano iure tractetur, licet in ſingularum interpretatione notentur auctores ex quibus tempora facile agnoſcuntur. Poſt leges regias ſequuntur ſacratæ & quæduam aliæ paucæ: deinde leges 12. Tabularum quæ quum corpus iuris Romani potiſſimum conſtituant de ijs aliquid eſt ſcribendum. igitur ijs 12. Tabulis leges Romanorum inſculptæ fuerunt, quæ in publico ſunt propoſitę & inciſæ, vt omnes intelligere poſſint quid lege vetitum, præceptum aut permiſſum eſſet. Hæ iure maieſtatis poſitæ ſunt Liuius 3. *Eas leges habiturum populum Romanum quas conſenſus omnium inuexiſſe nec iuſſiſſe latas magis quã tuliſſe videri poſſet.* Idem ibidem *tertio*(inquit) *trecenteſimo altero. anno quam condita Roma erat iterum mutatur forma ciuitatis, à Conſulibus ad* Decemuiros *quemadmodum à regibus ante ad conſules venerat tranſlato imperio, minus inſignis, quia non diuturna mutatio fuit: læta enim principia magiſtratus eius, nimis luxuria uere.* Sunt autem creati tres legati qui Athenas miſſi ſunt vt inclytas Solonis leges deſcriberent & aliarum Græciæ ciuitatum inſtituta, iuraque noſcerent ex quibus totidem tabulas compoſuere, quot erant Decemuiri penes quos ſumma erat poteſtas ſummi iuris. Sed quum decem illæ tabulæ ſufficere non viderentur populo Romano placuit vt duæ tabulæ decem illis prioribus adderentur quæ ex proprio Romanorum iure ſumerentur non ex peregrinis gentibus vnde idem eodem libro: *Quum ad rumores hominum de vnoquoque capite legum edicto ſatis correcta viderentur centuriatis comitiis decem leges Tabularum perlatæ ſunt, qui nunc quoque in hoc immenſo aliarum ſuper alias aceruatarum legum cumulo fons omnis publici, priuatique eſt iuris: vulgatur deinde rumor duas deeſſe Tabulas quibus adiectis abſolui poſſe velut corpus omnis Romani iuris.* Cum ijs autem 12. tab. quædam regiæ leges remanſerunt. Liuius 6. *Imprimis fœdera ac leges (erant enim ea 12. Tabulæ & quædam regiæ leges)* licet lege Tribuuitia regię leges exoleuerint l. 2. §. exactis de orig. iur. & cæteræ quæ poſt reges exactos latæ ſunt paucis exceptis, nimirum legibus ſacratis & lege Icilia. Liuius ibidem ſed in 12. Tabulas quædam

Primæ leges ſunt regiæ.

Leges 12. tab. iure maieſtatis poſitæ.

Ex 12. tab. 10. ſunt à Græcis ſumptæ: reliquæ ſunt ex iure patrio.

Inter leges 12. Tab. quædam regiæ leges reſtitutæ.

regię leges redactę ſunt & reſcriptæ ita vt reſtituantur:nec immerito quis eas vocauerit 12. tab. leges quibus ſũt quaſi reparatæ, nec abs re etiã regias habita ratione originis: Dionyſius libro 2. hoc ita demõſtrat. καταλυθείσης δὲ τῆς μοναρχίας ὅτε πρῶτον ἐφάνη Ῥωμαίοις πάντας τοὺς πατρικοὺς ἐθισμοὺς τε καὶ νόμους ἅμα τοῖς ἐπεισάκτοις ἐν ἀγορᾷ θεῖναι, tum paulò poſt οἱ λαβόντες παρὰ τοῦ δήμου τὴν ἐξουσίαν τῆς συναγωγῆς τε καὶ ἐπιγραφῆς αὐτῶν δέκα ἄνδρες ἅμα τοῖς ἄλλοις ἀνέγραψαν νόμοις loquens de lege quadam Romuli quam ait in 12. tabulas relatam à Decemuiris. Vnde liquet mores patrios & leges antiquas quibus ante populus vſus erat inter 12. tab. noua maieſtatis auctoritate reſtitutas. Verum in ijs quæ ſupra ſcripta ſunt diſſentire videtur à Liuio Pomponius in d. l. 2. vbi vult ipſos Decemuiros conſtitutos fuiſſe vt à Græcia leges peterentur, non tres Legatos, verum tres illi Legati in Græciam miſſi ex Decemuiris fuerunt vt ex Liuio patet. At idem in d. l. 2. ait inciſas fuiſſe in tabulas eboreas quum & Liuius ibidem & Dionyſius libro 10. afferant in æs fuiſſe inciſas quibus etiam adſtipulatur Diodorus libro 12. Igitur in d. l. 2. ſic eſt ſcribendum Tabulas æneas non eboreas idque confirmat Iulius obſequens qui ait M. Cęſone & C. Antonio Coſſ. Tabulas legum æneas literis liquefactis prodigio fuiſſe. & quamuis hoc prodigio ſublatę amplius in æs inciſę non fuiſſent ſed in ebur reſtitutę, tamen non eſt verum tum quum perlatę ſunt eboreis tabulis inſculptas fuiſſe: licet nonnullis cauſam erroris afferre potuiſſet.

LIBRI COMMENTARIORVM IN LEGES, MORES, CANONES antiqui iuris Romani.

CAPVT I.

Ad diuos adeunto caſte: pietatem Adhibento: opes amouento. Qui ſecus faxit, Deus ipſe vindex eſit.

RECTE legiſlatores legum originem auſpicantur à religione tanquam à vero principio rerum condendarum. Eſt autem religio cultus diuinitatis lege inſtitutus, vnde Pythagoras Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεοὺς νόμῳ ὡς διάκειται Τίμα. Vbi Hierocles. νόμος μὲν ἡ ἄτρεπτος τοῦ θεοῦ καὶ ἡ δημιουργικὴ ἐνέργεια ἡ γεννῶσα τὰ θεῖα γένη καὶ τάττουσα ἀϊδίως καὶ ἀμεταβλήτως. credebat religionem ab humana opinione aut conſtitutione non pendere, ſed ab eiuſdem voluntate, cuius de honore & veneratione agitur. Atquin religio eſt humani iuris, nimirum gentium in l.2. ff. de iuſtit. verum iuſgent. cõmuni naturæ humanę notione diuinitus inſitum eſt. Sed in d.l.2. priuati iuris eſt: quum enim in l.1. §. huius eod. ius publicum definiuiſſet & partitus eſſet ius priuatum diuidit in ius naturale gentium & ciuile de his quæ ad ſingulas priuati iuris partes ſpectant: poſtea tractat in quibus religio recenſetur. nimirum vt oſtendatur religionem ante Rerumpubl. conſtitutiones extitiſſe, neque ex ijs pendere. nec obſtat quod eſt in d. §. huius vbi ius publicũ primum in ſacris conſiſtit. Aliud eſt enim religio, aliud ſacra: religio, verſatur in adoratione diuini numinis & cognitione ipſius vt tãquam exemplari perſpecto, poſſit ad illius imaginem cultor effingi. Hierocles ἡ σύμφωνος τῷ νόμῳ τιμὴ ἡ τῆς οὐσίας ἐστὶ τῶν τιμωμένων γνῶσις καὶ ἡ πρὸς αὐτὴν κατὰ δύναμιν ἐξομοίωσις, &c. &

Religio eſt verum principiũ rerum condendarum.

Religio eſt iuriſg. quod homini innatum eſt à Deo & priuati iurſ. cur.

Differentia inter religionem & ſacra.

hoc conſentaneum eſt oraculo Chriſti, quo iubet nos ſimiles eſſe patri cœleſti: quod primum fide, deinde cognitione formatur: hinc amor in Deum. bonum enim cognitum amores ſui mirabiles excitat vt Plato teſtatur. Hinc illud Hieroclis ὁ γὰρ ἀγαπῶ͂ν τις καὶ μιμεῖται ὅσον αὐτῷ οἷόν τε. Ergo religio in anima dominatur. Vnde Pythagoras, ait in terris non eſſe Deo locum anima gratiorem quæ tamquam hoſtia, ipſi immolatur, & hoc confirmat Hierocles, καὶ ὁ προσηγουμένως ἱερεῖον ἑαυτὸν προσάγων καὶ ἄγαλμα θεῖον τεκταίνων τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, καὶ ναὸν εἰς ὑποδοχὴν τοῦ θείου φωτὸς τὸν ἑαυτοῦ παρασκευάζων νοῦν. Hinc oraculum Apollinis.

Εὐσεβέσιν δὲ βροτοῖς χάνυμαι τόσον ὅσον Ὀλύμπῳ.

Sacra autem videri & tangi poſſunt: ſunt enim ædes ſacræ & donaria rite Deo conſecrata §. ſacræ inſt, de rer. diui: at religio nec videri nec tangi poteſt, licet Eccleſia quę eſt ſubiectum religionis videri & tangi poſſit. Sacra religione ſunt poſteriora, quia data ſunt vel à Deo per Moyſen Iudæis vel ab hominibus poſt regna condita & rerump. conſtitutiones: vnde ex diuiſione gentium diuerſi ritus ſacrorũ introducti ſunt, tumque inter publica iura primas ſemper obtinuere: ijſque animi ciuium tamquam inuiolabili vinculo continentur. Nam quę ad Deos pertinere exiſtimabant, ea ſummum nefas erat ne cogitatione quidem attentare. igitur ſacra ſunt cuique genti propria: vnde accidit vt ex illa diuerſitate, multi in impietatem prolapſi ſint, quum tot diuerſis aut contrarijs ſacris Deos adorari perſpicerent ſibi perſuadentes nihil eſſe in Deo mutabile aut contrarium, ideoque vt hanc ſuperſtitionem euitarent in piaculum grauius impegere, nimirum Atheiſmum vt auctor eſt Plutarchus in Iſide & Oſiride. Vna ergo debent eſſe ſacra vnæ cærimonię vbique terrarũ, vnaque religio omnibus gentibus communis quum vnus & idem Deus ſit, & ideo ab omni humano genere, communi voto & zelo debeat adorari quod etiam idem licet paganus docte oſtẽdit ibidem Θεοὺς ἐνομίσαμεν οὐχ ἑτέρους παρ' ἑτέροις οὐδὲ βαρβάρους καὶ ἕλληνας οὐδὲ νοτίους καὶ βορείους· ἀλλ' ὥσπερ ἥλιος καὶ Σελήνη καὶ οὐρανὸς καὶ γῆ καὶ θάλασσα κοινὰ πᾶσιν· ὀνομάζεται δὲ ἄλλως ὑπ' ἄλλων· οὕτως ἑνὸς λόγου τοῦ πάντα κοσμοῦντος, μιᾶς προνοίας ἐπιτροπευούσης καὶ δυνάμεων ὑπουργῶν ἕτεραι παρ' ἑτέροις γεγόνασι τιμαὶ καὶ προσηγορίαι καὶ συμβόλοις χρῶνται καθιερωμένοι μὲν ἀμυδροῖς, οἱ δὲ τρανοτέροις ἐπὶ τὰ θεῖα τὴν νόησιν ὁδηγοῦντες οὐκ ἀκινδύνως. Quid apertius huius ethnici ſententia qui fatetur vnam eſſe prouidentiam, vnam rationem qua mundus regitur, ſed diuerſas eſſe poteſtates huic ſubiectas quę ad opus hoc admouentur vt miniſtræ? Primũ religionis munus eſt caſte ad deos adire: animo videlicet in quo ſunt omnia (inquit Tullius) nec tollit caſtimoniam corporis.

Vna debet eſſe religio vt vnus ſol vnus mundus quia eſt vnus Deus.

Primum munus religionis in caſtitate.

Caſta placent ſuperis, pura cum veſte venite.

Melius Octauius apud Minutium vt pote Chriſtianus *at nos pudorem nõ facie ſed mentę præſtamus, vnius matrimonij vinculo libenter inhe-*

remus cupiditate procreandi, aut vnam ſcimus aut nullam: conuiuia non tantum pudica colimus, ſed & ſobria: nec enim indulgemus epulis aut conuiuium mero ducimus ſed grauitate hilaritatem temperamus caſto ſermone corpore caſtiore: plerique inuiolati corporis virginitate perpetua fruuntur potius quam gloriantur: tantum denique abeſt inceſti cupido vt nõnullis rubori ſit etiã pudica coniunctio. Clemens Strom. 4. Ταύτῃ τοι λελουμένους φασὶ δεῖν ἐπὶ τὰς ἱεροποιίας καὶ τὰς εὐχὰς ἰέναι καθαροὺς καὶ λαμπροὺς καὶ τοῦτο μὲν συμβόλου χάριν γίνεσθαι τὸ ἔξωθεν κεκοσμεῖσθαί τι καὶ ἡγνίσθαι. puritas ergo corporis ad demonſtrationem ſinceritatis animi tamquam illius Symbolum deſideratur: ad hæc Tullius, aliam rationem adducit in hæc verba. *Sed hæc oportet intelligi quum multum animus corpori præſtet obſeruetur que vt caſta corpora adhibeantur multo eſſe in animis id ſeruandum magis. Nam inceſtum vel aſperſione aquæ vel dierum numero tollitur: animi labes nec diuturnitate vaneſcere, amnibus vllis elui poteſt.* dierum numero (ait ille) quia certo temporis ſpatio venere abſtinebant & conuiuiis: & corpus ieiuniis macerantes expiabantur. Ouidius 4. Faſtorum.

Puritas corporis eſt nota puritatis animi.

Vſus abeſt veneris, nec fas animalia menſis
Ponere, nec digitis annulus vllus ineſt.

Denique vt ait ſupra Tullius ad expiationem aſperſione aquæ vtebantur. Virgilius libro 2. Æneidos.

Tu genitor cape ſacra manu patrioſque penates
Me tanto è bello digreſſum & cæde recenti
Attrectare nefas, donec me flumine viuo
Abluero.

Nox & ſomnus cur polluãt.

Id autem ante preces matutinas actitabant ſimul atque ſomno erãt experrecti. Nox enim & ſomnus polluunt; illa, quia tenebrarum mater eſt quæ naturæ deorum cœleſtium aduerſantur; hic quia mortis eſt frater quæ immortalibus eſt contraria. Virgilius libro 6. Æneid.

Et conſanguineus lethi ſopor.

Idcirco ſummo mane hoc genere luſtrationis vtebantur. Perſius ſatyra. 2. hoc manifeſte oſtendit.

Hoc ſancte vt poſcas Tyberino in gurgite mergis.
Mane caput bis terque & noctem flumine purgas.
Ac primum pura ſomnum tibi diſcute lympha.

Propertius 3.

Igitur & corporis & animi purgatio Deum adeunti neceſſaria eſt, maxime tamen animi. Hinc illud in foribus templi quod erat Epidauri.

Ἁγνὸν χρὴ νηοῖο θυώδεος ἐντὸς ἰόντα
Ἔμμεναι.

puritas corporis & animi Deũ adeunti neceſſaria.

Iubet ſubeuntem templum caſtum eſſe quod Clemens Alexandrinus, de puritate mẽtis interpretatur Strom. 5. ἁγνεία δ' ἐστὶ φρονεῖν ὅσια, καὶ μὴ γίνεσθε ὡς τὰ παιδία ταῦτα, οὐκ εἰσελεύσεσθε φησὶν εἰς

τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. ἐνταῦθα γὰρ ὁ ναὸς τοῦ θεοῦ τριςὶν ἡδρασμένος θεμελίοις, πίστει, ἐλπίδι, ἀγάπῃ φαίνεται. Vbi hoc præceptum oraculo Domini confirmat. Itaque inceſto, & impuro nefas eſt accedere ad deos. Is enim non magis lucem veritatis quam oculis lippiens ſolem poteſt intueri: ideo caſto licet quia Deo gratus eſt ob puritatem. Horatius. 3. Carm.

Immunis aram ſi tetigit manus.
Non ſumptuoſa blandior hoſtia.
Mollibit auerſos Penates.
Farre pio & ſaliente mica.

Quæ ſententia maxime accommodatur ſequenti parti huius capitis qua pietatem adhiberi iubet: quæ tamen à prima differt, quia aliud caſtum eſt, aliud pium: illud enim ad puritatem animi & corporis in ſe, hoc ad religionem erga Deum pertinet, de quo Perſius.

differētia inter caſtitatem & pietatem.

Compoſitum ius faſque animi, ſanctoſque receſſus
Mentis & incoctum generoſo pectus honeſto.

Opes amouentur hoc capite quod religioſum & ſanctum eſt: neque enim Dij placantur donis vt quidam finxit ſed precibus, querelis, & lachrymis. Statius libro 12. Thebaid.

Auditi quicumque rogant noctesque dieſque
Ire datum & ſolis numen placare querelis.
Parca ſuperſtitio, non thurea flamma nec altus
Accipitur ſanguis, lacrymis altaria ſudant.

Arnobius libro 6. *Plena dementia neceſſitatibus tuis potentiora metiri, & quæ tibi ſint vſui ditioribus Diis dare & honorem iſtius non contumeliam ducere.* Quod huc non pertinet vt intelligatur pios prohiberi ab oblatione munerum ſed ne deorum gratia opibus captari aut conciliari videatur. Igitur æque audiuntur eorum preces qui thuris munuſculum offerunt ac ij qui victimarum cruore reſpergunt altaria ſi æquè pie ad deos accedant. Statius libro 2. Thebaid.

Quomodo intelligatur Deū donis non placari & cur.

Hi fibris animaque litant: hi ceſpite nudo.
Nec minus auditi ſi mens accepta meretur,
Thure deos, fractiſque obtendunt limina ſertis.

Ergo debent opes amoueri adeunti deos, id eſt, non eſt eo animo adorandum vt credamus ex opibus, orationem Diis fore gratiorem, quod ex Romuli conſtitutionibus emanauit Dionyſius, lib. 2. οὐ μόνον δὲ τῆς περὶ ταῦτα σοφίας χάριν ἄξιος ἐπαινεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ τῆς εὐτελείας τῶν θυσιῶν αἷς γεραίρεσθαι τοὺς θεοὺς ἐνομοθέτησεν. &c. Si enim Deo vt egenti offeras ei iniuriam facis quod te eo potentiorem demonſtrare velis. Hierocles καὶ ὅστις τιμᾷ τὸν θεὸν ὡς προσδεόμενον λέληθεν οἰόμενος ἑαυτὸν τοῦ θεοῦ εἶναι κρείττονα: Si vt diuiti ſuperflua eſt oblatio tua niſi pietatē adhibeas. Nā impiorū dona & hoſtiæ ſunt prædæ ſacrilegorum & pabula ignis. Idem. καὶ ἡ τῶν προσφερομένων πολυτέλεια τιμὴ εἰς θεὸν οὐ γίνεται εἰ μὴ μετὰ τοῦ ἐνθέου φρονήματος προσάγοιτο. δῶρα γὰρ καὶ θυηπολίαι ἀφρόνων πυρὸς τροφὴ καὶ ἀναθήματα ἱεροσύλοις χορηγία. τὸ δὲ ἔνθεον φρόνημα

διαρκῶς ἡδρασμένοι συνάπτει θεῷ. At pietas diuiti & pauperi æque communis eſt. Itaque ſi Deus diuitiis cum pietate colendus eſſet, reluctante natura religionis inopes ab adoratione remouerentur, quod Tullus docet cum ait: *Quid enim quum paupertatem diuitiis etiam inter homines eſſe æqualem velimus cur eam ſumptu ad ſacra addito deorum aditu arceamus, præſertim quum ipſi Deo nihil minus gratum futurum ſit quam non omnibus patere ad ſe placandum & colendum viam*: Ego addo quum omnes æque ad hunc finem creauerit. Alioquin impius diues ſuarum opum profuſione numen irritaret non placaret, nec ideo minus Deo donabitur neque enim ex donis diuitiæ colliguntur quum donare poſſint & ſoleant pauperes aliquádo ſepius quam diuites, & plerumque maiore zelo pietatis, quod etiam oraculum Apollinis oſtendit quum ei à quo centum boues impia mente immolati eſſent ita reſpondit.

Ἀλλά μοι εὔαδε χόνδρος ἀγακλύτου Ἑρμιονῆος.

Vbi Hierocles τὸ εὐτελέστατον προκρίνων τῆς τοσαύτης πολυτελείας, ὅτι δὴ θεοσεβείας γνώμῃ κεκόσμητο· μετ' αὐτῆς γὰρ πάντα θεοφιλῆ καὶ ἄνευ ταύτης οὐδὲν θεῷ φίλον ἄν ποτε γένοιτο. Hæc igitur pars poſtrema eſt ex Romuli, cõſtitutione, duę Priores ex Numa qui populũ bellicoſum, & ferocem pietate erga deos, & caſt.tat e demulſit, & mitigauit: vt pote pius & caſtus. Id confirmari poteſt ex eo quod ait Plutarchus in eius vita eum Pythagoræ inſtitutis imbutum. Zaleucus diſcipulus Pythagoræ, eaſdem leges dedit Locrenſibus in quibus etiam hæc quoque pars poſtrema quæ à Romulo eſt recenſetur, nõ tamẽ ſpecialiter vt cauit Romulus, ſed ex conſequentia. Diodorus libro 12. loquens de proëmio legum illarũ, εὐθὺς γὰρ ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς ὅλης νομοθεσίας ἔφη δεῖν τοὺς κατοικοῦντας ἐν τῇ πόλει πάντων πρῶτον ὑπολαβεῖν καὶ πεπεῖσθαι θεοὺς εἶναι, καὶ ταῖς διανοίαις ἐπισκοπεῖν, τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν διακόσμησιν καὶ τάξιν κρίνειν, οὐ τύχης, οὐδ' ἀνθρώπων εἶναι τὰ κατασκευάσματα· σέβεσθαί τε τοὺς ὡς πάντων τῶν ἐν τῷ βίῳ καλῶν καὶ ἀγαθῶν αἰτίους ὄντας τοῖς ἀνθρώποις· ἔχειν δὲ καὶ τὴν ψυχὴν καθαρὰν πάσης κακίας, ὡς τῶν θεῶν οὐ χαιρόντων ταῖς τῶν πονηρῶν θυσίαις τε καὶ δαπάναις ἀλλὰ ταῖς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν δικαίαις τε καὶ καλαῖς ἐπιτηδεύσεσι: Quam eſt hoc præludium admirabile inter paganos: neceſſarium eſſe ante omnia credere deos eſſe & noſtras cogitationes perſpicere: cælum, & omnem vniuerſi ordinem ſeriemque iudicare; ea omnia non eſſe aut à fortuna aut ab hominum conſilio facta. Adorandos eſſe deos vt bonorum omnium homini auctores. Eos habere animum purum ab omni malitia, non gaudere ſacrificiis improborum ſed ſtudiis bonorum, non quidem præciſe iubet opes amoueri vt Romulus, ſed caſte & pie deos adiri. Frugalitatis Numæ argumentum eſt quod ſanxit ne quis pollueeret piſces niſi ſquammoſos excepto ſcarro quia reliqui non ſquammoſi erant cariores, cætera viliora licebat pollucere Diis ſed ſpecialiter Herculi omnia eſculẽta, poculenta. Feſtus. *Pollucere merces Diis quas li-*

Lex de Pollucẽdis mercibus à Numa cur lata.

ceat, ſunt, far, polenta vinum, panis, fermentatus, ficus, paſſa, ſuilla, bubula, agnina, caſei, ouilla, alica, ſeſama, & oleum: piſces quibus eſt ſquamma præter ſcarum, Herculi autem omnia eſculenta poculenta. Merces autem pollucere eſt Deo offerre primitias ſeu libamenta mercium, Hoc ex Numæ præſcripto eſſe ſic docet Caſſius Hemina apud Plinium, *Numa conſtituit vt piſceis qui ſquamnoſi non eſſent ni pollucerent parſimoniæ commentus vti omnia conuiuia publica, cœnaque ad puluinaria facilius compararentur: ni qui ad polluctum emerent pretiò minus parcerent eaque præmercarentur.* Igitur ratio huius legis ſic obſcure deſcriptæ duplex: primum politica ſimul & pia eſt. Nam & publice & priuatim viliore pretio merces emuntur, quod neceſſarium erat Romanis eo tempore penuria auri & argenti laborantibus, ſic etiam [illegible] Diis cœnæ quæ ſplendidiores eſſe debent facilius ad puluinaria præſtentur: altera, pietatis eſt ſimul & vtilitatis. Sic enim ſuperſtitio eorum coercetur qui polluɛturi Diis pretio non parcunt & ſua ſuperſtitione deorum animos offendunt & Rempub. in has oblationes familias ſuas exhaurientes. Denique quo frugalius coluntur eo ſępius & diutius. vnde Lycurgus apud Plutar. ei qui quærebat cur tam exiguo, & vili apparatu ſacrificia præſcripſiſſet ruſpõdit ἵνα μήποτε τιμῶντες τὸ θεῖον διαλίπωμεν. Quinetiam nocent iſtæ oblationes offerenti quia ſi impius fuerit ſuorum ſcelerum renouata impietate memoriam reducit Philo, περὶ φιλουργίας, βωμοῖς γὰρ ἀπύροις περὶ οὓς ἀρεταὶ χορεύουσι γέγηθεν ὁ θεὸς ἀλλ' οὐ πολλῷ πυρὶ φλέγουσιν, ὃ ταῖς τῶν ἀνιέρων ἄθυτοι θυσίαις συνυφῆλεξαι ὑπομιμνήσκουσα τὰς ἑκάστων ἀγνοίας τε καὶ διαμαρτίας. Qui ſecus faxit Deus ipſe vindex erit non iudex, *ex quo præſentis pœna metu religio cõfirmari videtur* (inquit Tullius) Deus inquam vindex non homo. Solus enim cognoſcit intimos animorũ abſceſſus, in quibus tamquam adytis latet pietatis & impietatis affectio. Hæc lege humana ſtatuuntur licet ad Deum pertineant: quoniam religio, eſt fundamentum rerum humanarum, ideo lex humana definitur in. l. 2. de legib. βασιλεὺς θείων τε πραγμάτων. &c. Et legum ſcientia, notitia rerum diuinarum §. 1. inſt. de inſtit. quinimo & penes ipſos ſacrorum antiſtites erant & legis actiones, & interpretandi ſcientia, ita vt quot annis, ex Pontificibus vnus conſtitueretur qui præeſſet priuatis interpretando, & reſpondendo, cæteri Pontifices in curam ſacrorum publicorum incumbebant l. 2. §. ff. ex iis orig. iur. idcirco quum hæc iuſtitia, ad formam diuinæ, ſingi debeat merito Iuriſconſulti, ſacerdotes eius vocantur, ergo quum quodãmodo hæc diuina, ſit de rebus diuinis tractare poteſt: vnde iuris prima ſpecies in ſacris, & Sacerdotibus conſiſtit maxime cum Romanæ Reip. magnitudo ſola Religione foueatur. Cæcilius apud Minutium ſic ait. *Eorum poteſtas & auctoritas totius orbis ambitus occupauit: Sic Imperium ſuum vltra ſolis vias & Oceani limites propagauit: dum exercẽt in armis virtutem religioſam, dum vrbem muniunt ſacrorum religionibus, caſtis virginibus, multis honoribus*

Deus vindex impietatis humanæ.

Religionis leges cur ab homine

cibus ac nominibus ſacerdotum: dum obſeſſi & citra ſolum Capitolium rapti colunt deos quos alius iam ſpreuiſſet iratus & per gallorum acies mirantium ſuperſtitionis audaciam pergunt telis inermes ſed cultu religionis armati. Igitur religio humana lege ſuſcepta ſacris conſtitutis confirmata eſt.

AXIOMATA.

PRincipium rerum humanarum religio eſt quæ à Deo, & natura primùm conſtituta eſt, ſuſcepta deinde humana lege quæ præcepta colendæ diuinitatis confirmauit, & ſanxit ad ciuilis ſocietatis conſeruationem ſub diuerſis tamen ſacrorum ritibus ob diuerſa gentium ingenia.

LEX ſuſcipiendo religionem ſacra conſtituit non religionem. Sacra enim ſunt religione poſteriora, & publici iuris & in ſenſibus poſita: religio in animo quæ in adoratione, & cognitione Dei verſatur: is autem eſt vindex & donata ſibi non ex magnitudine doni, ſed ex pietatis affectu æſtimat.

VNVS eſt Deus & omnibus communis vt Sol, Luna, cælum, ſed diuerſis nominibus appellatur ob ſubiectas ei poteſtates quæ operi prouidentiæ admouentur vt miniſtræ diuerſorum effectuum: ideo vna tantum eſt vera religio quæ iiſdem ſacris & cærimoniis vnitatem hanc colit.

CASTITAS eſt puritas animi & corporis idcirco inceſtum etiam ex corpore, luſtrandum eſt, abſtinentia voluptatis, & aquę aſperſione: At animi labes non expiatur eo modo ſed emendatione vitæ anteactæ, pœnitētia ſcelerum, votis, precibus & lacrymis & ſacrificiis piis. Piũ autē eſt quod religioni cõuenit & eſt animi tantũ nõ corporis.

SEPARATIM NEMO HABESSIT deos: neue nouos, ſed ne aduenas, niſi publice aſcitos priuatim colunto.

CAP. II.

Diuiſio deorũ qui coli non debent.

QVOMODO ſint colendi Dij ſupra præſcripſit, nunc, qui non ſunt colendi præſtituit. Hic dij aut priuata opinione finguntur & priuatim conſecrantur vt Alburnus ab Æmilio apud Tertull. in apologetico: aut facti ſunt vel poſt hãc legem quo caſu noui intelliguntur: vel ante, ab aliis gentibus admiſſi ſunt quo caſu aduenæ dicuntur. Noui hic diſtinguntur ab aduenis temporis ordine tantum non qualitate. Nam & hi & illi à gentibus per conſecrationem introducuntur: hac forma: in commentarios ſacrorum, nomen defuncti inſcribebatur, ſtatoque tempore diem feſtum in eius honorem celebrabant, dicentes animam eius in beatorum inſulis eſſe iudicio & flammis, porro non obnoxiam vt auctor eſt Cedrenus addendũ quod ait Arnobius libro 1. *Puluinaribus, aris, templis atque alio mactatis cultu, ludorum & celebritate natalium deos nimirum faciunt qui mortui ſunt*: Quæ ſingula qualia ſint ſuis locis proponemus. Tres igitur hic ſpecies deorum coli prohibentur. M. Tullius hoc ita exponit, *Suóſque deos aut nouos aut alienigenas confuſionem habet religionum & ignotas cærimonias non à ſacerdotibus non à patribus acceptas.*

Qua forma ex homine Deus fit.

In ſingulis tamen ſingularis eſt ratio & vniuerſalis. Nam ſeparatim dij haberi non debent ne vnio ciuium quæ maxime ſacrorum communione tenetur, diſſipata langueſcat, hæc enim verba ſeparatim haberi ſignificant priuatim conſecrari, nedum coli: hæc eſt ratio vniuerſalis. noui autem ſingulari ratione non admittuntur, quia ingenia ciuium corrumpunt; noua enim ſuperſtitione à vero & antiquo cultu diuini numinis alienantur & effuſi in impietatem animi nullos ſibi terminos præſcribunt ad multitudinem deorum propagandam, aduenę autem accepti inſinuant mores aliarum gentium. Vtrimque autem rerum nouandarum ſub pietatis ſpecie formidanda vitatur occaſio, vnde recte capitis pœna conſtituta eſt in eos qui nouas religiones inducerent Paulus 5. ſent. tit. 12. nihil enim religione potentius ad mouendas hominum mentes idcirco face & ferro initia nouę ſuperſtitionis abolenda ſunt. Sed ſi latius ſerpens adoleuerit, irriti ſunt omnes conatus humani cui poteſt accommodari quod in alia re Virgilius ait.

Cur dij ſeparatim haberi non debeant.

Inueterata opinio de religione humana ope deleri non poteſt.

Continuo culpam ferro compeſce, prinſquam
Dira per incautum ſerpant contagia vulgus.

3. Georgic. Nam vt idem ait.

Alitur vitium viuitque tegendo.
Dum medicas adhibere manus ad vulnera paſtor
Abnegat.

Tum igitur in hoc caſu negligentia reformari non poteſt, quia inueterata ſuperſtitio ne regio, quidem imperio frangi poteſt: vnde Themiſtius oratione 12. οὐχ ἀγνοεῖς ὅτι μὴ πάντα ἔνεστι τῷ βασιλεῖ βιάσασθαι τοὺς ὑπηκόους ἀλλ᾽ ἔστιν ἃ τὴν ἀνάγκην ἐπέφυγε, καὶ ἀπειλῆς ἐστὶ κρείττω καὶ ἐπιτάγματος, ὥσπερ ἥτε ἄλλη ξύμπασα ἀρετὴ καὶ μάλιστα ἡ περὶ τὸ θεῖον εὐλάβεια. Ex eo autem quod priuatim Deus conſecrari non debet, non ſequitur iam accepti Dei publice, ſimulacrum à priuato in æde publica poni non poſſe & in eius baſi nomen & honores eius qui offert inſcribi. Plinius 3. Epiſt. *Emi autem non vt haberem domi, verum vt in patria noſtra celebri loco ponerem ac potiſſimum in Iouis templo: Tu verò nunc iube baſim fieri ex quo voles marmore, quæ honores nomenque meum capiat.* Quod Tyrus non eſſe priuato inutile ſic docet. ἀρωγοὶ ἀνθρώποις θεοί, πάντες μὲν πᾶσιν, ἄλλοι δὲ ἄλλοις ἐνομίσθησαν κατὰ τὴν φήμην τῶν ὀνομάτων καὶ διένειμαν αὐτοῖς οἱ ἄνθρωποι τιμὰς καὶ ἀγάλματα, οἱ μὲν τὰ κοινά, οἱ δὲ τὰ ἴδια ἕκαστοι ὠφεληθέντες. Theophraſtus inter notas illberalis animi quoque ait dedicare tæniam ligneam Baccho eique ſuum nomen adſcribere. Hæc inquam legem non offendunt: publicis enim Diis per ſacerdotem nomine priuati offeruntur. quod autem prohibetur conſecrari, coli quoque non poteſt quia ſacrum non eſt. cæteri neque etiam coli poſſunt licet ab aliis gentibus conſecrati. quia quæ peregrinis ſacra ſunt, profana habentur Populo Romano l. ſepulcra ff. de ſepul. viol. & quæ ſacra ſunt Romanis ſi in hoſtium poteſtatem peruenerint ſacra eſſe deſinunt l. quum loca ff. de reli. & ſump. fur. nam ſacra ſunt iuris ciuilis publici quod vi iuriſgent frangi & corrumpi poteſt nimirum bello. At religio non poteſt, cum ſit animi & voluntatis tum iuris diuini & gentium. Ergo nec noui nec aduenæ coli poſſunt. an conſecrari? conſecratio publica eſſe debet l. 6. §. ſacræ autem ff. de rer. diuis. Idcirco nec municipalia ſacra vlla eſſent niſi auctoritate Romani Pontificis cõfirmarentur. Feſtus *municipalia ſacra vocantur quæ ab initio habuerunt ante Romanam ciuitatem acceptam, quæ obſeruare eos voluerunt Pontifices & eo more facere quo ad fuiſſent antiquitus.* Nam in iis quæ ſunt per ſe non per analogiam iuris publici ciuitates loco priuatorum habẽtur l. eum qui ff. de verb. ſig. nec obſtat quod quædam ſacra priuata ſunt. Nam ea niſi ſpecialiter ſancita fuiſſent antiquis legibus & Pontificum auctoritate roborata, nulla eſſent ideo iure publico admittuntur ſicut & publica. fas fuit vt publice ſic priuatim ſacrificare. Iulianus in Antiochenſi προσῆκεν δ᾽ οἶμαι τῇ πόλει θύειν, ἢ ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ. Quinetiam erant anti-

Mos ſimulacri à priuato in æde publica offerendi.

Sacra ſunt publica auctoritate fundata.

Quomodò accipi debet ciuitates loco priuatorum haberi.

quis aræ domeſticæ ad quas licuit priuatim ſacrificare. Horatus hoc demonſtrat.

Priuata ara & priuatum ſacrũ diis publicis ſub publicis ritibus

Ridet argento domus, ara caſtis
Vincta verbenis auet immolato
Spargier agno.

Vix tamen eſt (inquit Feſtus) *vt ſacer ſit locus vbi ea ſacra fiunt, licet Pontificum inſtituto ſuſcepta ſint.* Dij ergo non publici, priuatim conſecrari non poſſunt & proinde nec coli: Et hoc in prima parte huius capitis ſatis eſt. Altera pars prohibet coli priuatim nouos vel aduenas ſed ſpecialiter excipit eos qui publice aſciti ſunt; ij enim priuatim coli poſſunt modo nouæ cærimoniæ non excogitentur & publico ritu iis fiat. Sed cur in hac parte de nouis & aduenis tantum agitur, non etiam de ſuis? quia ſui publice nonquam aſciſcuntur. Quum autem in prima parte conſecrari priuatim vetuerit & ex conſequentia coli hoc in altera male repeteret niſi gratia huius exceptionis quæ ſuis Diis accommodari non poteſt quia conſecratio ex priuati opinione ſumpta omnem publicæ religionis radicem euelleret principio ſumpto ex viliſſima & incertiſſima huius aut illius phantaſia. at publice aſciti ab aliis populis priuatim coluntur ſed ſub publicis cærimoniis quod elegantiſſime docet Themiſtius in oratione 13. ad Conſtantinum vbi de ſacro Mineruę Ægyptiæ agit quod Sai peragebatur communi totius Ægypti conuentu & nihilominus priuatim in cuiuſque ædibus poterat celebrari ſub ijſdem tamen cærimoniis ὅσοι δὲ ὑπ' ἀσθενείας ἢ τῆς περὶ τὸ πλεῖν εὐσεβείας ἢ καὶ βέλτιον αὐτοῖς ἐνομίσθη μένειν: οὗτοι εἰς μὲν τὴν Σάϊν οὐκ ἀφικνοῦνται, τιμῶσι δὲ οἴκοι τὴν Ἀθηνᾶν καὶ τὸν καιρὸν λογισάμενοι τῆς ἑορτῆς ἐν ταῖς ἑαυτῶν πόλεσιν, ἄκρος καὶ τὰ λύχνα ἀνάπτουσι καὶ ὑμνοῦσι καὶ εὐφημοῦσι. Laudat & eos qui ad publica ſacra proficiſcuntur & qui domi manent eadem peracturi, modo illud fiat citra contemptum publicæ religionis. Vbique enim Deus eſt vbi pie colitur quia ſuum imperiũ vbique producit, vnde idem ἐγὼ δὲ ἐπαινῶ μὲν καὶ τοὺς πόῤῥω ἐπ' εὐσεβείᾳ πορευομένους, ἐπαινῶ δὲ οὐδὲν μεῖον καὶ τοὺς ἐφ' ἑστίας τὸ θεῖον τιμῶντας· ἐν ταύτῃ μόνον ὅτι πολλαπλασιάζουσι τὴν ἑορτὴν καὶ ἐξάγουσι τό γε ἐφ' ἑαυτοῖς εἰς πλείονας πόλεις τε καὶ ἀνθρώπους: ἀλλὰ καὶ ἐκείνῃ πλέον ὅτι οὐκ ἐν τῷ ἀγάλματι μόνῳ ἐστὶν οὐδὲ τῷ νεῷ μόνῳ ἐνδιαιτᾶται, ἀλλὰ πανταχοῦ γῆς καὶ θαλάσσης, ὅπου ἂν αὐτῇ ἡ δύναμις ἐπιχωρῇ καὶ ἐξικνῆται. Vtrum autem aſciſcerentur nec ne alieni Dij hoc totius populi decreto ſtatuebatur quo admiſſo ſummi Pontificis in conſecratione aſciti Dei partes erant. Sed poſteaquã cura Reip. ad Senatum deducta fuiſſet l. 2. §. deinde quia de orig. iur. hoc Senatus conſulto deciſum eſt ita vt ne quidem ipſi principi fas eſſet in publicum introducere aliquem Deum inconſulto Senatu. Tertull. in Apolog. *Vetus erat decretum ne quis Deus ab imperatore conſecraretur niſi à Senatu probaretur.* Eo enim caſu princeps officio Pon-

Domi priuatim Deus publicus adoratur publico ritu citra cõtemptũ publicæ religionis.

Deorũ ſuſceptio totius populi conſenſu celebratur, ita vt ne princeps quidẽ Deum aliũ poſſit admittere.

tificis iure ſuo fungi poterat. Regis ac Pontificis munia non ita diſcrepant inter ſe vt ſe inuicem non compatiantur. Æthiopes vt eſt apud Diodorum libro 3. regem eligunt optimum inter Sacerdotes eumque ideo vt Deum venerantur. apud Græcos rex etiam Sacerdos erat, Virgil. 3. Aneid. *Regis & ſacerdotum munus affine.*

Rex Anius rex idem hominum Phœbique Sacerdos
Vittis & ſacra redimitus tempora lauro.

Atque etiam id clamat veritas principem perinde ac Sacerdotem ſacrum eſſe Ezechiel. 45. verſ. 7. & 22. apud Ethnicos ſic in tutela deorum cœleſtium erat vt nefas eſſet eum tangere aut videre quæ ad mortuos pertinerent. Seneca in Oedipo.

Nam te petet quem ſumma regnorum eſt, nefas
Inuiſere vmbras.

Cur rex non tangat quæ ad inferos pertinent.

Quoniam quæ ad inferos ſpectant agnata ſunt morti & exitio. Fas mihi ſit hic verum dicere. apud Priſcos & primos reges, ius fuit vtriuſque dignitatis in vno: quia ſanctius & facilius humana negotia diſceptabantur, inter rudes & forenſis militiæ ignaros populos. nunc vero quis niſi Chriſtus præſtabit integrum regem & ſacerdotẽ qui inter homines verſetur vt ſol, cum Deo vero, vt Deus. audiamus doctiſſimum Syneſium qui ait ſe non poſſe imitari ſolis radium qui in lutum immerſus, nullam ex eo labem contrahit: ſane quia ſubſtantia eius longe à luto eſt quum in cælo ſit, tum quia nihil eſt in ea quod naturam materiæ ſapiat. ſic ille loquitur. δεῖ κενὸν εἶναι παθῶν τὴν ψυχὴν τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι δοχεῖον θεοῦ. μὴ καθαρῷ γὰρ φησὶ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι, μὴ οὐ θεμιτὸν ᾖ. σχολάσατε καὶ γνῶτε ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ θεός. σχολῆς δεῖ τῷ μετὰ φιλοσοφίας ἱερατεύοντι tum paulò poſt ἀκτὶς ἡλίου κἂν ὁμιλήσῃ βορβόρῳ μένει καθαρὰ καὶ ἀμόλυντος· ἐγὼ δὲ ταὐτὸ τοῦτο παθὼν πηγῶν καὶ θαλάττης δεήσομαι recte quidem qui ad Deũ accedit curis & paſſionibus liberam animam Deo præſtare debet: quod fieri non poteſt in eo qui humanis negotiis animum implicat: in materia verſari nihilque ex ea labis contrahere non eſt humanæ, imo nec angelicæ poteſtatis: alioqui quid opus fuiſſet Deum in hominem deſcendere & materiæ vinculis inuolui pluſquam 30. annorum ſpatio ſi angelus naturam ſuam integram ab omni pollutione ſeruare potuiſſet, vnde ille ibidem καὶ εἰ δυνατὸν ἦν ἀγγέλῳ πλεῖν ἢ τριάκοντα ἐνιαυτοὺς συναθλητεύσαντι μηδὲν ἀπολαῦσαι τῆς ὕλης κακὸν εἰς περισπᾶσθαι, τί δεῖ καταβιῶναι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ ἀλλ' ἔτι τελειοτέρας δυνάμεως ὁμιλοῦντα τοῖς χείροσι μένειν ἐπὶ τῆς φύσεως καὶ μηδένα τρόπον παθαίνεσθαι. Igitur antiquiſſima regna vt Ægyptiorum & Hebræorum ſub ſacerdotib. fuere, ſed creſcente malitia Deus vtramque dignitatem ſeiunxit: hanc ſibi propriam dicauit, illam humanæ ſocietati, ita tamen vt ſecundum diuerſum munus exigat ab vtraque iuſtam officij adminiſtrationem, vnde ille ibidem. πολιτικὴν ἀρετὴν ἱεροσύνῃ συνάπτειν ἐστὶ τὸ κλώθειν τὰ ἀσύγκλωστα. ὁ παλαιὸς χρόνος ἤνεγκε

Nunc cur deſtinctum ſit vtriuſque officium.

τοὺς αὐτοὺς ἱερέας τε καὶ κριτάς. καὶ γὰρ Αἰγύπτιοι, καὶ τὸ Ἑβραίων ἔθνος χρόνον συχνὸν ὑπὸ τῶν ἱερέων ἐβασιλεύθησαν εἶτ' ἐπειδή μοι δοκεῖ, τὸ θεῖον ἔργον ἀνθρωπίνως ἐπράττετο, διῴκισεν ὁ θεὸς τοὺς βίους καὶ ὁ μὲν ἱερὸς, ὁ δὲ ἡγεμονικὸς ἀπεδείχθη, τοὺς μὲν γὰρ εἰς ὕλην ἐπέτρεψε, τοὺς δὲ συνέλαξεν ἑαυτῷ: τετάχαται δὲ οἱ μὲν ἐν τοῖς πράγμασιν: ἡμεῖς δὲ ἐν ταῖς εὐχαῖς εἶναι. τὸ δὲ καλὸν ἀπαιτεῖ παρ' ἀμφοῖν ὁ θεός. Tamen conſecrationis poteſtas etiam poſtea data eſt paganis principibus lege à ſeipſis conſtituta quod probatur ex l. ſacra ff. de rer. diuiſ. vbi conſecrandi loci poteſtas eſt in principe l. vlt ff. vt in poſſ. legat. numquid & Dei? Deus nec à principe nec à Pontifice poteſt conſecrari niſi à ſenatu probatus. Locus autem iam publice accepto Deo iure per principem aut per Pontificem poteſt conſecrari. Nam qui Deum conſecrat, mutat ſtatum religionis quæ ad publicum ſtatum non parum momenti poteſt accerſere: qui vero locum, naturam tantum loci nouat: quæ mutatio corpus tantum ſubiectum afficit: dico naturam loci quia licet ædes ſit diruta, locus tamen ſacer manet l. 6. §. ſacræ ff. de rer. diuiſ. Traianus ad Plinium. *illud parum expreſſiſti an ædes in periſtylio Claudij facta eſſet, nam ſi facta ædes eſſet licet collapſa ſit, religio eius occupauit ſolum.* & hoc iure ciuili comprobatur l. æde ff. de contrah. emp. ideoque ne ab ignorantibus locus ille pollueretur anguis appingebatur. Perſius.

Princeps ſibi conſecrandi loci ius nō Dei vindicauit cur.

Pinge duos angues: pueri ſacer eſt locus extra
Meite.

Cur nota conſecrationis erat ſerpens.

Quoniam vt docet Artemidorus illud animal Soli, Cereri, Proſerpinæ, Triuiæ, Æſculapio, & heroibus ſacrum eſt, quod diuinæ cuiuſdam naturæ exiſtimetur quia non exteriorum membrorum adminiculo ſed ſpiritu quodam ac virtute intus latitante impulſum, velociſſime incederet & maxima celeritate totum corpus torqueret. tum ob diuturnam illius vitam & rediuiuam ſenili pelle refloreſcente iuuentutem. vnde Callimachus heroi in ſuo ſepulcro ſerpentem & gladium quaſi immortalitatem armis conſecuto tribuit.

Ἥρως Ἠετίωνος ἐπὶ σταθμὸν Ἀμφιπολίτεω
Ἵδρυμαι μικρῷ μικρὸς ἐπὶ προθύρῳ
Λοξὸν ὄφιν καὶ μοῦνον ἔχων ξίφος.

Virgilius. 3. Æneid. *Incertus geniumne loci famulumne parentis*
Eſſe putet.

Hic narrat anguem ex tumulo Anchiſis erepſiſſe dubitantémque Æneã introducit an Deus loci eſſet. Itaque nõ immerito pictura anguium nota erat conſecrati loci. quin & ipſimet Dij falſi ſpeciem anguis aſſumpſere, vt de Æſculapio ferunt cum Romã adduceretur. Arnobius libro 7. *E naui poſtquam exilis ſeſe Tyberinam ad inſulam repſit, nuſquam ſtatim comparuit & viderier vt ante deſiit.* Pauſanias in Corinthiacis memorat Sicyonios venerari duos angues ſacros Æſculapio aſpectu horribiles. Ægyptij aſpidem vt ſe-

ni) expertē & motibus nullo inſtrumēto indigētibus facile ac molliter vtentem ſideri comparanti teſte Plutar. in Iſide (ſidera autem deos eſſe credebant) quod ethnici dęmonū præſtigijs & impoſturis illuſi prodidere. Quia Symbolum falſæ religionis magnumque myſterium apud illos ſerpens eſt, à quo primus homo ſeductus ſe ipſum fore Deum credidit violata lege ſui creatoris, vnde natus error & ad poſteros propagatus, eodem auctore nutritus adoleuit & in multitudinem deorum cæcas hominum mentes præcipitauit fore ſe deos exiſtimantium. Sic homo quod veritate ſceleris aſſequi non potuit, fictione diuitatis ementitus eſt vt docet Iuſtinus martyr in parænet. Hinc eſt origo ſerpentis figuræ apud paganos quod idem docet in Apologia 2. καὶ παρὰ παντὶ τῶν νομιζομένων παρ' ὑμῖν θεῶν ὄφις σύμβολον μέγα καὶ μυστήριον ἀναγράφεται. tū paulo poſt παρ' ἡμῖν μὲν γὰρ ὁ ἀρχηγέτης τῶν κακῶν δαιμόνων ὄφις καλεῖται καὶ σατανᾶς καὶ διάβολος. Scholiaſtes Ariſtophanis in nubibus. ait eos qui myſteriis Trophonij initiantur ſedere in oſtio antri nudos & rapi à quibuſdam ſpiritibus ſub terramque ferri, vbi occurrunt illis dæmones & ſerpentes quibus arcanæ diuinitatis oſtenditur ſignum, hoc demonſtrat aperte quod ex Perſio dixi quum omni Deo ſerpens pro nota diuinitatis appingatur: ſed vt ſanctus vir ait vere nota eſt ſatanæ. ſerpens eſt animal prudens. Acro in illud Horatij 2. Carminum.

Et interti capillis
Eumenidum recreantur angues.

Anguis (inquit) *eſt animal auditus capax boni & mali*, quod etiam veritatis oraculo confirmatur quod inter omnia animalia ſoli ſerpenti prudentiam tribuit. Quinetiam ita diuinum animal cenſebatur vt Heleni & Caſſandræ adhuc infantium in luco Apollinis expoſitorum lingua ſua aures purgauerit quibus poſtea deorum voces audirent & intelligerent. Euſtathius in Homerum iliad η. Ἕλενον καὶ Κασάνδραν βρέφη ἄγοντας ἡλικίαν καὶ τεθέντας πού ἐν ἄλσει Ἀπόλλωνος γλώσσαις ὄφεων τοὺς τῆς ἀκοῆς ἐκκαθαρθῆναι πόρους κἀντεῦθεν τὴν μαντικὴν ἄκρως ἐπελέσθησαν ὡς καὶ φωνὰς θείων ἐπαΐειν. Non abſimile eſt quod de Melampode fertur cui dracones aures lambendo intellectum ſermonis auium dedere. idem refert Scholiaſtes Apollonij in .I. Argonaut. Democritus nominat aues quarum confuſo ſanguine ſerpens gignitur quem quiſquis ederit, intellecturus ſit alitum colloquia. Plinius libro 10. cap. 49. hæc quāuis falſa continent, tamen in ſe quædā veſtigia vetuſtiſſimi draconis à quo Adam edoctus eſt in perniciem generis humani. Ergo ſerpens nota erat loci ſacri, ſicut lamella ærea in ſpeciem ſtellæ ficta inaugurati. Feſtus *Stellam* (ait) *ſignificare, ait Ateius Capito letum & proſperum, auctoritatem ſecutus Seruij auguris, ſtellam quæ ex lamella ærea aſſimilis ſtellæ locis inauguratis infigatur.* Tullus 2. de legib. *noſtis extra portam Collinam ædem honoris, aram in eo loco fuiſſe memoria proditum eſt: ad eam quum lamina*

Vnde ſerpentis figura diuinitatē ſignificet.

Cur lamella in formam ſtellæ fixa nota eſſet inauguratorum.

eſſet inuenta & in ea ſcriptam Mina honoris ea cauſa fuit eius ædis dedicanda, vt appareat ex ſtellæ forma Dijs cœleſtibus hunc locum augurio conſecratum. apud Onim Apollinem Ægyptij in literis hieroglyphicis ſtellæ imagine deum ſignificant. Redeo ad legem noſtram. Dij priuatim cõſecrati, quos vocat ſuos ſupra M. Tullius publice nõ aſciſcuntur vt dixi ne origo religionis ex priuati opinione delapſa vileſcat, & vnicuique detur occaſio ſibi diuinitatis, eſtingendæ. & hac ratione nouos & aduenas diſtinxit à priuatis licet omnes qui hic prohibentur ſeparatim haberi non poſſint, nec priuatim coli, fœlix antiquitas prædicatur quod peregrinos deos non noſſet. Propertius 4.

Prætextus religionis grauiſſime periculoſus.

Nulli cura fuit externos quærere Diuos
Cum tremeret patrio pendula turba ſacro.

Conſul Poſthumius apud Liuium libro. 9. decad. 4. (nihil inquit) *in ſpeciem fallacius eſt quàm praua religio vbi deorum numen prætenditur ſceleribus, ſubit animum timor, ne fraudibus humanis vindicandis diuini iuris aliquid immiſtum violemus.* Nam ex nouitate religionis Dei contemptus in principe naſcitur & in ſubiectis cupiditas nouandi, de quo Mœcenas ſapienter admonet Auguſtum apud Dionem libro 52. vt vel per vim patrio cultu curet Deum coli, puniat vero nouæ ſuperſtitionis auctores. τὸ μὲν θεῖον πάντῃ πάντως αὐτός τε σέβου κατὰ τὰ πάτρια καὶ τοὺς ἄλλους τιμᾶν ἀνάγκαζε, τοὺς δὲ δὴ ξενίζοντάς τι περὶ αὐτὸ καὶ μίσει καὶ κόλαζε μὴ μόνον τῶν θεῶν ἕνεκα, ὧν καταφρονήσας οὐδ᾽ ἄλλου ἄν τινος προτιμήσειεν, ἀλλ᾽ ὅτι καινά τινα δαιμόνια οἱ τοιοῦτοι ἀντεισφέροντες, πολλοὺς ἀναπείθουσι ἀλλοτριονομεῖν, κἀκ τούτου καὶ συνωμοσίαι καὶ συστάσεις ἑταιρεῖαί τε γίγνονται, ἅπερ ἥκιστα μοναρχίᾳ συμφέρει. Ad hęc. Cæcilius apud Minutium. *Quum igitur aut fortuna certa aut incerta natura ſit quanto venerabilius aut melius antiſtites veritatis maiorum excipere diſciplinam, religiones traditas colere: deos quos à parentibus ante imbutus exiſtimare quam cognoſſe, familiarius adorare, nec de numinibus ferre ſententiam ſed prioribus credere qui adhuc rudi ſeculo in ipſis mundi natalibus meruerunt deos vel faciles habere vel reges.* Huius legis fundamentum ex Romuli inſtituto manauit quo maxime vim rei militaris adauxit pudorem militibus inſinuans ne commilitonem in acie concertantem deſererent eorumdem ſacrorum libaminûmque participem. Dionyſius libro 2. ἐν πολέμοις δ᾽ εἰς αἰδῶ καὶ περιοίκοις ἀγαθάς τας ἕκαστον τοῦ μὴ καταλιπεῖν τὸν παραστάτην ᾧ καὶ συνέσπεισε καὶ συνέθυσε καὶ κοινῶν ἱερῶν μετέσχε. Hoc igitur caput eſt ex legẽ Romuli qui nullũ ſacrũ peregrini Dei admiſit niſi Herculis vt vult Liuius 1. *hæc tum ſacra Romulus vna ex omnibus peregrina ſuſcepit, iam tum immortalitatis virtute partæ ad quam eum ſua fata ducebant fautor.* Hanc legem Dionyſius inter Romuli leges ſic aſcribit admiraturque quod tot ſeculis poſt eum obſeruata ſit. καὶ ὃ πάντων μάλιστα ἔγωγε τεθαύμακα, καίπερ μυρίων ὅσων εἰς τὴν πόλιν ἐληλυθότων ἐθνῶν, οἷς πολλὴ ἀνάγκη σέβειν τοὺς πατρίους θε-

Princeps vitare debet & punire nouæ religionis auctores & cur Romulus peregrinam religionem veteris admiſit.

οὺς τοῖς ὄικοθεν νομίμοις, ὐδενὸς εἰς ζῆλον ἐλήλυθε τῶν ξενικῶν ἐπιτηδευμάτων, &c.

AXIOMATA.

DEvs fit à paganis quum nomen mortui in publicos commentarios refertur & ſtato die feſtum eius in honorem celebratur quo die nimirum natus eſt aut defunctus ſi mors eius natali inſignior fuit: tum puluinaria, ſimulacra, Templa, & ſacra ritu proprio & nouo inſtituuntur.

Tres deorũ ſpecies coli prohibentur: ſui, quos ſibi quiſque priuatim noua opinione conſtituit: noui qui poſt hanc legem à gentibus ſuſcepti ſunt, aduenæ qui ante. Sed noui & aduenæ priuatim coli poſſunt ſi publice ſuſcepti fuerint.

Nvlli Dij ne quidem publici priuatim poſſunt conſecrari, priuatim tamen coli poſſunt ſeu publici ſint ſeu publicè aſciti, alij neque publici neque publice aſciti, neque priuatim conſecrari neque coli poſſunt. quia quæ aliis gentibus ſacra ſunt, profana Romanis habentur, & Romana profana fiunt quum in peregrinorum poteſtatem veniunt.

Sacra priuatorum non ſunt ſacra niſi auctoritate Pontificis, in quo publica iuris ſacri conſtitutio poſita eſt: municipia autem loco priuatorum ſunt vbi de iure Maieſtatis agitur. Ideo ſacra nulla ſunt niſi iure Maieſtatis approbentur.

Devs conſecrari non poteſt ne à principe quidem neque à Pontifice niſi à populo centuriatis comitiis aut poſtea à ſenatu probatus, locus tamen poteſt: quia non mutat ſtatum religio-

nis vt Deus. Sed quum à Maieſtate probatus eſt ſuccedunt partes Pontificis in conſecrando Deo qui aſcitus eſt.

ÆDIS conſecratio, ſolum afficit, non ſuperficiem tantum, ideo æde diruta locus manet ſacer, cui ne polluatur, anguis appingi ſolet: qui ſymbolum eſt antiquis diabolicæ religionis.

VNIO religionis & ſacrorum, vnit ciues, & principem cum ciuibus, differentia contrarium operatur: mutatio autem religionis non mutat ſtatum ex neceſſitate conſequentiæ, ſed grauiſſimo motu concutit & multas à vicinis & ab indigenis ciet calamitates & motus.

CONSTRVCTA A PATRIBVS delubra in vrbibus habento: Lucos in agris, & Larum ſedes: ritus familiæ patrumque ſeruanto.

CAP. III.

Dij vbi colẽdi.

QVI Dij colendi non ſunt edictum eſt, nunc antequam de iis qui coli iubentur ſermonem inſtituat, locum vbi ſunt colendi præſtituit, nimirum in delubris à patribus conſtructis, in quo noua templa remouere videtur ſicut ante nouos deos, non eſt tamen vtriuſque eadem ratio. Nam ſi noui vel aduenę publice aſciti fuerint iiſdem ritibus & cærimoniis coluntur, quibus apud eos à quibus ſunt aſciti. At delubra iis non peregrino more ſed ritu à patribus accepto dedicantur. In quo id obſeruabant veteres vt Mercurius cum gratiis inuocaretur innuentes non ſufficere orationem ſed & Dei gratiam deſiderari Plutarch. περὶ τοῦ ἀκούειν. Quum autem publice decretum eſſet vt alieni Dij inducerentur in vrbem vt iis ædes ſacræ conſtituerentur & dedicarentur, magiſtratus ædem dedicabat præeunte Pontifice & preces concipientę ea forma quæ antiquo moræ Romanis re-

Dij peregrini publice aſciti eorum more coluntur à quib. accepti ſũt nẽpe peregrino: at in tẽpla non peregrino ſed Romano more cõſecrantur.

cepta eſt vnde Varro. *Sic enim ædis ſacra à magiſtratu Pontifice præeũte dicendo dedicatur.* Traianus ad Plinium 10. epiſt. *potes ædem matris Deum transferre in eam quæ eſt accommodatior. Nec te moueat quod lex dedicationis nulla reperitur quum ſolum peregrinæ ciuitatis non ſit capax dedicationis quæ fit noſtro iure.* vnde patet ſolum ciuitatis Romanæ ritu Romano, etiam peregrino Deo qui publice aſcitus ſit conſecrari, non tamen ſolum peregrinum etiamſi Deo Romæ admiſſo dicandum ſit. Sanctitas enim publicæ religionis peregrino loco communicata polluitur, & quaſi limitibus propriis effuſa diſſoluitur. Ergo deorum aſcitorum delubra more à patribus accepto Romæ conſecrantur: At ij non coluntur more Romanorum, ſed eorum à quibus accepti ſunt: Feſtus. *peregrina ſacra appellantur quæ aut euocatis Diis in expugnandis vrbibus Romam ſunt coacta, aut quæ ob quaſdam religiones per pacẽ ſunt petita vt ex Phrygia matris magnæ: ex Græcia, Cereris: Epidauro Æſculapij: quia coluntur eorum more à quibus ſunt accepta.* Arnobius libro 2. *Quid Phrygiam matrem cuius eſſe conditor indicatur vel Midas vel Dardanus? non quum Hannibal Pœnus res Italicas raperet & terrarum expoſceret principatum & noſſe & ſcire cœpiſtis & memorabili religione ſancire? Sacra Cereris matris non quod vobis incognita eſſent aſcita paulo ante, obtentum eſt vt græca dicantur, nouitatem ipſam teſtificante cognitione.* Valerius libro 1. ait Romæ inſtitutum fuiſſe vt Romani græco more Cererem venerarentur. Hoc fefellit Dionyſium Halic. qui vult ſi quando oraculi iuſſu Deum peregrinum aſciſcerent ſuo non peregrino more eum coluiſſe, ſic enim ait libro 2. εἰ τινὰ κτ' χρησμοὺς ἐπεισηγάγετο ἱερὰ τοῖς ἑαυτῆς αὐτὰ τιμᾷ νόμοις ἅπασαν ἐκβάλλουσα τερθρείαν μυθικὸ ὥσπερ τὰ τῆς ἰδαίας ἱερὰ, θυσίας μὲν γὰρ αὐτῇ καὶ ἀγῶνας ἄγουσιν ἀνὰ πᾶν ἔτος οἱ στρατηγοὶ κατὰ τοὺς Ρ'ωμαίων νόμους. Hoc enim falſum eſſe ſuperiora conuincunt: ſed ex eo facile in errorem impegiſſe arguitur quod peregrino Deo fana Romano ritu non peregrino conſecrarentur. Igitur delubra aut more patrum aut ab iis patribus conſtructa haberi iubet idque in vrbibus: cur non in vrbe duntaxat? Nam in aliis non ſunt Pontifices qui preces concipiant, ſub quibus fiat conſecratio: non ſunt notæ Maieſtatis & imperij vt publica auctoritate fundetur. Verum hic vrbes intelliguntur tam Roma, quam Coloniæ inde deductæ: nam & hæ ſicut Roma vrbes appellantur. Varro. *Quare & oppida quæ prius erant circumdata aratro ab orbe & vrbo vrbes, & ideo coloniæ noſtræ omnes in litereis antiqueis vrbeis, quod item conditæ vt Roma & ideo coloniæ vt vrbes conduntur quod intra pomœrium ponuntur.* Ergo Roma non tantum ſibi, ſed & coloniis ſuis, in inſtitutis ſacrorum ius dicit. nec immerito. Nam coloniæ in matricis vrbis fundamenta & propugnacula conſtituuntur. M. Tullius de lege Agraria. *hoc in genere ſicut in cæteris Reip. partibus eſt operæpretium diligentiã maiorum recordari qui colonias ſic idoneis in locis contra ſuſpicionem periculi collocarunt vt non oppida Italiæ ſed propugnacula Im-*

In ſolo peregrino Deus Romanus more Romano non conſecratur.

Error Dionyſij Halican.

Cur nõ tantum Romæ ſed & in aliis vrbibus nempe coloniis templa deorum eſſe debent.

perij eſſe viderentur. Nullum enim periculum detrectare debent pro ſalute metropolis. Ariſtides in Panath. ὥσπερ γὰρ τοὺς θεοὺς καὶ περὶ τῶν γονέων τιμᾶν νενόμισται ὥσπερ κοινοὺς ὄντας ἁπάντων γονέας τε καὶ εὐεργέτας οὕτω τὴν κοινὴν πατρίδα τοῦ γένους περὶ τὸ ἰδίας εὐσεβὲς τιμᾶν. Eſt enim Roma tamquam mater coloniæ filiæ vnde Libanus bellum inter metropolim & coloniam rixam matris & filiæ vocabat. Idcirco vtrinque eædem leges, iidem mores atque eadem inſtituta ſeruantur ita vt ſimiles exiſtimentur ij qui miſſi ſunt in colonias, iis qui in vrbe relinquuntur. Thucidides. πᾶσα ἀποικία εὖ μὲν πάσχουσα τιμᾷ τὴν μητρόπολιν: ἀδικουμένη δὲ ἀλλοτριοῦται: οὐ γὰρ ἐπὶ τῷ δοῦλοι ἀλλὰ ἐπὶ τῷ ὅμοιοι τοῖς λειπομένοις εἶναι ἐκπέμπονται. Igitur eſt quædam principij ſpecies in metropoli licet, non æque ac in patre primo generationis auctore vt in materia & matre. 5. metaph. cap. 28. Prophyr. in Iſagoge cap. 1. Sed tamen iura maieſtatis ſunt penes metropolim, ad colonias autem nequaquam producuntur. vnde Gellius libro 16. cap. 13. *Sed coloniarum alia eſt neceſſitudo, non enim veniunc extrinſecus in ciuitatem nec ſuis radicibus nituntur, ſed ex ciuitate quaſi propagatæ ſunt & iura inſtitutaque omnia Populi. Rom. non ſui arbitrij habent, quæ tamen conditio quum ſit magis obnoxia & minus libera, potior tamen & præſtabilior exiſtimatur propter amplitudinem & maieſtatem P. R. cuius iſta coloniæ quaſi effigies parua ſimulacraque quædam eſſe videntur.* Idcirco Triumuiri coloniæ deducendæ à Populo creantur qui iure Maieſtatis coloniam conſtituant. Liuius libro 4. ſub iiſdem legibus non tamen iiſdem priuilegiis. Quod patet ex origine coloniarum: Quum enim vrbes in nimiam Populi multitudinem luxuriantes, frugibus ad alimenta deſtituerentur, ſeu cœli iniuria, ſeu Dei alicuius malignitate, voto publico conſecrabant annuos partus alicui numini: inſontem enim conciuem trucidare parricidium eſt: idcirco quum adulta pubes arma ferre poſſet, ſub tutela illius Dei extra fines patrios dimittebatur. Dionyſ. Halic. κλείνειν γὰρ οὐδένα ἐκγόνων ἠξίουν ἄγος οὐδενὸς ἔλαττον τοῦτο τιθέμενοι, θεῶν ὅτῳ δὴ καθιερώσαντες, ἐνιαυσίους γονὰς ἀνδρωθέντας ἀποικίζουσι τοὺς παῖδας ἐκ τῆς σφετέρας. Itaque non mirum ſi coloniæ ſub legibus matricis viuere debeant, licet obligatio erga patriam extincta videatur quod alienatæ ſint ab illa per conſecrationem quam matura quaſi traditio in manus Dei ſecuta eſt. Verum quod Deo conſecratur alienum non fit à ſacris & religione alienantis ſed potius proprium quum res ſacræ ſint publici iuris, ſed tantum ab humano commercio eximitur, id eſt, à poteſtate alienandi aut aliàs libere diſponendi. Sed in iis coloniis quæ non vrgente fato nec ira numinis, ſed voluntate principis emittuntur, aliud eſt: omnino enim ſunt ſubiectæ metropoli. quia non ſunt dimiſſæ animo alienandi ſed potius augendi & conſeruandi Imperij. igitur in vrbibus habeantur templa, quorum loca debent deſignari, an-

Coloniæ ſunt obligatæ legib. matricis: nec habent maieſtatis iura.

Origo coloniarum & quotuplex colonia.

Antequã vrbs condatur ſunt loca templorum deſignanda.

tequam vrbs condita fuerit. Feſtus. *ſiſtere fana quum in vrbe condēda dicitur ſignificat loca in oppido futurorum fanorum conſtituere.* An intra muros? ſic eſt. Nā vrbis appellatio muris finitur, licet Romæ continentibus ædificiis l. 2. ff. de verbo. ſign. continentia ædificia vſque ad ſextum lapidem non porriguntur. Nam mille paſſus non à miliario vrbis nimirum à columna illa quæ in capite fori Romani prope ædem ſaturni poſita eſt in quam omnes Italiæ viæ terminabantur, ſed ab ædificiis continentibus numerantur l. mile ff. eod: itaque ab iis ſextus lapis eſt numerādus: hic eſt enim antiquus Romani agri terminus idcirco ſacra termino fiebant extra Romam in ſexto lapide. Ouidius 2. Faſt.

Vrbis & Romæ, & antiqui agri terminus.

Illic lanigeræ pecudis tibi termine fibris
Sacra videt fieri ſextus ab vrbe lapis.

Ædificia autem non ideo minus ſunt continentia quod aliquod interuallum ſit inter ea, ſicut & prouinciæ continentes Italiæ accipiuntur quæ modico interuallo diuiduētur vt Cicilia l. notionem §. 1. ff. eod. Strabo ait hunc terminum fuiſſe inter quintum & ſextum lapidem oſtendens anguſtiam territorij Romani in incunabulis Imperij, ſic enim ait libro 5. μεταξὺ γοῦν τοῦ πέμπτου καὶ ἕκτου λίθου τῶν τὰ μίλια διασημαινόντων τῆς Ῥώμης καλεῖται τόπος Φῆστοι, τοῦτον δὲ ὅριον ἀποφαίνουσι τῆς τότε Ῥωμαίων γῆς, οἵ θ' ἱερομνήμονες θυσίαν ἀποτελοῦσι. Sed ſi vrbs muris clauditur, cur præfectus vrbi terminos ſuæ iuriſdictionis vſque ad fines Italiæ producit l. 1. in princ. ff. de offic. Præf. vrb. neque enim dicitur Præfectus Italiæ ſed vrbi. Italiæ fines centeſimo miliario clauduntur d. l. 1. §. initio. Verum hoc ei ſpecialiter datum eſt epiſtola Diui Seueri d. l. 1. poſt multos annorum anfractus ab vrbe condita. Nec me mouet quod Italiæ terminus in cētteſimo lapide videatur anguſtus tempore Seueri quo Imperium erat ampliſſimum. Nam cæteræ partes aliis poteſtatibus regebantur. Quinimo iuriſconſulti extra centeſimū lapidē prouincias conſtituunt & præſidū notionem l. propter §. licet ff. de excuſat tut. Atqui quum poſtea hoc ei attributum fuerit vt Italiæ imperaret cur non eſt ei nomē immutatum? Improprie enim nunc dicitur vrbi præfectus, quum vrbis terminus anguſtiſſimus ſit & certus, loco & materia circum ſcriptus. Reſpondeo in iis quæ ſpecialiter tribuuntur, magiſtratum ſuo iure non vti ſed iure delegātis l. 1. in voce delegatam ff. de offic. eius cui mand. Itaque retinuit nomen iuriſdictionis ſibi ab initio datæ ſecundum terminum: ideoque ſi terminos vrbis exierit poteſtatem non habet l. vlt. de off. præf. vrb. ita vt intra vrbem per ſe ipſum iudicare cogatur, non alium delegare: quia hic merum imperium habet quod in alium transferri non poteſt l. nemo poteſt de reg. iur. Et hoc ita conſtitutum eſt quia tutela vrbis ei ſpecialiter commiſſa eſt à principe de §. initio at extra vrbem poteſt iubere iudicare id eſt iudicem delegare quia in tota Italia iuriſdictionem habet, ideoque iudicem darę poteſt ad crimina.

Quod ædificia ſunt cōtinentia.

Cur præfectus vrbi iudicet crimina intra Italiam commiſſa quæ centeſimo miliario definitur.

In iis quæ ſpecialiter tribuūtur magiſtratum vt delegatus eſt.

Præfectus cur intra vrbē non poteſt delegare extra poteſt ſi in vrbe ſit.

Nam & hoc præſidi conceſſum eſt d. l.1.de offic. eius. Sed hoc ſi in vrbe manens, delegauerit aliquid extra vrbem iudicandum. Nam extra vrbem poteſtatem non habet: voce poteſtatis imperium merum continetur l. poteſtatis ff. de verb. ſig. vt hic etiam Nam delegare ad crimina eſt minorem meri imperij partem. transferre. hoc igitur poteſt præfectus quum poſſit & præſes: Sed in Præſide manifeſta debet eſſe cauſa neceſſitatis qua abſuturus delegat meri Imperij iuriſdictionem: At præfecto hoc abſolute licet propter excellentiam Romæ cui præeſt & grauitatem negotiorum quæ ibi frequentius emergunt. Deinde præſidis Iuriſdictio claudi non poteſt limitibus matricis vrbis prouinciæ,quia in tota prouincia poteſtatem habet l. 3. ff. de offic. Præſ. at præfectus vrbi terminos vrbis egredi non debet niſi & tutelam vrbis velit deſerere & poteſtatem deponere,quod ex origine huius magiſtratus ab antiquis temporibus explorari poteſt. Nam præfectus vrbi primo conſtitutus eſt latinarum. feriarum cauſa, quum magiſtratus Romani ad ferias latinas vrbe excedere deberent ita vt neceſſarius eſſet prętor qui Romę ius diceret & proinde abeſſe non deberet l. 2. §. & hęc omnia ff. de orig. iur. Pręterea pręſes in ſua prouincia non tantum iudicem dat ſed etiam mandat ſuam iuriſdictionem ciuilem pro arbitrio: meri imperij ex cauſa abſentię neceſſarię, at pręfectus dat tantum iudicem quod minus eſt. Nam is cui mandata eſt iuriſdictio eamdem habet quam magiſtratus qui mandauit ſed in magiſtratu mandante propria eſt, in mandatario aliena d.l. 1. §. 1. de off. eius cui. at iudex datus neque propriam, neque alienam habet Iuriſdictionem l.ait Prętor ff. de re.iud. vnde à dato iudice appellatur is qui dedit quia diuerſi ſunt gradus notionis l.1.in princ.ff.quis à quo appell. at à mãdatario ad mãdantẽ nõ eſt prouocatio ſed ad eum qui appellaretur à mãdante d.l.1. §.vlt.quia idem à ſeipſo non appellatur. nec obſtat quod legatus Proconſulis à quo proconſul appellatur l. 2. ff. eod. mandatam habeat iuriſdict. l. 4. ff. de off. Proc. nam poſtquam mandata eſt incipit propria eſſe legato, ante mandatum nihil proprium habet l. legati eod. l. cognitio §. 1. de off. eius cui.vere enim legatus magiſtratus eſt quia ſctõ creatur. Appianus libro 1. de bello ciuili quum igitur propriam vterque iuriſdict. habeat diuerſi ſunt poteſtatum gradus. Quid ergo habebit iudex datus quum nec propriã nec alienam iuriſdict.?habebit notionẽ(quæ genere ſuo continet cognitionẽ magiſtratus & delegati l. notionẽ ff.de verb. ſig.)quæ nõ competit iure magiſtratus.Sed quum Præfectus vrbi ſummus ſit magiſtratus, quid iuris plus habebit quam Præſes ſi tantum iudicem dare poſſit in quem nihil transferat? verum delegatio cauſarum ciuilium, alia eſt à delegatione criminum nam nuda etiam cognitio: meri imperij appellatione continetur l. ſolet ff. de off. Procos. quia in notione criminum multa neceſſario fiunt quæ in definitiua non poſſunt corrigi vt quæſtiones, &c. Nec vllum ideo

Differẽtia præfecti & præſidis quoad delegationem.

Differentia iudicis delegati & mandatarij.

Differentia legati Proconſ. & eius cui mãdata eſt iuriſd.

Quid iudex datus habeat.

Nuda notio meri imperij eſt minor pars ipſius quod non poteſt niſi ex traordinariẽ mandari.

periculum reis quorum cauſæ delegatæ ſunt, imminet: quoniam ab interlocutoria poſſunt ad delegantem prouocare. an ideo delegatus hoc caſu merum imperium habebit quod reum quæſtioni adhibere poſſit? delegata notione meri imperij atque etiam ciuili ea quæ ad id neceſſaria ſunt tacite conceſſa intelliguntur l. 2. ff. de iuriſd. & proinde minorem partem habet meri imperij quod non conſiſtit in ſola gladij poteſtate ſed in aliis modis coercitionum quæ etiam delegari non poſſunt: ex verbis autem d. l. ſolet. *nec cuius alterius coercitionis.* modica non intelligitur ſed mera quum illa in priuatum mandata iuriſdictione transferatur l. vlt. de off. eius: ergo de mera accipitur quæ in ſolum legatum tranſit mandati genere extraordinario. non obſtat quod idem liceat Proconſuli in ſua prouicia quod in vrbe præfecto vrbi. Nam mandatum cognitionis criminalis non poteſt dirigi niſi ad legatũ idque non vt iudicet ſed tantum cognoſcat non iure magiſtratus ſed extra ordinem d. l. ſolet at delegatus à Præfecto licet notionem tantum habeat iudicare poteſt & debet. Patet igitur cur præfectus vrbi intra vrbem non poſſit iudicem delegare vt in vrbe iudicet at poſſit ad crimina extra vrbem iudicanda: ſed extra muros egreſſus nihil poteſt, nam nec Tribunuſpl. qui vrbi etiam præerat quicquã extra muros omnino poterat nec vnum diem ei fas erat abeſſe, id eſt à mœnibus. Dionyſ. Hal. libro 8. οὐδενὸς γὰρ εἰσὶ τῶν ἔξω τῆς πόλεως οἱ τὴν Δημαρχικὴν ἐξουσίαν ἔχοντες κύριοι· περιγέγραπται αὐτῶν τὸ κράτος τοῖς τείχεσι, καὶ οὐδὲ ἀπαυλισθῆναι τῆς πόλεως αὐτοῖς θέμις. Niſi tempore feriarum Latinarum. Plebis autem appellatione tacite ſignificatur illa multitudo ignobilis maxime quæ muris clauditur: vt infra oſtendam, ideo dicitur Tribunus plebis, non populi. Ergo vrbis appellatio muris definitur etiamſi Roma ſub eo nomine intelligatur: Deinde lex prohibet in vrbe ſepeliri, id eſt, intra Pomœrium in quo vrbis termini continentur prope muros & hoc quoniam Dijs ſuperis manes inuiſi ſunt & cõtrarij idcirco Feſtus ait ludos Tauricos in circo Flaminio fieri, ne intra muros euocentur Dij inferi Deinde quum ſalus ciuium ſit quaſi depoſita penes deos vrbis Tutelares, cauendum eſt ne ab hoſtibus polluantur vel incurſu repentino vel obſidione: idque iure belli fieri poteſt quod multis exemplis docet Pauſanias in Arcadicis, confirmat M. Tullius qui etiam huiuſce legis cauſam aliam hic adducit his verbis, *Nec ſequitur magos Perſarum quibus auctoribus Xerxes inflammaſſe Templa Græciæ dicitur quod parietibus includerent deos, quibus omnia deberent eſſe patentia & libera, quorumque hic mundus templum eſt & domus; melius Græci atque noſtri qui vt augerent pietatem in deos eaſdem illos vrbes, quas nos incolere voluerunt affert enim hæc opinio religionem vtilem ciuitatibus,* Tum paulo poſt ex Thalete, *homines exiſtimare omnia quæ cernerent deorum eſſe plena fore enim omnes caſtiores veluti in fanis eſſent maxime religioſi: Et enim quadam opinione ſpecies deorum in oculis non ſolum in mentibus; eam-*

Tribun. plebi poteſtas intra muros quibus plebs clauditur.

Cur Dij tutelares intra muros.

Qui erant Dij Tutelares.

démque rationem luci habent in agris. Sed quinam erant iſti Dij tutelares? omnes cœleſtes, ſed maxime tres de quibus ita Vitruuius lib. I. *Aedibus vero ſacris quorum deorum maxime in tutela ciuitas videtur eſſe Ioui & Iunoni & Mineruæ in excelſiſſimo loco vnde mœnium maxima pars conſpiciatur areæ diſtribuentur.* Sed in his tribus vnus erat quem nefas erat nominare (reliqui verò intra vrbem etiam admittebantur non tamen in loco altiſſimo) exceptis Marte, Venere, Vulcano, & Cerere, in Marte ratio eſt ne ſit inter ciues armigera diſſenſio; in Venere vti non inſueſcat in vrbe adoleſcentibus ſeu matribusfam. venerea libido: Vulcani autem vis è mœnibus, religionibus & ſacrificijs euocata, à timore incendiorum ædificia liberare videtur. At in Cerere arcana diuinitas locũ poſcit ſeparatũ quo nõ ſemper homines niſi per ſacrificiũ neceſſe adire habeant qui locus debet tueri cum religione ſanctiſque moribus (vt idẽ ait.) Plutarch. in quæſt. Rom. quæſt 61. ait nefas fuiſſe nominare deum vrbis tutorem & Valerium Soranum qui id nomem enũciauerat male periiſſe. Vide dæmonis arrogantiam qui ſe non tantum conſecrauit inter gentes, ſed etiam nomen ſuum ſacroſanctum & inuiolabile voluit haberi ad imitationem veri Dei. Igitur quidam Dij licet Romanis proprij intra muros non admittebantur. Quid de peregrinis vt de Iſi & Serapi & cæteris aliis? ex hoc capite quod ex commentariis Pontificum exſcriptum eſt videntur intra vrbem cõſtitui potuiſſe, ſi à patribus accepti ſint vt Hercules. aliorũ templa extra vrbẽ conſtrui debeant vt Iſis & Serapis qui nec lege nec ſctõ ſed vulgi inſania irruperant, quæ tamen tantum virium habuit vt & intra vrbem fana eis conſtruerentur: ſed poſtea reuocato more antiquo diruta ſunt ex ſctõ. Valerius Max. libro I. *Æmilius Paulus Conſul quum Senatus Iſidis & Serapidis fana diruenda cenſuiſſet eaque nemo Pontificum attingere auderet poſita prætexta ſecurim arripuit eiuſque templi foribus inflixit.* Iterum vicit legem infamina ſuperſtitionis ita vt poſtea aræ Iſi & Serapi & Harpocrati fuerint conſecratæ in emporio vrbis vt Vitruuius ait libro I. cap. vlt. quæ demum euerſæ fuerunt ſctõ quod Tertull. ait contigiſſe Piſone & Gabino Coſſ. ſed quum ſuperſtitionis lues Romæ latius ſerperet & multi deos illos priuatim colerent, viſum eſt ſenatui quod toties tentatum non poſſet tolli ſaltem emendari & decretum vt publice colerentur (ne quid aduerſus legem committeretur) Sed extra vrbem Dio libro 40. δοκεῖ δέ μοι τι καὶ ἐκεῖνο τὸ τῷ προτέρῳ ἔτει ἐπ' ἐξόδῳ αὐτοῦ περί τε τὸν Σάραπιν καὶ περὶ τὴν Ἶσιν ψηφισθὲν τέρας οὐδενὸς ἧττον γενέσθαι· τοὺς γὰρ ναοὺς αὐτοὺς οὓς ἰδίᾳ τινὲς ἐπεποίηντο καθελεῖν τῇ βουλῇ ἔδοξεν· οὐ γὰρ δὴ τοὺς θεοὺς τούτους ἐπὶ πολὺ ἐνόμισαν, καὶ ὅτι γε ἐξενίκησεν, ὥστε καὶ δημοσίᾳ αὐτοὺς σέβεσθαι, ἔξω τοῦ Πωμηρίου σφᾶς ἱδρύσαντο. Igitur poſt Piſonis Conſulatum renouata eſt Ægyptiorum deorum ſuperſtitio. Arnobius libro 2. *Quid vos Aegyptiaca numina quibus Serapis atque Iſis eſt nomen, non poſt Piſonem & Gabinium*

Arrogat ſibi dæmon quod Dei nomini debitum eſt.

Superſtitio erga deos peregrinos non potuit tolli ſed hoc modo temperari vt extra Pomærium colerentur.

binium Conſules in numerum veſtrorum retuliſtis deorum? Quod autem extra Pomoerum ſunt, non videbatur legem frangere, quia mortui etiam ibidem coli poterãt. Denique Roma naſcens parciſſime deos peregrinos admiſit, adulta liberius, deinde vero ſine diſcrimine victarum à ſe gentium numina euocauit. Arnobius libro 3. *Solere omnes deos Romanos vrbium ſuperatarum partim priuatim per familias ſpargere partim publice conſecrare.* Quod Paganus gloriæ, ſuæ religionis aſcribit Cæcilius apud Minutium, *dum captis in hoſtilibus mœnibus adhuc ferociente victoria numina victa venerãtur, dumque vndique hoſpites deos quærunt & ſuos faciunt, dum aras extruunt etiam ignotis numinibus & Manibus, ſic dum vniuerſarum gentium ſacra ſuſcipiunt, etiam regna meruerunt: hic perpetuus venerationis tenor manſit. qui longa ætate non infringitur ſed augetur: quippe antiquitas cærimoniis atque fanis tantum ſanctitatis tribuere conſueuit quantum aſtruxit vetuſtatis.* Iſte non nouerat quod Arnobius ſic ait libro 2. *religionis auctoritas non eſt tempore æſtimanda ſed numine.* Itaque Dij peregrini extra vrbem adorabantur, vnde loca ſacra dicuntur non tantum in vrbe ſed & in agris l. ſacra §. 1. de rer. diuis at tutelares ſemper in vrbe: vnde Athenienſes quum aduerſus Perſas exiiſſent relicta vrbe ſine cuſtodia eam Mineruę tutelari deæ commiſere. Ariſtides Panath. καὶ συνειδότες ἔξωθεν οὖσαν τῇ πόλει τὴν φυλακὴν ψήφισμα ποιοῦνται τὴν μὲν πόλιν ἐπιτρέψαι τῇ πολιούχῳ θεῷ. Dij tutelares ſunt Dij antiqui & in ſacro condendæ vrbis ad cuſtodiam aduocati & adorati. Nunc accedo ad Lucos quos lex in agris haberi pręcipit. Nam teſte Plinio erant etiam in vrbe luci. *Hæc* (inquit) *fuere numinum templa* *Luci in agris.* *priſcoque ritu ſimplicia rura, etiamnum Deo præcellentem arborem dicant, nec magis auro fulgentia atque ebore ſimulacra quam lucos & in iis ſilentia ipſa adoramus.* Seneca epiſt. 41. *ſi tibi occurrit vetuſtis arboribus & ſolitam altitudinem egreſſis frequens lucus illa proceritas ſyluæ & ſecretum loci & admiratio vmbræ fidem numinis faciat.* *Luci etiam in vrbibus.* Lucorũ ſenium eſt venerabile (inquit Papinius 1. Sylu.) erant ergo in vrbe luci non tantum in agris. Solebant autem inter arbores vnam eligere quam alicui Deo conſecrarent quę extra lucum poſita erat. Nam in luco omnes arbores ſacrę erant ita vt fas non eſſet vllam cędere: at electa arbor ſola ſacra erat. Lucanus 9.

> *Qualis frugifero quercus ſublimis in agro*
> *Exuuias veteres populi ſacrataque geſtans*
> *Dona ducum*

Mox enim ſubiicit.

> *Sola tamen colitur.*

Vt in Delo palma Apollini ſacra fuit, olea in arce Athenarum, Mineruę, quercus extra Lucum in agro Arpinatium, Ioui vt teſtatur Tullius 1. de legib. Verum luci in vrbe, deorum cęleſtium eſſe poſſunt nimirum prope eorum fana. Virgil. 1. Æneid. *Lucus non eſt ſine cõſecratione.*

> *Lucus in vrbe fuit media lætiſſimus vmbra.*

Vbi Seruius. *vbicumque Virgilius Lucum ponit ſequitur etiam conſecratio.*

Luco tum forte parentis
Pilumni Turnus ſacrata valle ſedebat.

Gaudent enim ſuperi ſyluis vtpote antiquiſſimis ſedi bus. Virgilius.

Ah demens habitarunt Dij quoque ſyluas.

Ex quercu primus hominum victus.

Et merito nam ibi Dij eſſe videntur vnde vita hominis ſuſtinetur. Eſt enim Deus vitæ fons vberrimus, humani autem victus principia ex quercu fuiſſe proditum eſt, vnde ille monet agricolam vt ſecurim remoueat à quercubus quod ſint primę matres hominum 1. epigramum. gręc.

Τηλόθι δὺ ἴσχε δρυὸς πέλεκυν, κακαὶ γὰρ ἔλεξαν
Ἁμῖν ὡς πρότεραι ματέρες ἐντὶ δρύες.

Neque tamen poſtea ędificatis vrbibus ſunt ita incluſi vt limitibus illis circumſcripti videantur. Nam ſeceſſus amant, & ſilentia quaſi ſancta eos à contagione mortalium ſeparant, vnde iis Luci extra vrbem dedicat 1. ſunt. vt Horatius 1. car. od. 1. ait ſe à populo vt vatem cęleſtem ſecerni gelido nemore & leuibus cum ſatyris choris. Sed luci deorum Manium hac lege in agris haberi iubentur ſicut & cœleſtium niſi viſum ſit ex opportunitate loci vbi deorum templa ſunt lucos conſecrare. Luci autem defunctorum prope ſepulcra quæ extra vrbem ſolebant Manibus dicari quod Virgil. 6. Æneid. adumbrauit.

Luci defunctorum ſemper in agris nimirum prope ſepulcra.

Nulli certa domus, lucis habitamus opacis.

Tullius pro Milone. *Vos enim albani tumuli atque luci vos inquam imploro atque obteſtor.* vbi tumulos lucis coniungit. ideo in agris Larum ſedes haberi iubentur, ſunt enim Dij Manes ſeu inferi ad quos religio ſepulcrorum pertinet. ad hæc Seneca in Thyeſte.

Nox propria luco eſt & ſuperſtitio inferûm
In luce media regnat.

Qui & quid ſint Lares.

Lares ſunt Dij, familię cuiuſque pręſides. Nam lar idem eſt ac is qui præeſt. Auſonius.

Tertia opima tulit ſpolitus Aremoricus L r.

Id eſt dux. quod ex veterum opinione deſcendit exiſtimantium animas ergaſtulo corporis ſolutas earumdem rerum ſtudio teneri quo quum viuerent ducerentur. Virgil. 6. Æneid.

Mors, animæ bonæ vim in conferendo beneficio non tollit ſed auget.

Quæ cura nitentes
Paſcere equos, eadem ſequitur tellure repoſtos.

Bonorum animę non ceſſant beneficia confe rre etiam poſt diſſolutionem compoſiti (quia mors non eſt finis boni in bonis) vt ſe non periiſſe oſtendant : quod grauiſſimo Plotini teſtimonio confirmatur libro 7. Ennead 4. πολλαὶ δὲ ψυχαὶ πρότερον ἐν ἀνθρώποις οὖσαι σωμάτων ἔξω γενόμεναι οὐκ ἀπέστησαν τοῦ εὐεργετεῖν ἀνθρώπους αἳ δὴ καὶ μαντεῖα ἀποδειξάμεναι εἴς τε τὰ ἄλλα

χρῶνται ἀφελοῦσι καὶ δεικνύουσι δὲ αὐτῶν καὶ περὶ τῶν ἄλλων ψυχῶν ὅτι μὴ εἰσὶν ἀπολωλυῖαι. Itaque tum eo magis paterf. defunctus, incumbere in curam ſuæ familiæ credebatur quo magis poſſe inciperet nimirum inter Deos Manes aſcriptus, nam vt ait Propert.3.

Omnia poſt obitum fingit maiora vetuſtas
Maius ab exequiis nomen in ora venit.

Vnde maiores mortuorum vmbrę dicuntur quam corpora viuorum. Virgilius libro 2. Æneid.

Infelix ſimulacrum atque ipſius vmbra Creuſæ
Viſa mihi ante oculos & nota maior imago.

Ibi igitur ſunt ſedes Larium vbi ſunt monumenta corporum: probatur ex opibus familiarum quę iuſtiſſime ex reditu agrorum amplificantur: quarum etiam origo eſt ab agris: primę enim domus, ruſticæ fuerunt & antiquiſſima ſepultura domus erat vt Seruius notauit in hunc verſum.

Opes familiæ ab agris primũ.

Sedibus hunc refer ante ſuis & conde ſepulcro.

Qui mos primum ab Ægyptiis emanauit. Diodorus libro. 1. οἷς δὲ οὐκ ὑπάρχουσι τάφων κλίσεις καινὸν οἴκημα ποιοῦσι κατὰ τὴν ἰδίαν οἰκίαν καὶ πρὸς τὸν ἀσφαλέστατον τῶν τοίχων ὀρθὴν ἱστᾶσι τὴν λάρνακα. Quare merito cuſtodes agaroum exiſtimabantur in quibus quaſi æternam ſedem ab initio poſuere. Tibullus.

Vos quoque felices quondam nunc pauperis agri
Cuſtodes fertis munera veſtra Lares.

Et quoniam ciuitas conſtat familiis, conſeruatio familiarum etiam ad bonum ciuitatis pertinet. ideo ſacrum publicum quot annis, Laribus peragebatur quod Compitalia vocabant quo commiſſa in deos Manes expiabantur vt irati placarentur. Feſtus. *pilæ & viriles & muliebres effigies in compitis, ſuſpendebantur compitalibus ex lana, quod eſſe deorum inferorum hunc diem feſtum quos vocant* Lares *putarent quibus eo die tot pila quot capita ſeruorum, tot effigies quot eſſent liberi ponebantur vt viuis ſic enim inuocantur parcerent, & eſſent his pilis & ſimulacris contenti.* Vnde locus ille Iuuenalis Satyr. 6. elucidatur.

Laribus ſacrum publicum debetur quot annis: huius ſacri ritur.

Vt quicquid ſubiti & magni diſcriminis inſtat,
In tunicas eat, & totum ſemel expiet annum.

Laribus autem eo die porcum mactabant, eſt enim animal luſtrale quod apparet in ſacro ambaruali: & in eo quo funeſta familia purgabatur: Tibullus.

At nobis arata Lares depellite tela.
Hoſtiaque è plena ruſtica porcus hara.

Propertius.

Porcus Laribus: quia eſt hoſtia luſtralis.

Parua ſaginati luſtrabant compita porci.

Idcirco apud veteres hic mos inoleuerat vt ex ſanguine porculi immolati, ſacerdos manus eius qui erat expiandus intingeret, Varinus λυτήριον τὸ καθάρσιον λέγει ὁ Ἀπολλώνιος ὅ ἐστι χοιρίδιον

Laribus priuatim ſingulis diebus libababatur ex dapibus quod igne conſumebatur.

μικρὸν ὅσπερ οἱ ἁγνίζοντες θύσαντες, τὰς χεῖρας τοῦ ἁγνιζομένου τῷ αἵματι αὐτοῦ βρέχουσι Quamuis autem in agris Lararia conſtituantur, non tamen prohibentur in vrbibus. Nam & Romę compitalia celebrabantur & in qualibet domo Lares erant & ſingulis diebus, iis libabant parum carnis ex prandio, cœnaue. Varrò *quo circa oportet bonum ciuem legibus parere, deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας.* Vnde Perſius.

Cultrixque foci ſecura patella.

Ibi vetus interpres *cultrix foci quia delibanda dapes in ea poſita ad focum feruntur*, at quis libatis veſcitur illis dapibus? ignis nimirum domeſticus. Plutarch. de fortuna Rom. φασὶ παρθένον τὴν Ὀκρισίαν ἀπάργματα καὶ λοιβὴν ἑκάστοτε λαμβάνουσαν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς τραπέζης ἐπὶ τὴν ἑστίαν κομίζειν καὶ τότε τυχεῖν ὥσπερ εἰώθει τῷ πυρὶ τὰς ἀπαρχὰς ἐπιβάλλουσαν. quod fuiſſe antiquiſſimum oſtendit Homerus, ἰλιαδ. 1. θεοῖσι δὲ θῦσαι ἀνώγει

Πάτροκλον ὃν ἑταῖρον, ὁ δ' ἐν πυρὶ βάλλε θυηλάς

Cur libata Dapibus edere nefas.

Igitur nulli fas erat iis primitiis veſci: nec obſtat quod ait Horatius 2. ſermo. vbi vernas procaces paſcit libatis dapibus, quæ ſunt epulæ ex quibus illæ primitiæ ſumebantur, non ipſæ primitiæ. Euſtathus in odyſſ. η: ἐκ ταύτης ἑστίας καὶ παροιμία τὸ ἑστίᾳ θύομεν, ἐφ' ὧν οὐκ ἔστι φασὶ μεταδοῦναι, οὐδὲ ἐξενεγκεῖν ἵνα εἴη τὸ ἑστίᾳ θύομεν, ταυτὸν τῷ οὐδενὶ μεταδίδομεν τῆς ἑορτῆς. Ratio huius moris in cærimoniis deorum Manium apparebit, quibus ſi quid immolatum eſſet totum cremabatur. igitur epularum ἀπαρχαὶ Laribus dabantur quia bona familiæ ab iis deducebant

Adſitis Diui, nec vos è paupere menſa.

Dona, nec è paruis ſpernite fictilibus.

Inquit Tibullus alloquens ſuos Lares. familiæ Lares priuatim; compitales publice colebantur: illos libationibus quotidie, hos vno tantum anni die adorabant. Varro *Compitalis dies attributus Laribus ideo vbi via competunt, tum in compitis ſacrificatur quot annis is dies concipitur*, Licet Auguſtus eos bis anno floribus ornare voluerit, non tamen bis ſacrificare. Suetonius in Auguſto. ex iis floribus vernis & æſtiuis coronæ iis imponebantur in eorum delubro. Ouidius 6. Faſtor.

Lares bis anno floribus coronati in publico: priuati autem quãdocumque.

Lucifero ſubeunte Lares delubra tulerunt

Sic vbi fit docta multa corona manu.

Sic etiam priuati, priuatim coronabantur vt ex Iuuenali in ritibus Manium infra oſtendetur. Larium autem principes ſunt Iupiter focalis & veſta quibus ſicut & Laribus quotidie libabatur. Euſtathius in Odyſſ. 3. ἐσχάρα οἶκον καθ' ἣν ἔθυον ὁσημέραι Διῒ ἐστιούχῳ καὶ θεᾷ τινὶ ἣν ἐκάλουν Ἑστίαν διὰ τὸ συνιστάναι τὸν οἶκον δι' αὐτῆς Huius capitis hæc pars de vtriſque intelligenda eſt nam & Compitalia inter ruſticos obſeruabantur & priuatim in ſingulis villis Lares colebantur vt domini cum familia ſua quum vniuerſi in cõpitalibus tum ſinguli libationibus deos illos vene-

rarentur Tullius. *neque ea quæ à maioribus prodita eſt quum dominis tum famulis poſita, in fundi villeue conſpectu religio Larum repudianda eſt.* Hæc enim ſacra conceduntur ruſticis quia deorum tutelarium delubra non habent quæ in vrbibus eſſe iubētur. Poſtrema pars imperat in his ſacris ritus familiæ patrumque ſeruari. Ritus proprie ad ſacra pertinet auctore Feſto. familia autem ſignificat plures perſonas quæ ſunt ſub vnius poteſtate l. pronunciatio §. familię ff. de verb. ſig. quibus etiam princeps familię continetur l. ſequente eod. itaque quem ritum inſtituerit Paterſam. eumdem iubet à tota familia cuſtodiri, ita tamen vt intelligatur principium naſcentis familiæ ſub illo patreſ. nam hęres qui ei ſucceſſit quamuis incipiat eſſe caput familiæ nouos tamen ritus inſtituere non poteſt quibus propter hęreditatem adſtringitur: vnde eorum arbiter aut dominus non eſt ex ſe, ſed ex altiori capite, familiæ principatium obtinet.

Quid familia ſit.

Heres quia ſacris familiæ tenetur nouos ritus inſtituere non poteſt.

Ariſtot. 5. metaph. cap. 28. quum de genere tractat ait ſecundo modo genus accipi pro primo auctore generationis multorum ſub vna ſpecie contentorum ἀφ' οὗ ἂν ὦσι πρώτου κινήσαντος εἰς τὸ εἶναι recte genus dicitur quod primus mouerit ad eſſe & continuam ſeu ſucceſſiuam multorum in vna ſpecie generationem, tunc enim principij naturam habet. Nam genera eſſe rerum principa idem docet. 2. met. cap. 3. hac ratione quod eſſentias rerum per definitiones cognoſcimus: at genera ſunt definitionum principia, ergo & rerum definitarum. igitur ſacra inſtituta à primo conditore familiæ ſucceſſiue ab aliis patribus ſeruanda ſunt ſub eodem principio generatis aut lege aſcitis, ſunt enim ſacra priuata fundamenta familiæ vt publica Reip. quę ſi mutationi eſſent obnoxia quid mirum ſi facile in ſui corruptionem laberentur, quum mutatio omnis ſit germana corruptioni?

Quis familiæ princeps.

Cur ergo addit patrumque, nonne hac voce familiæ ſatis perſpicitur eos ritus ſeruari quos auctor familię docuit? minime. Nam ſeruus qui poſt manumiſſionem fit paterſ. aut filius qui poſt emancipationem ſacris paternis abſolutus eſt, nonne naſcenti familiæ ſuæ legem imponunt? Itaque iis non ſunt ſeruanda patrũ inſtituta quorum patres iure ciuili nulli intelliguntur ſed iis tantum qui in poteſtate manentes iure ciuitatis ſucceſſere. ideo nec emancipatus nec manumiſſus hac lege tenentur in hac parte quia familię ſuę ritus poſſunt pro arbitrio componere, ſecus ſi iure ciuili patrem habuiſſent quum hos componerent.

Libertus aut emãcipatus naſcẽti ſuæ familiæ legem dant.

M. Tullius hic ritus antiquos ſeruari ait quod antiquitas proprius ad deos accedere videatur: Sane principia ſemper ſpectamus quia quædam ſunt vmbrę illius principij ex quo ſola veritas religionis eluceſcit. deinde ſi mutarentur hi ritus lęderentur Manes eius qui ritus illos inſtituerat violata lege quam in perpetuum ſuis poſteris dederat & qua ſe à morte Larem ſactum coli voluerat. hi autem ritus tam in Compitalibus quam in priuatis libationibus obſeruari debent: neque enim in ſacris illis compitalitiis cogebantur publico ritu

In Sacris Larũ non cogebantur publico ritu facere & cur.

Laribus facere: quoniam ea ex priuatis ſumpta publice celebrabantur idque in honorem Deorum Manium quorum ſacra mutare nefas erat: Varro ait haruſpicem pręcipere vt ſuo quiſque ritu ſacrificium faciat, quod de hoc ſacro eſt intelligendum, quoniam cætera publica ſacra ritu publico fiebant: hinc patet Lares eſſe primos familiarum conditores quos Dionyſius Halic. ἥρωας vocat, auctores & principes priuatorum dominiorum. idcirco à Seruio Tullio rege ſancitum eſt vt in compitalibus, ijs ſacerdotes offerrent liba, ſed illis ſacerdotibus, ſerui tantum miniſtri dabantur quod vſque ad tempora Dionyſij permanſit ita vt eo feſto ſerui quadam temporaria libertate fruantur vt hac humanitate manſuefacti, ſuos dominos habeant chariores & leuius ferant ſuæ conditionis acerbitatem, vnde ille libro 4. φυλάττουσι τὸν ἀρχαῖον ἐθισμὸν ἐπὶ τῶν ἱερῶν διὰ τῶν θεραπόντων τοὺς ἥρωας ἱλασκόμενοι καὶ ἅπαν τὸ δοῦλον αὐτῶν ἀφαιροῦντες ἐν ταῖς ἐκείναις ἡμέραις ἵνα τῇ φιλανθρωπίᾳ ταύτῃ τόχης ἧττον βαρυώνται. Qui ritus inutilis fuiſſet niſi ij quibus ea ſacra celebrabantur domini familiarum fuiſſent. Hoc enim placabat antiquos dominos apud quos regnabat humanitas & in conſeruationem earum rerum tendit quarum auctores & cuſtodes exiſtimabantur. Huic rei fidem faciunt quędam Idola antiquiſsima breuia admodum vt facilius in Stomacho condi poſſent: nam potentiorum cadauera condiebantur aromatibus pretioſiſsimis ęternitatis voto quorum adhuc quædam incorrupta cernuntur intra Ægypti pyramides quę non ſolum vi ſalis & aromatum ſed etiam ſui Laris diuinitate conſeruari putabant, adeo vt intra Stomachum conderetur, hunc autem Larem fuiſſe vnum ex parentibus apparet à forma Idoli quod ſepulti ſpeciem habet ſolo vultu non tecto vt quis ſit ex maioribus perſpicuum ſit: vnum ex his mihi eſt traditum à viro fide digniſsimo qui hoc ex quadam Ægypti pyramide attulit extractū ex pectore cadaueris adhuc integri: in cuius lateribus adhuc ſanguis pridem vetuſtate ſiccatus & ater inhæret.

Lares ſeu heroes ſunt primi auctores familiarum quorum feſto ſerui quadam ſpecie libertatis ad breue tempus ruebantur, & cur.

AXIOMATA.

ANTE vrbis fundamenta, deſignanda ſunt loca quibus fana deorum tutelarium ſiſti debent: ea ſummus magiſtratus pontifice præeunte & preces concipiente dedicabat: ſi Deo publice aſcito Romano ritu perinde ac ſi Deus Romanus fuiſſet licet eo ritu coleretur quo apud eos

à quibus eſt aſcitus: at Deus Romanus etiam Romano ritu in Solo peregrino conſecrari non poterat.

VRBES ſunt coloniæ Roma ductæ. Metropolis legem dat ſuis coloniis quæ ab ea tanquam à quodam principio natæ ſunt, idcirco non ſunt iura maieſtatis penes colonias ſed penes metropolim cuius ſunt tantum parua quædam ſimulacra: idque ſeu factæ ſint iniuria cæli aut Dei alicuius premente, ſeu iuſſu maieſtatis, nam priore caſu licet alienari videatur hæc pars populi, tamen ratione religionis aliena non fit: poſteriore, nullo modo alienatur quia animo conſeruandi aut augendi imperij non alienandi miſſa eſt.

VRBIS Appellatio, muris finitur: Romæ, continentibus ædificiis: Agri Romani, à principio, ſexto lapide id eſt ſexto miliario quod incipit non à columna vrbis in qua Italiæ viæ terminabantur ſed à continentibus ædificiis. Præfectus autem vrbi ab initio vrbem dumtaxat regebat ſed poſtea ſpecialiter ei attributa eſt iuriſdictio totius Italiæ.

IN ijs quæ ſpecialiter tribuuntur, magiſtratus delegatus intelligitur, ideo Præfectus vrbi extra vrbem imperium non habet ſed intra vrbem, quo caſu per ſe ipſum cogitur iudicare non delegare: quia vrbis cuſtodia ei data eſt. In vrbe autem poteſt delegare ad crimina extra vrbem iudicanda licet hoc ei ſit ſpecialiter tributum. Nam & Præſes cui quædam partes meri imperij ſpecialiter attribuuntur, poteſt ex cauſa iuſtæ abſentiæ eas mandare: in Præfecto non deſideratur abſentia: quia poteſt delegare iudicem propter gra-

uitatem negotiorũ & excellentiam Romæ:quod etiam in cauſa eſt vt Romæ per ſe ipſum iudicare cogatur quum Præſes in metropoli ad hoc cogi non poſſit ex neceſſitate abfuturus, in mero imperio.

NOTIO criminum, eſt meri imperij pars minor, ideo delegatio iudicis in ijs cauſis ſpecialiter data eſt Præfecto vrbi: Proconſuli idem non licet, nulli enim delegare poteſt quam legato non vt iudicet ſed tantum vt cognoſcat: in hac autem notione ſicut in ciuili delegatus ea poteſt ſine quibus notio exerceri non poſſet.

DII Tutelares in vrbe ſedes habere debent, ne polluantur incurſu hoſtium vel rapiantur: alij extra vrbem: luci autem intra vrbem conſecrari poſſunt, melius extra: luci Manium extra ſunt quia ſepulcra ſunt extra vrbem. Lares autem ſunt principes familiarum extincti, viuorum adoratione refulgentes quod curare crederentur eas familias quarum conditores extiterant maiori ſtudio & vi quam quum viuerent.

LARVM quidam pudblice ſed ſemel, quidam priuatim, ſingulis diebus colebantur: illi, ſacrificijs: hi, libationibus epularum quæ ad focum in patella ferebantur quæ libamenta igne conſumebantur. Sacra autem à principe familiæ inſtituta, à ſucceſſoribus ſeruari debent: quia eſt principium illius naturalis vel legitimæ ſucceſſionis. Sed libertus aut filius emancipatus nouos ritus priuatæ religionis inſtituere poſſunt quia naſcenti familiæ principium dant.

DIVOS ET OLLOS QVI cœleſtes ſemper habiti colunto: & ollos quos endo cœlo merita vocauerunt, Herculem, Liberum, Æſculapium, Caſtorem, Pollucem, Quirinum: Aſt Olla propter quæ datur homini aſcenſus in cœlum, Mentem, Pietatem, Virtutem, Fidem: earumque Laudum Delubra ſunto: nec vlla vitiorum ſacra ſolennia obeunto.

Capvt IIII.

QVI coli debeant præcipit (quum de iis ſupra egerit qui ſeparatim haberi non poſſint nec priuatim coli) & primum Dij ſemper habiti cęleſtes. qui nam illi fuerint non ſatis eſt exploratum. Nam Lactantius demõſtrauit omnes illos quondam homines fuiſſe, deos poſtea factos ob vtilitatem quam mortalibus prȩſtiterunt vel ob potentiam. idem probauit Cedrenus quod & Tullius. 2. de nat. deorum oſtendit. idcirco & ratio & origo illorum, ne ethnicis quidem cognita fuit. Cæcilius apud Minutium. *Itaque* (inquit) *quum omniũ gentium de Diis immortalibus quamuis incerta vel ratio vel origo, maneat tamen firma conſenſio.* Nec immerito apud cultores incerta fuit origo deorum: omnes enim ſunt mortui. Octauius aduerſus Cæcilium *Similiter vero erga deos quoque maiores noſtri, improuidi creduli rudi ſimplicitate crediderunt dum reges ſuos colunt religioſe, dum defunctos eos deſiderant in imaginibus videre, dum geſtiunt eorum memorias inſtantius detinere, ſacra facta ſunt, quæ fuerant aſſumpta ſolatia.* Quod intellexit Tyrius ſermone 38. non tamen aperte demonſtrauit. καὶ Ἕλληνες μὲν θύουσι καὶ ἀνθρώποις ἀγαθοῖς καὶ τιμῶνται μὲν αὐτῶν αἱ ἀρεταὶ, ἀμνημονοῦνται δὲ αἱ συμφοραί. Quaſi dicat non adorari mortuos ſed illorum virtutem quæ meretur immortalitatem, ideo obliuioni mandari illorum clades, vulnera cædes ne non Dij habeantur, idque confirmari poteſt ex antiqua templorum ædificatione. Prima enim ſuper ſepulcris extructa ſunt ita vt nonumquam ſepulcra pro delubris accipiãtur. Lycophron. quum ait Diomedem à morte ſeruatum fuiſſe quum in ædem Iunonis Hoploſmiæ confugiſſet vocat eam ſepulcrum.

Qui Dij colẽdi.

Qui ſint Conſentes ſeu ſemper habiti cæleſtes cur eorũ origo incerta.

Vnde Dij gentium.

Dij gẽtiũ mortui & eorũ tẽpla reliquiis impoſita vnde nomen religionis.

Τύμβος αὐτὸν ἐκσώση μόρου

Ὁπλοσμίαις σφαγαῖσιν ἠυτρεπισμένον.

Vbi Tzetzes ait aras olim vocatas fuiſſe ſepulcra καὶ Δίδυμός φησιν ἐν τῷ περὶ ἀγώνων τοὺς βωμοὺς τάφους καλεῖσθαι. Idem narrat Macallis vrbe Italiæ Philoctеti tamquam immortali Deo ſacra fore & templum ſupra ſepulcrum extructum iri.

> Ἐν δ' αὖ Μακάλλοις σηκὸν ἔγχωροι μέγαν
> Ὑπὲρ τάφου δείμαντες αἰανῆ θεὸν
> Λοιβαῖσι κυδανοῦσι καὶ θυάθλοις βοῶν.

Nonius ait templum & ſepulcrum dici poſſe veterum auctoritate, idque ex Virgil.teſtimonio probat. 4. Æneid.

> *Præterea fuit in tectis de marmore templum.*
> *Coniugis antiqui.*

Ergo templorum origo eſt à reliquiis mortuorum vt humanum genus à vitæ principio deſciſcens in tenebras mortis incideret, vbi nihil præter vmbras amplectitur, nihil præter putredinem ſapit è cadaueribus exhalantem Clemens Alex. ad Græcos. νεκροὶ ἄρα τέλεον ὄντες, νεκροῖς ὄντως πεπιστευκότες περιέρχεσθε. Vbi ait omnem gẽtilium religionem à ſepulcris exordium ſumpſiſſe, πρὸς δὲ καὶ αὐτοὺς ἐξελέγξω νεὼς μὲν εὐφήμως ὀνομαζομένους, τάφους δὲ γενομένους τουτέστι τοὺς τάφους νεὼς ἐπικεκλημένους. Quod ibidem multis confirmat exemplis. Arnobius 6. *Quid? quod ex his templa quæ tholis ſunt aureis & ſublimibus elata faſtigiis auctorum conſcriptionibus comprobatur contegere cineres atque oſſa & functorum corporum eſſe ſepulturas nonne patet & promptum eſt aut pro Diis immortalibus mortuos vos colere, aut inexpiabilem fieri numinibus contumeliam, quorum delubra & templa mortuorum ſuperlata ſunt buſtis.* Ergo ab inferis huiuſce impietatis furor efferbuit, vnde omne malum diffunditur, hinc timor, inde ſuperſtitio, vt de iis Diis verum ſit quod ait Papinius.

> *Primus in orbe deos fecit timor.*

In auctoramentum huius erroris dæmones circa ſepulcra morabantur, ita vt circum buſta errarent qui immundo ſpiritu vexabantur vt eſt in euangelio, vnde ad auertenda mala votis & precibus circa ſepulcra mortuorum oberrantes anus adorabant. Iulianus in Antiochenſi. ἀνεχόμενοι μῆνα ἕβδομον τουτονὶ τὸ μὲν εὔχεσθαι πάντως ἀπαλλαγῆναι τοῦ τοσούτου κακοῦ, τοῖς περὶ τοὺς τάφους κυλινδουμένοις γρᾳδίοις συνεχωρήσαμεν. Ethnici verè aiunt Chriſtianos templa eorum vt buſtă fugere Cæcilius apud Minutium. *Templa vt buſta deſpiciunt, deos deſpuunt, rident ſacra &c.* Non vident ſe in conſtitutione ſacrorum eſſe ſacrilegos. *Sacrilegij enim magni inſtar eſt humi quærere quod in ſublimi debeas inuenire.* (inquit ille Chriſtianus apud eundem). Turpiſſima igitur ſunt fundamenta religionis gentilium quæ in reliquiis mortuorum primum poſita, nomen illi indidere. Nam religio quaſi reliquio dicta eſt: facilis lapſus ob cognationem vtriuſque literæ g. in q. quod ob euphoniam contigit. patet ex eo quod religioſa proprie ad iura

Religioſum per accidens etiam ſacrum ſignificas ſed per ſe ad Manes pertinet.

ſepulcrorum pertinent: quamuis enim omnia ſacra etiam ſint religioſa, non tamen per ſe ſed per accidens: at quæ ad Manes pertinent per ſe ſunt religioſa. Feſtus religioſum ac ſacrum eſt vt templa omnia atque ædes quæ etiam ſacratæ dicuntur, at quod per ſe religioſum eſt non vtique ſacrum eſt, vt ſepulcra quod ea non ſacra ſed religioſa ſint. Idem iuriſconſulti tenuere in l. 6. §. religioſum ff. de rer. diuiſ. definentes religioſa per iura ſepulcrorum tot tit. ff. & C. de religioſis vnde in l. 2. ff. de iuſtit. quum de deorum cœleſtium cultu loquitur non ſimpliciter religionem vocat, ſed religionem erga Deum, quæ adiectio fuiſſet inutilis, ſi vox religionis diuino cultui propria fuiſſet, vt viciſſim vox Dei abſolute non pertinet ad Manes ſed ad cœleſtes, ſed cum adiectione qua poſſunt ab his diſtingui, ideoque Dij Manes dicuntur. Itaque omnes Dij gentium etiam conſentes qui ſemper ſunt habiti cœleſtes mortui ſunt. Dij autem ex ſenſu ethnico aut natura ſunt aut facti. fiunt aut meritis aut cauſis. Merita ſunt actiones heroicæ & beneficia virorum illuſtrium quibus humanum genus affectum eſt vt Herculis, Liberi, Æſculapij, Caſtoris, Pollucis, Quirini. Tullius 2. de natura deorum. *Suſcepit autem vita hominum & conſuetudo communis vt beneficiis excellentes viros in cœlum fama & voluntate tollerent.* Deos immortales, mortalis facit eoſque quaſi è ſepulcris euocatos ad cœlum tollit vt idola ſuæ imaginationis adoret & inuiſa mortis fœditate ſalutis ſuæ myſteria polluat. Ad hæc Octauius. *Denique & antequam commercijs orbis pateret, & antequam gentes ritus ſuos miſcerent, vnaquaque natio conditorem ſuum aut ducem inclitum aut reginam pudicam ſexu ſuo fortiorem aut alicuius muneris vel artis repertorem venerabatur & ciuem bonæ memoriæ, ſic & defunctis præmium & futuris dabatur exemplum: lege Stoicorum ſcripta, vel ſcripta ſapientium, eadem mecum recognoſces ob merita virtutis aut muneris deos habitos. Euhemerus exequitur & eorum natales, patrias, ſepulchra dinumerat & per prouincias monſtrat.* Ariſtotel. 7. Ethic. cap. 1. dubitat vtrum ex homine qui Heroica virtute præditus eſt Deus fieri poſſit, & ait admodum rarum eſſe vt vir diuinus inueniatur: ſi tamen hoc accidit habitum virtutis in eum ſtatum commutari, vt amplius in eo non ſit virtus ſicut homo ferinæ naturę in feram degenerat quod rariſsimum eſt: & vtrumque comparat hac ratione, quod ſicut in Deo non eſt virtus (eſt enim accidens) ſic nec in fera vitium. Herculis ſacra Latini ſuſcepere, eaque Euander Troianis tradidit. Romani ea non tamē tanquam patria per ſucceſsionem accepere licet in familia Potitiorum remanſerint. Vírgilius 7. Æneid.

Dij colendi aut natura ſunt aut fiunt meritis & cauſis.

Virtus ex homine Deum facit vitiū ex homine feram.

Iamque ſacerdotes primuſque Potitius ibant,
Pellibus in morem cincti flammaſque ferebant.

Plutarch. in quæſt. Rom. quæſt. 18. 59. & 90. Feſtus in voce Potitium. docuit autem ipſemet Hercules quo ritu ſibi diuinos honores tribui vellet ab Italis, non Italo ſed Græco ritu vt appareat ve-

Adoratio Herculis quando cœpit.

rum eſſe quod ſupradiximus Deum aliunde aſcitum non patrio more coli, ſed eorum à quibus acceptus eſt. Dionyſ. libro 1. de eo loquens θύοντες μὲν ἄζυγα δάμαλιν ἀνὰ πᾶν ἔτος ἁγιστεύοντες τὴν ἱερουργίαν ἔθεσιν ἑλληνικοῖς, Romulus vt dictum eſt, hoc ſolum ſacrum peregrinum admiſit & ritu peregrino vt Hercules ipſe docuerat celebrauit. Liuius libro 1. *Sacra Dys Albano ritu Græco Herculi vt ab Euandro instituta erant fecit.* vnde patet Cæcilium erraſſe qui apud Strabonem libro 5. vt probaret Romam origine Græcam eſſe, dixit in ea more patrio ſacrificium Græcum Herculi offerri: non enim ritus eſt patrius ſed peregrinus. Liberi autem cultus vbique terrarum eſt ſuſceptus vbi vini eſt vſus. Sed poſt leges 12. tab. quum populus in ſuperſtitiones impias effuſus noctu coiret ſub prætextu liberalium, huius Dei religio repudiata eſt anno vrbis D.LXVIII. Sp. Poſthumio Albino & Q. Martio Philippo Coſſ. teſte Liuio decad. 4. lib. 9. Tertullianus aduerſus gentes, *Liberum patrem cum myſteriis ſuis Conſules Senatus auctoritate non modo vrbe ſed vniuerſa Italia eliminauerunt.* Principium autem huius Dei cultus eſt à libertate ciuitatum. Nam vt ait Seruius, vrbibus eſt Deus libertatis. In vino enim eſt integræ libertatis ſymbolum. Vnde. Marſyas eius miniſter eſt in ciuitatibus libertatis iudicium, qui erecta manu teſtatur vrbi nihil deeſſe (ait ille). Æſculapius autem ob peſtilentiam qua populus laborabat Romam aduectus eſt ſub ſpecie anguis vt docet Valerius libro 1. ſed hi omnes ſunt aſciti ante 12. tab. Æſculapio excepto, de quo poſtea conſilio ex Sibyllinis libris ſumpto deretum eſt vt Epidauro Romam accerſeretur Q. Fabio Maximi filio gurgite & D. Iunio Bruto Scæua. Coſſ. quo anno Æſculapio vnum diem ſupplicatio habita eſt. Liuius libro 10. Romæ tamen colebatur. Nam ſupplicatio ei habita non fuiſſet niſi ſimulacrum ei conſecratum fuiſſet, ſupplicabant enim ad deorum puluinaria, in quibus reclinata Idola reſidebant. Sed vt tanti morbi tempeſtas pacaretur non ſufficiebat ſimulacrum ideo viſum vt Deus ipſe aduocaretur. Non mirum autem ſi Æſculapius hic inter deos ſit prior Caſtore & Polluce licet ijs prius ædes dedicata ſit, quum ille Deus eſſet antiquior. Nam his mortuis diuini honores ſunt habiti, at illi etiam viuenti quod ex oraculo factum eſt vt eſt apud Pauſaniam in Corinthiacis.

Liberi cultus Romæ ſuſceptus Et poſtea repudiatus. & erat Deus libertatis

Æſculapius ſub ſpecie anguis Romam aduectus ob peſtilētiã, licet antea Romæ coleretur cur prior eſt Caſtore & Polluce.

Ὦ μέγα χάρμα βροτοῖς βλαστὼν Ἀσκληπιὲ πᾶσιν
Ὃν Φλεγυηὶς ἔτικτεν ἐμῇ φιλότητι μιγεῖσα.
Ἱμερόεσσα Κορωνὶς ἐνὶ κραναῇ Ἐπιδαύρῳ.

Quando Caſtor & Pollux ſint Romæ aderati & cur.

Caſtor & Polux ante 12. tab. Romæ aſciti fuere vt Dionyſ. ſcribit libro 6. quod aduerſus Latinos pugnantibus Romanis in diſcrimine grauiſsimo ſuppetias tulerint, & hoſtiles copias penitus fuderint (inquit Valerius libro 1.) hæc victoria Idibus quintilibus contigit, in cuius memoriam eodem die ſolenne ſacrificium illis peragitur. Dionyſi. ibidem quo die illis ædes vota eſt. Liuius lib. 2. *Ibi nihil nec diuinæ nec humanæ opis dictator. A. Poſthumus prætermittens*

edem Caſtori vouiſſe fertur. Curnon ait & Polluci quoque qui natura ſua immortalis, fratri mortali ſortem ſuæ diuinitatis communicauit. Virgil. 6. Æneid.

Si fratrem Pollux alterna morte redemit
Itque reditque viam toties.

Nimirum religioſus legiſlator noluit ex fabulis videri veritatem ducere: hoc enim conſtat eſſe fratres rerum geſtarum monumentis inſignes itaque ſub nomine Caſtoris Pollucem comprehendit quum vbicumque coluntur nunquam niſi vnà coniuncti inueniri poſsint ideo communis eſt eorum diuinitas & mors. Octauius apud Minutium *Caſtores alternis moriuntur vt viuant*, vnde fit vt vnus alterum contineat: ſic ſub nomine Pollucis Caſtor intelligitur. Vnde quum Horatius de Diis quos merita in cœlum vocauere loquitur, omnes complectitur quos hæc lex excepto Æſculapio.

Hac arte Pollux & vagus Hercules
Innixus, arces attigit igneas
tum paulo poſt *Hac te merentem Bacche pater tuæ*
Vexere tigres indocili iugum
Collo trahentes hac Quirinus
Martis equis Acheronta fugit

Idem ode 29. geminum Pollucem vocat Caſtorem & Pollucem. Iidem viſi ſunt etiam quum Romani Perſen Macedonum regem debellaſſent. Minutius, *teſtes equeſtrium fratrum in lacu ſicut oſtenderant ſtatua conſecrata qui anheli ſpumantibus equis atque fumantibus de Perſe victoriam eadem die qua fecerant nuntiauerunt.* Quirinus autem ſtatim à morte, immortalitate donatus eſt: vt fundamenta vrbis auguſtiora reliquis gentibus apparerent: tum vt furor plebis in Senatores extingueretur: ſic enim ſuſpicio dilacerati principis ob optimatibus ſuffuſa opinione diuinitatis in religionem conuerſa eſt: Liuius lib. 1. Sane iuſta religio Romulum agnouit principem ſuæ ſuperſtitionis qui Amulium eundemque patrem inceſtum & fratrem occidit. Aliter Octauius apud Minutium *in primis parentibus probata mortalitas, in caters ipſo ordine ſucceſſionis influxit, niſi forte poſt mortem deos fingitis & peierante Proculo Deus Romulus & iuba Mauris volentibus Deus eſt & Diui cæteri reges qui conſecrantur non ad fidem numinis ſed honorem emeritæ poteſtatis.* Tullius ad hęc hęc indicāt omniū quidem animos immortales eſſe ſed fortium bonorumque diuinos. Hactenus de meritis. Cauſæ autem ſunt illa propter quæ homini datur aſcenſus in cœlum, vt mens, virtus, pietas, fides. Mens dicitur principium actionum humanarum. Ariſtot. 5. Met. cap. 1. quæ ad bonū tendūt Plotinus ennead. 6. lib. 8. Nihilque prorſus commune habet cum actionibus corporis ita vt impolluta remaneat & diuina. Ariſtot. 2. de gener. animal. cap. 3. quum autem Annibal Italiam vaſtaret, vrbes partim expugnaret, partim inſidiis caperet, & fere Romam ipſam violaſſet, conſulti ſunt fatales libri in quibus inuentum, votum quod Marti belli

Romuli cultus à morte ipſius & cur inſtitutus.

cauſa conſecrātur.

mēs cur dea facta & quando.

cauſa non rite factum de integro atque amplius faciendum eſſe, & ne amplius in deos quicquam peccaretur per imprudentiam, menti eſſe vouendam ædem vnam, alteram Veneri Ericynæ quæ luctuoſos & triſtes ciuium animos ad lætitiam reuocaret: luctus enim conuenit inferis & naturæ cæleſtium omnino repugnat auctore Virgil. 6. Æneid.

Veſtibulum ante ipſum primiſque in faucibus Orci
Luctus & vltrices poſuere cubilia curæ.

Cur & quãdo veneri Erycinæ data diuinitas.

Veneri autem ſacer eſt riſus & iocus lætitiæ indices, quod Horatius 1. Carminum ſic oſtendit.

Siue tu mauis Ericyna ridens
Quam iocus circumuolat & Cupido.

Vnde Senatus poſt cladem Cannenſem decreuit ne Matronæ vltra trigeſimum diem luctus ſuos extenderẽt vt ab iis ſacra Cereris peragi poſſent. Itaque matres ac filiæ coniugeſque ac ſorores nuper interfectorum abſterſis lacrymis depoſitiſque doloris inſignibus candidam induere veſtem & aris thura dare coactæ ſunt: qua quidem conſtantia obtinendæ religionis magnus cœleſtibus iniectus eſt rubor vlterius aduerſus eam ſeuiendi gentem, quę ne iniuriarum quidem acerbitate ab eorum cultu abſterreri potuerit (inquit Valerius lib. 1.) Et ſic vota eſt ædes Veneri Ericynę à Fabio maximo Dictatore: menti ab Attilio Prætore quia ita erat edictum ex libris fatalibus vt is voueret cuius maximum imperium in ciuitate erat vt auctor eſt Liuius 22. poſtea creati ſunt viri ædibus illis dedicandis, menti, Octacilius, Veneri Ericynæ Fabius idem, libro 23. ad hæc Ouidius.

Mens quoque numen habet, menti delubra videmus
Vota metu belli perfide Pœne tui.

Quis virtuti ædem cõſecrauit & quando.

M. Marcellus autem virtuti ædem vouit quum ad Claſtidium viridomarum Gallorum regem in acie ſua manu occidiſſet & ingentem exercitum cum paucis militibus fudiſſet. Hanc filius eius M. Marcellius ſeptimo decimo anno poſtquam à patre eius primo Conſulatu vota fuerat dedicauit eodem auctore: virtutem honorémque eodem cella voluit adorari quod Pontificum Collegium impediuit futurum enim ſi quid prodigij accidiſſet in ea ne dignoſceretur vtri rem diuinam fieri oporteret, vt ait Valerius libro 1. quo indignatus honori ædem ſeparatim dedicauit prope virtutis templum vt gloriam æternam comitem virtuti adiungeret. Virtus autem hic accipitur pro præſtantia in re militari; hac enim imperium partum conſeruari & augeri & ſic antiqui virtutis nomẽ vſurpabant. Plutarch. in vita Coriol. ὅλως μὲν οὖν ἐν τοῖς τότε χρόνοις ἡ Ῥώμη μάλιστα τῆς ἀρετῆς τὸ περὶ τὰς πολεμικὰς καὶ στρατιωτικὰς ἐκύδαινε πράξεις, καὶ ἐμαρτυρεῖτο τὴν ἀρετὴν ὑπ' αὐτῶν ἐν τῷ τῆς ἀνδρείας ὀνόματι προσαγορεύεσθαι καὶ τοῦτο τοῦ γένους ὄνομα κοινὸν ὑπάρχειν ᾧ τὴν ἀνδρείαν ἰδίᾳ καλοῦσι. Itaque quũ virtus pro vi bellica ſumatur etiã in improbum & iniuſtũ cadere poteſt.

Virtus olim pro fortitudine in bello.

Ennius apud Noniũ melius eſt virtute ius, nã ſępe virtute mali naſciſcuntur ius atque æquum ſe à malis ſperni procul. Ergo id virtutis abſolutæ nomen & gloriam obtinebat quod imperium poterat propagare, licet à vera virtute quæ eſt iuſtitia alienum ſit. quid enim iniuſtius quam ex vicinorum ſanguine & exitio ſibi imperium protrahere? In eadẽ ſignificatione vox hæc ab antiquis Græcis accipiebatur. Homerus ἰλιαδ. Υ.

Ζεὺς δ' ἀρετὴν ἄνδρεσσιν ὀφέλλει τε μινύθει τε.

Vbi Euſtathius. ἢ τὴν ἀνδρίαν ἢ τὴν ἀρχικὴν ἐξουσίαν. Pietati ædẽ Roſtructam fuiſſe notum eſt ex Plinio libro 17. cap. 36. Feſtus. *Ædem ab Acilio conſecratam aiunt eo loco quo quondam mulier habitauerat qua patrem ſuum incluſum carcere mammis ſuis clam aluerit, ob hoc factum impunitas ei conceſſa eſt.* Vnde patet à quo & qua cauſa huic numini dedicata ſit ædes. fides autem eſt firmamentum iuſtitiæ quæ ſemel violata (vt virgo) non poteſt reſtitui. vnde P. Syrus.

Pietas cur & à quo conſecrata.

Fides vt anima vnde abiit numquam redit.

Fides quid & à quo & cur adorata.

Similis cordi in quo eſt vitæ principium quod vel tantillum vulneratum extinguitur. Nobiliſſima virgo temerata, tot gentes perdidit, principes & ciuitates, culta & obſeruata Romanum imperium ſuſtentauit & auxit, receptis in fidem publicam tot populis, vrbibus, regibus, qui gladiis Romanorum occumbere maluiſſent quam (ſi fuiſſent perfidi) perfidiam illorum experiri. Sit ergo dea in cuius tutela humanæ ſalutis pignus eſt, vt ait Valerius libro 6. qua deficiente melius eſſet, inter deſerta Lybiæ vitam trahere aut cum leonibus verſari aut dormire cum ſerpentibus quam inter perfidos conſiſtere. Phalaris Polluci. πίστιν γὰρ οὔτε παρ' ἄλλοις ποιν οὔτε ἐν φίλοις βέβαιαν εὗρον διὸ πάντα πολυτρόπως ἐπιγνοὺς ἐν Λιβύῃ τὴν ἀοίκητον ἐρημίαν τοῦ μετ' ἀνθρώπων βίου αἱρετωτέραν ὑπολαμβάνω καὶ τὰ θηρόβατα νομάδων ἐνδιαιτήματα, μᾶλλον γὰρ ἐμπελασθεὶς λέουσιν ἀκινδύνως συναυλισαίμην ἂν καὶ συνευνηθείην ἑρπετοῖς πᾶσιν ἢ τοῖς νῦν οὖσιν ἀνθρώποις. Numa ædem fidei conſecrauit Plutar. in Numa. Liuius 1. *Soli fidei ſolenne inſtituit, ad hoc ſacrarium flamines, curru arcuato vehi iuſſit manuque ad digitos vſque inuoluta rem diuinam facere ſignificantes fidem tutandam ſedemque eius in dextris ſacratam eſſe.* currus autem arcuatus cœli ſymbolum eſt quod fornicis inſtar conſtructum curſu circulari voluitur, oſtendens fidem deam eſſe cœleſtem. Numa ciues ſuos naturali æquitate aſſuefacere voluit, quũ maxime conueniat fidẽ eorum ſeruari quæ placuere l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de conſtit. pec. idcirco eam in contractibus neceſſariam duxit. ἧς οὔτε μεῖζον οὔτε ἱερώτερον πάθος ἀνθρώποις οὐδέν. Nihil maius nihil inter homines ſanctius (inquit Dionyſ.) in iis quæ ſola fide contrahentium conſtabant. nam eæ conuentiones quæ teſtium præſentia nitebantur, pudore conſciorum conſeruabantur, vnde idem. ὁρῶν γὰρ ὅτι τῶν συμβολαίων τὰ μὲν ἐν φανερῷ καὶ μετὰ μαρτύρων πραττόμενα ἡ τῶν συνόντων αἰδὼς φυλάττει καὶ σπάνιοί τινές εἰσιν οἱ περὶ ταῦτα ἀδικοῦντες.

Fide nihil ſanctius inter homines in quibus eſt neceſſaria.

Iuriſiurādi anima eſt fides.

τις, τὰ δὲ ἁμάρτημα πολλῷ πλείω τῶν ἑτέρων ὄντα, μίαν ἔχει φυλακὴν τὴν τῶν συμβαλόντων πίστιν, περὶ ταύτην ᾤετο δεῖν σπουδάσαι παντὸς ἄλλου μάλιστα καὶ ποιῆσαι θείαν σεβασμῶν ἀξίαν. Quare apud Ægyptios in cauſis quæ ſcripto nõ poterant terminari, iuſiurandũ cuius anima eſt fides, vim ſolutionis habebat. abſurdũ enim eſt nõ credere ei in iureiurãdo cui in contrahẽdo creditũ eſt vt ſine ſcriptura ſine teſte pecunia mutua daretur. Diodorus libro 1. νόμοι προστάττουσι τοὺς μὲν ἀσύγγραφα δανεισαμένους ἂν μὴ φάσκωσιν ὀφείλειν ὀμόσαντας ἀπολύεσθαι τοῦ δανείου tum paulo poſt ἄδικον ἔκρινεν εἶναι τοὺς χωρὶς ὅρκου πιστευθέντας περὶ τῶν αὐτῶν συμβολαίων ὀμόσαντας μὴ τυγχάνειν πίστεως. Quod licet apud Romanos obſeruatum fuerit vt iureiurando neceſſario liberaretur l. 1. C. de reb. cred. tamen ſanctius & tutius erat iuſiurandum apud Ægyptios, nam ſi periurium compertum fuiſſet apud eos, capitali pœna expiabatur violata religio: at apud Romanos contempta religio Dei, Deum habebat vltorem l. 2. C. eodem. Sed tempore Numæ Sanctiſſimũ erat quaſi ſacrarium conuentionum inter homines ſeu priuatim ſeu publice conciperentur, ita vt cuiuſque fides maximum eſſet iuſiurandum Dionyſ. ibidem, οὕτω γὰρ ὅσιον σεβαστόν τι πρᾶγμα καὶ ἀμίαντον νενόμισται τὸ πίστιν, ὥστε ὅρκον τε μέγιστον γενέσθαι τὴν ἰδίαν ἑκάστῳ πίστιν καὶ μαρτυρίας συμπάσης ἰσχυρότερον. id enim in more poſitum erat apud eos vt deſtricto gladio per fidem bonam ſanctiſſimum iurarent iuſiurandum, idem libro 9. ταῦτα εἰπὼν καὶ τὸ ξίφος ἀνατείνας ὤμοσε τὸν ἐπιχώριον τοῖς Ῥωμαίοις καὶ κράτιστον ὅρκον τὴν ἀγαθὴν ἑαυτοῦ πίστιν. Quid mirum ergo ſi Tribonianus in Codice titulum de rebus creditis cum iureiurando coniunxit? Crediti enim nomine contractus omnes comprehenduntur quos alienam fidem ſecuti inſtituimus l. 1. ff. eod. quia fide religionis fides crediti conſeruatur aut deciditur: & recte poſt titulũ de religioſis ſubiecit titulum de iureiurando vt timore diuinitatis infernæ iuſiur. conſecretur licet per ſuperos iurent homines vindicta tamen ab inferis expectanda, hoc docet Pindarus olymp. oda 2. Sed cur in Pandectis alium ordinem Tribonianus contexuit in quibus poſt religioſa ſequuntur credita quibus iuſiurandum ſeparatim ſupponitur? quia antequã Iouem vocemus in partem noſtrarum controuerſiarum humanæ fidei firmamenta tentanda ſunt. quod tamen in Codice ſeruatum non eſt in quo ciuilium negotiorum ſeries non ita exacte perpenditur, ſed potius naturæ cuius lege religio erga Deum ante omnia debet conſtitui. Ex his pendet origo iuriſiurandi neceſſarij & iudicialis. In controuerſiis enim quæ ex conuentionibus oriuntur quæ pudore teſtium non ſuſtinentur vni ex partibus affirmanti in iure, credebatur ſi altera in id conſenſiſſet d. l. 1. C. de reb. cred. quinetiam parte altera inuita id poterat fieri iudice deferente inopia probationum l. in bonæ C. eod. non defectu. Eo enim caſu nullæ ſunt partes iudicis in deferendo iureiurando qui debet reum abſoluere

Iurato creditur: ſed apud Rom. in periurium non inquiritur: Secus apud Aegypt.

Cur in Cod. Iungitur creditum iureiurando in Pandect. ſecus.

Iuſiur. neceſſarium & iudiciale.

abſoluere l. qui accuſare C. de edendo. ad hæc Dionyſ. libro 2. καὶ ὁπότε ὑπὲρ ἀμαρτύρου συναλλάγματος ἀμφίλογόν τι γένοιτο ἑνὶ πρὸς ἕνα ἡ διαιροῦσα τὸ νεῖκος καὶ προσωτέρω χωρεῖν οὐκ ἐῶσα τὰς φιλονεικίας ἡ θατέρα τῶν διαδικαζομένων αὐτῶν ἦν ἄρτι ἀρχαὶ καὶ τὰ δικαστήρια τὰ πλεῖστα τῶν ἀμφισβιτημάτων τοῖς ἐκ τῆς πίστεως ὅρκοις διῄτων, hæc eſt vis fidei quę in omnibus infuſa negotiis velut anima corpori motum ſingulis partibus congruentem inſinuat. Pręterea huius beneficio conſilia publica teguntur. quod non parum ponderis habet in Rep. vnde Minotauri effigies inter ſigna militaria eſt quod non minus occulta eſſe debent conſilia ducum quam fuit domicilium eius labyrinthus (inquit Feſtus) idcirco renunciatores conſilij publici non ſecus ac transfugæ aut viui exuruntur aut furca ſuſpenduntur. l. ſi quis aliquid ff. de pœnis. apud Ægyptios lingua iis excidebatur, vt ea parte pœnas darent qua deliquerant. Diodorus libro 1. ijs cauſis adductus Numa fidem conſecrauit quæ quum reparari non poſſit ſi ſemel deflorata fuerit & tanti ſit in Rep. momenti merito in cœlum ſublata eſt vt humano ſcelere tangi & inquinari non poſſet. Iubetur autem hoc capite delubra eſſe earum laudum quod nō huc pertinet vt non illis cauſis ſed earum gloriæ ædes extruantur ſed iiſdem rebus quas enumerauit. Voluit enim vna voce plures ſignificationes includere cui rei apta eſt hæc vox laudis quæ generali nomine virtutem ſignificat. Virgil. 1. Æneid.

Fides tegit cō-ſiliū publicum.

Primam merui qui laude coronam.

Laudum vox quid ſignificat.

Id eſt virtute propria, non potuit dici earum virtutum quia iam nomen virtutis hic vſurpatum fuerat non determinata ſpecie. igitur non tantum hæc coli iubentur ſacrificijs ſed & delubris honorare vt omnium oculis obuerſentur vt illa qui habeant (habent autem omnes boni) deos ipſos in animis ſuis collocatos putent (inquit Tullius) multo doctius Manilius reddit rationem qua virtutes adorari iubentur libro 2. Aſtronom.

Et quæ cuique Deo rerum Natura dicauit
Quum diuina dedit magnis virtutibus ora.
Condidit & varios ſacro ſub nomine mores
Pondus vti rebus perſona imponere poſſit.

Sequitur prohibitio ſacrorum ſolemnium quæ primum à Romulo ſancita eſt, poſtea à Numa confirmatam fuiſſe refert Dionyſius, ne vitiis diuinus honos tribueretur. Apud quaſdam gentes vitiis ſacra offerebantur vt apud Athenienſes contumeliæ & impudentiæ vt Tullius teſtatur: apud Lacedæmonios, timori & morti vt metu & mortis ſupplicio mali ciues continerentur vel de medio tollerentur. Plutar. in Agide & Cleomene, hæc tamen Romæ coli prohibentur vbi virtutes illis contrariæ coluntur. Quod tamen non eſt obſeruatum: nam etiam rebus malis diuinos honores dederunt vt febri, cuius ara in Palatio, & malæ fortunæ exquiliis vt Tullius aſſerit. Idem 2. de nat. Deo. *quo ex genere cupiditatis & volup-*

Vitia prohibē-tur adorari Romæ naſcēte.

tatis & libentinæ Veneris vocabula conſecrata ſunt, vitioſarum rerum & non naturalium. Octauius apud Minutium. *pauorem coluit hoſtilius atque pallorem, mox à neſcio quo febris dedicata: hæc alumna vrbis iſtius ſuperſtitio & malas valetudines: ſane & Acca Larentia & Flora nutrices propudioſæ inter morbos Romanorum & deos computandæ.* Plinius 2. hanc huiuſce rei rationem reddit adorari vitia vt conſecratione ſui, placarentur. Gadibus ara paupertati erat extructa vt placari poſſet teſte Euſtathio in Dionyſium de ſitu orbis. Priuationi non tantum ſubſtantiam appingunt ſed omnis ſubſtantiæ ſummum principium quod diuinitati ſemper ineſt. Sic ſub ſpecie pietatis impietatem venerantur, & placant quod irritari non poteſt ſeu potius quod non eſt niſi in ſubiecto in quo tamquam prædo crudeliſſime graſſatur & ſęuiſſime hoſpitem lacerat ita vt vnum miſere pereat nimirum homo, alterum redigatur ad non ens.

Vitia poſtea conſecrata & cur.

O curuæ in terras animæ & cæleſtium inanes.

AXIOMATA.

DEvs aut eſt, aut naſcitur, aut fit: eſt verus quem nos adoramus: naſcitur aut fit apud paganos, & hi ſunt homines, aut nihil: naſcitur vt Apollo ex Ioue. fit aut meritis, aut cauſis. merita ſunt beneficia quibus humanum genus ab homine affectum eſt: cauſæ ſunt virtutes ex quibus illa beneficia procedunt.

OMNES Dij gentium dæmones ſunt ſed in ſpeciẽ eis nomina mortuorum ſunt indita, adeo vt omnes facti ſint: iis primum fana ſunt extructa ſuper reliquias, vnde nomen religionis emanauit, ideo quod ad reliquias pertinet per ſe religioſum eſt. Raro autem fit ex homine Deus vel belua, quod ſi fiat id ſumma virtute vel vitio ſummo contingit, quo caſu non eſt amplius in eo virtus vel vitium.

HERCVLIS ſacra Troianis ab Euandro data ſunt à quibus ad quandam Romanorum familiam ſucceſſiue defluxerunt ſed publice ſub græco

ritu recepta ſunt. Liberi religio ab iiſdem repudiata eſt: is Deus eſt libertatis. Aeſculapij diuinitas ſub anguis ſpecie latens Romam aduecta eſt ob peſtilentiam, licet antea Romæ coleretur. Caſtor & Pollux aſciti ſunt quod copiis Romanis laborantibus opem tulerint. Romulus autem Deus factus eſt, vt initia vrbis eſſent auguſtiora: tum vt ſub ſpecie huius honoris, animi populi placarentur exacerbati ob ſuſpicionem dilacerati principis.

PIETAS, mens, virtus, fides, deæ ſunt factæ: pietas ob filiæ erga patrem officium, quo eum in carcere lactauit. mens quia eſt principium rerum humanarum ad bonum finem tendentium. virtus bellica quia auget & conſeruat imperium. fides quia eſt naturale firmamentum rerum gerendarum tam publice quam priuatim: hæc vt actiones humanæ diuinitate ſacratæ pondus habeant inter homines. vitia autem coli prohibentur quia his ſunt contraria, ſed tamen ea adorauere quaſi ſint, & aliquid per ſe poſſint.

IVSIVRANDVM per fidem ſanctiſſimum eſt: iudex autem parti iuſiur. deferebat vbi non liquebat ſed ſi nullæ eſſent probationes, reum abſoluebat: ſed ſi pars parti ex cõſenſu deferret in iudicio, controuerſia eo modo decidebatur: Præterea intereſt etiam fidem coli ne ſecreta publici conſilij euulgentur.

FERIIS IVRGIA AMOVENTO: eaſque in famulis, operibus patratis habento: itaque vt cadat in annuis amfractibus deſcriptum eſto. Certaſque fruges, certaſque Baccas ſacerdotes publice libanto: hoc certis ſacrificiis ac diebus. Itemque ad illos dies vbertatem lactis, fœturæque ſeruanto. Idque ne committi poßit, ad eam rem & rationem curſus annuos, ſacerdotes finiunto.

CAP. V.

Feriæ partē ſacrorum faciunt & deorū Maieſtati hominūque neceſsitati ſeruiunt.

HÆC lex Platonis opinioni conſentit libro 12. de legibus & tamen Romani iuris eſt. Quęnam ſint ſpecies feriarum docet Macrob. 1. Satur. hę inter ſacra publica cenſentur. Plinius libro 27. cap. 7. *Præterea ſacris Pop. Rom. celebratæ peculiariter ſi quidem latinarum feriis quadrigæ certant in Capitolio victorque abſinthium bibit.* Cæterum hic maxime de iis agitur quæ vt ait Feſtus ſtatæ appellantur quod certo ſtatuoque die obſeruarentur: alioqui fruſtra iuberet lex vt in annuis amfractibus deſcriptæ ſint: hic tamen non remouentur aliæ quia etiam in his idem obſeruatur. hi dies licet deorum cauſa ſint conſtituti: prima enim cauſa eſt adoratio qua Deum agnoſcimus, hominum tamen neceſſitati ſeruiunt, neque enim in cultum diuini numinis incumbere poſſunt ſuis addicti laboribus. Vnde mos vetus vt ſedentes adorarent vt quietę corporis animus alleuatus ad cœlum facilius euolet: & capite velato ne rerum imaginibus extrinſecus oblatis illectus aut porturbatus alio traducatur Propertius. libro 2.

Mos adorandi.

Ante, tuoſque pedes illa ipſa adoperta ſedebit.
Narrabitque ſedens longa pericla ſua.

Deinde quum ſit rerum omnium viciſſitudo neceſſe eſt quietem labori ſuccedere. Plinius libro 17. cap. 23. *nihil eſt in opere naturæ quod non exemplo dierum noctiumque aliquas vices feriarum velit.* Nec mirum ſi hic vult etiam famulis otium indulgere vt & Deum agnoſcant & à laboribus reſpirent quum bruta ipſa alioquin ſub opere ipſo ſathiſcerent. Ouidius.

Cernis vt in duris, (& quid bone firmius) aruis
Fortia taurorum corpora frangat opus.

Bruta cum homine feriātur.

Idcirco bruta etiam ipſa ſeriantur.

Ludit herboſo pecus omne campo
Cum tibi noua redeunt Decembres
Feſtus in pratis vacat otioſo
Cum boue pagus.

Inquit Horatius 3. Carm. oda. 18. Conſualibus quæ in honorem Neptuni agebantur, equi muli & aſini feriati floribus coronabantur vt auctor eſt Dionyſ. libro 1. formica quamuis æſtate laborioſa tamen die ſeptimo quieſcit parens legi ſui creatoris: & die tricesimo menſis Tzetzes in Heſiod. ἐν σαββάτῳ καὶ λ τοῦ μηνὸς τῆς σελήνης οὐκ ἐργάζεται. Nouit hominem Cato qui apud Gellium 11. cap. 2. *vita humana* (inquit) *vti ferrum eſt: nam ſi exerceas conteritur ſi ſecus rubigine conſumitur.* Exercitatio aliquoties intermiſſa rubiginem impedit & quaſi vicaria ſucceſſione laboris & ocij vitam fouet & reparat. ad hæc Minutius. *Quid tenebrarum & luminis dicam recurſantes vices vt ſit nobis operis & quietis alterna reparatio.* Denique dies Deo conſecrati ſancti eſſe debent ita vt puri ab opere humano præſtentur, ne quid labis ex colluuie actionum mortalium contractæ præſentem diuinitatem auertat. Quamobrem feriis iurgia præcipit amoueri Ouidius.

Proſpera lux oritur linguis animiſque fauete
Nunc dicenda bono ſunt bona verba die.
Lite vacent aures, inſanaque protinus abſint
Iurgia, differ opus liuida turba tuum.

Prohibentur liberi lites mouere, aut exercere & operari: ſerui tantum operari: quia cum ſeruo nullum eſt iudicium niſi certis ex cauſis quę exprimuntur in l. vix certis ff. de iudiciis. Feſtus. *Præclamatores dicuntur qui flaminibus, Diali, Quirinali, Martiali antecedentes exclamant feriis publicis vt homines abſtineant ſe opere: quia his opus facientem videre religioſum eſt.* Homines (inquit) non ciues tantum vt liberos & ſeruos comprehendat: publicis ait feriis non gentilibus, quæ ſunt familiarum propriæ, aut ſingulorum, vt natalium, fulgurúmque priuatim ſuſceptorum: item funerum & expiationum quod autem ait hæc lex operibus patratis non ſignificat vt perfecto priſtino opere famuli ceſſent: ſibi enim non poſſet conſtare, ſed vt neceſſaria tantum ad vſum familiæ illius diei peragantur: ita vt nihil amplius patrandum ſit: licuit enim diebus feſtis quædam exercere.

Serui ab opere ceſſent liberi & ob opere & à lite.

Quippe etiam feſtis quædam exercere diebus
Fas & iura ſinunt: riuos deducere nulla
Relligio vetuit, ſegeti prætendere ſepem,
Inſidias auibus moliri, incendere vepres.
(inquit Virgilius 4. Georg.)

Feriis agi fas eſt quæ ſunt ex neceſſitate aut ad cultum deorum pertinent.

Scæuola Conſultus quid feriis agi liceret, reſpondit quod prætermiſſum noceret. Idque non polluit ferias qui opus vel ad deos pertinens, ſacrorumue cauſa feciſſet vel aliquid ad vrgentem vitę vtilitatem aut neceſſitatem actitaſſet: Macrob. Satur. 1. cap. 16. vnde

ſamuli operibus patratis quæ neceſſitati familiæ ſeruiunt otiantur. Pontifices die feriato quum ad ſacrificia accedunt edicere ſolent hoc agite Plutarch. quæſt. Rom. quæſt. 28. hic patet non agi de nundinis quamuis etiam feriæ dicantur quibus ceſſatur tantum ab opere ruſtico non ab aliis negotiis. Nam eæ in lites quoque diſceptandas, ab origine conſtitutæ ſunt etiam ante 12. tab. Dionyſ. Halic. libro 7. ἐν ταύταις συνιόντες ἐκ τῶν ἀγρῶν οἱ δημοτικοὶ εἰς τὴν πόλιν τάς τε ἀμείψεις ἐποιοῦντο τῶν ὠνίων καὶ τὰς δίκας παρ᾽ ἀλλήλων ἐλάμβανον. Deinde quum lex iſta nihil nominatim de nundinis cauerit, iubetur tamen 12. tabulis ius dici nundinis vt in tertio libro huius operis poterit oſtendi vbi debitores trinis nundinis ad Prætorem in Comitium producuntur. Idque merito. quum enim ruſtici niſi nono die ab opere agreſti ceſſarent alio die non poterat iis ius dici. idcirco nonus ille dies à Romulo teſte Dionyſio inſtitutus eſt vt noua ſcita, decreta, Sctã, nouæ leges frequentiore populo referrentur & cognoſcerentur: tum vt commercia exercerentur. Deinde vt ius diceretur & ruſticis & aduerſus eos quod vt facilius fieret vnus dies præter nonum iis concedebatur vt in vrbem ſeſe reciperent, ſeptem enim diebus in laborem agri contendebant. idem, ibidem, τὰς δὲ μεταξὺ τῶν ἀγορῶν ἑπτὰ ἡμέρας αὐτουργοὶ ὄντες οἱ πολλοὶ καὶ πένητες ἐν τοῖς ἀγροῖς διέτριβον. hoc moribus populi eſt immutatum ita vt nundinæ fierent nefaſtæ: Feſtus *nundinas feriarum diem eſſe voluerunt antiqui vt ruſtici conuenirent mercandi vendendique cauſa, eumque nefaſtum, ne ſi liceret cum populo agi interpellarentur nundinatores*, cum populo agitur quum aliquid illius ſuffragiis impetrandum eſt: at lege agitur apud magiſtratum penes quem eſt legis actio. quamuis autem diebus comitialibus cum populo agi & lege poſſit, faſtis tamen lege tantum agi poteſt non cum populo Macrob. ibidem hinc patet omnem comitialem faſtum eſſe ſed non è contra, vnde explicatur Tullius de prouinciis conſularib. vbi ait non omnibus faſtis legem ferri licere, id eſt, inter dies faſtos quoſdam eſſe quibus lege tantum agi licebat iiſque non licere legem ferri: alios vero quibus non tantum lege agi licet ſed & cum populo, iiſque legem ferri poſſe. Ergo nundinæ non ſunt comitiales nec faſtę ſed nefaſtæ: quum enim paulatim populi multitudo in immenſum creſceret & imperium eius augeretur, non ſufficiebat tot tantiſque negotiis Reip. totius populi ſuffragio conſtituendis & commerciis & iudiciis tam lege quam comitio diſceptandis vnus dies ideo cum populo agi non potuit. Cur ergo vt nefaſtum diem oſtenderet Feſtus dixit cum populo non agi? quia quum lege agitur apud Prætorem licet ad populum prouocare quo caſu cum populo eſt agendũ. Sed poſtea lege Hortenſia ſancitũ eſt vt lege agere liceret: vnde nundinæ faſtæ factæ ſunt vt ruſtici qui nundinandi cauſa in vrbẽ veniebant lites cõponerent. Macrob. ibid. (& ſic lex regia partim in integrum eſt reſtituta) an & cum populo agi fas fuit? non

Lege regia primam nundinis ab opere ruſtico ceſſabatur ſed lites ruſticorum diſceptabantur & commerciũ exercebatur quod 12. tab. confirmatũ eſt.

Nundinæ nono erant die: nam ſeptem dies erãt in opere ruſtico vnus dabatur vt in vrbem conuenirent, nonus erat nundinarum iſque comitialis.

More Romano lex regia eſt ſublata ad hoc vt ceſſarent ab litibus: & ſic nũdinæ nefaſtæ factæ ſunt remanſit tamen commercium.

Differentia inter lege agere & cum populo: inter faſtum & comitialem.

Lex Hortenſia fecit nundinarum diem faſtum.

videtur : quia die faſto cum populo agere nefas erat ſed tantũ lege: nefaſto neutrum licuit. comitiali, vtrumque, quid tam varie? dies faſtus iuridicũdo datus eſt: dies comitialis, etiam populo cogendo: ſic accipi debet quod Iulius Cæſar poſt legem Hortenſiam ſcripſit nundinis cum populo agi non poſſe, nec haberi comitia. Nam licuit lege agere ex eadem lege Hortenſia non cum populo. Quod non aduertit Macrob. igitur ea lege licuit cum ruſticis lege agere, poſtes tamẽ vt morem ſuſtulit ſic more quaſi talione perempta eſt. Nam eo iure vti cœpit Pop. Rom. vt nundinatores interpellari non poſſint priuati debiti cauſa l. vnica Cod. de nund. ſecus in publico l. 3. §. vlt ff. de feriis: licet ſpeciali priuilegio Conſtantinus hoc indulſit veteranis. neque tamen lex Hortenſia ſine iuſta cauſa lata eſt, nec ſine ratione demum extincta. Nam ſub Hortenſio nundinæ non erant vnius diei ſed plurium: quod poteſt argui longe poſt illam legem l. qui certarum ff. de verb. oblig. idcirco diuerſa genera negotiorum expediri poterant & in hac ratione poſitum eſt legis Hortenſiæ fundamentum. Sed quum priuatis illis controuerſiis ius publicum interturbari videretur viſum eſt pauci temporis adiectione non tolli quod gratia Reip. conſtitutum erat, eoque maxime quod tempus illud additum fuiſſet communis commercij gratia non commoditatis ſingulorum ius commercij publicum eſt, ius cogendi debitores priuatum, quia eſt actio. ideoque illud non debet ab hoc intercipi. patet ex iis quæ dicta ſunt lege regia diem nundinarum comitialem fuiſſe, deinde more nefaſtum poſtea lege Hortenſia faſtum, poſtremo nefaſtum idcirco quamuis Licinianus dicat nundinas, Iouis eſſe feriastamen, feſtum, diem non faciunt: hic autem de feriis cum feſto loquitur. qui dies deſcribuntur in annuis amfractibus vt deſcripti, quot annis per circuitum reuolutis, eodem tempore ſemper obſeruentur, curſus autem annui finiuntur à ſacerdotibus prout à Numa terminus anni conſtitutus eſt. is enim temporum ordinem compoſuit ad curſum Lunæ qui 354. cum triente, ſol autem curſum perficit diebus 365. cum quadrante, animaduertit ex lunari ad ſolarem deeſſe vndecim dies quos geminatos & ad 22. reductos altero quoque anno interkalabat teſte Plutarc. in eius vita quod vt facilius intelligatur tenendum eſt Romuli annum Lunæ menſura definitum imperfectum fuiſſe, eo quod licet 12. menſibus conſtaret, non tamen implebat numerum ſolis quum luna ſingulis menſibus tricenos dies non expleret: quod docet Liuius libro 1. vbi de anno à Numa conſtituto loquitur *Atque omnium primum ad curſum Lunæ, in duodecim menſes deſcribit annum quem, quia tricenos dies ſingulis menſibus Luna non explet, deſuntque dies ſolido anno qui ſolſtitiali circumagitur orbe, interkalares menſes interponendo ita diſpenſauit vt viceſimo quarto quoque anno ad metam eamdem ſolis vnde orſi eſſent plenis annorum omnium ſpat iis dies congruerent.* Ait hic menſes interkalari, cur non ait & dies, quum eo tempore ſex dies interponerentur? quia illi dies accreſcebant

Lex Hortẽſia more ſublata & cur.

Annus Romuli.

Annus Numæ.

menſi interkalari vt ab eo ſeparari non deberent quum eius partem facerent: Ergo ſi ſeparatim tempora accipiantur, habent & dies & menſes interkalares. Ex eo autem quod ait Liuius videtur in anno 12. menſes ante Numan non fuiſſe. Verum licet à Numa annus deſcriptus ſit in 12.menſes ad curſum Lunæ,non ſequitur ante Numam non fuiſſe deſcriptum in totidem partes,ſed non in eodem ordine nec eadem menſura partium. Macrob. lib. 1. Satur. cap. 13. ſcribit Numam accepiſſe hanc anni conſtitutionem à Græcis qui annum ex Lunæ curſu metientes, & ſic eum componentes ex 354. diebus vt ſingulis annis deeſſent dies vndecim, octauo quoque anno nonaginta dies interkalabant, ex quibus tres menſes 30. dierum conſtituere ita vt ſingulis octenniis ad curſum ſolis integrum tempora redigantur. Nam octies vndecim faciũt octoginta octo adde octo annorum octo quadrãtes efficiuntur duo integri dies qui additi ſuperiori numero nonaginta faciũt:hoc non apud omnes Gręcos(vt infra ex olympiade patebit)ſed quamdam Græcię regionẽ obſeruabatur.quæ anni dimenſio optime cõgruit cum diſpoſitione Numę qui quamuis non impleret integrum curſum octauo quoque ſed vigeſimo quarto,nihilominus vtrũque in idẽ recidit: quæ enim eſt proportio trium menſiũ ad octo annos eadem eſt nouem menſium ad viginti quatuor, nimirum tripla. igitur nihil videbatur intereſſe vtrum quarto anno, vnus dies, an octauo, duo, an vigeſimo quarto ſex interponantur, quum eadem ſit vtrobique proportio. vere tamen intererat. tam magnum enim ſpatium quod interkalationi conſtitutum erat, præterita tempora imperfectiora relinquebat: idcirco regibus exactis cœpere dies interkalari ſingulis quadrienniis. & hoc rectius. Nam exceſſus ſolis ſupra Lunam eſt dierum vndecim cum quadrante. Itaque quum Mercedonius interkalatur primo biennio eſt 22. dierum cum ſemiſſe, altero biennio eſt 23. quia quatuor quadrantes ſeu duo ſemiſſes, vnum integrum efficiunt. Februarius autem eſt 28. reliqui menſes à Numa impari numero definiti 29. aut 31. vt paritas euitaretur quæ ſuperis inuiſa eſt: qui numerus non eſt datus Februario:quia Manibus ſacer eſt teſte Macrobio. igitur menſes erant tredecim anno embolimæo: at altero tantum 12. quorum poſtremus erat Februarius, ex quo fiebat interkalatio, tumque ex eo quinque poſtremi demebantur dies vt ſupereſſent in eo 23. Varro libro 5. de ling.lat. *terminalia* (inquit) *quod is dies anni poſtremus conſtitutus. duodecimus enim menſis fuit Februarius & quum interkalatur inferiores quinque dies duodecimo demuntur menſe.* Vnde patet Terminalia extremo die anni celebrari nimirum viceſimo tertio ſi dies vnus interkalandus eſſet alioqui viceſimus ſecundus erat vltimus anni tumque ſex dies demere oportebat primo ſcilicet biennio: nec dempti illi dies euaneſcebant ſed elapſo Mercedonio cuius kalendæ viceſimo tertio Februarij erant ſubiungebantur ne ſcilicet annus in interkalationẽ defineret. Nam interkalatio

Annus Græcorum.

Sub ſtatu regio incertum erat tempus interkalationis ſed regibus exactis cœpit ſingulis quadrienniis interkalari.

Ex exceſſu Solis ſupra Lunam fiunt vndecim dies & quadrans qui geminati faciunt 22. dies & ſemiſſem primo biennio vnde conſtat Mercedonius.

Quando terminalia celebrabantur.

latio eſt argumentum imperfectionis ideo dies omnis interkalaris infauſtus habebatur teſtibus Ammiano & Macrobio: tum vt annus duodecimo menſe qui verus & legitimus eſt finiretur non interkalari qui additus eſt & ex aliorum imperfectione compoſitus. Macrobius *Romani* (inquit) *non confecto Februario ſed poſt viceſimum tertium diem interkalabant terminalibus ſcilicet iam peractis: deinde reliquos Februarij menſis dies qui erant quinque, poſt interkalationē ſubiungebant credo vetere religionis ſuæ more vt Februarium, omnino Martius ſequeretur.* Si tamen conſideretur primum biennium quo Mercedonius interpoſitus eſt Terminalia erant die 22. qui vltimus erat Februarij ex primo biennio: ideo ſex principio dempti ſunt de menſe quod poſtea non amplius contigit. igitur accipiamus Terminalia vltimumque diem Februarij die 23. & ſemper dies quinque ex eo ſubduci. Sed quoniam interkalatio aliquando omittebatur tantum erat adiiciendum Februario quantum interkalationis omiſſum fuerat: itaquè anno ab vrbe condita 584. Q. Martio Philippo iterum & Q. Seruilio Cæpione Coſſ. Mercedonius cœpit die 26. Februarij qui tamen habetur pro 24. quia duo iſti dies embolimi attribuuntur Terminalibus vt infra oſtendo ex ſententia Q. Mucij quod ita Liuius oſtendit, libro 3. decad. 5. *Hoc anno interkalatum eſt: tertio die poſt Terminalia kalendæ interkalares fuere,* tunc igitur prætermiſſa fuerat duorum quadrienniorum interkalatio vt ad 23. duo adiiciantur: ſequitur ergo vt exacto Mercedonio perinde quinque dies reſtituantur Februario ac ſi Kalendę interkalares 24. die ſucceſſiſſent. Dies ergo Februarij non augentur & manet ſemper 28. dierum quia ſemper quinque ſubiiciuntur poſt Mercedonium. Sed ex iis videtur Februarium conſtare diebus 50. ad minus, ei adiecto Mercedonio. Nam vt ex Varrone oſtendi Mercedonius interkalabatur Februario & ſic partem eius conſtituebat & hoc etiam ratio conuincere videtur quam adduximus annum deſinere in Februarium. At qui in hac anni conſtitutione quænam eſſet menſium reliquorum, ad Februarium proportio? Plutarchus etiam teſtatur hunc menſem in Februario interkalatum fuiſſe cum numero 22. dierum, ſic enim ſcribit in Numa ἐπήγαγε γὰρ ἐνιαυτὸν ἐπὶ τῷ Φεβρουαρίῳ μῆνα τὸν ἐμβόλιμον ὑπὸ Ῥωμαίων Μερκηδῖνον καλούμενον εἴκοσι καὶ δυοῖν ἡμερῶν ὄντα. Verum hunc nodum ſoluit Cato antiquiſſimus iuriſconſultus, qui auctore Celſo in l. quum Biſſextum §. 1. ff. de verb. ſig. menſem interkalarem additum fuiſſe aiebat omneſque eius dies pro momento temporis obſeruari: Nam hæc additio acceſſio eſt ideo partem in toto nō facit vnde omnes dies coniunctim ne quidem pro vno die menſis computantur licet ſint ad minus 22. ſed pro particula diei minima & ſic iſti duo menſes vni Februario aſcribuntur, & finguntur eſſe 28. dierum ita vt totus Mercedonius ex Q. Mucij ſententia extremo die Februarij attribuatur d. l. quum Biſſextum: Sed horum veterum ſententia accipienda eſt antequam Iulius Cæſar aliter

Cum Mercedonius interkalatur primo biennio terminalia erāt 22 die Februarij & 23. menſis interkalaris incipiebat demptis ex Februarij fine 6. diebus at poſtea Terminalia fuerunt 23. & ſic quinque dies demebātur qui elapſo Mercedonio ante principiū anni reſtituebantur ne annus in interkalationem deſineret.

Februarius etiā adiecto Mercedonio eſt tantū 28. dierū quia omnes dies mercedonij ne pro vno quidē die computātur & cur.

anni partes conſtituiſſet. Nam poſt Iulium nullus fuit Mercedo-
nius ſed manſit Februarius 28. dierum in menſe non embolinæo iſ-
que etiam interkalaris dicitur in d. l. quum Biſſextum §. vlt. quia
in eo fuit interkalatio : qui §. etiam ante Iulium intelligi poſſet
quum Mercedonius pro vno momento ſumeretur. his obſtat quod
Ouidius in Faſtis Plutarchus in Numa & Macrobius aſſerunt Nu-
mam Februarium ſecundo loco inter menſes collocaſſe quum an-
te eum poſtremus eſſet. Sed iam ex Varrone docui hoc falſum eſſe,
nec tamen ita errauere iſti auctores vt prorſus ignari, in hac parte
exiſtimentur. Nam quo ad religionem veriſſimum eſt Februarium
poſtremum fuiſſe: at palam & in negotiis humanis factus eſt ſecun-
Februarius in diuinis eſt terminus anni in humanis eſt ſecũdus mẽſis & cur. dus Iano in prima parte conſtituto. Nam poſt ſolſtitium hybernum
quo tempore Ianuarius incipit, ſolis progreſſio deſinit qui tunc
conuertitur & ad nos curſum ſuum reflectit, vnde & in ipſa, ele-
mentorum, & corporum, ex his mixtorum, fit quoque noua con-
uerſio quæ luminis tempus auget, & tenebras minuit, nobiſque
propius admouet ſolem, in quo principium eſt vniuerſæ naturæ
fluxæ: Hæc eſt naturalis cauſa: altera eſt ciuilis vt animi ciuium à
ferocitate bellica ad pacem & agriculturam cui Ianus præeſt con-
uerterentur auctore Plutarcho in quæſt. Rom. quæſt. 19. Aſſero
tamen Romuli conſtitutionem à Numa violatam non fuiſſe reli-
gionis ergo (licet à Iano anni fuerint numerati) huncque ordinem
in negotiis humanis ſeruatum fuiſſe. Nec idcirco quicquam in na-
tura temporis immutatum. Nam vt idem ait hoc vniuerſaliter ſta-
tuẽdum eſt in iis quæ circulo circumaguntur natura nihil eſſe pri-
mum aut vltimum, ſed arbitrio hominum alium atque alium aliud
temporis initium ſtatuiſſe. Hanc autem anni deſcriptionem ſer-
uare debent ſacerdotes quibus hic datur vt curſus annuos finiant.
Tullius vt ſacrificiorum (inquit) libamenta ſeruentur fœtuſque
pecorum quæ dicta in lege ſunt diligenter habenda ratio interka-
landi eſt : quod inſtitutum à Numa poſteriorum Pontificum ne-
gligentia diſſolutum eſt. Igitur hæc interkalandi ratio erat penes
ſacerdotes ex hac lege Numæ. Sed inde contigit vt Dies feſti
ignoratione temporum in alias inciderint à ſuis terminis tempe-
ſtates Plutar. in Iulio. οὐ γὰρ μόνον ἐν τοῖς παλαιοῖς πάνυ χρόνοις
τεταραγμέναις ἐχρῶντο Ῥωμαῖοι ταῖς τῶν μηνῶν πρὸς τὸν ἐνιαυτὸν
περιόδοις: ὥστε τὰς θυσίας καὶ τὰς ἑορτὰς ὑποφερομένας κατὰ μικρὸν
εἰς ἐναντίας ἐκπεπτωκέναι τοῖς χρόνοις ὥρας: ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν τό-
τε οὖσαν ἡλιακὴν μὲν ἄλλοι παντάπασι τούτων ἀσυλλογίστως εἶχον:
οἱ δὲ ἱερεῖς μόνοι τὸν καιρὸν εἰδότες ἐξαίφνης καὶ προῃσθημένου μηδενὸς
τὸν ἐμβόλιμον προσέγραφον μῆνα Μερκηδόνιον ὀνομάζοντες, ὃν
Νομᾶς ὁ βασιλεὺς πρῶτος ἐμβαλεῖν λέγεται. Etenim non erat
pronum intelligere quid quoque anno addendum eſſet, quod ta-
men feriarum obſeruationi neceſſarium erat quum annuæ eſſent
nec erat in promptu dies quo vel dies vel menſis interkalaretur:
id enim erat ſitum in poteſtate ſacerdotum : vnde nonnumquam

omittebatur interkalatio vel propter ſuperſtitionem vel gratia ſacerdotum qui quum publicanis proferri vel imminui conſulto, dies anni volebant, modo anctio, modo retractio dierum proueniebat & ſub obſeruationis ſpecie emergebat maior cõfuſionis, occaſio (inquit Macrob. Satur. 1. cap. 14.) melius Cæſar annũ deſpoſuit vt teſtantur Tranquillus & Plutar. in Iulio, non ad Lunæ ſed Solis curſum vt 12. menſes ex diebus 365. componerentur: quadrantis autem ratio tunc haberetur quum integer dies eſſet perfectus nimirum poſt quatuor annos: quia quadrans diei ſunt ſex horę, quę per quatuor multiplicatæ 24. efficiunt horas ſeu diem vnum qui biſſextus dicitur, quod quarto quoque anno, Sexto Kalendas Martias interponeretur: ita fit vt duo dies ſexti ſint, & pro vno computentur qui idcirco bis ſextus appellatur d. l. quum biſſextum. Idque à Græcis deſumptum eſt apud quos vnaquæque Olympias quarto quoque anno qui Romanis Biſſextus eſt celebratur, ea ſola ratione quod tunc ſolis curſus integretur. Diodorus libro 1. ἡδ᾽ ὀλυμπιὰς πληροῦται κτ᾽ τέτ]αρας χρόνους, ἔτι δὲ ὅσπερ οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι βίσεξτον. Hi menſuram ſolis Iouis feſto tribuerunt quos & Romani imitati ſunt annum qui à ſole menſuratur Ioui conſecrantes non ſoli, Putar. quæſt. Rom. quæſt. 77. vnde Homerus. ἰλιαδ. β.

Iulius ſublato Mercedonio ad curſum ſolis annum in 12. mẽſes diſpenſauit die vno ſingulis quadriennijs ex 4. quadrantibꝰ cõpoſito, interkalato qui Biſſextus dicitur & cur.

Ἐννέα δὴ βεβάασι Διὸς μεγάλου ἐνιαυτοί.

Vbi Euſtathius male ait ibi Iouem pro ſole accipi, eſt enim à Ioue principium motus quod ipſum non mouetur: at ſolem moueri qui neſcit, idcirco docte Virgil. eclog. 3. muſarum quarum principatus Appollini tribuitur principium non Appolini ſed Ioui tribuit.

Annus Ioui ſacer non Soli & cur.

A Ioue principium Muſæ Jouis omnia plena.

Iſti dies Biſſextiles quum noctem etiam ſuo ambitu complectantur ciuiles ſunt, nec obſtat quod ciuium negotia liteſque naturali cum die deſinant cum eodem incipiant Nam publica negotia vt bella, inducię, fœdera, ſacra, ciuili die definiuntur qui more Romano, non natura introductus eſt l. more ff. de feriis. optime ergo Iulius ſuſtulit confuſionem temporum & omnibus aditum patefecit ad anni cognitionem & interkalaris diei eo ſolo quod ſolẽ, menſorem adhibuit. neque enim menſes antiqui reſpondent curſui Lunari quum orbem ſuum celerius peragat. Vitruuius libro 9. cap. 4. vult circuitionem Lunæ octauo & viceſimo amplius hora. Plinius 2. cap. 9. vicenis diebus ſepteniſque & tertia diei parte. Martianus Capella octauo libro viginti ſeptem & beſſe, ſolus Caſſiodorus 11. variarum 30. diebus, & male. Nam ex Ptolemæo & Alphonſi tabulis tribuũtur huic planetæ dies 27. horæ 7. & minuta circiter 40. paulominus. Sed quoniam hic numerus proxime accedit ad 30. ideo plerumque Lunaris curriculi terminis menſem ſolemus definire. Ariſtot. de mundo cap. 6. Ægyptij non minus ſapienter quam Græci, melius quam veteres Romani annum ad ſolis curſum

Iulius hanc cõſtitutionẽ anni à Græcis ſumpſit: Græci ab Aegyptijs.

12.menſibus componebant,quorum ſinguli conſtabant 30. diebus, quibus addebant quinque dies cum quadrante, vt impleretur ſolis curſus 365. diebus cum quadrante auctore Diodoro libro 1. ſectione 2. ſed quomodo poteſt addi quadrans, nimirum quadriennio peracto & ſic Strabo explicatur apud quem Ægyptij ita annum componebant vt vno die, certo quodam ſpartio intercedente adiecto plenis temporũ amfractibus menſura ſolis, abſoluatur, ſic enim ſcribit libro vltimo, λέγονται δὲ καὶ ἀστρόνομοι καὶ φιλόσοφοι μάλιστα οἱ ἐνταῦθα ἱερεῖς: τούτων δὲ ἐστὶ καὶ τὸ τὰς ἡμέρας μὴ κατὰ σελήνην ἄγειν ἀλλὰ κατὰ ἥλιον τοῖς τριακονθημέροις δώδεκα μησὶν ἐπαγόντων πέντε ἡμέρας κατ᾽ ἐνιαυτὸν ἕκαστον: εἰς δὲ τὴν ἐκπλήρωσιν τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ, ἐπιτρέχοντος μορίου τινὸς τῆς ἡμέρας, περίοδόν τινα συντιθέασιν ἐξ ὅλων ἡμερῶν καὶ ὅλων ἐνιαυτῶν τοσαύτην, ὅσα μόρια τὰ ἐπιτρέχοντα συνελθόντα ποιεῖ ἡμέραν. In his temporum conſtitutionibus, auctores multi errauere vt tenebras, potius offunderent quam illuſtrarent: Alij iique pauci & rari ita de his obſcure loquuti ſunt vt difficilimũ eſſet hæc intelligere, ſed iam plana ſunt omnia ſummo Dei beneficio ſic expenſa & explicata. Itaque anni menſura perſpecta eſſe debet ſacerdotibus: vt publice libent certas fruges & baccas, certis ſacrificiis ac diebus: fruges ex terra, baccæ ex arboribus decerpuntur. Tullius 1. de diuinit. *Nec fruges terræ, baccaſque arborum cum vtilitate humano generi dediſſet &c.* Nouæ autem libandæ ſunt. Sunt enim primitiæ quæ offeruntur ſuo auctori vt futuræ poſſint cum augmento produci, & ſeruari quod eleganter oſtendit Horatius 3. carm. od 29.

Frugũ & baccarum differentia cur earum primitiæ libantur.

Cælo ſupinas ſi tuleris manus
Naſcente Luna ruſtica Phidile
Si thure placaris & horna
Fruge Lares, auidaque porca.

Horna (inquit Acro) *id eſt annua vel noua*: vtrumque ſignificat. Nam ſingulis annis poſt collectas fruges ex iiſdem, Diis libabant, idem ibidem.

Nec peſtilentem ſentiet Africum
Fœcunda vitis nec ſterilem ſeges
Rubiginem aut dulces alumni
Pomifero graue tempus anno.

Feſtus ferias ſementinas, inſtitutas eſſe ait vt ex iis fruges grandeſcere poſſint. Eadem ratione fœtuum primitiæ immolabantur. Feſtus. *aliæ feriæ cum feſto vt ſaturnalia quibus adiungebantur epulationes ex prouentu fœtus pecorum frugumque quibus & lactis libamenta addebantur.* Vnde intelliguntur hæc verba, Itemque ad illos dies vbertatem lactis &c. id eſt libetur Diis lacte & fœtu pecorum vt illarum rerum vbertas ſeruetur. libationes autem illæ bis ſingulis annis peragebantur nimirum hyberna, & verna ſemente auctore Feſto in voce Daps ſed indictiuæ erant hæ feriæ non ſtatæ. Ouidius 1. Faſtorum.

Vtque dies incerta ſatis, ſic tempore certo
Seminibus iactis eſt vbi fœtus ager.

Hæ libationes bis anno fiunt.

Hoc igitur conſtat, ex nouis fructibus lacte fœtuque pecorum libari ſolitum vnde Tibullus.

Et quodcumque mihi pomum nouus educat annus,
Libatum agricolæ ponitur ante Deum.

Erat autem quoddam ſacrificium omnibus Diis commune, idque die qui pandicularis dicitur ſeu communicarius vt Feſtus teſtatur. Erant enim quædam fruges & fœtus qui communi iure omnibus ſacrificiis adhibebantur vt hordeum teſte Dionyſio Halic. lib. 2. (de quo in capite ſequenti) & ouium fœtus qui tam ſuperis quam inferis, tam maioribus quam minoribus Diis offerri poterant. Sed hoc proprium erat Diis ſuperis vt iis ſacra fierent in ædificiis à terra exaltatis: Diis terreſtribus in terra: Diis infernalibus, in effoſa terra auctore Feſto: Lactantius in Papinium. *Tria ſunt in ſacrificiis loca quæ per piationem facimus ſcrobiculo facto, inferis, terreſtribus ſupra terram ſacrificamus, cæleſtibus, extructis focis, vnde etiam nominata ſunt altaria ad quæ ſacrificantes, manus porrigimus in altum.* Nunc videndum quid cuique Deo in ſpecie proprium ſit & quo tempore. Primum Idibus cuiuſque menſis Ioui agna maior, Iunoni minor Kalendis cædebatur. Ouidius. 1. Faſtorum.

Dies pandicularis qui erat Diis omnibus communis: quæ eſſent illis communia.

Quibus in locis ſacrificaretur ſuperis, terreſtribus, inferis

Vindicat Auſonias Iunonis cura Kalendas
Idibus alba Ioui grandior agna cadit.

Quid & quando ſingulis Diis ſpecialiter libabatur & ſacrificabatur.

Licet hi dies feſti non eſſent omnino, tamen quodammodo ſacri erant quod à Græcis acceptum eſt, quibus nouilunium & ſeptima dies Apollini ſacra erat: quarta Mercurio: octaua Neptuno & Theſeo. Areſtophanis ſcholiaſtes in Pluto. ἔξω τῶν ἑορτῶν ἱεραί τινες τοῦ μηνὸς ἡμέραι νομίζονται Ἀθήνησι θεοῖς τισὶν, οἷον νουμηνία, καὶ ἑβδόμη Ἀπόλλωνι: τετρὰς Ἑρμῇ: ὀγδόη Θησεῖ. Cereri paulo ante meſſem prælibationis cauſa præmetium dabatur id eſt frumenti aliquid præſectum auctore Feſto. Ouidius.

Præter ferias ſunt dies quidã diis ſacri.

Farra tamen veteres iaciebant, farra metebant.
Primitias Cereri farra reſecta dabant.

Tum vinũ lacte dilutum. *Cui tu lacte fauos & molli dilue baccho.* (Inquit Virgil. 1. Georg. nec obſtat quod Plutarchus ait nuptiis quæ Ceteri fiunt temetum non adhiberi: ad hoc enim reſpondet Macrob. libro 3. Sat. cap. 11. ad diem duodecimum Kalendas Ianuarias Herculi & Cereri muſto ſacrificari. vinum enim melle dilutum fit dulcius. At Seruius ait nefas fuiſſe nuptiis Orci quæ in honorem Cereris celebrabantur adhiberi vinum à Pontificibus: hoc in nuptiis verũ eſt at ſecus in ſacro alio Cereris. Nam omnibus fere Diis vinum libari poterat idque merum excepto Mercurio cui aqua mixtum fundebatur quod ſuperis, & inferis præeſſet & ab vtriſque honores acciperet. Ariſtophanis interpres ibid. τοῖς ἄλλοις θεοῖς δίδοται ἄκρατος σπονδὴ, τῷ δὲ Ἑρμῇ κεκραμένη ὅτι καὶ τῶν ζώντων καὶ τῶν τετελευτηκότων ἄρχει, καὶ παρ' ἀμφο

Cereri apud Rom. vinum in Orci nuptiis nõ adhibebatur.

Diis omnibus vinum libabatur merum excepto Mercurio cui aqua dilutũ dabatur & cur.

γέρων τιμὰς δέχεται. Sunt tamen quædam poteſtates quibus vinum ne dilutum quidem libari poterat, vt muſis & communi aræ omnium deorum & Cereri & Proſerpinæ quas dominas vocabant Pauſanias. ταῖς νύμφαις οὐ νομίζουσιν οἶνον οὐδὲ ταῖς δεσποίναις σπένδειν οὐδ' ἐπὶ τῷ βωμῷ τῷ κοινῷ πάντων θεῶν: idem obſeruabant in Mnemoſina, Aurora, Sole, Luna, & cœleſti Venere: interpres Sephoclis νηφάλια μὲν ἱερὰ θύουσι Μνημοσύνῃ Ἠοῖ, ἡλίῳ σελήνῃ νύμφαις; καὶ Ἀφροδίτῃ οὐρανίᾳ: Dij ante inuentionem vini, adorati à gentibus, libatione vini coli non poterant ideo vt diuinitatis antiquitas argueretur & auguſta puritas, retenta ſunt in his quædam veſtigia primæ idololatriæ in qua doctus Porphyrius ſic ait τὰ μὲν ἀρχαῖα τῶν ἱερῶν νηφάλια παρὰ πολλοῖς ἦν. νηφάλια δ' ἐστι τὰ ὑδρόσπονδα. Hæc inter Græcos, Romæ vero nefas erat vino labare ex omni vite ſed ex imputata, morte aut cruore polluta quod Plinius 14. cap. 19. in hæc verba refert. *Quoniam religione vita conſtat prolibare Diis nefaſtum habetur vino, preterquam imputatæ vitis, fulmine tacta, quamque iuxta hominis mors laqueo pependerit aut vulneratis pedibus calcata & quod circumciſis vinaceis profluxerit, aut ſuperne deciduo immundiore lapſu aliquo polluta.* Libabatur autem Ioui vinũ nouum vinalibus 14. Kalend. Septemb. eodemque die veneri templa ſunt conſecrata, vnde contigit vt eodem tempore Veneri libaretur nimirum ſiſymbria, myrtus, & roſa. Ouidius 4. Faſtorum.

Cumque ſua dominæ date grata ſiſymbria myrto
Textaque, compoſita iuncea vincla roſa.

Deę carnę lardum, far, & faba. 6. Faſtor. Tubliluſtribus quę 11. Kalendas Iunij celebrabantur agna Vulcano immolabatur, eodem auctore & Feſto vua Syluano & Priapo paulo ante vindemiam. Horatius epod. od. 2.

Vt gaudet inſitiua decerpens pira
Certantem & vuam purpuræ
Qua muneretur te Priape & te pater
Syluane tutor finium.

Baccho etiam eodem tempore libabatur muſtum in amphora pro primis vuis, ſacrificij cauſa, ſacrima autẽ teſte Feſto vocabatur. apud Ruſticos Syluano lac offerebatur vt ait Horatius 2. epiſtol. Baccho 16. menſis Martij anus hederis cincta libum ex melle libabat.

Melle pater fruitur liboque infuſa calenti
Iure repertori ſplendida mella damus.

Robigo vinum cum thure libabatur 7. Kalendas Maij eod. auctore 4. Faſt. Florę 4. Kalendas eiuſdem menſis flores offeruntur idem ibid. Pali. 11. Kalendas eiuſdem qui dies eſt Romę natalitius, libum ex milio, & fiſcella milij & multra lactis idem.

Libaque de milio, milij fiſcella ſequetur
Ruſtica præcipue eſt hoc dea læta cibo.
Adde dapes mulctramque ſuam dapibuſque refectis.

Dij quibus ſobria libationes id eſt ſine vino dabantur.

Antiquiſsima libationes ex aqua & cur.

Syluicolam tepido lacte precare deam.

Hoc ipſo die vrbem luſtrabant & pecus, vt libato lacte fœtuque, luſtratoque pecore vnde lac emanat vbertas lactis fœturęque ſeruetur quod idem ibidem eleganter oſtendit. *Quo die vrbs luſtrabatur.*

Vbera plena premam, referat mihi caſeus æra,
Dentque viam liquido vimina rara ſero.
Sitque ſalax aries, conceptaque ſemina coniux
Reddat & in ſtabulis multa ſit agna meis.

Hę ſunt primitię quas Deo conſecrari, ab omni æuo genus humanum conſueuit. Prouerb. 2. eccleſiaſtici 7. Pauſanias in Atticis ait hyperboreos primitias ſuarum frugum ad Apollinem Deliacum mittere ſolitos quas in triticea ſtipula abſconditas nulli fas erat intueri. Et hęc ad publicas libationes quę per ſingulos annos inferebantur: ſed priuatę Diis domeſticis & in prandio & in cœna in focum domus quotidie fundebantur Diotogenes. χαλῶς δὲ καὶ τὸν θεὸν ἐν ἀρχᾷ τῶ δείπνω καὶ τῶ ἀρίστω ἐπικαλεῖσθαι οὐχ ὡς δεόμενόν τινος τῶν τοιούτων. &c. ſed antequam libarent ſolebant manus aqua abluere ad euitandam pollutionem Homerus. ἰλιαδ. ι. *Primitiarum oblatio.*

AXIOMATA.

FERIÆ partem ſacrorum faciunt deorum cauſa inſtitutæ atque hominum: Deorum, vt liberius & ſanctius adorarentur (adorabant autem ſedentes & velato capite vt quieſcerent à motu corporis & animi): hominum, ne ſi labor eſſet continuus, natura frangatur: ideo & pecudes etiam quæ hominum cauſa procreatæ ſunt feriantur: famuli autem ceſſant ab opere: liberi à litibus & opere ne negotiorum pertractatio præſentem diuinitatem auertat: fas tamen eſt ea agere quæ ad deos pertinent & homini ſunt neceſſaria.

DIES comitialis eſt etiam faſtus ideo eo & cum populo agi poteſt & lege apud Prætorem: faſto lege tantum agi poteſt non cum Populo nefaſto neutrum. dies autem Nundinarum licet feriæ ſint ſunt tamen ſine feſto. Hi primum

comitiales fuere lege Romuli deinde more nefaſti: poſtea lege Hortenſia faſti: poſtremo nefaſti niſi lis futura ſit de debito publico.

ANNVS Romuli conſtabat diebus 354. modo 355. ab trientem qui deficit ex numero 354. quo Luna orbem ſuum perficit. Annus Numæ eſt quidem od menſuram Lunæ compoſitus, ſed adiectus eſt Mercedonius alterius anni vt ſuppleret quod à Lunari, ad Solarem deeſſet nimirum 11. dies qui geminati ſingulis bienniis, 22. efficiunt quibus ille menſis conſtat, & quia ſol circuitum ſuum peragit 365. cum quadrante: hi quadrantes 24. annis ſupplebantur iuſto numero 6. dierum qui diuiſi 24. quadrantes efficiunt.

REGIBVS exactis Pontifices dies interkalare cœperunt ſingulis quadrienniis, ideo vnus dies addebatur, & fiebat 23. die elapſo (qui erat vltimus Februarij) interkalatio mercedonij; licet primo bennio viceſimus ſecundus fuiſſet vnde Terminalia quæ poſtremo anni die peragebantur primum 22. deinde ſemper 23. celebrata ſunt: & ſic ex Februario demuntur quinque dies qui ante initium anni ſequentis finito Mercedonio reſtituuntur, ne annus deſinat in interkalationem, quia infauſta eſt.

NVMÆ inſtitutio menſes aut 29. aut 31. dierum ſolus Februarius, 28. fuit vt impar numerus ſuperis quibus illi conſecrati ſunt tribueretur excepto Februario qui Diis inferis ſacer eſt: menſis autem interkalaris dies omnes ne pro vno quidem die computantur ſed pro

momento

momẽto quia non ſunt veri dies illius anni,ſed ex præteritis quaſi fugaces &exules reſtituti ideo totus Mercedonius extremo die Februarij attribuitur.

POST Iulij conſtitutionem nullus fuit Mercedonius ſed Februarius interkalaris dicebatur quod in eo fieret diei interpoſitio:ante Iulium tamen potuit eo nomine vocari, quia totus Mercedonius ei inſertus, fictione conſumebatur. Vltimus autem menſis ſub Romulo erat Februarius: idem in ſacris Numa obſeruauit, ſed in profanis, voluit Ianum primo ordine, tum Februarium collocari, poſt ſolſtitium initium anni auſpicatus à Deo pacis & agriculturæ non à Marte qui bellorum Deus eſt (regibus tamen exactis lege Tribunitia hoc principium anni mutatum eſt vt infra patebit) Biſſextus autem fit quadrienniis ſingulis, vno die ex quatuor quadrantibus facto qui ſexto Kalendas Martias interſerebatur ita, vt duo ſexti pro vno ſint.

PRIMITIÆ frugum, fœtuum, lactis offeruntur Diis eorum bonorum auctoribus vt ſuo principio conſecratæ, vim habeant productionis incrementi, & conſeruationis futurorum: Sed fruges,bis anno,fœtus & lac ſemel libabantur.Commune autem erat Diis omnibus vt hordeum & fœtus ouium immolaretur, & lac. Vinum autem omnibus Diis Romanis excepta Cerere in Nuptiis Orci libari poterat ſic etiam Græcis, exceptis iis quibus νηφάλια debebatur.

QVÆ QVOIQVE DIVO DECORÆ gratæque ſint hoſtiæ prouidento.

CAP. VI.

SACERDOTES curſus annuos finire debent vt certis feriis certæ ſpecies libentur certa ratione, vnde in proximo capite ſupra ait ad eam rem rationemque : Tum prouidere quæ hoſtiæ cuique Deo immolandæ. Hoſtiarum duo ſunt genera : Vnum quo per extra voluntas Dei diſquiritur, alterum in quo ſola anima Deo ſacratur, vt docet Trebatius apud Macrob. 3.Sat. cap. 5. de hoc genere poſtremo tractandum eſt. Erant quædam ſacrificia quibus nihil animatum admittebatur vt Iouis Meilichij cui pemmata offerebantur, in formam animalium effićta. Thucidides. ἔστι γὰρ καὶ Ἀθηναίοις Διάσια ἃ καλεῖται Διὸς ἑορτὴ Μειλιχίου μεγίστη ἔξω τῆς πόλεως, ἐν ᾗ πανδημεὶ θύουσι πολλοὶ οὐχ ἱερεῖα ἀλλὰ θύματα ἐπιχώρια. Vbi interpres ait. θύματά τινα πέμματα εἰς ζώων μορφὰς τετυπωμένα Deli ara eſt Apollinis genitoris cui nihil viuens ſacrificatur : hanc produnt adoraſſe Pythagoram tamquam inuiolatam, teſte Macrob. 3. Stat. cap. 6. Et Diogene Laertio ex auctoritate Ariſtot. σφάγιά τε θεοῖς προσφέρειν κωλύειν : μόνον δὲ τὸν ἀναίμακτον βωμὸν προσκυνεῖν. Vere enim animato ſanguine polluuntur altaria, ideo Heraclitus Epheſiis conſulebat ne crederent cœnum cœno expiari, ita vocans cruorem victimarum quo ſordes animorum ſuorum luſtrari exiſtimabant. Apollinius ad ſacerdotes Delphicos, αἵματι βωμοὺς μιαίνουσιν ἱερεῖς : εἶτα θαυμάζουσί τινες ὅθεν αἱ πόλεις ἀτυχοῦσιν ὅλαι μεγάλα δυστυχοῦσιν ὦ τῆς ἀμαθίας : Ἡράκλειτος δὲ ἦν σοφὸς ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖνος Ἐφεσίους ἔπεισε μὴ πηλῷ πηλὸν καθαίρεσθαι. Non immerito cauſam infelicitatis vrbium in effuſiones ſanguinis victimarum refert, quia crudelitas inimica eſt conſeruationi. Arnobius. 7. *Innoxiorum animantium mactatione letari, miſerabiles ſæpe exaudire mugitus, riuos ſanguinis cernere, animas cum cruore fugientes, patefactiſque ſecretis prouolui & inteſtina cum ſtercore & ex reſiduo ſpiritu exultantia adhuc corda, tremebundaſque & palpitantes adhuc in viſceribus venas.* Idcirco ὑπάτῳ Ioui Athenienſes aliquid animatum ſacrari nefas, cenſuere teſte Pauſania in Atticis. Hæc ſunt abominandæ ſuperſtitionis principia in quibus dæmones, primo ſibi animam vegetantis efflagitant, tum in ſenſitiuam moliuntur exitium; diuerſo tamen ritu. Nam primo percocta Diis exta cremabantur poſtea

Duplex hoſtia.

Prima ſacrificia incruenta.

Cruenta ſacrificia crudelis.

Primum percoquebãtur exta hoſtiæ deinde. Semicruda porricie bantur.

ſub Tullo ſemicruda porriciebantur. Arnob.2. *Quum Romulo Pompilioque regnantibus, percocta plane ac madida cremarentur Diis exta, nonne Tullo Semicruda cœpiſtis ac leuiter animata porricere priſca obſeruatione contempta.* Poſtremo in ipſius hominis vitam commentis callidiſſimis inuehuntur. Enim eo impietatis adactus eſt homo vt in proprium ſanguinem deſeuiret. Sapientiæ 12. Diana Taurica hoſpitum ſanguine colebatur, cuius ſimulacrum ex Taurica ſubtractum ab Oreſte, & ſorore eius in Aricinum nemus Italiæ tranſlatum eſt. Immite numen Italis viſum eſt, ideo in alias terras amandatum à Spartanis ſuſcipitur vbi Lycurgi lege non ſacrificantur homines, ſed epheborum cruore placatur. Acro in Horatium Pauſanias in Laconicis hoc mirandũ tradit quum cædũtur iuuenes ad aram, ſacerdos manibus ſimulacrum tenet quod quum minimum ſit leuiſſimum eſt ſi tamen Iuueni parcant cæſores ne tantus cruor effundatur vel propter pulchritudinem vel propter dignitatem, tunc ita graue fit vt ferri amplius non poſſit. idem de Saturno antiqua monumenta teſtantur. Priſci enim Itali quot annis Saturno homines è ponte ſacro vinctos pedibus manibuſque proturbabant vt in aquis ſuffocarentur: qui mos ad Celtas peruenit: ſed Hercules Italos, docuit vt loco viuorum hominum ſimulacra eodem habitu præcipitarent: quod Romani ſeruauere vſque ad tempora Dionyſ. Halic. vt ipſe teſtatur libro 1. vt Pontifices ſimul cum veſtalibus 30. hominum ſimulacra de ponte deiiciant idibus Maij feſtus. *argeos vocabant ſtirpeas effigies quæ per virgines veſtales ſingulis annis iaciebantur in Tyberim.* ait per virgines deiici, ſed teſte Dionyſio ſub præſentia & auctoritate Pontificum: quod ſine piaculo factum eſt. Nam Hercules doctus in hiſce cærimoniis quoties eſt ſacrificandum de rebus & animalibus quæ difficilime inueniuntur, edocuit vt ea de pane vel cera fiant, & pro veris accipiantur ficta, auctore Seruio in 2. Æneid. hinc eſt etiam illud (inquit)

Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni.

Nam & in templo Iouis aqua ſparſa de nilo eſſe dicebatur. Quamuis autem homines facile inuenirentur, tamen humani ſanguinis effuſio contra naturam eſt & gentium mores l. vt vim ff. de iuſt. ea autem cenſentur impoſſibilia l. filius ff. de condit. inſtit. ideo pluſquam difficile hominem immolare apud eos aliquando creditum eſt. Leucadij prudentiores fuere qui Appolinem ſuum non ſanguine innocentis placabant nec fictam animam immolabant ſed gratia iræ deorum auertendæ ſontem aliquem ex rupe præcipitem dabant, prius tamen circumpoſitis ei pennis omnis generis & auibus applicatis quibus quaſi alarum remigiis grauitas ſaltus alleuari poſſet: multi circumſtabant, nauiculis cadentem excepturi & quantum in ſe erat ſeruaturi, qui ſtatim extra fines patrios ſi ſuperſtes ſit, emittitur. Strabo libro 10. quo more oſtenditur ne irato quidem Deo placere exitium hominis etiam ſcelerati

Sacrificia humana hoſtia.

In iis quæ facile non fiũt ficta pro veris accipiuntur.

Mos Leucadiorum in ſontis punitione.

Celtarum ſacra humano cruore imbuta.

& hominem homini licet ſonti opem ferre debere. Quod autem attinet ad Celtas, morẽ hunc immanem & pluſquam beluium ſeruauere, ita vt arbori quam vt Deum venerabantur humanam victimam immolarent. Lucanus de Maſſilia.

Hic barbara ritu.
Sacra Deûm, ſtructa diris altaribus ara.
Omniſque humanis luſtrata cruoribus arbos.

Apud cæteros populos Galliæ non omnis arbos ſed quercus tantum alta hoc genere ſacri colebatur. Tyrius ſermone 38. quam ſub nomine Iouis adorabant. Κελτοὶ σέϐουσι μὲν δία : ἄγαλμα δὲ διὸς Κέλτικον ὑψηλὴ δρῦς. Solebant & ciuitates ſuas humano ſanguine luſtrare, quod non tantum Barbaris ſed & Græcis exprobrari poſſe innuit Papinius 10. Thebaid.

Luſtralemne feris ego te puer inclyte thebis.
Deuotumque caput vilis ceu mater alebam.

Ibi Lactantius *luſtrare* (inquit) *ciuitatem humana hoſtia Gallicus mos eſt: nam aliquis de egentiſſimis pelliciebatur præmiis vt ſe ad hoc venderet, qui anno toto publicis ſumptibus alebatur purioribus cibis: denique certo & ſolemni die per totam ciuitatem ductus ex vrbe, extra pomœria ſaxis occidebatur à populo.* Plutarch. de ſuperſtitione, ait hunc morem Barbaris fuiſſe vt diuites carentes liberis à pauperibus emerent filios quos Saturno immolarent, mater aſtabat regida & ſicca quæ ſi ſuſpiraſſet vel lacrymaſſet pretio priuabatur, & nihilominus infans cœdebatur: omnia autem implebantur coram ſimulacro, ſtrepitu tibiarum & tympanorum ne clamor eiulantis pueri audiretur: Octauius apud Minutium. *Saturnus filios ſuos non expoſuit ſed deuorauit: merito & in nonnullis Africæ partibus infantes immolabantur blanditiis & oſculo comprimente vagitum, ne flebilis hoſtia immoletur. Tauris etiam Ponticis & Ægyptio Buſiridi ritus fuit hoſpites immolare: & Mercurio Gallis humanas vel inhumanas victimas cædere: Romani Græcum & Græcam, gallum, & gallam ſacrifici viuentes obruere hodieque ab ipſis Latiaris Iupiter homicidio colitur, & quod Saturni filio dignum eſt mali & noxij hominis ſanguine ſaginatur: ipſum credo docuiſſe ſanguinis fœdere coniurare, Catilinam & Bellonam ſeruum ſuum hauſtu humani cruoris imbuere & comitialem morbum hominis ſanguine id eſt morbo grauiore ſanare.* Hæc illuſtrat locus Tertuliani in apologet. *Infantes penes Africam Saturno immolabantur palam vſque ad Conſulatum Tiberij qui eoſdem ſacerdotes, in eiſdem arboribus templi ſui obumbratricibus ſcelerum, votiuis crucibus expoſuit* tum ſequitur, *quum propriis filiis Saturnus non pepercit extraneis vtique non parcendo perſeuerabat,* tum paulo poſt. *Ecce in illa religioſiſſima vrbe Æneadarum piorum eſt Iupiter quidem quem ludis ſuis humano proluunt ſanguine, ſed beſtiarij (inquitis) hoc opinor minus quam hominis: an hoc turpius quod mali hominis? certe tamen de homicidio funditur. O Iouem Chriſtianum & ſolum patris filium de crudelitate.* Deinde ſubiicit hodie iſthic. *Bellonæ ſacratus ſanguis de femore pro-*

Non ſuperis tātum ſed etiam inferis humana hoſtia immolabatur.

ſciſſo in palmulam exceptus ſuis datur ſignatis, item illis qui munere in arena noxiorum iugulatorum ſanguinem recentem de iugulo decurrentem exceptum auida ſiti comitiali morbo medentes hauſerint. Non ſufficiebat deos quos falſo credebant cœleſtes effuſione humani cruoris adorare niſi & inferis eamdem crudelitatis gloriam tribuiſſent, nam vt eorum Manes placarentur ante illorum aras aut ſepulcra profundebant eorum ſanguinem qui cum illis viuentibus inimicitias exercuerant vt diſcerent ab hoſte veritatis inimicitias immortales eſſe & ita in perniciem ſui ipſorum edocti quaſi in viſcera propria Baccharentur. Sed hanc religionis execrandæ ſpeciem principes in ſui conſeruationem inuerterunt. Quum enim clementia in hoſtes & humanitas in inimicos iis ſummum fructum afferret, non tantum apud eos quibus parcerent, ſed & apud ciues & ſubditos vt illi facilius dederentur & hi æquiori animo parerent: aliquando tamen neceſſarium videbatur hominis exitium & ſatiandæ iræ vel vitandæ proditionis ab hoſte reconciliato, hoc maxime proprium erat quia eſt ſine vllo odij aut inuidiæ fumo. Vt quum Auguſtus iuſſit Peruſiæ trecentos ex dedititiis electos ad aram Iulij idibus Martiis hoſtiarum more mactari auctore Tranquillo: nimirum vt crudelitas imperantis, aut neceſſitas humani imperij quadam religionis vmbra conderetur; alluſit ad hunc morem Virgil. 10. Æneid.

Placandorum Manium prætextu principes ſuæ vindictæ aut neceſſitati ſeruiebant.

Viuentes rapit inferias quos immolet vmbris
Captiuoque rogi perfundit ſanguine flammas.

Valerius, *Marium* (inquit) *occidit Sulla pertractum per ora vulgi ad ſepulcrum Lutatiæ gentis.* Prudens inter eos Damaſippus qui principum ciuitatis capita hoſtiarum capitibus permiſceri iuſſit eodem teſte. Idem & apud Gallos in more fuiſſe auctor eſt Diodorus libro. 5. χρῶνται δὲ καὶ τοῖς αἰχμαλώτοις ὡς ἱερείοις πρὸς τὰς τῶν θεῶν θυσίας. τινὲς δὲ αὐτῶν καὶ τὰ κατὰ πόλεμον ληφθέντα ζῶα μετὰ τῶν ἀνθρώπων ἀποκτείνουσιν. Spartacus quamuis ſeruus hoc ſenſit quum trecentos è captiuis Romanis immolat fingens ſe eos Crixo occiſo mactare Appiano teſte. Sicque vt ait Seneca in Troade in inferias homo eſt impenſus homini. Et quoniam mors illa non ex iure belli intelligebatur, quia Iure gentium hoſtem non licebat occidere niſi in acie (ſed captiuum ſeruare §. ſerui inſtit de iure perſo.) ſcilicet ea ratione quod hoſtis eſt quia ſtatum ſuum mutauit, nec hoſtis amplius habetur qui mortuus fingitur l. ſeruitutem de reg. iur. quum autem occidebatur in acie mors illa non pœnæ ſed gloriæ apud omnes gentes imputabatur: idcirco ſi poſt prælium cæderetur pœna erat (non gloria) qua irritati alicuius manes placarentur; & ſic hoc genus mortis maxime ignominioſum habebatur non quod ſecuri plecterentur non gladio vt falſo quidam ſibi perſuaſit hac ratione adductus quod ſontes antiquitus ſecuri ferirentur. Nam & victimæ quædam gladio cædebantur vt infra in hoc capite patebit, ſed ex eo quod non

Hoſtis captiuus qui in inferias impendebatur ignominioſe cædebatur: non quod ſecuri feriretur ſed vt quadrupes ad pœnam ducere tur.

vt milites ſed vt victimę & quadrupedes mactarentur: Liuius libro 7. decad. 1. ſic ait. *Nec in acie tantum ibi cladis acceptum quam quod 307. milites Romanos captos Tarquinienſes immolarunt qua fœditate ſupplicij aliquanto Pop. Rom. ignominia inſignior fuit.* Nec obſtat quod gladius olim honeſtior & nobilior eſſet quam ſecuris in ſupplicio ſontium: hoc enim non ad bellum ſed ad ciuiles animaduerſiones pertinet nõ ad iuſgẽtiũ ſed ciuile. quid enim intereſt naturali ratione quis ob noxam gladio pereat an ſecuri ſed cauſa tantũ ignominioſa eſt. Ariſtomenes Meſſenius Ioui Ithomitæ 300. ſpartanos inter quos Rex Thopõpus erat mactauit. Pellæ in Theſſalia homo Achæus Peleo & Chironi immolabatur. Cretenſes Iouem humana hoſtia, Leſbij Dionyſium placabant Dianæ. ταυροπόλῳ viuum etiam hominem comburebant. Erectheus Proſerpinæ, Marius Diis malorum depulſoribus filias immolauere vt refert Clemens Alex. in protreptico. Hinc idem ait ludos in honorem Deorum inſtitutos in quibus ad voluptatem ſpectantium innumeræ cædes perpetrabantur. Præterea ſi qua prodigia horrenda contigiſſent humana hoſtia procurabantur vt quum Romæ puer Haruſpicum iuſſu crematus eſt, ciniſque in mare deiectus L. Furio, Attilio Serrano Coſſ. teſte Iulio obſequente. Nec mutatum eſt hoc ius ob id quod poſtea cautũ eſt vt lege Cornelia de ſicariis tenerentur qui hominem immolaſſent ex ue eius ſanguine litaſſent auctore Paulo 5. ſent. tit. ad legem Cornel. de ſicar. nam hoc ad priuata ſacrificia pertinet. Sancti Chriſtiani qui ne quidem in iudicio capitali conſiſtunt Octauius. *Nobis homicidium nec videre fas eſt nec audire tantumque ab humano ſanguine cauemus vt nec edulium pecorum in cibis ſanguinem nouerimus*; at in falſa religione nihil ſanctius, hoſtia non eſt in ea niſi quæ vitam & ſanguinem poteſt profundere. Ideo Ateius capito apud Feſtum duas porcas quæ ſacro Cereris adhibebantur quarum vna aurea altera erat argentea non eſſe hoſtiarum numero ait licet nomen hoſtiarum habeant. Dæmoni gratior eſt anima quam aurum aut argentum, deſiderat vitam innocentem deuorare qui vitæ innocentiam perdidit, & cruorem ſitit qui in perniciem operum Dei, odio immortali coniurauit. Magi Perſarum carnes hoſtiæ membratim diſcerptæ cuique diuidunt nihil Deo relinquentes, dicentes Deum ſolam animam poſtulare. Strabo libro. 15. voluit imitari veritatem Diabolus. Nam in lege Moſaica Deus ſibi voluit offerri pecudum ſanguinem, non quod eo delectaretur ſed in eo ſpeciem animæ offerentis accipit. Iuſtinus Martyr, in reſp. ad orthod. ὡς τὴν ἑαυτῶν ψυχὴν αὐτοὺς προσφέροντας τῷ θεῷ ὁ τὸ αἷμα τῶν ἀλόγων προσενηνοχότας, μαρτυρεῖ ἡ θεία γραφὴ λέγουσα ἀντὶ τῆς ψυχῆς φησὶ τῶν προσφερόντων, τὸ αἷμα τῶν θυσιῶν προσφέρεται εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων. Deus animam poſcit ſacrificantis & in Symbolum animæ ſanguinem victimæ, ſed hoc prodeſt ad ſalutem quia ſacrificium eſt vere propitiatorium at illud contrarium operatur vt idem ibid. oſtendit. quo-

Hoſtia non eſt niſi quæ ſanguinem poteſt effundere.

Cur Deus ſibi pecudum ſanguinem fundi iuſſit.

niam autem nihil Diis poterat dari quod profanum eſſet, ſolebat *Hoſtia primum*
primum hoſtia conſecrari quadam cõceptione orationis in Deum. *precibus conce-*
Iuuenal Sat. 6. *ptis conſecraba-*
Dictataque verba. *tur: & vitta*
Protulit vt mos eſt & aperta polluit agna. *caput eius obli-*
Seneca in Thyeſte. *gabatur.*

Ipſe eſt ſacerdos, ipſe funeſta prece
Lethale carmen ore violento canit
Stat ipſe ad aras, ipſe deuotus neci
Contrectat & componit & ferro admouet.

Tum caput eius redimitum vittis. (Si ſuperis ſacrum fieret) albis dicabatur Virgil. 3. Georg.

Sepe in honore Deum medio ſtans hoſtia ad aram
Lanea dum niuea circundatur infula vitta.

Deinde mola ſalſa aſpergebatur nimirum farre toſto & ſale in qui- *Mola ſalſa aſ-*
bus eſt Symbolum vitæ humanæ vt hoc ſigno vniuerſi hominum *pergebatur ex*
generis quaſi obſignata melius vindicetur à diuinitate Virgil. *farre toſto & ſale: cur.*

Et ſalſa fruges & circum tempora vitta.

Fruges iſtę erant hordeum & ſal antiquitus vt ex iis libatis frugum abundantiam augurarentur quarum illæ erant quaſi primitiæ: tum quod primum eo alimento vſi ſint homines relictis glandibus, ideo Græce dicuntur. χριθαὶ· διότι αὐτῶν εὑρεθεισῶν διεχείθησαν τῶν ἀλόγων ζώων οἱ ἄνθρωποι· ἐλέχθει δὲ καὶ ὁ κρίβανος οἱονεὶ κριθῆς βαῦνος (inquit) Euſtathius. Igitur in memoriam vetuſti paſtus hoc inſtitutum erat ſed ſi hordeum deficeret, loco eius, quercus folia, in hoſtiam imponebantur in ſignum eiuſdem antiquiſ-
ſimi victus nimirũm glandis, quod & idem docet vbi etiam ſalis *Vel foliis quer-*
rationem adducit non tantum quod generationi aptiſſimus ſit & *cus & cur.*
victui dulciſsimus ſed etiam quod in eo ſit argumentum amicitiæ immortalis: Arnob. lib. 7. *Rebus ex his deos par eſt honorare cæleſtes quibus ipſis alimur, ſuſtentamur, & viuimus & quas nobis victum ſui*
numinis benignitate tribuere dignati ſunt. Fruges autem integras ad- *Cur integra*
hibebant non fractas aut contuſas mola quia primi homines non- *fruges adhibe-*
dum molere fruges didiſcerant idcirco οὖλαι dicebantur id eſt in- *bantur.*
tegræ: vetus Homeri interpres ex auctoritate Theophraſti. μνήμην ποιούμενοι ἀρχαίας βρώσεως· ὡς γὰρ φησὶ Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ εὑρημάτων πρὶν ἢ μάθωσιν οἱ ἄνθρωποι ἀλεῖν τὸν δημητριακὸν καρπὸν· οὔλας σίτας αὐτὰς ἤσθιον ὅθεν οὔλας αὐτὰς φησὶν ὁ ποιητής. Sacrificiis etiam vinum adhibebatur quo ſolebat aſpergi hoſtia: Iuuenalis de Ioue Tarpeio Satyr. 12.

Quippe ferox vitulus templis ſeruatus & ara,
Spargenduſque mero.

Seneca in Thyeſte.

Non thura deſunt non ſacer Bacchi liquor. *Vinum inferiũ*
Et hoc vinum inferium dicebatur quod in ſacrificando infra pate- *quid.*
ræ labrum ponebatur auctore Feſto ſed in eo fundendo verba cer-

ta concipiebantur, quæ ſic apud Arnob. Trebatius profert tum explicat. *Mactus hoc vino inferio eſto. inferio* (inquit Trebatius) *verbum ea cauſa eſt additum eaque ratione profertur ne vinum omne omnino quod in cellis atque apothecis eſt conditum ex quibus illud quod effunditur promptum eſt eſſe ſacrum incipiat & ex vſibus eripiatur humanis: addito ergo hoc verbo ſolum erit ſacrum quod infertur nec reliquum religione obligabitur.* faciunt iſti deos ſuos verborum aucupes quum tamen verus Deus verba non reſpiciat ſed mentem adorantis. Hæc apud priſcos Rom. minus ſeua videri poſſunt ſi aucto imperio admotas ſuperſtitiones cōſideremus, quo tempore in probanda victima vtrum ſponte, an coacta ad aram accederet thuris grana vnius aſsis ſeu arabicæ arboris lacrymas, duas meri guttas & ſanguinē hominis adhibebāt quibus hoſtiam examinari Tertull. in apologet. ait. *Non grana thuris vnius aſſis arabicæ arboris lacrymas, nec duas meri guttas nec ſanguinem reprobi hominis mori optantis & poſt omnia inquinamenta etiam conſcientiam ſpurcam: vt mirer quum hoſtiæ probantur penes vos à vitioſiſſimis ſacerdotibus, cur præcordia potius victimarum quam ipſorum ſacrificantium examinantur.* Sed olim vinum ſacrum ſufficiebat quo hoſtia ſanctior reddebatur, ab hoc Virgil. 6. Æneid.

Hoſtiæ probatio.

Ipſa tenens dextra pateram pulcherrima Dido.
Candentis vacchæ media inter cornua fundit.

Vbi Seruius. *non eſt ſacrificium* (inquit) *ſed hoſtiæ exploratio vtrum apta ſit.* fundere autem vinum dicebatur ſuperorum victimis ſacerdos, vergere autem inferorum.

Quatuor hic primum nigrantes terga iuuencos
Conſtituit, frontique inuergit vina ſacerdos.

6. Æneid vbi loquitur de ſacrificio Proſerpinæ. Vide progreſſum religionis ethnicæ, nam iidem ipſi ſolebant more ab antiquis Græcis accepto lotis manibus, non vino ſed aqua pura hoſtiam gratia explorationis aſpergere, poſtea votis & precibus Deo conſecrata victima imperabant miniſtris vt eam mactarent teſte Dionyſio libro 7. χερνιψάμενοί τε γὰρ αὐτοὶ καὶ ἱερεῖα καθαρῷ περιαγνίσαντες ὕδατι καὶ δήμητρος καρποὺς ἐπιῤῥάναντες αὐτῶν ταῖς κεφαλαῖς ἔπειτα κατευξάμενοι θύειν τότε τοῖς ὑπηρέταις αὐτὰ ἐκέλευον. Tamen poſtea Dæmon vini effuſionem efflagitauit in actu explorandi: ſed ante id effecerat vt in actu ſacrificij funderetur quum delibata ex extis & membris hoſtiæ in ignem aræ imponuntur farre imbuta tunc enim etiam antiquitus vinum inſtillabatur, idem ibidem μετὰ τοῦτο δείραντές τε καὶ μελίσαντες ἀπαρχὰς ἐλάμβανον ἐξ ἑκάστου σπλάγχνου, καὶ παντὸς ἄλλου μέλους, ἃς ἀλφίτοις ζέας ἀναδεύσαντες προσέφερον τοῖς θύουσιν ἐπὶ κανῶν· οἱ δὲ ἐπὶ τοὺς βωμοὺς ἐπιθέντες ὑφῆπτον καὶ προσέσπενδον οἶνον κατὰ τῶν ἀγιαζομένων. Vinum inquam non plebeium aut vulgare ſed optimum: tuncque tibicen in ipſo actu tibias inflabat Virgil. 2. Georg.

In probatione primū aqua deinde vinum adhibitum: ſed olim & poſt vinum extis infūdebātur non in actu probandi, ſed in actu ſacrificij tunc tibijs in aure ſacerdotis canebatur.

Hic

Hic tibi prævalidas olim multoque fluentes
Sufficiet Baccho vites, hic fertilis vua
Hic laticis qualem pateris libamus & auro
Inflauit quum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.

Vbi Seruius *ebur*(inquit)*tibiarum quibus in aurem ſacerdotis cani ſolebat.* Græci non tantum vino ſed etiam oleo ſpargebant viſcera teſte Ariſtophanis ſcholaſte in pace. explorabatur autem victima tum in ſe tum extra in ſe, in ſe ſi aculeatam caudã, linguam nigram, aurem fiſſam haberet, fœlix nõ habebatur vtpote imperfecta. Seruius in 6. Æneid. extra ſe, ſi quum ad aram duceretur fuiſſet vehementius & inſolentius reluctata: ea enim inuita, inuito Deo conſecrari exiſtimabatur. Macrob. 3. Satur. cap. 5. At ſi ſtetiſſet felix cenſebatur. *Quomodo hoſtia explorabatur.*

Et ductus cornu ſtabit ſacer hircus ad aram

Virgil. 2. Geor. Græci in aurem hoſtiæ aquam defundebant vt conſentiret ſuæ morti Apollonij ſcholiaſtes in 1. Argonaut. εἰώθασι τὸ ὕδωρ ἐμβάλλειν εἰς τὸ οὖς τοῦ ἱερείου διὰ τοῦ ἐπινεύειν τὸ ἱερεῖον. Sed antequam hoſtia mactaretur hoc vltimum erat proludium quum ex capite illius pili deſecti in ignem coniiciebantur, quod ibidem oſtendit Dionyſ. ſingula ex Homeri auctoritate ad ritum Romanum deducens & accommodans vt à Græcis accepta eſſe probet. hoc autem etiam ex Virg. probatur 6. Æneid.

Et ſummas carpens media inter cornua ſetas
Ignibus imponit ſacris libamina prima.

Papinius 4. Thebaid. *Prima libamina, ſeta, lana, pili.*

Iamque ardua ferro
Signati capita & frugum libamine primo
In vulnus cecidere greges.

Vbi Lactantius *deſignata* (inquit) *capita habentes; prius enim ſetæ tolluntur aut lana & aris imponitur & ita quaſi deſignatur immolationis victima.* Hunc morem fuiſſe à Græcis acceptum probatur ex Homero. ἰλιάδος Γ

Ἀρνῶν ἐκ κεφαλέων τάμνε τρίχας· αὐτὰρ ἔπειτα
Κήρυκες Τρώων καὶ Ἀχαιῶν νεῖμαν ἀρίστοις

Ibi non eſt impoſita lana igni vt apud Virgil. ſed data principibus Troianis & Grecis vt eſſent ſacrificij participes Euſtathius ibid. σύμβολον δὲ ἦν τοῦτο τοῦ εἰς κεφαλὴν τραπήσεσθαι τὰ κακὰ τοῖς ἐπιορκήσουσι in hoc ſacrificio fœderis ſignum erat mala conuerſum iri in capita eorum qui fœdus violarent; at in placando Deo aut gratiis agendis aut in adorando mos iſte non poterat exerceri; tunc enim pili aut lana pro primitiis habentur quæ profanis tribui non debent: in fœdere vero non vt primitiæ ſed vt pars victimæ dantur. Poſtremo in ſacris cœleſtium eleuato ad cœlum capite victima cædebatur Orpheus antiquiſſimus Theologus Argonaut. *Cum lana non libatur ſed diſtribuitur quid ſignificet.*

Καὶ τότε δὴ κρατὶ ... βοῶν πεζιμυκέα ταῦρον

Superorum victima eleuato capite: inferorũ prono mactatur: illa alba hæc nigra.

Σφάζον, ἀνακλίνας κεφαλὴν εἰς αἰθέρα δῖαν
Euſtathius in hunc verſum. ιλ. A.

Αὐέρυσαν μὲν πρῶτα καὶ ἔσφαξαν καὶ ἔδειραν

ἔθος (inquit) ἑλληνικὸν εἰ μὲν τοῖς ἄνω ἔθυον ἀνακλᾶν τὸν τοῦ ἱερείου τράχηλον, ὥστε ἀφορᾶν ὡς εἰς οὐρανόν: Sed ſi heroibus aut mortuis aut inferis Diis ſacrificaretur prono in terram capite mactabatur. Sophocles in Aiace maſtygophoro καὶ τοὺς μὲν ηὐχένιζε τοὺς δ' ἄνω τρέπων ἔσφαξε κἀρράχιζε. Indis nefas erat victimam iugulare ſed præcluſo ſpiritu eam necabant ne quid mãcum Deo offerretur. Strabo 15. deinde albæ erant ſuperorum, inferorum nigræ hoſtiæ. Homerus Odyſſ. k. tum. Statius 4. Thebaid. decora autem & grata Ioui erat hoſtia, bos: eſt enim princeps quadrupedum ita vt apud Homerum bouis nomine omnes quadrupedes intelligantur quarum eſt inter homines commercium vt notauit Euſtath. Iliad. B. ſed boues aratores rarius ei cædebantur: apud Athenienſes nullomodo, quod ſint agricolæ & ſocij laborum hominis, vt Ælianus ſentit: ſoli ſunt ſacri à quo vitæ humanæ principium eſſe credebatur: Euſtathius Odyſſ. M. οἱ δὲ φασὶν ἐργάτας εἶναι τοὺς βόας, οὓς καὶ ἱεροὺς ἡλίου οἱ παλαιοὶ ἐνόμιζον: διὸ καὶ Ἀθηναίοις ἀπόμαστον ἦν θύειν βόας ἐργάτας igitur Athenis nefas erat immolare boues aratores niſi expreſſo iuſſu oraculi vt apud Demoſthenẽ aduerſus Midiã immolantur ioui Dodonæo ex præcepto Apollinis. Ioui opum deo bos albus eodẽ auctore θύειν μίαν ἡμέραν διὶ κτησίῳ βοῦν λευκόν. apud Romanos ioui taurus, verres, aries, ſacrificari non poterat credo propter ſalacitatem: vt refert Macrob. ex Capitone & Labeone 3. ſat. cap. 10. ibique virgilium interpretatur qui introducit Æneam taurum Ioui immolantem contra legem ſacrorum: licet Ouidius 1. faſtorum Herculem tauro facientem intaoducat.

Mos indorum in ſacrificando.

Cur Ioui bos immolatur: nõ aratos non taurius niſi Græci ritu.

Immolat ex illis taurum tibi Iupiter vnum.

Sanè Hercules Græcus erat qui more Græco non Romano non Italico ſacrificaſſe videtur Dionyſius tamen ait iuueniam ab Hercule immolatam fuiſſe cui conſentit Liuius bouem (inquit) eximiam de grege captam immolauit. potuit ſanæ Græco ritu taurus. Ioui offerri Statius loquens de ſacro Iouis libro ij Vhebaid.

Tunc ferus ante ictum ſpumis delubra cruentat
Taurus & obſtantum mediis è cœtibus exit.

At Romanis nefas erat ſed hic ritus poſtea mutatus eſt: cœpit enim mos Gręcus aſſumi contempto Romano ita vt Ioui etiam Romanõ propria victima taurus eſſet Arnob. lib. 7. *quid adplicitum Iupiter ad Tauri habeat ſanguinem vt ei debeat immolari, non debeat Mercurio, Libero.* Iulianus ad Libanium ἐπιμείνας δὲ ἡμέραν ἐκεῖ τὴν ἀκρόπολιν εἶδον καὶ ἔθυσα τῷ διὶ βασιλικῶς ταῦρον λευκόν. Sed longè ante ipſum veteres Gręci hoc genere victimæ Iouem coluere vt Bœoti Pauſanias in Bœot. at veteres Romani conſecrarũt taurum Marti Neptuno & Apollini vt ibidem docet Macrob. &

Virgil. 3. Æneid. ſpecialiter autem Marti equus menſe Octobri bigarum victricum dexterior cuius cauda maxima celeritate defertur in regiam vt ex ea ſanguis diſtillet in focum participandæ rei diuinæ gratia auctore Feſto in voce October vbi ait equum hoſtiarum numero eſſe, nam Lacedęmonij in monte Taygeto equum ventis immolant ibidemque adolent vt eorum flatu cinis eius per fines quam latiſſime deferatur: & Sallentini apud quos Menzanæ Ioui dicatur, viuus coniicitur in ignem: & Rhodij qui quotannis quadrigas Soli conſecratas in mare iaciunt quod is tali curriculo fertur circumuehi mundum. ideo autem Romani equum conſecrant quod eo genere animalis Mars delectari putaretur. Sed cum Feſto non conuenit Plutarchus qui in quęſt. Rom. quęſt. 97. ait equū immolari Marti Idibus Decēb. at Feſtus ait id fieri Octobri: & inde hūc equū Octobrem vocari. verum vt multa alia ex ſacris ſic hoc, tempore Traiani mutatum erat & ex Octobri in Decēbrem tranſlatum. Iunoni autē Iuuenca cædebatur Iuuenal. Satyr. 6. *Equus Marti & quando.*

Tarpeium limen adora
Pronus & auratam Iunoni cæde Iuuencam.

Auratam ait quia maioribus Diis immolandarum victimarum cornua inaurabantur. Tibullus 4. *Aurata cornua victimarum.*

Paruaque cœleſtes pacauit mica, nec illis
Semper inaurato taurus cadit hoſtia cornu.

Qui mos ab antiquis Gręcis eſt.

Σοὶ δ' αὖ ἐγὼ ῥέξω ἦνιν εὐρυμέτωπον
Ἀδμήτην ἣν ὕπω ζυγὸν ἤγαγεν ἀνήρ.
Τὴν τοι ἐγὼ ῥέζω χρυσὸν κέρασιν περιχεύας.

Telluri bos forda id eſt pręgnans ita vt vna hoſtia det duas animas Ouid. 4. Faſt. eidem plena ſue ſacrificabatur. Feſtus ait quod pecudis id genus cenſeretur ſatis inimicum quia roſtro ſemen fodiendo corrumperet & idem de Cereris hoſtia dicitur eademque ratione Ouid. 1. Faſt. verum eo tempore communi ſacrificio Telluri & Cereri ſus plena mactabatur, idem ibidem. *Telluri bos forda & ſus plena.*

Placentur matres frugum Telluſque Cereſque.
Farre ſuo, grauida viſceribuſque ſuis.
Officium commune Ceres & terra tuentur
Hæc præbet cauſam frugibus, illa locum.

Iano Agonalibus aries conſecratur idem eodem, & hoc eſt quod ait Feſtus Iano Quirino agnum marem immolari. Vulcano autem menſe Iunio pro piſcatoribus Tyberinis à Prætore Vrbano trans Tyberim viui piſciculi in ignem coniiciuntur pro animis humanis auctore Feſto. Syluano porcus immolatur: Iuuenal. Sat. 6. Dianæ porcus. Horatius 3. Car. apud Græcos cum Dianæ ſacrum perageretur, mos erat templum ingredientibus faces ferre vt lumen nocturnum huic deæ proprium oſtenderent Cleomenes *Iano aries.* *Diana faces.*

Φανερὸν δὲ καὶ ἐπιδίδωσι τὰς δᾷδας τοῖς εἰς τὰ Ἀρτεμίσια εἰσιοῦσι.

Proſerpinæ vaccha ſterilis quæ non ſecuri ſed enſe cæditur Virg.

Baccho caper & cur.

6. Æneid. Æſculapio gallinā vt docet Feſtus in voce inſula. gallus nocti Ouidius 1. Faſt quia ſuo cantu diem prouocat qui nocti contrarius eſt. idem ait Priapo aſinum cędi, Fauno capram, Baccho caprum quod vitem quæ ei ſacra eſt abrodat eiuſque cornibus vinum quum immolatur, infunditur eodem auctore. Ruſtici Gręci per pagos cęſum animal excoriantes in vtrem ex pelle eius factum inſiliebant inflatum & vnctum vt eſſet lubricus. Phurnutus ἐκδέροντες αὐτὸν εἰς τὸν ἀσκὸν ἐνάλλονται κατὰ τὰς ἀττικὰς κώμας quod eleganter expreſſit Virgilius 2. Georg.

Non aliam ob cauſam Baccho caper omnibus aris
Caditur & veteres ineunt proſcenia ludi
Præmiaque ingentes pagos & compita circum
Theſeidæ poſuere atque inter pocula læti
Mollibus in pratis vnctos ſaliere per vtres.

Aſcolia vbi & quo ritu.

Sed hęc inter ruſticos in agris agebantur: at ſolenne feſtum erat Athenis qui vocabatur ἀσκώλια quo, in theatro vno pede in vtrem inſiliebant vt cadentes riſum mouerent ſpectanti populo, quod probat interpres Ariſtophanis in Pluto ex auctoritate Eubuli & Tzetzes in Heſiodum. in hoc ſacro bibebant cruorem ſacrati capri. Lactantius in hunc verſum Statij 5. Thebaid.

Nec de more cruor.

Mos vetuſtiſſimus Italorū in Bacchi ſacro.

In ſacris (inquit) *Liberi conſuetudo talis eſt vt occiſo capro omnes ſanguinem eius bibant*: Itali vero ruſtici excauatis arboribus ora effingebant eaque Baccho ex pinu ſuſpenſa cōſecrabant. Virgilius ibid.

Nec non Auſonij Troia gens miſſa coloni
Verſibus incomptis ludunt, riſuque ſoluto
Oraque corticibus ſumunt horrenda cauatis
Et te Bacche vocant per carmina læta, tibique
Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu.

Lingua hoſtiæ Mercurio in ignem libabatur & cur.

Id quidem fiebat in honorem Bacchi ſed in memoriam erigones quam Deus ipſe adamauerat vt ſimilitudine ſuæ mortis tamquam imagine ſui placaretur vt docte ait Lactantius in librum 11. Theb. apud Gręcos ex hoſtia immolata lingua abſcindebatur & libabatur Mercurio orationis Deo cuius inſtrumentum eſt lingua, & ſic conſecrata hęc pars dabatur Pręconi. Pręconum enim Deus eſt Mercurius. Ariſtoph. in Pluto.

Η γλῶττα τῷ κήρυκι ταύτῃ τέμνεται.

Vbi ſcholiaſtes ait ex Athenæo γλῶσσαι τεμνόνται τῷ Ἑρμῇ διὰ τὸ τῆς ἑρμηνείας καὶ ὅτι ἐσπενδον οἱ παλαιοί, ἀπὸ τῶν δείπνων ἀναλύοντες, ἱστορεῖ καὶ ὅτι τὰς τοιαύτας σπονδὰς ἐποιοῦντο τῷ ἑρμῇ καὶ οὐχ ὡς οἱ ὕστερον διὶ τελείῳ. Vnde patet Ioui perfecto fuiſſe poſtea linguas libatas. negotia enim humana, oratione perficiuntur: Sed hæc ex mente & ratione eſt cuius Iupiter Deus eſt. linguæ hæ ſacræ non edebantur quum Mercurio ſanctificatæ eſſent ſed in ignem iniiciebantur, & inter cremandum vini libamine aſpergebantur Homerus odyſſ. Γ.

Ioui perfecto cur lingua libatur.

γλώσσας δ' ἐν πυρὶ βάλλον, ἀνιστάμενοι δ' ἐπέλειβον.

Hoc fiebat perfecto ſacrificio antequam in ſomnum declinarent, volunt enim Mercurium ſomno præeſſe quia inferis etiam dominatur,& in ſuperis partes etiam ſuas agit:Ideo mixtum eſt illius imperium. Somnus autem ex vita & morte quid mixtum videtur.ratio autem qua , peracta adoratione linguas ſacrarent, ea eſt quod eo modo ſe purgarent à maledicentia & verbis infauſti augurij: tum vt bona nuntia acciperent quibus proferendis lingua miniſtrat, quod ſic aſſerit Euſtath. μέλλοντες κοιμηθῆναι μετὰ τὰ θυσίας οἱ παλαιοὶ ἔθυον τὰς τῶν ἱερείων γλώσσας κατ' ἔθος ἰώνων ἢ Ἀττικῶν βάλλοντες ἐν πυρὶ: ἀπένεμον δὲ αὐτὰς ὁσιοῦντες θεοῖς : τὴν δυσφημιῶν καθαίροντες ἑαυτοὺς tum paulo poſt καὶ ἵνα φήμας ἀκούωσιν ἀγαθὰς αἷς λαλουμέναις ἡ γλῶσσα καθυπουργεῖ tum paulo poſt ſubiicit δοκεῖ ἑρμῆς ὕπνου προστάτης εἶναι ὅτι δὲ καὶ ἐκαίοντο αἱ γλῶσσαι μετὰ σπονδῆς. Aliter Scholiaſtes Apollonij in 1. Argonaut. Ἑρμῆς λόγος εἶναι παραδέδοται : ὄργανον δὲ αὐτοῦ ἡ γλῶσσα ἥτις ὕπνου ἐπιπεσόντος ἠρεμεῖ. Mercurius eſt ſermo cuius organum eſt lingua quæ ſomno incidente quieſcit. quæ ratio eſt naturalis altera vero myſtica. Hecate autem in Triuiis colebatur cœna quam diuites in iis componebant vt ea pauperes & mendici ſatiarentur dicentes Hecaten has epulas deuoraſſe, quod fingebatur cauſa religionis infernæ : nefas enim erat, edere ea quæ inferis conſecrata erant. Id autem fiebat ſingulis menſibus quia Hecate ſeu Luna præeſt menſibus quæ & cœlis certo tempore regnat & inferis, ideo facilius ea cœna hominum eſui ſeruire poterat cum ſacra eſſet non prorſus infernæ poteſtati : de hac Ariſtophanes.

Τοὺς μὲν ἔχοντας καὶ πλουτοῦντας δεῖπνον κατὰ μῆνα προσπέμπειν. *Hecates cœna quando & quibus debetur.*

Id ſingulis nouiluniis celebrabatur quod ibidem ſcholiaſtes docet & ſub veſperam eodem teſte quia tunc incipit Luna dominari, Plura alia hic adduci poſſunt quæ ſi rara fuerint in aliis locis referentur:ſufficiet ad maiora properanti attigiſſe quorumdam deorum proprias hoſtias ritusque ſacrorum, quorum tamen cauſæ ſibi aduerſantur. Nam victimam cædunt modo quod ſit Deo contraria vt ſus cereri & caper Baccho , modo quod grata & amica vt equus Marti. &c. An quod duplex ſit ratio ſacrificij nimirum in agendo gratias , aut placando Deo, ad hæc Cæcilius apud Minutium. *Iam deprehendes initiaſſe ritus omnium religionum vel vt remuneraretur diuina indulgentia , vel vt auerteretur imminens ira, aut vt iam tumens & ſæuiens placaretur.* Gratiarum actio omnia grata & amica debet continere : At placari facilius poteſt ira Dei ab eo qui ingrata & infenſa illi,de medio tollit:iiſdem enim ira extingui debet quibus exarſit nimirum contrariis numini. Et nihilominus ita cæca fuit antiquitas in adoratione vt certa ratione non vterentur nec cauſas has ſemper obſeruare potuerint,quum modo ex oraculis,ſæpe ex haruſpicum reſponſis alios atque alios ritus exercerent: vnde patet ſacra non eſſe iuriſgentium ſed ciuitatis quum & mu- *Cæcitas veterum in cauſis ſacrorum.*

tentur facilime & diuerſi ſint eorum ritus inter gentes. Hoc autem caput ex commentariis Pontificum deſumptum eſt in quibus officia ſacerdotum continentur.

AXIOMATA.

HOSTIARVM quædam ſunt conſultatoriç, quædam animales: prima tamen ſacrificia incruenta fuere eaque pura. deinde animata, poſtremo humano ſanguine inquinata, eaque ſolemnia: ſed apud Romanos loco viuorum hominum ſimulacra data ſunt: quia in iis quæ impoſſibilia habentur, ficta pro veris accipiuntur: Diis Manibus etiam humana victima conſecrabatur: qua ſuperſtitione vſi ſunt principes in ſui vtilitatem aut vindictam fingentes ſe placandis Manibus victos hoſtes immolare vt odij & inuidiæ fumum euitarent.

NON erat hoſtia niſi quæ aram poſſet cruentare, quam ſub lege Moſaica Iudæi in ſpeciem animæ ſuç offerebant, extrinſecus oſtendentes hoc ſigno ſe animam Deo offerre vt ſeruaretur: pagani ſanguinem immolabant non eodem fine, ſed effectu contrario: contrariæ enim ſunt cauſæ gentilium ſacrificiorum quum in adorando, tum in agendo gratias & in placanda ira: ſed ira debuit placari, & gratiarum actio celebrari vel adoratio contrariis hoſtiis quia cauſæ ſint contrariæ quibus hæc fiunt: ſed in cæcitate nulla lux eſt.

CONSECRABATVR hoſtia primo conceptis in eam precibus, quibus vouebatur: deinde redimiculo capitis ornabatur, albo ſi ſuperis, nigro

ſi inferis offerretur: cum mola ſalſa id eſt ſale & hordeo in Symbolum primi hominum paſtus, ideo in defectum eorum aliquando folia quercus imponebantur, quia primi mortales ex arborum fructu vixere, ſed priſci integras fruges adhibebant vt oſtenderent antequam molere didiciſſet homo Deum ſacrificiis ſui victus adoraſſe.

Explorabatvr hoſtia primum aqua, deinde vino, poſtea thure & ſanguine hominis reprobi mori optantis: inter hæc ſi vehementius reluctaretur improbabatur: quæ exploratio fit extrinſecus, at intrinſeca erat ex notis autvitiis quæ ipſius corpori innata erant. Immolabatur autem ſuperis eleuato ad cœlum capite: Inferis prono. ſuperorum hoſtia alba erat inferorum nigra, poſt mactationem vinum viſceribus infundebatur, & tibia in aurem ſacerdotis canebatur tum ex ea prima libamina Diis offerebantur ſetę, pili, lana quæ igni ſacro tradebantur: niſi in fœdere, tunc enim in deteſtationem eius qui fidem violauerit vt pars victimæ dantur fœderatis non vt primitiæ.

Athenis nefas erat bouem aratorem immolare quia eſt ſocius & particeps laborum hominis, niſi iuſſu oraculi. Taurus apud Græcos Ioui potuit immolari, apud Romanos olim non potuit, poſtea ſecus. Marti, Neptuno, Apollini, potuit, ſpecialiter tamen equus Marti, primum Octobri, deinde Nouembri: Cereri ſus telluri, & bos prægnans, Proſerpinæ ſterilis, Iano aries, vulcano viui piſciculi cremantur. Syluano & Dianæ porcus: gallina Aeſculapio; gallus nocti: Priapo aſinus, Baccho, caper. Hecate cœna in Triuiis per

ſingula nouilunia qua pauperes veſcebantur ſub nomine deæ ne viderentur iis vti quæ Diis inferis offeruntur.

LINGVÆ hoſtiarum Mercurio conſecrabantur (vt ſe purgarent à maledicentia & verbis infauſti augurij quæ cauſa myſtica eſt) & igni dabantur in quas vinum libabatur, paulo ante ſomnum peracto ſacrificio: quia Mercurius & orationis Deus eſt cuius lingua eſt organum quæ ſomno incidente quieſcit (& hæc cauſa naturalis eſt) & ſomni; quia ſomnus viuorum eſt, & germanus mortis: Mercurius autẽ pro parte & viuis & mortuis imperat: poſtea linguæ Ioui perfecto libatæ ſunt quia eſt mentis præſes ex qua vera eſt oratio qua pleraque inter homines perficiuntur.

DIVISQVE ALIIS ALII SAcerdotes: omnibus Pontifices: ſingulis flamines ſunto.

CAP. VII.

DVOBVS capitibus ſupra proxime expoſitis duæ partes abſolutæ ſunt quas agere debent ſacerdotes, nunc de differentia ipſorum tractatur. Sacerdotium definitur ab Ariſtotele. 7. polit. ἡ περὶ τὸ θεῖον ἐπιμέλεια. Ergo ſacerdos eſt curator rerum diuinarum, publica auctoritate ad hunc finem perpetuo conſtitutus. Ideo eligi debet non temere neque ex plebe ſed ex ciuibus honeſtis ætate iam in occaſum vergente, poſt labores in Remp. exhauſtos vt dignus honor Dei maieſtati & præmium quiete veneranda, virtuti tribuatur. Ariſt. 7. polit. cap. 9. Nam in ſacerdotio duo conſiderantur, & honor perſonæ cui non parum tribui de-

Definitio ſacerdotij.

bet & maieſtas Dei cuius ſacris ſacerdotem vacare oportet l. 32. §. ſacerdotio ff. de recept. & qui arbit. idcirco impij fuere qui ſacerdotia plus licitantibus aut eorum conſtitutionem temerario ſortis arbitrio commiſere quod factum fuiſſe teſtatur Dionyſ. Hal. lib. 2. Romulus autē lege ſanxit vt è ſingulis Curiis legerentur bini quæ electio ab iiſdem Curiis & ab Auguribus comprobaretur. ij autem ſupra annum quinquageſimum virtute ac genere excellentes & idonei cenſus conſtituebantur, quod alij etiam obſeruarunt Syneſius de inſomniis ἔνιαι μέντοι τὴν ἐπὶ ταῖς προσηγόρσι τελετὴν τοὺς ἱεροφάντας ὥσπερ Ἀθηναῖοι τοὺς τριηράρχους ἀπὸ τῶν μεγίστων τιμημάτων αἱροῦνται καὶ δεῖ δαπάνης συχνῆς καὶ τύχης οὐχ ἥκιστα συγκομίσαι. Ideo ditiſſimi eligebantur vt ſumptibus in ſacra faciendis facultates eorum poſſint ſufficere: & creabantur non ad certum tempus ſed in perpetuum: immunes à militia & à ciuilibus negotiis quod priuilegium fere apud omnes gentes iis datum eſt. Ægyptiis & Babyloniis idem eſt conceſſum Diodorus libro 1. Eadem lege Romuli, liberi in ſacerdotio debent patri miniſtrare maſculi donec pubeſcant, puellæ dum puræ eſſent à nuptiis. Quod ſi carerent liberis liceret eis optare ex quaque tribu puerum puellamque elegantiſſimos, vt refert Dionyſ. 2. hoc autem genus honoris publici tantę eſt inter populos auctoritatis vt etiam princeps eos ſibi æquales faciat quod iam oſtendimus. Conſtantinus merito ſacerdotes Chriſtianos ita coluit vt ſua conſtitutione ſint ſenatores ſacri & intimi conſeſſus principis, & tamquam vnus ex eorum numero in eorum cœtu præſideat. Themiſtius oratione 13. οὓς δὲ ἐξείλετο ζακόρους τε καὶ ἱερέας τούτους ἤδη ἐπὶ μέγα κυδαίνει καὶ ὁμοψήφους εἶναι ἑαυτῷ ἀξιοῖ καὶ μόνον ἄρα τοῦ χοροῦ τοῦ ὑμετέρου αὐτὸς ὁ χορηγὸς πρωτοστάτης ἐστὶ καὶ κορυφαῖος, καὶ ἵδρυται θρόνος ἱερεὺς ἐν τῷ πατρῴῳ βουλευτηρίῳ ἐν ᾧ συγκαθίζων, τί οὐκ ἀνδρεῖται καὶ προσηγορεῖ τοῦ συλλόγου. Abſit inuidia verbis quum res ipſa ſupra omnem inuidiam ſit, nonne Chriſtianiſſimi reges idem ſtatuere? Auguſta eſt perſona principis ex ſe, ſed eo ſanctior & auguſtior eſt quo propenſior in Dei cultum & cultores. Quod ſi ſe princeps in ordines ſacros conſtituat, tum hominis dignitas quadam ſpecie diuinitatis roboratur. Vnde Romulus prudentiſſimus fuit qui ſe conſcripſit inter ſacerdotes arua-les quod Gellius probat ex Sabini ſententia libro 6. cap. 7. vt ſi homo hominem tamquam ſibi parem violare non dubitet ſaltem præſumpta opinione diuinitatis à parricidio principis abſtineat. Hæc autem lex diuidit ab initio ſacerdotes non numero ſed munere quod varium eſt & multiplex. Origo huius diuerſitatis eſt ex Græcia in qua deorum varietas varios ritus ſacrorum & varia ſacerdotum genera induxit & ab iis quod viderentur magis religioſi ad Romulum fluxit hæc opinio in ſacrorum inſtitutione, nam ſingulis Curiis, ſingula ſacra partitus eſt, aſſignatis in ſingulas Curias Diis & dæmonibus quos perpetuo colerent.

Qualis debet eſſe ſacerdos.

Sacerdotes ſenatores intimi conſeſſus principis.

Regis maieſtas ſanctior accepto quodam ordine ſacro.

Diuiſio ſacerdotum & vnde

Dyonyſius libro 2. quos Feſtus ait Curiarum flamines dictos eſſe, ſed generali nomine: nam qui ſpecialiter flamines dicuntur, habent propria nomina deorum quibus ſeruiunt. Igitur quia ſinguli Dij ſingulis Curiis attributi ſunt, ideo merito ſtatuit vt aliis Diuis alij ſint ſacerdotes. Sed quia ex his pugnantibus religionum elementis nullum corpus ſolidum coaleſcere poterat, in quo ſtatus rerum ſacrarum huc illuc fluctuans poſſet conſiſtere, Numa ſummum Pontificatum inſtituit, quo tamquam vinculo varia ſacerdotum officia colligarentur. Ergo prima pars à Romulo eſt: altera à Numa, vt omnibus Diis Pontifices conſtituantur non ſingulis: atqui magiſtratus ſingulis prouinciis aut vrbibus præſunt: Sed Pontifex in religione princeps eſt qui omnibus magiſtratibus imperat vt Pontifex ſacerdotibus. Quamuis autem ſacerdotes reliqui non ſint magiſtratus, Pontifex tamen & ſacerdos eſt & magiſtratus qui quandam habet cum principe analogiam, ideo aliis non eſt ſimilis. Nam iudicat de omnibus cauſis ad ſacra pertinentibus tam inter magiſtratus penes quos ſunt quædam cærimoniæ & ſacrificia, quam inter priuatos: eoſdem ſacerdotes & magiſtratus examinat: conſulitur à profano & imperito vulgo, de ſacris tam publicis quam priuatis: ſua decreta defendit pœnali iudicio pro magnitudine delicti eodem auctore ibid. Feſtus. *Maximus* (inquit) *Pontifex dicitur quod maximus rerum quæ ad ſacra & religiones pertinent iudex ſit, vindexque contumaciæ priuatorum magiſtratuumque.* Tullius de haruſp. reſp. *Ita eſt enim interpretatio illa Pontificum vt iidem poteſtatem habeant iudicum.* Ita vt Pontifex maximus eamdem in religione poteſtatem haberet, quam ſenatus in lege, vt aſſerit Tullius 4. ad Atticum. Quinetiam conſulem ipſum ſi de religione ageretur mulctare poſſet, vnde Valerius. *Metellus* (inquit) *Pontifex Maximus Poſthumium conſulem, eumdemque flaminem Martialem ad bellum gerendum Africam petentem ne à ſacris diſcederet, mulcta indicta vrbem egredi paſſus non eſt.* Huius officium Liuius 1. ita paucis complectitur, *quibus hoſtiis, quibus diebus, ad quæ templa ſacra fierent, atque vnde in eos ſumptus pecunia erogaretur, cætera quoque omnia publica, priuataque ſacra Pontificis ſcitu ſubiecit, vt eſſet, quo conſultum plebs veniret, ne quid diuini iuris negligendo patrios ritus peregrinoſque aſciſciendo turbaretur. nec cœleſtes modo cærimonias ſed iuſta quoque funebria placandoſque Manes vt idem Pontifex edoceret: quæque prodigia fulminibus aliove quo viſo miſſa ſuſciperentur atque curarentur.* Quod & Plutar. in Numa confirmat. Denique nulla eſt poteſtas quæ propius ad regiam accedat: nam vt Dionyſius ibid. aſſerit leges arbitratu ſuo de ſacris condere poteſt, ſi leges ſcriptæ deficiant, non promouetur ad ſacerdotium niſi auguratus, neque vlli magiſtratui, neque populo, neque ſenatui rationem ſuæ adminiſtrationis reddere tenetur. Numa voluit eum creari ex Patribus auctore Liuio, ne tam ſanctum munus Plebeis ſordibus pollueretur: Sed tamen poſtea obtinuit M. Valerio & Q. Apuleio Coſſ. vt etiam de plebe Pontifices alij

Prima Pontificis inſtitutio & ratio eius & à quo.

Differentia inter Pōtificem & alios magiſtratus.

Pontifex prope ad regiam poteſtatem accedit & eſt ſacerdos & magiſtratus.

Pontifex ex patribus creatur.

crearentur vt idem tradit lib. 10. de ſacerdotibus & Pontificibus actum eſt: poſtrema pars eſt de flaminibus. Sacerdotis vox generalis eſt. continet enim Aruales, Salios, curiones ſeu curiarum ſacris præpoſitos: At flamines ſunt quidem ſacerdotes ſed ſpeciali munere & ornatu inſigniti & Diis ſingulis attributi, ideoq; ab aliis recte diſtinguntur. Notandum eſt Pontificem apicem & pileum geſtaſſe qui habitus eſt flaminis auctore Plutar. quæſt. Rom. quæſt. 40. Sed diſtinguitur ab aliis flaminibus & honore & poteſtate. Dij autem illi quibus ſeruiunt flamines ſinguli non certæ Curiæ ſunt aſſignati, ſed omnibus: in quo differunt à Curionibus. in capite pileum habent quod quum per æſtus ferre nō poſſint filo tantum capita religare cœperunt: non nudis penitus capitibus incedere nefas erat, vnde à filo quo vtebātur flamines quaſi filamines dicti ſunt auctore Varrone. Origo flaminū eſt à Numa teſtibus Liuio & Dionyſ. inter eos alij ſunt patricij, qui maiores, alij plebeij, qui minores dicūtur vt Feſtus ait. Erāt autē omnes quindecim inter quos maximę dignationis eſt flamen Dialis. & quū cęteri diſcrimina ſuę maieſtatis habeāt minimi habetur Pomonalis (inquit idē) quòd Pomonā leuiſſimo fructui agrorum pręſidet videlicet Pomis. Erat & inter ſacerdotes rex ſacrificulus qui ſtatim poſt reges exactos inſtitutus eſt auctore Bruto hac contemplatione quod quum imperij Rom. principia in regiam poteſtatem fundata ſint, eaque auſpiciis comprobata, Deum non tantum regiæ dignitatis ſed etiam nominis auctorem habuerunt: ideoque quum regium imperium tunc in Coſſ. collatum in duobus deficeret, nomine & tempore, quia Conſules nec reges vocabantur, nec erant perpetui, viſum eſt ſoluendæ religionis gratia qua erga deos obſtricti erant, ratione regiæ Maieſtatis ab initio conceptæ, & regium nomen & perpetuum regis honorem in vno ſacerdote condere, quod docte refert Dionyſ. lib. 4. ἵνα δὲ καὶ τοὔνομα τῆς βασιλικῆς ἐξουσίας πάτριον ὑπάρχον ἡμῖν καὶ σὺν οἰωνοῖς, αἰσίοις θεῶν ἐπικυρωσάντων παρεληλυθὸς εἰς τὴν πόλιν αὐτῆς ἕνεκα τῆς ὁσίας φυλάττηται ἱερῶν· ἀποδεικνύσθω τις ἀεὶ βασιλεὺς ὁ τὴν τιμὴν ταύτην ἕξων διὰ βίου, πάσης ἀπολυόμενος πολεμικῆς ἀσχολίας τοῦτο μόνον ἔχων ἔργον, ὥσπερ ὁ βασιλεὺς τῶν θυηπολιῶν, ἄλλο δὲ οὐδέν. Itaque in eius perſona manſit reuerentia regij nominis & quędam vis, non in humanis negotiis ſed diuinis tantum: quia hęc dignitas gratia ſolius religionis inſtituta eſt, vnde ea ſacra ei data ſunt, quæ ſoli regi fas erat peragere Liuius lib. 2. *Et quia quædam publica ſacra per ipſos reges erant factitata, nec ibi regum deſiderium eſſet regem ſacrificulum creant. id ſacerdotium Pontifici ſubiecere ne additus nomini honos, aliquid libertati cuius tunc prima erat cura, officeret.* Inter hęc ſacra regia quędam erant quæ die interciſo fiebāt id eſt partim nefaſto partim Faſto: idcirco nō placet Feſto, nota ſcripta in Faſtis qua regifugiū deſignatur quæ hac litera fit. N. qua ex omni parte Nefaſtus ſignificatur. Nam ſimulatque

Pontifex cū habitu flaminis.

Differentia ſacerdotis Curionis & flaminis.

Vnde vox flaminum.

Quot erant flamines & quæ eorum dignitas.

Rex ſacrificulus quis & ad quid & quando creatus.

Conſulum à regibus differentia.

Sacrorum regis ſumma dignitas, poteſtas nulla: Pontificis poteſtas ſumma dignitas minor & cur. Dialis poteſtas nulla dignitas magna.

Rex in comitio ſacrificium peregiſſet, fuga ſe inde repente proripiebat ne adminiſtrationi Reip. ſe interpoſuiſſe videretur. Plutar. ἔστι γοῦν τις ἐν ἀγορᾷ θυσία πρὸς τῷ λεγομένῳ Κομιτίῳ, πάτριος ἣν θύσας ὁ βασιλεὺς κατὰ τάχος ἄπεισι φεύγων ἐξ ἀγορᾶς. Quod ſi rex non poſſet ire in Comitium. Pontifex eius vice fungebatur in his ſacrificiis auctore. Feſto. Itaque quum nefas eſſet hunc regem cum populo agere, & quidpiam ex Reip. negotiis tractare, nullum prorſus habebat imperium. Plutarch. queſt. Rom. queſt. 63. (idem & de Diali dicitur nefas illi eſſe magiſtratum ambire aut gerere, quia regi æqualem fere habet dignitatem nimirum poſt regem ſacrorum cæteris ſacerdotibus præſidẽs, idem quæſt vltima) nihilominus omnes dignitate antecellebat atque ipſum etiam Pontificem ſummum. Feſtus ait maximum ordine inter ſacerdotes eſſe regem ſacrorum: dein, Dialem, poſt hunc Martialem, quarto loco Quirinalem, quinto Pontificem Maximum: *Itaque ſupra omnes accubat rex ſacrificulus Dialis ſupra Martialem & Quirinalem, Martialis ſupra proximum: omnes ſupra Pontificem: Rex quia potentiſſimus: Dialis quia vniuerſi mundi ſacerdos qui appellatur Dium: Martialis quod Mars conditor vrbis parens: Quirinalis ſocio imperij Rom. Curibus aſcito Quirino: Pontifex Maximus quod iudex atque arbiter habetur rerum diuinarum humanarumque.* Hic Romana ſolertia poteſt animaduerti, nam quum Pontificem fere æqualem regi fecerint imperio, tantum pondus poteſtatis delibata & deminuta dignitate eſt eleuatum, & eadem vi proportionis quaſi in libramentum ſublatæ, regiæ Maieſtatis honoris vani, ſummus gradus cum gloria nominis regi ſacrificulo datus eſt.

AXIOMATA.

SACERDOS eligi debet ſenex, nobiliſſimæ familiæ & ditiſſimus vt Dei Maieſtas melius colatur à perſona illuſtri & ſumptibus ſacrorum ferendis idonea ſit: immunis ab omni onere & in perpetuum.

LEGE Conſtantini magni, ſacerdotes ſeu Epiſcopi (vt & regis Chriſtianiſſimi) ſunt Senatores ſacri & intimi conſeſſus principis, inter quos vt vnus ſacerdotum præſidet. Sancta eſt enim per ſe perſona principis, ſed ſanctior ſi ſacerdotij dignitate muniatur.

Singvlis ſacerdotibus ſua munera adſcripta ſunt: Curiarum flamines curant ſacra Curiarum. Nam ſingulis Curiis ſinguli Dij dæmoneſque attributi ſunt à Romulo: poſtea Numa Pontificatum inſtituit vt diuerſa ſacrorum & ſacerdotum multitudo quaſi in vnum caput coaleſceret.

Pontifex maximus ſacerdos eſt & magiſtratus, quia ſacrorum tam priuatorum quam publicorum, tam cœleſtium quam inferorum ſummus eſt diſpenſator & arbiter: & penes eum ſumma eſt iuriſdictio quæ propius ad regiá poteſtatem accedit: quia legem in ſacris vbi ſcripta deficit condere poteſt, nec rationem ſuæ adminiſtrationis reddit, & ſummos etiam magiſtratus mulctat.

Praeter Curiarum flamines, alij ſunt qui aliis & ſingulis quique ab omnibus Curiis coli debent, ſinguli attributi ſunt. omnes autem flamines dicti quod filo capita religarent: quia nudis capitibus ſub Dio verſari nefas erat ſicut & Pontifici qui etiam apicem habebat: ideo Pontifex à flaminibus non inſigni capitis ſed honore & poteſtate diſtinguitur.

Flaminvm alij ſunt maiores & ſunt patricij: alij minores & ſunt plebeij: inter omnes maximus eſt Dialis: minimus Pomonalis: ſupra omnes erat rex ſacrorum inſtitutus exactis regibus vt regium nomen non tolleretur: quod deorum voluntate principia imperij in regiam Maieſtatem fundata eſſent: ideóque poteſtas hæc in conſulibus remanſit, non tamen perpetua nec in vno, at in rege ſacrorum, nomen

Sacrorum regis ſumma dignitas, poteſtas nulla: Pontificis poteſtas ſumma dignitas minor & cur. Dialis poteſtas nulla dignitas magna.

Rex in comitio ſacrificium peregiſſet, fuga ſe inde repente proripiebat ne administrationi Reip. ſe interpoſuiſſe videretur. Plutar. ἔστι γοῦν τις ἐν ἀγορᾷ θυσία πρὸς τῷ λεγομένῳ Κομιτίῳ, πάτριος ἣν θύσας ὁ βασιλεὺς κατὰ τάχος ἄπεισι φεύγων ἐξ ἀγορᾶς. Quod ſi rex non poſſet ire in Comitium. Pontifex eius vice fungebatur in his ſacrificiis auctore. Feſto. Itaque quum nefas eſſet hunc regem cum populo agere, & quidpiam ex Reip. negotiis tractare, nullum prorſus habebat imperium. Plutarch. queſt. Rom. queſt. 63. (idem & de Diali dicitur nefas illi eſſe magiſtratum ambire aut gerere, quia regi æqualem fere habet dignitatem nimirum poſt regem ſacrorum cæteris ſacerdotibus præſidés, idem quæſt vltima) nihilominus omnes dignitate antecellebat atque ipſum etiam Pontificem ſummum. Feſtus ait maximum ordine inter ſacerdotes eſſe regem ſacrorum: dein, Dialem, poſt hunc Martialem, quarto loco Quirinalem, quinto Pontificem Maximum: *Itaque ſupra omnes accubat rex ſacrificulus Dialis ſupra Martialem & Quirinalem, Martialis ſupra proximum: omnes ſupra Pontificem: Rex quia potentiſſimus: Dialis quia vniuerſi mundi ſacerdos qui appellatur Dium: Martialis quod Mars conditor vrbis parens: Quirinalis ſocio imperij Rom. Curibus aſcito Quirino: Pontifex Maximus quod iudex atque arbiter habetur rerum diuinarum humanarumque.* Hic Romana ſolertia poteſt animaduerti, nam quum Pontificem fere æqualem regi fecerint imperio, tantum pondus poteſtatis delibata & deminuta dignitate eſt eleuatum, & eadem vi proportionis quaſi in libramentum ſublatæ, regiæ Maieſtatis honoris vani, ſummus gradus cum gloria nominis regi ſacrificulo datus eſt.

AXIOMATA.

SACERDOS eligi debet ſenex, nobiliſſimæ familiæ & ditiſſimus vt Dei Maieſtas melius colatur à perſona illuſtri & ſumptibus ſacrorum ferendis idonea ſit: immunis ab omni onere & in perpetuum.

LEGE Conſtantini magni, ſacerdotes ſeu Epiſcopi (vt & regis Chriſtianiſſimi) ſunt Senatores ſacri & intimi conſeſſus principis, inter quos vt vnus ſacerdotum præſidet. Sancta eſt enim per ſe perſona principis, ſed ſanctior ſi ſacerdotij dignitate muniatur.

Singvlis ſacerdotibus ſua munera adſcripta ſunt: Curiarum flamines curant ſacra Curiarum. Nam ſingulis Curiis ſinguli Dij dæmoneſque attributi ſunt à Romulo: poſtea Numa Pontificatum inſtituit vt diuerſa ſacrorum & ſacerdotum multitudo quaſi in vnum caput coaleſceret.

Pontifex maximus ſacerdos eſt & magiſtratus, quia ſacrorum tam priuatorum quam publicorum, tam cœleſtium quam inferorum ſummus eſt diſpenſator & arbiter: & penes eum ſumma eſt iuriſdictio quæ propius ad regiā poteſtatem accedit: quia legem in ſacris vbi ſcripta deficit condere poteſt, nec rationem ſuæ adminiſtrationis reddit, & ſummos etiam magiſtratus mulctat.

Praeter Curiarum flamines, alij ſunt qui aliis & ſingulis quique ab omnibus Curiis coli debent, ſinguli attributi ſunt. omnes autem flamines dicti quod filo capita religarent: quia nudis capitibus ſub Dio verſari nefas erat ſicut & Pontifici qui etiam apicem habebat: ideo Pontifex à flaminibus non inſigni capitis ſed honore & poteſtate diſtinguitur.

Flaminvm alij ſunt maiores & ſunt patricij: alij minores & ſunt plebeij: inter omnes maximus eſt Dialis: minimus Pomonalis: ſupra omnes erat rex ſacrorum inſtitutus exactis regibus vt regium nomen non tolleretur: quod deorum voluntate principia imperij in regiam Maieſtatem fundata eſſent: ideóque poteſtas hæc in conſulibus remanſit, non tamen perpetua nec in vno, at in rege ſacrorum, nomen

eſt & perpetuum & in vno vt ſacra tantum perageret quæ ſoli regi ante fas erat celebrare.

INTER ſacerdotes, alij dignitate & honore, alij poteſtate præcellunt: Pontifex poteſtate primus eſt, non honore, Rex ſacrorum honore non poteſtate: quia nec magiſtratum gerere poteſt, nec quicquam publicum adminiſtrare ſicut nec Dialis qui poſt eum primas, habet dignitatis: vt in Pontifice tantum pondus imperij delibata dignitate eleuaretur: in rege & Diali priuatio poteſtatis honoris titulo penſaretur.

VIRGINES VESTALES IN VRBE cuſtodiunto ignem foci publici ſempiternum: quoque & priuatim & publice modo, Rituque fiat. Diſcunto ignari à publicis ſacerdotibus.

CAP. VIII.

Sacerdotes tam mulieres quam viri.

DIONYSIVS libro 2. auctor eſt apud Romanos (ſicut & apud alias gentes) non tantum viros, ſed etiam fœminas ad gradum ſacerdotij euehi. conuenit enim Deum ab vtroque ſexu maxime coli, quem ad eumdem finem procreauit. Itaque quum prius actum ſit de virorum, nunc de fœminarum ſacerdotio tractandum: erant quædam virgines ſacræ conductitiæ quæ Saliæ vocabantur, quod ad Salios adhiberentur cum apicibus paludatæ quas Ælius ſtilo ſcripſit ſacrificium facere in regia cum Pontifice paludatas in modum Saliorum (inquit Feſtus) earum princeps Armata dicebatur. *Virgo ſacrificans* (inquit ille) *cui Lacinia in humerum erat reiecta.* Sed hic de veſtalibus tantum tractatur, quarum inſtitutio refertur ad Numam, vt plerique aſſerunt Liuius de Numa loquens: *Virgines* (inquit) *veſtæ legit Alba oriundum ſacerdotium & genti conditoris haud alienum: his ut aſſiduæ templi antiſtites eſſent ſtipendium de publico ſtatuit, virginitate, aliiſque cærimoniis venerabiles fecit.* Hinc patet ante Numam veſtæ ſacer-

Saliarū princeps armata.

Veſtaliū origo ex Troianis ſeu Phrygibus: Romæ tamē à Romulo non accepta cur ſed à Numa.

dotes fuiſſe non Romæ ſed Albæ. Romulus noluit veſtæ virgines ſacrare, memor materni dedecoris, quoniam deflorata mater inter ſacros veſtæ ignes legem deæ violauerat. Itaque quam potuiſſet Romulus legem ferre aduerſus virginem quæ inceſtuoſo ſtupro, veſtæ ſacrarium poluiſſet quum domeſtici probri vindex non fuiſſet. Alba autem veſtæ ſacra ab Ænea accepit Virgil. 2. Æneid.

Sic ait & manibus vittas veſtamque potentem
Æternumque adytis effert penetralibus ignem.

Veſta autem ſignificat ignem qui ſemper apud antiquos fuit in maximo honore. In templo Iouis Olympici nocte dieque ignis aſſeruabatur teſte Pauſania in Eliacis. idem ait, in Arcad. in fano Cereris & Proſerpinæ piaculum fuiſſe ignem extingui: Ægyptij ſacrum ignem ſeruabant teſte Diodoro. Perſæ vt Deum colebant Procop. libro. 2. belli Perſici, eique alimenta ſemper ſuppeditabant, omnia hoſtilia ei conſecrantes vt ea deuoraret, prouincias, vrbes & ſimulacra deorum vt auctor eſt Tyrius ſermone 38. eum dominum quum & ſacrificarent vocantes, dicebant ignis domine comede: ſic ille πέρσαι (inquit) θύουσι πυρὶ ἐπιφέροντες αὐτῷ τὴν πυρὸς τροφὴν ἐπιλέγοντες πῦρ δέσποτα ἔσθιε & cęt. eo vero tamquam imagine quadam diuinitatis Dij ipſi delectari credebantur, eaque quaſi nota humanis negotiis aduigilare & quaſi milites aduerſus fortunæ lubricos caſus ſub hoc ſigno excubare, quod non ignorauit Virgil. qui ſic hoc myſterium adumbrauit 4. Æneid.

Veſta quid

Templa Ioui centum, latis immania regnis
Centum aras poſuit vigilemque ſacrauerat ignem
Excubias Diuûm æternas.

Camillus apud Liuium libro 5. hunc ignem ſacrum, vocat ſignum & pignus imperij, ſic enim ait: *Quid de æternis veſtæ ignibus, ſignoque quod imperij pignus, cuſtodia eius templi tenetur, loquar*: Idem alibi æternos ignes commemorat ac conditum in penetrali fatale pignus imperij. nimirum quaſi fiducia inter deos & homines contracta & hoc ſigno obſignata quod loco pignoris ab homine poſſidetur, in quo ſpecies eſt quædam diuinę Maieſtatis quæ quum penes hominem remaneat, merito quaſi pignus ei traditum intelligitur, ſub hac lege vt per ęternam illius ignis cuſtodiam, ęternum quoque ſit ſub deorum fide imperium: ignis enim ille eſt Symbolum æternitatis, ideo ſolebat ante principem ferri. Herodianus in Pertinace: in principe eſt ſpiraculum perpetuo viuentis imperij: viuit enim in ſucceſſore princeps l. quod principi de legat. 3. ignis ſane habet potentiam quaſi æternæ ſucceſſionis. Vnde mos Perſarum qui mortuo rege ignem ſacrum in ſingulis templis extinguebant, ita tamen vt iuſtis defuncti Manibus factis repararetur. Diodorus inter ſigna mortis Alexandri magni hoc quoque recenſet libro 17. πᾶσι δὲ τοῖς κατὰ τὴν Ἀ-

Ignis adoratus in quo ſunt excubiæ deorum pro imperio.

Ignis æternus eſt ſignũ & pignus imperij & quare.

Ignis Symbolũ regiæ aut æternæ poteſtatu vnde mos Perſarum.

οἶαι ὀικοδοι προςέταξε τὸ παρὰ τοῖς πέρσαις ἱερὸν πῦρ καλούμενον ἐπιμελῶς σβεσθαι μέχρι ἂν τελέσῃ τὴν ἐκφορὰν· τοῦτο δὲ εἰώθασιν οἱ πέρσαι ποιεῖν κατὰ τὰς τῶν βασιλέων τελευτάς. Et merito hoc elementum Maieſtati tribuitur quod perinde ac ſi ſanctum eſſet, ſine dolore tangi non poteſt, quamuis ex interuallo mediocri lętitiam pariat: Eſt vero, altiſſimum ſitu, pulcherrimum viſu, potentiſſimum natura. Eſt enim ſicut Deus principium generationis ex ſententia Plutarchi in Camillo. Vitam animantis ex igne eſſe multi cenſuerunt Virgil.

Igneus eſt ollis vigor & cœleſtis origo.

In igne ſemen animæ falſum. Phurnutus αἱ ἡμέτεραι ψυχαί πῦρ εἰσί. Varro 4. de ling. Lat. ex Ennio. *Inde venit pulleis inſinuans ſe ipſa anima ſiue vt Zenon Citieus animalium ſemen ignis qui anima & mens.* Hanc Stoicorum ſententiam recte refellit Ariſtotel. libro 1. de anima cap. 3. plerique tamen in hoc errore manſerunt, animam ignem eſſe credentes qui ex Gręcia fluxit vt ex Homero probat Syneſius Epiſtola ad fratrem cui narrat ſe graui tempeſtate afflictum periculo naufragij perterritum fuiſſe, eoque magis conſternatum quod dubitaret num verum eſſet in aquis animam interire vt de Aiace ait Homerus, & quum mortui ex inferis excitentur minor Aiax numquam introducitur. Achilles autem licet intrepidus ad omnia, horret tamen interitum in aquis de quibus ſic Syneſius. ἐμὲ δὲ ἐν τοῖς δεινοῖς ὄμνυμί σοι θεὸν ὃν φιλοσοφία πρεσβεύει τὸ ὁμήρειον ἐθάττει ἐκεῖνο, μὴ ἄρα ἀληθὲς ἐστι τὸν καθ᾽ ὕδατος θάνατον ὄλεθρον εἶναι καὶ αὐτῆς τῆς ψυχῆς· λέγει γάρ ἐστιν ὅπου τῶν ἐπῶν.

Αἴας δ᾽ ἐξαπόλωλεν ἐπεὶ πίεν ἅλμυρον ὕδωρ.

Mors in aquis horrenda. Τὸν ἐν θαλάττῃ θάνατον ἀκριβεστάτην ἀπώλειαν εἶναι τιθέμενος· οὐδένα γοῦν ἄλλον ἐξαπολωλέναι φησίν· ἀλλ᾽ ἕκαστος ἀποθνήσκων, Ἀΐδος δ᾽ ἐβεβήκει. ταῦτ᾽ ἄρα καὶ ἐν δυοῖν νεκυίαιν ὁ μικρὸς Αἴας οὐδαμοῦ τοῦ δράματος εἰσενήνεκται ὡς τῆς ψυχῆς οὐκ οὔσης ἐν Ἅδου· καὶ Ἀχιλλεὺς ἀνὴρ εὐψυχότατός τε καὶ φιλοκινδυνότατος ἀποδειλιᾷ πρὸς τὸν ἐν ὕδατι θάνατον ὄντα καὶ λευγαλέον καλεῖ: Mirum eſt quod ibidem ſubiicit ſe vidiſſe milites deſtrictis enſibus altiora nauis tabulata conſcendiſſe paratos ſe ipſos gladiis propriis conficere, & ſic in aerem animas efflare antequam inter vndas extinguantur τούτους ἐλίττων τοὺς λογισμοὺς ὁρῶ τοὺς στρατιώτας ἅπαντας ἐσπασμένους μαχαίρας. καὶ πυθόμενος ἐμάνθανον παρ᾽ αὐτῶν ὡς καλὸν ἐπὶ τοῦ καταστρώματος ὄντας ἐπὶ πρὸς τὸν ἀέρα τὴν ψυχὴν ἐρυγεῖν, ἀλλὰ μὴ πρὸς κῦμα χανόντας τούτους αὐτοφυεῖς ὁμηρείδας ἐνόμιζα καὶ ἐθέμην ἴσῳ δόγματι. In eadem ſententia erat Heraclitus ψυχῇσι θάνατος ὕδωρ γίνεται (inquit ille). Præterea interitum hominis violentum igni extincto, naturalem exoleſcenti defectu materiæ comparabant. Plutar. Symp. libro 7. apud Perſas nefas

Ignis prudens quo & torquētur infelices animæ & purgantur aliæ. erat ignem aqua extinguere: indeque mos ſuppilicandi vehementiſſimus. Supplices enim minabantur ignem ſe in fluuium immerſuros niſi poſtulata impetrarent vt idem ait de primo

frigido:

frigido: Heraclitus eum credidit eſſe Deum teſte Clemente Alex. in protrep. Denique ignis vim habet puniendarum animarum ob ſcelera quibus ſe ante diſſolutionem indiuidui contaminauerant. idem Strom. 5. id aſſerit, & hoc ait gentiles non ignoraſſe idque ex Platone probat Strom. 7. φαμὲν δὲ ἡμεῖς ἁγιάζειν τὸ πῦρ οὐ τὰ κρέα ἀλλὰ τὰς ἁμαρτωλοὺς ψυχάς· πῦρ οὐ τὸ παμφάγον καὶ βάναυσον ἀλλὰ τὸ φρόνιμον λέγοντες τὸ διικνούμενον διὰ ψυχῆς τῆς διερχομένης τὸ πῦρ. Hic aperte ignem purgatorium intelligit quo ait animam poſtquam corpus exuit expiari quem vocat prudentem. Hinc quoque ignis ſempiternus qui poſt reſurrectionem corpora etiam ipſa lacerabit ſapiens dicitur apud Minutium quia dignas ac iuſtas pœnas ad trutinam diuinæ iuſtitiæ expenſas exequitur: ſapientia enim æſtimat omnia ſecundum merita virtutis aut vitij, vnde Minutius. *Illic ſapiens ignis membra vrit & reficit, carpit & nutrit, ſicut ignes fulminum corpora tangunt nec abſumunt, ſicut ignes Æthna montis & Veſuuij montis & ardentium vbique terrarum flagrant, nec erogantur: ita pœnale illud incendium non damnis ardentium paſcitur, ſed inexeſa corporum laceratione nutritur.* Idcirco Deo ſimilis videtur cuius iuſtitia conſeruat, emendat, & conſumit, cuius potentia, vincit, creat, & facit, bonitas, nutrit, auget, & reſtituit. Clemens Alex. in Eclog. ὡς γὰρ τὸ πῦρ ἰσχυρότατον τῶν στοιχείων καὶ πάντων κρατοῦν, οὕτω καὶ ὁ θεὸς παντοδύναμος καὶ παντοκράτωρ ὁ δυνάμενος κρατῆσαι, κτίσαι ποιῆσαι, τρέφειν, αὔξειν σώζειν. Poſtea ait in igne vt in Deo duas facultates vna φθαρτικὴ τῶν χειρόνων, altera σωστικὴ τῶν ἀμεινόνων. In quo prouidentia Dei in opificio huius mundi ſatis laudari non poteſt. Nam quum in mundo omnium potentiſſimum ſit ignis, cuius natura voraciſſima eſt & quaſi ad conſumendum creata nihilo magis perdit & deuorat creaturas ſed ea tantũ quæ in hoc machinæ miniſterio ſuperflua forẽt aut noxia. Quoniã aliam habet quaſi primigeniã poteſtatem quæ in boni conſeruatione conſiſtit, per quã alia vtpote inferior ſuperata nihil agit niſi in iis quæ à prima potentia relinquũtur. Stoici auctore Tullio aiunt ignẽ cœleſtẽ paſci ex mundi partibus inferioribus & tandem illis humore exhauſtis futurum vt tota compages in pabulum huius helluonis impendatur, & ſic interitum huius vniuerſi finxere. Minutius *Stoicis conſtans opinio eſt quod conſumpto humore mundus bicomnis igneſcat: Et Epicureis de elementorum conflagratione & mundi ruina eadem ipſa ſententia eſt.* Id Ouidius adumbrauit in perſona Iouis quem 1. Metamor. ſic loquentem introducit.

Cur ignis cum ſit & potentiſſimus & voraciſſimus mũdum non conſumat.

Ecce quoque in fatis reminiſcitur affore tempus
Quo mare, quo tellus, correptaque regia cœli
Ardeat & mundi moles operoſa laboret.

De conflagratione mundi opinio ethnicorũ quorumdam.

Seneca in Hercule Oetæo idem ſenſit.

Cœli regia concidet
Certos atque obitus trahet

Atque omnes pariter Deos
Perdet mors aliqua & Chaos
Et mors fata nouiſſima
In ſe conſtituet ſibi.

Hæc etiam ſententia erat Heraclito vt teſtatur Antoninus libro 3. de vita ſua. Alij ethnici hoc impietatis inſimulant & falſitatis accuſant. Cæcilius apud Minutium: *Quid? quod toti orbi & ipſi mundo cum ſideribus ſuis minantur incendiũ, ruinam moliuntur quaſi aut naturæ diuinis legibus conſtitutus æternus ordo turbetur, aut rupto elementorum omnium fœdere & cæleſti compage diuiſa moles iſta qua continetur & cingitur, ſubruatur:* tum paulo poſt *cælo* (inquit) *& aſtris quæ ſic relinquimus vt inuenimus interitum denuntiare, ſibi mortuis & extinctis qui ſicut naſcimur, & interimus æternitatem repromittere.* Sed ad hæc vere reſpondet Octauius. *Plato partes orbis nunc inundare dicit, nunc alternis vicibus ardeſcere, & quum ipſum mundum perpetuum & inſolubilem eſſe diceret fabricatum, addit tamen ipſi artifici Deo ſoli & ſolubilem & eſſe mortalem; ita nihil mirum eſt ſi iſta moles ab eo quo extructa eſt deſtruatur.* Sane in hoc ethnici viderunt quaſi per nubem veritatis quoddam ſimulacrum, ſed ipſam veritatis eſſentiam aſſecuti non ſunt: vnde ille, *animaduertẽs* (inquit) *philoſophos eadem diſputare quæ dicimus non quod ſimus eorum veſtigia ſubſecuti, ſed quod illi de diuinis prædictionibus Prophetarum, vmbram interpolatæ veritatis imitati ſunt.* Igitur non immerito illi ignem perpetuum in templis habuere, idque Athenis & Delphis maxime religioſum fuiſſe refert Plutar. in Numa. Sic Romæ focus publicus veſtæ conſecratus eſt, vt in domo priuatus. proportio quædam eſt inter ciuitatem & familiam, in vtraque enim eſt ſummum imperium, hic patrisfam. illic principis: in vtraque Dij ſunt: hic priuati, illic publici, inde ſacra priuata & publica ad hæc Tullius. *Quumque veſta quaſi focum vrbis vt Græco nomine eſt appellata, complexa ſit, ei colendæ virgines præſunt vt aduigiletur facilius ad cuſtodiam ignis & ſentiant mulieres in natura fœminarum omnem caſtitatem peti.* Nihil enim igne purius eſt, ideo congreſſu viri polluta à cuſtodia ignis arcenda eſt, quamquam Plutar. ibid. ſcribit Athenis ad ignem aſſeruandum in Prytaneo non virgines ſed viduas adhiberi ſenio confectas vt ſua ſterilitate propius ad naturam ignis accedant qui nihil poteſt generare. Melius Romanis viſum eſt adlegere virgines: nam ignis in ſe vtrumque habet vt ſit potiſſimum purus tum vt ſit ſterilis: at viduæ exoleſcentes & quaſi in cinerem faces delapſæ vt Horatius loquitur: ſunt & tardæ, at ignis celerrimus. ſunt frigidæ, at ignis eſt calidiſſimus: ſunt putrefactioni proximæ quia non amplius purgantur: at ignis nunquam putret quum cætera elementa putreſcant. Ariſtot. 4. Meteor. cap. 1. Deinde ſi ignis vt illi volunt eſt generationis prin-

Mũdus per ignem: non defectu humoris ab eo cõſumpti ſed indicio ſui creatoris.

Proportio inter ciuitatem & familiam.

Cur per virgines ignis ſeruatur licet Athenis per viduas vetulas.

cipium quomodo ſterilis dici poteſt? virgo licet non generet eſt tamen in potentia generandi. Denique ignis patrem & matrem deuorat, vnde natus eſt: vetus auctor apud Plutar. 4. Sympoſ. καθάπερ οὖν τὸ πῦρ τὴν ὕλην ἐξ ἧς ἀνήφθη μητέρα καὶ πατέρα οὖσαν ἤσθιεν. An quod primum contra naturam ſuam ex cœleſti patria raptus originem ſuæ ſubſtantiæ mutauit in terreſtrem, à qua violatus ita vt morti fiat obnoxius pœnas mortis ab eadem exigeret à qua paſſus eſt. moritur enim ignis ex materiæ morte ex qua nihil præter cinerem ſupereſt, in quo nullum ignis ſemen relinquitur, quum tamen in corporibus mixtis ignis ſemina exinfluentiis ſuperiorum corporum infuſa eſſentialiter inſint, in ſolo cinere ignis renaſci non poteſt vt nec in aqua quæ igni aduerſatur. Virgo autem in hac qualitatis ſpecie propius quam anus vidua ad ignem accedit: Nam à patre & matre accepit vt eſſet ſicque eoſdem eiuſdem officij vice mortuos ex ſuo ſemine ad alteram vitam excitaret, quæ quum eamdem vicem voto virginitatis eripiat genitori eum videtur occidere. Nam virginitatis cuſtodia eſt deſtructio generationis, hinc illud Epigramma Pauli Silentiarij.

Virgo vt ignis parentem videtur occidere niſi Deo vero virginitas conſacretur.

Καλὰ τὰ παρθενίης κειμήλια· παρθενίη δὲ
Τὸν βίον ὤλεσεν ἂν πᾶσι φυλαττομένη.

Pater videtur occidi moriendo qui potuit immortalis effici ſubſtituendo iure mutui officij. Apud Antiphontem pater animaduertens vnicum filium in diſcrimen capitis adduci, queritur ſe fore ſine vita viuentem & priuatum ſobole ſua viuum iam ſepeliri & humari. ἐπί τε γὰρ τῇ τούτου διαφορᾷ ἀβίωτον τὸ λειπόμενον τοῦ βίου διάξω, ἐπί τε τῇ ἐμαυτοῦ ἀπαιδίᾳ ζῶν ἐπικατορυχθήσομαι. Sed hæc ratio locum non habet vbi ſummo omnium patri conſecratur virginitas. redit enim ad eum ex quo & parentum & virginum vita emanauit & quamquam in Prytaneo anus illæ viduæ ignem cuſtodirent; tamen in templo Mineruæ Poliados erat Palladium ex marmore à Phidia perfectum in quo lux inextincta cuſtodia virginum aſſeruabatur. Strabo libro 9. ἐπὶ δὲ τῇ πέτρᾳ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν ὅ τε ἀρχαῖος νεὼς ὁ τῆς Πολιάδος ἐν ᾧ ὁ ἄσβεστος λύχνος καὶ ὁ παρθενὼν & cæt. vnde patet ignem veſtæ, ab igne Palladis apud Athenienſes ſeparatum fuiſſe, minus prudenti conſilio. Nam humanum imperium (cuius ignis eſt Symbolum) non habet diuturnos ſpiritus niſi cœleſti gratia ſuſtentetur, & quaſi cum eo quadam fœderis obligatione vinciatur. vt Romæ. & hoc caute aduertendum hic ſcriptum eſſe *in Vrbe* non in vrbibus vt quum loquitur de templis. Nam vbique Deus eſt adorandus ſed notæ ſeu characteres Maieſtatis in vna vrbe erant, cuius ſignum eſt iſte ſacer ignis: Dij tutelares ad tutelam etiam coloniarum in iis poſſunt collocari at pignus imperij in ſola ciuitate imperante debet conſtitui. Igitur à Numa virgines ignis ſempiterni cuſtodiæ commit-

Athenis in Templo Mineruæ Poliados ignis per virgines, licet in prytaneo per viduas cuſtodiretur.

Renouatio ignis quando. tuntur, qui ſingulis annis renouabatur vt anno incipiente cura denuo ſeruandi nouati ignis inciperet, nam primo quoque Martij menſis die ignem nouum veſtæ aris accendebant. Macrob. Sat. 1. cap. 12. non quod vetus ignis eo die extingueretur, ſed quod nouus ei adiiceretur, Ouidius.

Adde quod arcana fieri nouus ignis in æde
Dicitur & vires flamma refecta capi.

Ideo ſi contigiſſet ignem extingui nefas erat alterum ex noſtro igne accendere ſed ex ſole, noua & pura flamma elici debebat Plutar. in Numa, ne in locum ſacri ignis alter filius corruptæ materiæ ſuccederet quo caſu à Pontifice virgines verberibus af-
Ritus reparandi ignis extincti & animaduerſio in virgines. ficiebantur. Feſtus. *Ignis* (inquit) *veſtæ ſi quando interſinctus eſſet verberibus afficiebantur à Pontifice veſtales quibus mos erat, tabulam felicis materiæ tamdiu terebrare quouſque exceptum ignem cribro æneo virgo in ædem ferret.* Ad hæc Iulianus in hymno ad ſolem regem. τοὔνομα τοῦ βασιλέως ἔργον ἄσβεστον ἐξ ἡλίου φυλάττουσι φλόγα παρθένοι παρ' ἡμῖν ἱερὰς κατὰ τὰς διαφόρους ὥρας αἳ δὴ τὸ γενόμενον ὑπὸ τῆς Σελήνης περὶ τὴν γῆν ὑπὸ τοῦ θεοῦ πῦρ φυλάττουσι. Regis ſolis opus inextinguibile ait. Vt ſub nomine regis imperium, ſub inextinguibili, æternum intelligatur: Varro 4. de ling. Lat. *Qui calor* (inquit) *è cælo quod heic innumerabiles & immortales ignes: Itaque Epicharmus Enni de mente*
Quot veſtales earum habitus. *humana dicit iſthic, eſt de ſole ſumptus ignis.* Sex numero erant veſtales Feſtus ſex veſtæ ſacerdotes conſtitutæ ſunt vt populus pro ſua parte haberet miniſtram ſacrorum quia ciuitas Romana in ſex eſt diſtributa partes primos ſecundoſque Tatienſes, Ramnes, Luceres, olim erant tantum quatuor, ſed iis duas adiecit Tarquinius Priſcus ſub quo publica ſacrificia numero creuere, quibus neceſſe erat veſtales intereſſe. Dionyſ. lib. 4. in ſacrificando autem quodam velamento capitis vtebantur quod fibula comprehendebatur: Feſtus. *Suffibulum eſt veſtimentum album quadrangulum oblongum quod in capite virgines veſtales quum ſacrificant ſemper habere ſolent idque fibula comprehenditur.* Inter has vna erat cui
Maxima virgo. Maximus Curio. maxime cura ſacrorum incumbebat quæ maxima dicebatur vt maximus Curio apud Feſtum. Maximus etiam Pontifex: Valerius. *Maximæ vero virginis Æmiliæ diſciplinam, extincto igne tutam ab omni reprehenſione veſtæ numen præſtitit:* Tranquillus in Iulio. *demandauerat virgini veſtali Maximæ &c.* Hæ virgines quum ad ſacerdotium admittebantur tondebantur, & capilli earum ad lotum arborem deferebantur, quæ inde capillata dicta eſt. Plinius 16. cap. 44. ſunt qui exiſtimauerunt alia præter ignem ſeruari à virginibus
Seruatur cum igne aqua & Palladium in quo eſt etiam Draconis ſpecies & cur. in templo veſtæ myſtica ſacra quæ euulgari nefas erat: Cedrenus ait igni & aquæ ſacræ cuſtodiendæ commiſſas fuiſſe vt duobus principiis rerum omnium calori & humori quæ inter ſe pugnantia vna diuinitate reguntur: magi Perſarum à quibus emerſit hæc æterni ignis cuſtodia aquam ſimul cum igne adorabant Strabo 15.

Atque vt hæc duorum principiorum ſocietas intelligeretur ſalem qui ex mari & ſole producitur ita in furno percoquunt vt humor omnis euaneſcat: deinde in aquam iugem immittunt vt ea in ſacrificiis vtantur non tamen iniiciunt in aquam quæ per fiſtulas venit quæ non ſapit naturam principij, quum opere humano ita fluat nec ſit communis omnium hominum vt dea eſt Feſtus in voce Muries eam aquam in vaſe futili poſitam habebant quæ ſtatim fundebatur ſi humi poneretur: nefas enim erat aquam illam ſacram, tangere humum auctore Lactantio in 8. Thebaid. Dionyſius libro I. ait eis cuſtodiam etiam ſacri Palladij creditam fuiſſe non minus quam æterni ignis. καὶ τὸ μεμυθευμένον παλλάδιον ὅ φασι τὰς ἱερὰς φυλάττειν παρθένοις ἐν ναῷ κείμενον ἑστίας ἔνθα καὶ τὸ ἀθάνατον διασώζεται πῦρ. Tullius Philipp. II. *qui ita* (inquit) *conſeruandus eſt vt id ſignum quod de cælo delapſum veſtæ cuſtodiis continetur*. Vnde patet hunc ignem elementarem eſſe cæleſtis ignis quaſi prolem, quum Pallas (cuius erat diuinum illud ſimulacrum) cæleſtem ſignificet vt poſtea oſtendam. Ideo renouant illum ex cæleſti quaſi ex fonte vero. Ideo Palladium ibidem colitur vbi ignis ſeruatur vt cæleſtis ignis præſentia ſubſtantia terreſtris conſeruetur probatur ex Vitruuio 4.cap 8. *Altitudines* (inquit) *deorum ſic ſunt explicandæ vt Ioui omnibuſque cæleſtibus quam excelſiſſima aræ conſtituantur: veſtæ, terræ, marique, humiles collocentur*. Ergo veſta non eſt dea cæleſtis: ideo Palladis præſenti diuinitate religio eius erat ſancienda. hoc autem arcanum veteris Theologiæ patet ex diſciplina Hetruſcorum qui palladi tribuerunt Manubias cruentas quibus euerſio aut mutatio ſtatus oſtenditur (vt infra dicetur) & quoniam vnumquodque eodem modo deſtituitur, quo conſtitutum eſt l. nihil tam ff. de reg. iuri ideo Pallas cuius hoſpiciis fundantur & ſolidantur imperia, eadem in iis euertendis ſuam poteſtatem interponit. quod nihil aliud indicat quam prudentiæ vim qua omnia recte conſtituta conſeruantur & viciſſim ea vulnerata dilabuntur. Homerus iliad. ε introducit Palladem præferentem Diomedi ignem perpetuum vt eam ab imminenti mortis periculo liberaret. eique gloriam pareret, robur & audaciam adderet. idcirco ab eodem dicitur. ἐρυσίπτολις. id eſt vrbium ſeruatrix iliad ζ. idem ait iliad 6. Achillem etiamſi arma non haberet ſola Palladis ope adiutum fugaſſe hoſtes. Hoc Palladium non ſola erat Palladis ſtatua ſed & Draconis qui ſimul cum dea ignem cuſtodiebat non indicem pignoris imperij ſed illius reuera æterni ignis quo ipſe Draco punitur (& cultores eius tamquam auſpicium futuræ pœnæ pertractent) Tertullianus ad vxorem. *Romæ quidem quæ ignis illius inextinguibilis imaginem tractant auſpicia pœnæ ſuæ cum ipſo Dracone curantes de virginitate cenſentur*. Erat autem nefas hoc idolum cernere quod innuit Statius. 2. Theb.

Peruigilemque focis ignem longæua ſacerdos

Aquaſluẽs opere humano veſta ſacrũ nõ adhibetur.

Veſta eſt dea terreſtris & hunc ignem ſignificat: Pallas cæleſtis & cæleſtem denotat & prudentiæ ſimbolum eſt.

Nutriet arcanum numquam inſpectura pudorem.

Vbi Lactantius *arcanum pudorem dicit ſimulacrum verum id eſt Palladium quod illicitum erat cernere quo quidam quondam viſo viſu priuatus eſt* Metellus nempe. Prima pars huius capitis explicata eſt. Poſtrema pertinet primum quidem ad veſtales vt diſcant,tum ad ſingulos ciues. Nam quum 30. annorum ſpacio virgines veſtæ ſeruirent (olim tamen quinquennio albæ quo exacto nubere poterant Dionyſ. libro 1.)toto primo decennio in cærimoniis inſtituebantur ab iis quæ publico ſacerdotio iam 20. annis functæ erant. Plutar. ibid. Deinde ſinguli ciues ignari diſcant: ergo non omnes: quia quidam ſunt iuris Pontificij peritiſſimi quibus nulla neceſſitas imponitur diſcendi quod non ignorant, diſcant ignari à publicis ſacerdotibus &c. hic publici ſacerdotes dicuntur ad differentiam eorum qui priuatim in ſuis ædibus ſacrificant, non quod quidam ſint ſacerdotes priuati,hoc enim pugnat eius definitioni ita vt ſacerdos ſimpliciter ſumptus de publico intelligatur l. 1. §. huius ff. de iuſtit. ſed quia lex permittit vnicuique ciui priuatim colere deos modo ſint publici, & fiat ritu publico vel à Pontificibus confirmato id non eſt ab illis priuatim ſacrificantibus ſed à publicis ſacerdotibus diſcendum,eſt enim penes eos ſumma ſacrorum & ex tacita vi conſequentiæ rerum gerendarum,ideo prudenter eſt conſtitutum vt ignara multitudo conſilio ſacerdotum regeretur. Tullius hic. *Quod ſequitur* (inquit) *non tantum ad religionem pertinet ſed etiam ad ciuitatis ſtatum vt ſine his qui ſacris publice præſunt religioni priuatæ ſatisfacere non poſſint: continet enim conſilio & auctoritate optimatum ſemper populum indigere.* Ergo præeſt ſacris publice ſacerdos, priuatim paterfam. quod autem ait. *Publice priuatimque.* non innuit alio ritu,priuatim Diis publicis fieri, alio publice. Sed hoc referendum ad diuerſitatem ſacrorum quorum quædam publica quædam priuata ſunt: in ſacris familiæ ritus alij eſſe poſſunt modo Pontificum decreto probati ſint & ea ratione doceri debent à publicis ſacerdotibus.hic autem diſtinguit modum à ritu: quoniam ritus ad eſſentiam cærimoniarum pertinet, modus ad quantitatem ne plus minuſue quàm fas eſt Diis,dæmonibus,geniis libetur aut ſacrificetur. Nam recti ratio qua nihil eſt diuinitati antiquius in homine ſuos fines ſuaſque menſuras habet,quas ſi excedat vel minuat in vitium incidit,vnde Horatius.

Quanto tempore Romæ: & quanto Alba in virginitate erant.

Docetur ignari à ſacerdotibus peritis.

Eſt modus in rebus ſunt certi denique fines
Quo vltra citraque nequit conſiſtere rectum.

Quomodo modus à ritu differt.

Modus ergo hic eſt ratio inter nimium & parum ſita in quo virtus conſiſtit: ideo interpretes in §. quum ex aliena inſt. de rer. diuiſ. aiunt mediam ſententiam ſemper eſſe ſequendam non ſatis aſſequuti modi naturam quæ eſt inter exceſſum & defectum. Ariſt. 2. ethic. ſic de virtute loquitur. μεσότης δὲ δύο κακιῶν τ. μὲν καθ' ὑπερβολὴν, τ. δὲ κατ' ἔλλειψιν: Exceſſus autem aut defectus non poteſt intelligi niſi proportionaliter eodem auctore in cate-

gor. Nam pauperis oblatio etiam oboli non deficit ſed ſi idem Crœſus aut Craſſus offerret deficeret idem in exceſſu, itaque reſoluendum toties medium modum eſſe quoties duo extrema ſunt vitioſa, vitium autem ex proportione pluris aut minoris accipiendum eſt.

Medium non ſemper eſt bonũ ſed cum duo extrema ſunt vitioſa.

AXIOMATA.

VESTALES ex Phrygia in Latium ab Aenea traductæ, non ſunt Romæ à Romulo admiſſæ ne materni dedecoris infamiam renouaret, ſed à Numa. quæ in Latio erant, Albæ nimirum quinquennio tantum ſeruiebant: Romæ tricennio ſed primis decem annis edocebantur, ſecundis ea quæ religionis erant agebant: Poſtremis alias edocebant quomodo rituque fieri oporteret, modus ad quantitatem ſpectat vt medium ſit inter duo extrema vitioſa quæ vitia ſecundum proportionem pluris & minoris accipi debent; ritus ad cœrimoniam pertinet.

IGNIS apud omnes gentes aut vt Deus colebatur aut vt pignus imperij. Dij ſpondent æternas ſub illo ſigno excubias in conſeruationem imperij: eſtque in eo quædam æternitatis imago: non eſt tamen principium animæ nec anima ignis eſt, quia extingui poſſet quod immortale eſt ideo errarunt qui eam in aquis extingui credidere.

IGNIS vim habet puniendæ obſcelera animæ, tum expiandæ, conſeruatricem bonorum & deſolatricem malorum: præualet tamen ea quæ conſeruat: quia prima eſt & per ſe: deſtructiua poſtrema & per accidens. per ignem finis mundi erit, ardebit cœlum & terra non

quod exhauſto pabulo id eſt humore tamdem alia ſit conſumpturus, ſed iuſtitiæ diuinæ huius elementi violentia ſeruiet in tollendo & expiando quod humana impietate pollutum eſt.

VIRGINITAS ignis Naturæ conuenientior eſt quam viduæ ſenectus, quia in illa eſt puritas & ſterilitas: in hac impuritas & ſterilitas: tum ignis parentem: vnde natus eſt id eſt materiam deuorat & perdit, ſic virgo eripit genitori vitam, eum priuans naturali ſubſtitutione ſuiipſius per generationem quod in vetula eſſe non poteſt: ideo melius Romani virgines igni præpoſuerunt. hic autem ſingulis annis renouatur nouo igne, non tamen vetus extinguitur: nam ſi extinctus eſſet virgines à Pontifice verberabantur. tuncque ex ſole pura flamma accendebatur vt ex cœleſti tamquam ex fonte ſuo repararetur.

PALLAS igni cœleſti præeſt veſta terreſtri: illa prudentiam cœleſtem, hæc humanam ſignificat: ideo cum veſta Pallas & draco eius id eſt vis diuinitatis apud Ethnicos in eadem æde conſecrantur, vt humanum imperium diuina virtute ſuſtentetur & ſic veſtales non tantum cuſtodiæ ignis ſed etiam Palladij quod videre nefas erat præponebantur: atque etiam ſacræ aquæ quæ ex perenni, non manufacto opere fluens ſumebatur ſale inſperſa quam nefas erat terram attingere.

EORVM AVTEM DVO GENEra ſunto: vnum quod præſit cærimoniis & ſacris, alterum quod interpretetur fatidicorum effata incognita, quum Senatus, Populuſque aſciuerit.

CAP. IX.

HIC Tullius *deſcriptio* (inquit) *ſacerdotum, nullum iuſtæ religionis munus prætermiſit: nam ſunt ad placandos Deos alij conſtituti qui ſacris præſunt ſolemnibus: ad interpretanda alij prædicta vatum, neque multorum, ne eſſet in infinitum, neque vt ea ipſa quæ ſuſcepta publice eſſent quiſquam extra collegium noſſet.* Hic non tantum ſacerdotum duo munera ſed & genera traduntur eaque ita diſtincta vt ſingula ſingulis propria ſint. Vnum genus in ritus, morem, modum conſecrandi precandi libandi ſacrificandi incumbit: alterum in curam diuinas voces interpretandi. In primo genere ſeparantur à ſacris cærimoniæ: Nam ſacra ſunt ea quæ vt fas eſt conſecrata, libata immolata & dedicata ſunt: at cærimoniæ ſunt leges quibus ea fieri ius eſt. Primum itaque genus præeſt ſacris & cærimoniis: genera autem hic non ſunt accipienda vt apud logicos qui ſub genere, alia etiam vniuerſalia comprehendunt, nimirum ſpecies quæ voce vniuerſali plura indiuidua continent: at apud oratores & iuriſconſultos genus pro ſpecie & ſpecies pro ſingulari ſumitur. Diuiſio autem ſacerdotum quæ ſupra traditur in cap. Diuiſque, Pontificum, & flaminum, non continet eſſentiales differentias, ſed onerum & dignitatem. Nam eſſentia publici officij, modo dignitatis aut oneris non conſtat; alioquin Ædiles plebis inter magiſtratus non haberentur qui infimum honoris gradum obtinent: neque flamen Pomonalis eſſet ſacerdos qui inter ſacrorum curatores minimus eſt. Itaque quum hic ſingula genera ſacerdotum non complectantur alias ſub ſe ſpecies vniuerſales ſed ſingularia non debent attendi perſonæ eorum qui his honoribus defunguntur, neque enim ſubſtitutione perſonarum in his officiis quiddam vniuerſale conſtituitur, vt ſi numerentur quot flamines Diales fuerint, tot indiuidua illius ſacerdotij non poſſunt cenſeri: ſed ſingularis illius muneris conſtitutio ſub differentia ſuæ adminiſtrationis vna ſemper eſt, neque enim multiplicantur ex numero eorum quibus accedunt ſed vnus tantum eſt magiſtratus l. meminiſſe ff. de offic. Procos. Itaque Pomonalis à Diali: Ædilis à Conſule non differt ſpecie ſed numero vt Socrates ab Ariſtone

Duo genera ſacerdotum.

Sacra & cærimoniæ vt differunt.

Genus & ſpecies variæ ſumuntur.

Eſſentia publici officij non cōſtat modo dignitatis aut oneris.

Vnus eſt magiſtratus licet per plures ſucceſſione regatur.

licet vtrumque diſtinguat non tantum nominis ſed & proprietatum ratio:at hic Dialis ab alio Diali ne numero quidem differt ratione ſui ſacerdotij. Quamobrem ſub primo genere quod eſt eorum qui ſacris præſunt ſingula ſacerdotum officia continentur de quibus actum eſt.Poſtremum eſſentialiter diſtinguitur à primo ſub quo etiam alia iacent ſingularia de quibus infra agitur. Sed quomodo ſacerdos eſſe poteſt qui ſacrorum procurationem non habet? Neque enim ſacræ ſunt interpretationes fatorum ad quas ſacrorum definitio non pertinet. Verum licet vox ſacerdotis ad ſacra tantum referatur, tamen ab eius eſſentia rerum diuinarum curatores non excluduntur.Res enim diuinæ ſub voce generis ſacra continent, & ea quæ non ſunt conſecrata modo immediate ex Deo ſint, vt ſunt vaticinia quæ diuini numinis inſtinctu proferuntur: ideo diuina ſunt quia ex Deo ſunt:ſacra diuini iuris ſunt l. 1. ff.de rer. diuiſ. quia licet ab homine ſint,tamen ſub fidei pignore à Deo vindicari creduntur tamquam ſub iure veri mācipij. Prædictiones autem quum à ſolo Deo eſſe credantur hominis inſtitutione non indigent niſi ratione eiuſdem fidei, ſine qua omnis diuinatio euaneſceret quum ſit futurorum quæ nobis ita incerta ſunt vt mendacia intelligantur niſi quadam diuinitatis opinione nitantur. Hæc vt plurimum falſa fuere licet quædam vera apparuerint: Vnde Octauius. *Quamquam inter multa mendacia videri poſſit induſtriam caſus imitatus.* Ideo lege conſtituuntur ſacerdotes qui diuinationi operam nauent, vt Dei maieſtate dignus ſit qui diuinum tractat oraculum, ne priuato, profanoque ore polluatur. Cæcilius apud Minutium. *Vnde adeo mixti & pleni Deo vates futura præcerpūt, dant cautelam periculis, morbis medelam, ſpem afflictis, opem miſeris, ſolatium calamitatibus, laboribus leuamentum.* Hæc omnia ſunt ſolius poteſtatis diuinæ indicia. Diuina ſint necne vaticinia,interſit necne Reip. ea in lucem proferre non eſt in arbitrio omnium qui profitentur ſe hęc ſcire ſed interpretandi poteſtas eis tum data eſt quum populus ſenatuſq; aſciuerit.aſciſcere idem eſt quod ſciſcere. Rogabat magiſtratus qui cōſulebat,at populus ſciſcebat qui iubebat auctore Feſto. Hoc autē aſcitū eſt quum duo ſoles viſi ſunt,& quū tres Lunæ,& quum faces,& quū ſol nocte viſus eſt, & quū è cœlo fremitus auditus, & quum cœlum diſceſſiſſe viſum eſt atque in eo animaduerſi globi &c. apud Tullium 1. de diuinat. Penes ſenatum autem & populum ſumma rerum erat.Sed cur Senatus præcedit populum quum in populo Senatus etiam contineatur §. lex eſt inſt. de iur. nat. Populi vox æquiuoca eſt modo enim plebem, modo ciuium vniuerſitatem ſignificat vt in his commentariis diuerſo modo accepta ſecundum diuerſa ſubiecta intelligi debeat & ſecundum diuerſa tempora. Nam antequam plebiſcita eſſent,vox populi etiam Patricios continebat in quibus plus poterat plebs numero ſuffragiorum præualēte:ſed poſtquam ſcita plebis eſſe cœperūt vox populi in tributis plebē ſignificat in Curiatis & cēturiatis vniuerſum

Sacerdos non tantum rerum ſacrarum ſed etiam diuinarū curator.

Cur lege ſacerdotes cōſtituūtur ad diuinas voces interpretandas.

Populi vox æquiuoca quomodo ſecundū varia ſubiecta accipi debet.

Scitum populi quid.

populum. Obſtat Feſtus apud quem ſcitum populi eſt quod ſine plebe cunctus Patricius ordo rogante patricio magiſtratu iuſſit. Verum ſeparatæ fuerunt partes Populi & Senatus. Nam Senatus in Populi comitiis non vt Senatus quia ſimul non eſt ſed per curias aut centurias ſinguli Senatores commiſcentur: at conuocatur more maiorum vt Senatus eſt & à populo partes habet diſtinctas. tenendum eſt non idem eſſe patricios & Senatores. Quia licet ſanguis Patriciorum ex ſenatoribus profluat, non tamen ideo omnes patricij ſunt Senatores auctore Liuio lib. 1. idcirco Senatorum & Patriciorum ſcitum populi vocatur: quod eſt intelligẽdum in iis quę ſibi patriciorum ordo ſeorſim à plebe conſtituebat, ita vt plebs iis adſtringi non poſſet. Nam ſupra oſtenſum eſt legis obligationem ex conſenſu eſſe: ideo ignorans plebs Patriciorum ſcitis obligari non poterat ſic nec plebiſcita Patricios tenebant niſi lex Hortenſia aliud induxiſſet l. 2. §. deinde quum eſſet ff. de orig. iur. quæ tamen quum centuriatis comitiis lata ſit conſenſu patriciorum ſancita eſt. Nam leges licet vno ex patribus rogante & Patriciis iubentibus, plebe tamen ſuffragante ſtatuebantur. Feſtus ibidem vbi etiam ait tunc leges ſcriptas appellari quia inciſę in publicum prodeunt vt ſciant omnes & ſinguli ſe eis eſſe obnoxios. Sed in iis quę neceſſitate Reip. ab omnibus debent obſeruari, huiuſmodi ſcita populi nihil agunt vt in conſtituendis honoribus id eſt tam magiſtratibus quam ſacerdotibus, hoc enim datum eſt populo lege Romuli nimirum. ἀρχαιρεσιάζειν, νόμους ἐπικυροῦν, καὶ περὶ πολέμου διαγινώσκειν ὅταν ὁ βασιλεὺς ἐφῇ. Hæc autem diuiſio plebis à patriciis in adminiſtratione Reip: numquam ſub monarchia contigit. Videamus ergo cur hic prius ſenatum, poſtea vniuerſum populum vult ſciſcere. Sane Senatus lege Romuli, ſcita populi confirmabat, ſed hoc mutatum eſt ita vt Sctā à populo confirmarentur. Dionyſ. libro 2. ἔφερε δὲ ψῆφον οὐχ ἅμα πᾶς ὁ δῆμος ἀλλὰ κατὰ τὰς φράτρας συγκαλούμενος, ὅτι δὲ ταῖς πλείοσι δόξειε φράτραις τοῦτο ἐπὶ τὴν βουλὴν ἀνεφέρετο, ἐφ' ἡμῶν δὲ μετάκειται τὸ ἔθος: οὐ γὰρ ἡ βουλὴ διαγινώσκει τὰ ψηφισθέντα ὑπὸ τοῦ δήμου, τῶν δὲ ὑπὸ τῆς βουλῆς γνωσθέντων ὁ δῆμός ἐστι κύριος. Quod etiam ante 12. tab. obſeruatum fuit vt de his quorum non erant leges Senatus ante cognoſceret, idem libro 7. περὶ ὧν γὰρ οὐκ εἰσὶ νόμοι περὶ τούτων ὑμεῖς τοῦ προβουλεύεσθαι κύριοι καὶ ὁ δῆμος ἐπιψηφίσαι. Igitur ſacerdotes à populo debent conſtitui quo caſu mutata lege Romuli Senatus primum decernit deinde populus iubet & ſciſcit: imo videtur ſenatum plus potuiſſe. Liuius 1. *tum interrex* (inquit) *concione aduocata, quod bonum fauſtum fœlixque ſit inquit Quirites regem create ita Patribus viſum eſt: patres deinde ſi dignum qui ſecundus à Romulo numeretur creaueritis auctores fient*. Vnde patet duo Scta neceſſaria fuiſſe: primum vt populi comitia præcedente decreto Senatus habeantur: deinde quod Populus comitiis iuſſerit Scto confirmaretur. Ve-

Senatus in comitiis non vt ſenatus eſt & cur: ſecus cum ſeparatim deliberat: diſcrimẽ inter patricios & ſenatores.

In ſciſcendo diuiſa plebs à patricius numquã in ſtatu regio.

Sub rege populus primum ſciſcebat: deinde Senatus confirmabat.

Regibus exactis prius Senatus decernebat.

Sub interregno duo erãt Senatus decreta: ſed primum nõ reſpicit eſſentiam actus & cur.

rum decretum non reſpicit eſſentiam actus, quum adhuc incertum ſit in quam ſententiam ſuffragia inclinatura ſint, ſed ſolennitatem quæ lege quidem regia non eſt introducta, ſed quum ad interregnum ſtatus veniſſetSenatus ſibi regiam auctoritatem vindicauit: ita quod Romnlus auctoritate regis ante potuerat nimirum populum conuocare, id cœpit ſibi Senatus aſciſcere, & quum penes regem eſſet auſpiciorum poteſtas eadem ratione ad Senatum deuoluta eſt: ita non mirum ſi ſub interregno auctoritate Senatus opus eſſet vt à patribus probatis auſpiciis quæ ante comitia ſeruabantur fas eſſet Senatorio Magiſtratui cum populo agere quod decreto Senatus conſtitutum eſt, rogante interrege. Liuius ibid. *Decreuerunt enim vt quum populus regem iuſſiſſet id ſic ratum eſſet ſi patres auctores fierent.* Tributis Comitiis hæc Senatus poteſtas eneruata eſt quæ quaſi vi introducta ſunt id eſt inuitis & reluctantibus Patriciis: poſtea tamen ius ademptum ſibi, Senatus vſurpauit id eſt ad vſum reuocauit Curiatis comitiis adhuc auſpicium & Senatus decretum retinentibus. Liuius ibid. *Hodieque in legibus magiſtratibuſque rogandis vſurpatur idem ius vi ademptum priuſquam Populus ſuffragium ineat in incertum comitiorum euentum patres auctores fiunt.* Debuit tamen obſeruare aliud eſſe in interregno quum duo Senatus decreta interponebantur aliud regibus exactis. Nam populo dominante vnum erat Scᵗum idque precedens, non ſolennitatis ergo, ſed rei de qua agendum erat diſceptatiuum vt iam ex Dionyſ. demonſtraui; quod ergo ait Liuius poſtea vſurpatum fuiſſe hoc ius, pertinet ad auſpicia quæ ante Curiata fiebant: nec plane hic auctor perſpexit auctoritatem Senatus non ita fuiſſe in priore Scᵗo vt in poſteriore: prius enim poſtea non ex cauſa imperij ſed gratia auſpicij deſiderabatur: nec me mouet quod patres dicuntur auctores etiam antequam ſcitum proferatur: nam illa auctoritas eſt comitiorum non conſtituti negotij quod tum adhuc incertum erat: in illa tamen aliquid erat latentis imperij. nam ſub eo prætextu nonnumquam impeditis cum populo agere Tribunis aut aliis magiſtratibus qui partes plebis tuebantur multitudinis, pernicioſæ paſſiones cohibebantur. igitur patet prius Senatum poſtea populum ſacerdotia conſtituiſſe & magiſtratus: quoniam non tantum plebis ſuffragia ſed & Patriciorum conſenſus accedebat: erat enim populus diuiſus in Curias in quibus etiam Patricij erant vſque adeo vt ſingulæ Curiæ primos Senatores ex ſanguine Patriciorum ex ſuo quęque corpore ternos nominarent. Dionyſ. lib. 2. & hoc vt eadem ſacra publica tam plebi quam Patribus eſſent communia, licet ſecus ſit in ſacris gentilitiis & familiarum: Cęterum in aliis plebs à Patriciis erat ſeparata quod vt facilius intelligatur tenendum eſt Comitiorum alia centuriata eſſe, alia Curiata: de centuriatis agendum in 2. libro huius operis. Curiata ſunt quum ex generibus omnium ſuffragium

Liuij culpa.

Auctoritas Senatus duplex.

In Curiis erant Senatores & patricij mixti cum plebeiis vnde Curiata Comitia.

fertur: vt ex Lælio Felice docet Gellius libro 15. cap. 27. id eſt permixtim ordinibus non diſcretis: ſed priuſquam haberentur Sctûm ferebatur, tum de cœlo ſeruabatur: vtrumque vt ſub optimatum auctoritate fieret. igitur in his confuſe ordines ſuffragia ferebant Senatorum, equitum, & plebis: & nihilominus Senatus iam ſeorſim hoc ſtatuerat quod populo poſtea dabat confirmandum: & hoc multo ante Homerus intellexerat introducens Agamemnonem primo conſulere principes, deinde Populum, ſic enim ait Iliad. B.

Βουλὴν δὲ πρῶτον μεγαθύμων ἷζε γερόντων.

In Centuriatis autem Comitiis omnes quidem ordines aderant ſed diſtincti ætate & cenſu in quibus plurimum Patricij poterant: poſtea aliud genus comitiorum inductum eſt quod Tributim habebatur cœpitque in iudicio Marcij Dionyſ. 3. τότε πρῶτον ἐγένετο Ῥωμαίοις ἐκκλησία κατ' ἄνδρα ψηφιφόρος ἡ φυλετικὴ πολλὰ δὲ ἐναντιουμένων τῶν πατρικίων ἵνα μὴ τοῦτο γένηται καὶ τὴν λοχῖτιν ἀξιούντων συνάγειν ἐκκλησίαν ὥσπερ αὐτοῖς πάτριον ἦν. In his neque Sctum neque auſpicia præerant ſed tribus viritim ſuffragia ferebant plebeio magiſtratu rogante hinc prima Plebiſcitorum origo. igitur non parum differẽtiæ erat inter Curiati & tributa quam idem ſic notauit libro 9. τὰς μὲν φρατριακὰς ψηφοφορίας ἔδει προβουλευσαμένης τῆς βουλῆς, καὶ τοῦ πλήθους κατὰ φρατρίας τὰς ψήφους ἐξενεγκάντος, καὶ μετ' ἀμφότερα ταῦτα τῶν παρὰ τοῦ δαιμονίου σημείων τε καὶ οἰωνῶν μηδὲν ἐναντιωθέντων τότε κυρίας εἶναι: τὰς δὲ φυλετικὰς μήτε προβουλεύματος γενομένου μήτε τῶν ἱερῶν τε καὶ οἰωνοσκόπων ἐπιθεσπισάντων, &c. Hoc tamen non ita Remp. auxit patrum delibata dignitate nec videbatur plus adiectum imperio plebis quum in iis turbulentæ conciones & ſeditioſorum ciuium importunæ factiones quaſi de patria victa triumphent. Liuius 2. *Annum exactum inſignem maxime comitia tributa efficiunt, res maior victoria ſuſcepti certaminis quam vſu: plus enim dignitatis comitiis ipſis detractum eſt patribus & concilio ſubmouendis, quam virium aut plebi additum aut demptum patribus.* reuera tamen fracta eſt ſenatus auctoritas in tributis ſed ſane imperio plebis ea ratione adaucto tota Reſp. detrimentum paſſa eſt Dionyſ. ibid. de iis loquitur in hæc verba. ὅπερ ἦν ἀρχὴ τῆς μὲν βουλῆς καταλύσεως, φανερὰ δὲ τοῦ δήμου δυναστεία. Id conſtitutum eſt lege Lectoria ante 12. tab. verum in iis non ſatis ſibi videtur conſtare Dionyſ. ex eo quod ſupra adductum eſt de Curiatis Comitiis (quæ Romulus introduxit & quibus leges ſuas conſtituit vt ex Pomponio colligitur in l. 2. princ. ff. de orig. iur.) iis populum prius rogari quam Senatus aliquid iubeat, libro. 2. igitur Curiatis non debet pręcedere Sctum. Verum hic nodus ex iis quæ ſupra ſcripta ſunt diſſoluitur. Nam quum de lege Romuli agit, decretum illud Senatus non intelligit quod comitia præcedebat, nullum enim erat ſub rege cui licebat inconſulto Se-

Origo & eſſentia tributorum comitiorum.

In tributis leſa Reſp. quia eneruata eſt Senatus auctoritas.

Curiatis ſub Romulo nullũ Senatus decretum præcedebat cur: cœpit præcedere ſub interregno.

natu Populum conuocare, ideoque ibidem ait hoc immutatum fuiſſe. origo mutationis eſt ab interregno : tum mutatum hoc ius cõfirmatur quũ lege Seruij Tullij cẽturiata inſtituta ſunt: quibus tamen non ſunt ſublata Curiata : neque enim id ſine periculo fieri poterat, quum potentiorum ſuffragiis circumſcripta plebe res maximi momenti commendarentur centuriatis: idcirco viſum eſt quod per ea plebi detractum eſſet ſupplere & reſtituere Curiatis. Nimirum vt penes populum eſſet Senatus iuſſa infirmare aut cõfirmare: hoc enim potẽtius eſt quam prius ſciſcere quod poſtea alieno comittatur arbitrio. Sed quũ Curiata paulatim deſueſcerent, quum Patricij centuriatis, Plebeij tributis crearentur, centuriatis tantum vſus eſt populus non Curiatis: nefas tamen rati Curiata tollere quæ ab vrbis conditore primum introducta poſtea per tot annos religioſiſſime obſeruata fuerant, ea auſpiciorum cauſa retinuerunt ad hoc vt centuriatis creati deorum voluntate electi viderentur. Quare antequam centuriatis maiores magiſtratus crearentur Curiata haberi ſolebant Tullius 2. de lege Agrar. *Ita* (inquit) *quum maiores binis comitiis voluerunt vos de ſingulis magiſtratibus iudicare, hic homo popularis ne vnam quidem populo comitiorum poteſtatem reliquit.* Et quoniam ſola auſpicia non faciunt eſſentiam comitiorum Curiatorum, interponebantur 30. Lictores qui 30. Curiarum ſpeciem adumbrarẽt: nam Romulus ab initio populum in tres tribus diuiſerat, vnaquæque tribus decem curiis conſtabat, quibus Maximus Curio prçerat, & ſingulis vnus Curio. Dionyſ. libro 2. & Plutar. in Romulo. Tullius de lege agr. *Sunt igitur* (inquit) *Decemuiri neque veris comitiis hoc eſt populi ſuffragiis, neque illis ad ſpeciem atque vſurpationem vetuſtatis per 30. Lictores cauſa auſpiciorum adumbratis conſtituti.* Hęc celebrabantur gratia creandorum magiſtratuum: in aliis tamen negotiis quæ lege expediebantur adhuc vera Curiatorum auctoritas manebat vt in arrogationibus & teſtamentis, quæ populo per Lictorem Curiatim vocato habebãtur arbitris Pontificibus. Gellius libro 15. cap. 27. recte quidem hęc ſub auctoritate Pontificum peraguntur. quorum religioni ſubiiciuntur non tantum publica ſed etiam priuata ſacra quæ transferuntur in filium adoptiuum & heredem adoptione & teſtamento. Sed quum tribus diuidantur in Curias eaſque contineant, cur diuerſa erunt Tribuum & Curiarum ſuffragia? quia Tribubus nulla ſacra, nulli Dij aut dæmones aſſignati ſunt pręter magnos Deos qui ab vniuerſa Rep. coluntur: At Curiis propria ſacra data ſunt ita tamen vt eodem ritu & à publicis ſacerdotibus peragantur, Dionyſ. libro 2. Varro 4. de ling. Lat. curias veteres appellat vbi ſacerdotes curarent res diuinas, poſtea additæ ſunt quinque quæ nouæ vocantur quod veteres à Romulo factæ non ſatis amplæ eſſent: Feſtus. ideo in Curiis ſacra dantur non Plebeiis tantum ſed & Patriciis idcirco ſimul ferunt ſuffragia: at in Tribubus nulla ſacrorum fit diſtinctio ideo nulla ſpecialis religio

Centuriatis curiata non ſunt ſublata & cur.

Curiata in quibus remiſerũt.

Cur ſunt diuerſa tribuum & curiarum ſuffragia.

cogebat Patricios adeſſe quia eorum ſacra ſpecialia non erant coniuncta cum plebe in partibus Reipub. niſi in Curiis ideo plebs non Curiatim ſed Tributim conuocabatur id eſt ex partibus vrbis, ſeu regionibus & locis in queis habitabant Gellius ibid. Suburana, Eſquilina, Collina, Palatina, (inquit) Plinius 17. cap. 3. quo maxime plebs deſignatur. Nam vrbanæ tribus vt idem ait erant ignobiles in quas transferri ignominia erat, deſidiæ probro: ideo vt ait Liuius lib. 5. dec. 5. *In quatuor vrbanas tribus Libertini deſcripti erant.* Quod primum lege regia Seruij Tullij ſancitum eſt. Dionyſ. lib. 4. ὁ δὲ τούλλιος καὶ τοῖς ἐλευθερουμένοις τῶν θεραπόντων ἐὰν μὴ θέλωσιν εἰς τὰς ἑαυτῶν πόλεις ἀπιέναι μετέχειν τῆς ἰσοπολιτείας ἐκέλευσεν. ἐπιτρέψας γὰρ ἅμα τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐλευθερίαις καὶ τούτοις τιμήσασθαι τὰς οὐσίας εἰς φυλὰς κατέταξεν αὐτοὺς τὰς κατὰ πόλιν τέτταρας ὑπαρχούσας ἐν αἷς καὶ μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων ἐξετάζομενοι διετέλουν. Igitur tribus quatuor erant viliores & plebeiæ. Horatius Sat. 1. lib. 2.

Vrbanæ tribus erant quatuor & ea viliores ruſticæ nobiliſſimæ.

Primores populi arripuit populumque tributim.

Plebem nomine tribus ſignificauit. idem Saty. 8. conuiuam tribulem vocat pro viliſſimo: quod etiam probat Papinius 4. Syluarum.

Moribus atque tuis gaudent turmaque tribuſque,
Purpureique patres.

At ruſticæ tribus erant laudatiſſimæ eorum qui rura haberent. hinc patet conſenſum populi in rebus gerendis ſemper cum religione coniunctum fuiſſe vt maiori vinculo necteretur, ideoque non obſtringi nobiles Tributis quia ſacrorum obligatione non tenentur niſi in Curiis. Atqui nonne ſunt Dij qui communi voto ab omnibus debent adorari? nonne ſunt ſacra quæ vniuerſo populo communia ſunt? cur ergo non aderunt tribubus Patricij quum omnes habeant vniuerſalia ſacra communia? verum eſt in Tribubus vt erant tempore Romuli ſimul congregatæ tam ruſticis quam vrbanis, ſed quum adminiſtratio Reip. hanc diuiſionẽ inuexiſſet cœpit prętextus diuiſionis ſacrorũ ex diuiſione & tribuũ & animorũ quę parũ abſuit quin ſtatũ euerteret, igitur patet cur iure antiquo prius Senatus poſtea vniuerſus populus ſciſceret de ſacerdotibus, eorum officio & munere præſcribẽdo, ſed poſtquã hoc cõſtitutũ eſt olim ſufficiebat ſenatus auctoritas & ſic accipe verba huius capitis. *Quod interpretetur quum Senatus Populuſque aſciuerit.* Et primo hi ſacerdotes conſtituantur auctoritate Populi & Senatus qua demum interpretandi poteſtatem habeant, quum Senatus decreuerit vt interpretentur. Nec mirum ſi ſummo imperio ſubiecta ſit hæc diuinarum vocum interpretatio ne prætextu diuinationis furiales iſti & viles dæmonum lenones ignaræ plebis animos futilium rerum expectatione ſuſpendant aut irrito terrore percellant aut impij lucri deſiderio diuinæ prouidentiæ leges ementiantur: nam iſtud genus hominum auariſſimum eſt & hac ratione Chaldæi Roma exacti ſunt. Valerius libro 1. *C. Cornelius Prætor peregrinus M. Pom-*

Diuiſio tribuũ & Curiarum periculoſa.

Auariſſimum genus diuinatorum

pilio Lenate L. Calpurnio Coſſ. edicto Chaldæos circa decimum diem abire ex vrbe atque Italia iuſſit leuibus & ineptis ingeniis fallaci ſiderum interpretatione quæſtuoſam mendaciis ſuis caliginem iniicientes. Ennius *qui ſui quæſtus cauſa fictas ſuſcitant ſententias.* & nihilominus vt deorum domeſtici coluntur quaſi in iis diuinum aliquid inſpiratum ſit ita vt ne alij quidem ſacerdotes fierent niſi prius ſub arbitrio iſtorum diuinatorum inaugurarentur. Dionyſius eod. ex Romuli lege ἅπαντας δὲ τοὺς ἱερεῖς τε καὶ λειτουργοὺς τῶν θεῶν ἐνομοθέτησεν ἀποδείκνυσθαι μὲν ὑπὸ τῶν φρατριῶν, ἀποκυροῦσθαι δὲ ὑπὸ τῶν ἐξηγουμένων τὰ θεῖα διὰ μαντικῆς: Ideo plus videtur ineſſe venerationis his quam illis nam his ſpirat aliquid diuini, illis aliquid quod loco diuini cenſetur. Itaque hoc caſu diuinum vere demonſtratur ex euentu veritatis, illo, creditur ex fide pietatis. Eſto ſit diuina prædictio, an ideo prædictionum interpretatio diuina erit, apud poetas & priſcos Theologos Mercurius Natura Deus habetur licet deorum tantum ſit interpres: ſic oratio quæ eſt Symbolum animi ex eius præſtantia nonnihil dignitatis aſſumit, non ſecus ac legatus eius à quo miſſus eſt perſonam & honorem exhibet. Sed magis admittendum id eſt in iis qui Deo incenſi vaticinantur quia propius ad Deum accedere creduntur. de his enim ab ethnicis dici poteſt quod de poetis paſſim circumfertur,

Diuina eſt diuinorum interpretatio.

Eſt Deus in nobis agitante caleſcimus illo,
Impetus hic ſacræ ſemina mentis habet.

Furor vatis vnde.

Et quo facilius gentes ſuperſtitioſæ conſtringerentur, dæmone in corpus vatis irrumpente, furor & rabies, animum eius corripit tamquam motum violentum cieat maioris poteſtatis ad inferiorem acceſſus quippe qui Deum agentem in ſe pateretur. Virgil. 6. Æneid.

Ante fores ſubito non vultus non color vnus
Non compta manſere comæ, ſed pectus anhelum
Et rabie fera corda tument maiorque videri
Nec mortale ſonans afflata eſt numine quando.

Ideo fama Græciæ ſic honorauit Amphiaraum Deus vt haberetur atque ab eius ſolo in quo eſt humatus oracula peterentur (inquit Tullius) quem ſanctum eſſe ſic poeta dicit vt vulnerari non potuiſſet libro 7. Thebaid.

Ne qua manus, ne quid mortalia bello
Cedere tela queant ſanctum & venerabile Diti
Funus erat.

Diuinandi munus olim regale & cur.

Eoque habebatur ſanctior quod regio ſanguine eſſet ortus. huic enim dignitati diuinandi munus conueniebat quæ diuinæ Maieſtatis imaginem præ ſe fert. idem Tullius. 1. de diuinat. *Vt enim ſapere* (inquit) *ſic diuinare regale ducebant vt teſtis eſt noſtra ciuitas in qua & reges augures & poſtea priuati eodem ſacerdotio præditi Remp. religionum auctoritate rexerunt.* Druidas Galliæ ſacerdotes & vates fuiſſe & Reip. rectores idem ait. Atque adeo regium hoc munus

exiſtimatum

exiſtimatum eſt vt rex Perſarum eſſe nō poſſet niſi ante magorum diſciplinam ſcientiamque percepiſſet. Apud Oropios templum eſt Amphiarai cui adiacet fons cuius aquæ hauſtus ægros ſanat, qui accepto oraculo nullam hoſtiam in gratiarum actionem immolant, ſed aurum vel argentum ſignatum pro more regionis iniiciunt: in moneta eſt monumentum regiæ Maieſtatis, habet enim notam certam quæ vi ſummi imperij cuditur. huius moris auctor eſt Pauſanias in Atticis. Strabo 16. originē diuinandi deducit à legiſlatoribus qui oracula conſulebant de rebus ad Remp. conſtituendā pertinētibus, ita vt vates in tāto pretio habiti fuerint vt imperio digni haberentur, eiſque etiā mortuis crederetur. Eis autem ſunt interpretāda effata fatidicorum & vatum effata apud Feſtum, id eſt elocuta quæ vox generalis eſt ad omnia quæ cum grauitate dicta ſunt. Specialiter tamen accipitur apud Varronem. *Effata* (inquit) *dicuntur quod augures finem auſpiciorum cæleſtium extra vrbem agris ſunt effati; hinc effari templa dicuntur ab auguribus adfatus qui in heis fines ſunt.* Seruius in 6. Æneid. *Proprie* (ait) *effata ſunt augurum preces vnde ager poſt pomœria vbi captabātur auguria dicebatur effatus.* Hic tamen non ſumitur ſpecialiter ſed pro iis quæ à fatidicis & vatibus pronunciata ſunt: neque enim opus eſt interpretari preces augurum qui ſi aliquid incogniti eloquerentur eorum munus eſſet ea interpretari quæ protuliſſent: ideo agitur hic de interpretatione eorum quæ à fatidicis & vatibus obſcure effata ſunt. fatidici à vatibus parum diſcrepare videntur. Varro. *Qui futura* (inquit) *prædiuinando ſolent fari fatidici dicti.* Ita vates omnes poſſunt eſſe fatidici, at omnes fatidici vates non ſunt, ideo fauni diſtingūtur à vatibus antiquo illo carmine apud Tulliū eodē.

Fatidici à vatibus vt differunt.

Verſibu quos olim fauni vateſque canebant.

Faunus enim eſt fatidicus & omnes qui vocibus ſolutis fata prędixere. Tullius ibid. *Sepe etiam & in præliis fauni auditi & in rebus turbidis veridicæ voces occulte miſſæ eſſe dicuntur.* Sunt & deorum numina fatidica. Plinius in epiſt. præſens numen atque etiam fatidicum indicant ſortes: quinimo & quercus quæ reddebat oracula fatidica dicitur à Seneca in Hercule Oetæo à Papinio ſortes fatidicæ: vates autem vt eſt apud Varronem à verſibus viendis dicti ſunt quibus futura ſolent prætexere: quo in genere & viri & mulieres continentur qui quęue oracula reddunt quæ per ſe quum vt plurimum obſcura & ambigua ſint, certam deſiderant interpretationem, viri apud Romanos fuere vates Martij fratres vt eſt apud Tullium eod. mulieres Sibyllæ cuius oracula primum à Tarquinio Superbo iure regiæ Maieſtatis Romæ admiſſa ſunt prius auguriis id comprobantibus. is Duumuiros illorum verſuum cuſtodiæ commiſit ex Patricia gente electos: exactis regibus cura librorum fatalium ad populum venit à quo etiam Diuimiuri ex nobiliſſimis familiis conſtituti ſunt qui ſicut primi generis ſacerdotes per totum vitæ tempus eo munere fun-

Sibyllina carmina quādo & à quo Romæ ſuſcepta.

gerentur, immunes ab omnibus muniis militaribus & ciuilibus. Dionyſ. lib. 4. vbi etiam aſſerit eos libros conſuli ex Senatuſconſulto ſi quando ſtatus Reip. perturbaretur aut inſignis ab hoſte clades accidiſſet aut prodigia quædam dubia & magni aliquid portendentia nuntiata eſſent: itaque id ſolo Senatuſconſulto decidebatur Liuius 5. & 7. Tullius 1. de diuinat, nam populi auctoritas non deſideratur niſi in conſtituendo ſacerdotio vt hic At in ſacerdotibus primi generis hoc non eſt obſeruandum: nam munus ſuum obeunt, ſtata & ſolennia ſacrificia celebrant, nulla nec populi nec Senatus auctoritate præcedente: & ratio diuerſitatis ex ſuperioribus patet. nam tantum abeſt vt vſus & ſolennitas publicorum ſacrificiorum periculoſa ſit quum & iuſta & neceſſaria ſit:at contrarium oſtenſum eſt in hiſce ſacerdotibus. quũ autem Duumuiri primum inſtituti eſſent poſtea Decemuiri creati fuere, deinde quindecim, qui numerus vſque ad Syllæ tempora permanſit, poſtea creuit vſque ad 60. ſed remanſit in his vocabulum Decemuirorum auctore Seruio in hos verſus 6. Æneidos.

His ego namque tuas ſortes arcanaque fata
Dicta mea genti ponam, lectoſque ſacrabo
Alma viros.

Sacerdotes ex Patriciis electi qui libros adirent & cuſtodirent fatales.

Vbi *lectos* (inquit) *quia niſi patricij non fiebant.* Igitur hæc lex partim ex Romulo & Numa, partim ex inſtituto Tarquinij ſuperbi quod poſtea populus comprobauit partim ex Pontificum libris, eſt deprompta quod poſtremum innuit id quod ex Tullio adductum eſt quum ait neminem extra collegium hoc noſſe: demonſtraui ex Dionyſ. Romulum hos vates probaſſe. Numa ex religione hac, tantum abeſt vt quid detraxerit cum auxerit. Notandum eſt hic ideo vates & fatidicos coniungi quod inter ſacra non tantum Sibyllini verſus ſed etiam innumerabiles alij fatorum libri cuſtoditi fuerint, quos poſtea Auguſtus quum ſummum Pontificatum ſuſcepiſſet cremauit, retentis tantum Sibyllinis. Suetonius in Octauio. Sed hęc omnia vana ſunt niſi cauſa propter quam & ex qua prodeunt & exercentur certa ſit. ad quid fatidici & vates ſi neque vlla ſit diuinatio, neque fatum? hæc igitur diſquiramus.

Diuinatio primum à ſtellarũ obſeruatione.

Porphyrus in libro de oraculis poſtquam probauit quæcumque fatalia Dij oraculis pręnuntiant ſtellarum obſeruatione pręadicere ſubiicit deos ſepe mentiri & accuratam futurorum cognitionem non tantum hominibus ſed etiam Diis ipſis eſſe incertam & quamuis alicui inter deos excellentij poſſit eſſe certa, ei tamen non ſit perſpectà qualibet hora. Atque licet antiqua illa lex fatalis qua ſuperiòra corpora ſuo influxu dominantur inferioribus apud Chriſtianos etiam inualuerit, hoc tamen nihil hominem tangit ſed materiam tantum vt ſolis calor humori infuſus generattionis cauſa eſt. Nam hęc regula ſecus accepta falſiſſima eſt. Ex ſacra ſcriptura conſtat. 1. Geneſ. ſtellas non eſſe creatas vt aliquid in nos agerent ſed vt indicarent non no-

tas humanæ felicitatis aut infelicitatis in propria cōditione ſed rerū quæ in vniuerſo (cuius hęc corpora partē ſummā faciūt) accidūt vt tēpeſtatum, ventorū, grandinū, pluuiæ, ſiccitatis & cæt. ſunt enim in ſigna rerum & temporum. non ibo inficias quin eæ cæleſtes faces aliquid ad conſeruationem & conſtitutionem rerum naturalium conferant, ea enim lege hæc moles immenſa creaturarum contexta eſt vt vna pars alteri conferat: vtrumque Plotinus notauit de prouidentia. συνεργοῦντα, δὲ καὶ τὰ ἄστρα ὡς ἂν μέγαλα ἢ σμικρὰ ὄντα τοῦ οὐρανοῦ πρὸς τὸ ὅλον ἀξιοπρεπῆ καὶ πρὸς τὸ σημαίνειν μὲν οὖν πάντα ὅσα ἐν αἰσθητῷ· ποιεῖ δὲ ἄλλα ὅσα φανερωσποιεῖ. Ergo aſtra ſignificant quæ ſic vt dixi futura ſunt, faciunt autem ea quæ ad vniuerſi ordinem conferunt; quod non ignorauit imperator Antoninus paſſim in libris de vita ſua; nec Epictetus. Sed hæc ſtellarū munera nihil ad eſſentiam futurorū in homine faciunt, vt docet Origines in Geneſ. Atqui ſi verum eſt quod Plotinus ait aſtris ſignificari omnia quæ in ſenſibili natura fiunt, vulnera morbi & cædes prædici poſſunt & proinde non erit vana fatidicorum introductio. Verum corporum affectiones ſignificant non ſpeciali ſed communi conditione quæ per propinqua nobis valeat immutari, idque & ipſe Plotinus docuit. Quo caſu oſtendunt ſigna non ex ſe ſed ex ordine vniuerſi ad quem demonſtrandum creata ſunt. Quod ſi quis dicat reduci in diuinam prouidentiam & ſigna & res ſignificatas vt in communem cauſam, tunc probari videbitur ſidera ſaltem eſſe certa ſigna omnium futurorum: nam & ipſum ſignum & res ſignificatæ proficiſcuntur ab eadem cauſa, ita vt ſe mutuo indicent, quatenus id quod cauſam monſtrat conſecutione quadam effectum prodit vt iris ſerenitatem denunciat quia cauſa iridis ſerenitatis cauſa eſt. Verum hoc ſoluit Diuus Thomas 22. quæſt. 92. nimirum aliter à diuina prouidentia conſtitui atque ordinari motus ſitusque corporum cœleſtium, aliter euentus contingentium futurorum: illa enim ſortiuntur rationem neceſſitatis vt ſtata & ſtabili lege ac definito modo eueniant: Hæc, rationem contingentiæ vt varie ac mutabiliter & in vtramque partem accidere poſſint. igitur conſtet ſignificari per aſtra omnia quæ communi conditione fiunt etiam in hominem nihil tamen ſpeciali ſorte in eum agi ſed communi. Alioquin ſi ſidera fatum hominis facerent eſſent ipſo homine excellentiora. Nam in fato vt ab ethnicis accipitur eſt ſummum neceſſitatis imperium: eſſet ergo ſidus homine potentius natura & proinde excellentius quod falſum eſt. Nam inter omnes creaturas poſt angelum ſolum preſtantiſſimus eſt homo, hinc illud Prophetæ paulo minuiſti eum ab angelis. Quid? an inanimata corpora vt ſunt ſtellæ homini imperabunt, quæ etiam ſeruitutem patiuntur ipſius neceſſitatis at homo liberrimus eſt. Papinius.

Stellæ sūt in ſigna rerum & temporum licet aliquid ad rerū conſtitutionem et cōſeruationē conferant.

Stellæ nihil agunt in homine ſed ſignificant tantū quod cōmuni conditione futurum eſt.

Habent & numina legem
Seruit & aſtrorum velox chorus & vaga ſeruit

Luna nec iniuſſa toties redit orbita lucis.

Valeant Philoſophi qui animatos cœlos aſſeruere. Præterea quum immania ſcelera portendantur ex cœlis, nefas eſt eorum cauſam in ſtellas reiicere ne iuſtæ cauſę prętexantur maleficiis & ſic ſine piaculo crimen innocenti corpori & innocentia ſceleri affingeretur. Hoc nemo ſane mentis admittet, quos ſic reprehendit Tertull. aduerſus gentes. *Certe damnati mœrent dinumerant in ſemetipſos mentis malæ impetus vel Fato vel aſtris imputant: nolunt enim ſuum eſſe quia malum agnoſcunt.* Ideo hunc errorem patres damnarunt in concilio Braccarenſi 1. cap. 8. nam quum cæleſtia corpora viua ſint diuini artificis inſtrumenta auctore Ptolomæo quomodo tot mutationes operari poterunt quę ſua natura nullam mutationem patiuntur? an more Chamæleontis aut Polypodis ſemper ad obiecta mutantur? quod ſi huic fatorum poteſtati vel omnia vel plurima vel etiam aliqua tribuantur, neganda erit prouidentia diuina in omnibus & naturę vis & artis effectus: aut aſſerendum Deum cuius arbitrio omnia regũtur, naturam cuius medio diuinę leges exerceantur, & rationem hominis tamquam in mācipio fatalibus aſtrorum legibus contineri: hoc quis admittet? quinetiam licet vt ſigna accipiantur tamen fallunt aſtronomos maiore vi & motu alio ſuperueniente. Ariſtot in libro de ſomno & vigilia ait ſepe in corporibus ſigna etiam cœlitus velut imbrium & ventorum apparere, neque tamen euenire ſignificatum euentum quum motus alius hoc vehementior accidit: Plura ad hęc deſideranti patet Phauorini diſſertatio apud Gellium 14. cap. 1. ideo autem fata primum ab aſtrorum influxu ſum auſpicatus quod, vt ex Porphyrio demonſtraui futurorũ pręſenſio in dęmonibus per ſiderũ inſpectionẽ inchoata eſt quā homines ab iis didicere. Clemens in eclog. ἤδη δὲ καὶ Ἐνὼχ φησὶ τοὺς παραβάντας ἀγγέλους διδάξαι τοὺς ἀνθρώπους ἀστρονομίαν καὶ μαντικὴν καὶ τὰς ἄλλας τέχνας. Nomina autem fati veteres vim aſtrorum intelligebant. Diuus Auguſtinus 5. de ciuit. Dei cap. 1. *Nam id homines quando audiunt vſitata loquendi conſuetudine non intelligunt niſi vim poſitionis ſiderum.* Vnde apud Poetas Iupiter pro Fato accipitur, cui aſsident Dij id eſt aſtra. Homerus iliad. δ.

οἱ δὲ θεοὶ πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο.

Vbi Euſtathius θεοὺς interpretatur aſtra omnia vel planetas ſolos ἀπὸ τοῦ θέειν, καὶ ταῦτα γὰρ ποιεῖν φασι τὴν ἀστέρων διάθεσιν τὰ τῆς εἱμαρμένης συντελεῖσθαι ἑδραίως καὶ ἀσφαλῶς· διὸ καὶ καθῆσθαι παρὰ τῷ Διῒ λέγονται. Si tamen licet inter hęc mendacia verum dicere, negare fatum nefas exiſtimo non vt ex ſpiraculis cœleſtibus exhalans, ſed vt à Boetio definitur 4. de conſolat. *Fatum* (inquit) *eſt inherens rebus mobilibus diſpoſitio per quam diuina prouidentia ſuis quæque nectit ordinibus.* Eſt ergo opus diuinæ prouidentię per cauſas medias: At quam prouidentia illa per ſe aliquid agit non per medium, fati vis frangitur vt in hominis iuſtificatione & glorificatione, vnde Boetius ibid. quędam quę ſub prouidentia locata

Quomodo fatũ accipi debeat.

ſunt, fati ſeriem ſuperant. Sed fatum hoc modo ſumptum nullam neceſsitatem aut vim homini imponit: humana enim omnia Fato contingunt non ſimpliciter ſed ex hypotheſi tantum, id eſt certa conditione ſuppoſita: ita quod fit Fato non fit per ſe ſed ad aliud relatum, eo poſito ponitur ipſum ex conſequentia illius: hoc Adraſtææ ſanctionem vocabant vt Plutarch. oſtendit de fato. Tyrius fatum vocat opus neceſſitatis, Dei prouidentiam, diuinitatis, fortunam cæcitatis. videamus an bene: nulla neceſſitas homini imponitur in rebus quæ ad eum pertinent. Neque fortuna ei dominatur ſed ſeipſum cæci animi fluctuantis auſpiciis ſubiicit imperio cauſarum mediarum quæ aliæ atque aliæ varios operantur effectus, ſecundum varia rerum ſubiecta, ita tamen vt illi effectus in eaſdem cauſas reuoluantur: recte Ariſtot. 10 Ethic. cap. 3. δοκεῖ γὰρ οὐκ ἐκ τυχόντος τὸ τυχὸν γίγνεσθαι ἀλλ' ἐξ οὗ γίγνεται, εἰς τοῦτο διαλύεσθαι & Philemon apud Clementem ſtromat. 7.

Τὰ πράγμαθ' ὡς πέφυκεν οὕτως γίγνεται.

Hęc reuolutio effectuum ad ſuas cauſas non indicat opus neceſſitatis ſed prouidentiæ, quia non determinat abſolute euentus ſed ex cauſis mediis definit. Ergo nulla eſt in homine neceſſitas ſed in rebus eaque duplex: vna ſecundum rerum naturam, altera contraria naturæ vt lapis deorſum feratur neceſſe eſt niſi violentia ſurſum efferatur. Ariſtotel. 2. analyt. poſter. cap. 11. non tamen eſt neganda fortuna eaque cęca, non tamen ex ſe ſed ex arbitrio & actione hominis qua nihil cæcius nihil incertius patet ex Ariſtot. de interpret. cap. penult. vbi potentiæ rationales multa contraria efficere poſſunt, ita vt res æque poſſit contingere ac nō contingere. obſtat quod eſt apud eumdem eodē cap. 11. morbū & ſanitatē eſſe interdū à fortuna, quū tamen non ſemper ex culpa & vitio electionis morbus accidat. quis enim potuit cauere à parentum ſanguine à quo ſpiritus impuri hauriuntur in conceptione? hinc enim morbi etiam emergunt. verum & in hoc quoque vitioſa electio, dedit cauſam morbo licet remotam. omnis enim morbus originem habeat neceſſe eſt, non ab ipſo opifice ſed ab opere à quo ſucceſſiue tranſit ad poſteros, quod autem fortuna ſit tantum eorum quæ ab electione procedunt probat Ariſt. 2. Phyſic. vbi definitur cauſa per accidens in iis quæ alicuius gratia fiunt cum delectu. Ex eius autem effectu ſi quid fortunatum inuehat lauda eum qui cauſam fecit & te ad eam direxit ex qua bonum eſt, ſin ſecus tibi imputa qui cauſam latentem ignoraſti, ex qua contrarium contingere poterat: potuiſti enim id non agendo cauſæ latentis effectum euitare: ad hæc Tullius, *ignoratio rerum atque cauſarum fortuna nomen induxit.* Nam cauſa eſt per accidens eaque externa, incerta & infinita, habita tantum ratione agentis hominis non naturæ, non prouidentiæ quæ eſt certiſſima & per ſe omnia regit: doctiſſime Ariſtot. 11. Met. cap. 7. ait vt ens aliud eſt per ſe aliud per acci-

Effectus reſoluūtur in ſuas cauſas.

Neceſsitas duplex.

Fortuna quid ſit & quomodo ſit accipienda.

dens ſic fortuna quæ cauſa eſt per accidens in iis quę alicuius gratia fiunt ſecundum electionem, vnde concludit mentem & fortunam circa idem eſſe nimirum circa electiua, eſt autem prior natura & prouidentia quę cauſę ſunt per ſe quam fortuna aut caſus quia quod per ſe eſt prius eſt eo quod per accidens eſt vt ipſe ait in fine dicti cap. 7. idem 2. Phyſic. ἐπεὶ δ' ἐστὶ τὸ αὐτόματον καὶ ἡ τύχη αἴτια ὧν ἂν ἢ νοῦς γένοιτο αἴτιος, ἢ φύσις ὅταν κατὰ συμβεβηκός αἴτιόν τι γένηται τούτων αὐτῶν: οὐδὲν δὲ κατὰ συμβεβηκός ἐστι πρότερον τῶν καθ' ἑαυτό. ὕστερον ἄρα τὸ αὐτόματον καὶ ἡ τύχη καὶ νοῦ καὶ φύσεως. Quod vt poſſit intelligi notanda eſt differentia quam aſſignat ibidem inter fortunam & caſum : nam caſus definitur cauſa per accidens in iis quæ alicuius gratia fiunt ſine delectu. Nec ideo iuſtæ querelę rationem habet qui quid à caſu patitur. Nam prima cauſa caſus eſt à natura, fortunæ vero, à propoſito & electione. Elige bonum, tunc ex illo principio fluunt cauſæ felicitatis: electio boni ſine prudentia fieri non poteſt: prudenti nulla eſt fortuna. Iuuenalis.

Quo! per ſe eſt, pri' eſt eo quod per accidens.

Nullum numen abeſt ſi ſit prudentia, ſed te
Nos facimus fortuna deam cœloque locamus.

Sic igitur ſententia Tyrij accipi debet : ad hęc Tacitus. *Alij fatum congruere rebus putant ſed non ex vagis ſtellis verum apud principia naturalium cauſarum, ac tamen electionem vitæ nobis relinquunt, quam vbi elegeris, certum imminentium ordinem.* Octauius *ne de fato quiſquam aut ſolatium captet aut excuſet euentum, ſit ſortis fortuna mens tamen libera eſt & ideo actus hominis non dignitas iudicatur. Quid enim aliud eſt fatum quam quod de vnoquoque noſtrum Deus fatus eſt? qui quum poſſit preſcire materiam, pro meritis & qualitatibus, ſingulorum fata determinat: ita in nobis non genitura plectitur ſed ingenij natura punitur.* Deſinat ergo aduerſus fatum conqueri qui naufragium patitur, quum ſe naufragoſo elemento crediderit &c. Subijce animam tuam mandatis eius cuius lege fata reguntur tunc tui iuris te fore ſpondeo: id enim tibi à conſtitutione mundi, eiuſdem decreto datum eſt. hinc illud propheticum, *anima mea in manibus meis ſemper quando legem tuam non ſum oblitus,* quod ſummus ille Plotinus inter ethnicos, agnouit de prouidentia, αἱ δὲ συντυχίαι οὐ κυρίαι τοῦ εὖ, ἀκολουθοῦσι δὲ καὶ αὗται συμφώνως τοῖς πρὸ αὐτῶν καὶ ἴασιν ἀκολουθίᾳ ἐμπλακεῖσαι: συμπλέκει δὲ πάντα τὸ ἡγούμενον συμφερομένων τῶν ἑκατέρω κατὰ φύσιν. Hic aperte confirmat vitam bene inſtitutam non eſſe caſibus fortuitis obnoxiam, qui tamen ſecundum fatales rerũ cauſas ordine procedunt ad conſequentias quę ex earum diſpoſitione ſequuntur: hanc cathenam ait necti à ſolo Deo in quo principium eſt omnium cauſarum. Sed quum caſus ſit ſine electione quid imputari poteſt homini quem caſus offendit? an imputanda erit naturæ, cauſa offenſionis? at natura innocens eſt per ſe. Verum caſus nihil per ſe agit ſed per accidens : natura per ſe: igi-

Vita bene inſtituta nec fortunæ nec caſui nec Fato eſt obnoxia.

tur naturæ nihil imputandum ex iis quæ caſu accidunt ſed ignorantiæ cauſarum naturalium quæ caſum in ignorãtem conſtituit vt ſi lapis ex tecto decidit vento impulſus & tranſeuntem offenderit: natura lapidis ea eſt vt deorſum feratur non tamen vt frangat niſi caſus obiiciat ei naturæ impedimentum vt hic corpus hominis tranſeuntis. Diuus Thomas in 2. Ariſtot. Phyſic. dupliciter ait cauſam per accidens accipi: primum ex parte cauſæ quum cauſæ per ſe iungitur cauſa per accidens vt caſus naturæ: quod patet ab exemplo ſupradicto: Deinde ex parte effectus vt ſi quis lapidem proiecerit qui alterum prætereuntem vulnerauerit. Vtroque modo vel ignorantia vel culpa hominis iniuriam hanc fecit non natura aut prouidentia. Ergo in homine eſt liberum arbitrium quod in electione conſiſtit: Sed ſemel vno electo non datur ſine periculo regreſſus ad alterum, ne ſit in poteſtate hominis, vniuerſi ordinem inuertere, fatales cauſas peſſundare & prouidentiam Dei ſuæ temeritati ſubiicere. Qui ergo malum elegit effectus mali ferendo, de Fato queri non poteſt quia bonum potuit amplecti cui contrarij effectus innati ſunt. Sed cur ſtatim ab ipſo actu electionis homo iam non ſui iuris eſt ſed ad vniuerſi legem reuoluitur? nimirum quia natura noſtra vniuerſo non eſt aduentitia ſed in eius ordine numeratur talis aut talis. Plotinus ibid. καὶ γὰρ εἰ ἐγὼ κύριος τοῦ τάδε ἐλέσθαι, ἢ τάδε: αἱρήσει συντέτακται ὅτι μὴ ἐπεισόδιον τὸ σὸν τῷ παντὶ, ἀλλ' ἠρίθμησαι ὁ τοιός δε. Hic dominum ſui hominem conſtituit antequam eligat ſed ab ipſa electione cauſis vniuerſi ſubiacere quæ bonum, malumue connectunt. Quod Chryſippus apud Gellium tentat hac comparatione demonſtrare. *Sicut lapidem cylindrum ſi per ſpatia terræ pronâ atque dirupta iacias cauſam quidem ei & initium præcipitantiæ feceris, mox tamen ille præceps voluitur non quia tu iam facis id, ſed quia ita ſe ſe modus eius & formæ volubitas habet: ſic ordo & ratio & neceſſitas fati genera ipſa & principia cauſarum mouet, impetus verò conſiliorum mentiumque noſtrarum actioneſque ipſas voluntas cuiuſque propria & animorum ingenia moderantur.* Hic hominem Cylindri iactorem comparat neceſſitati cauſarum & Cylindri naturam confert cum hominis calamitate. Et male. neque enim cauſæ fatales dant principium malo nec hominis calamitas ex eius natura procedit. Atqui cur felicitas homini tanti conſtat vt bonum electum niſi labore aſſequi non poſſit? Verum id ab auctore tuo non petas quod à teipſo parare potuiſti licet allaborando: numquid & hoc vniuerſum laborat, quod motu perpetuo cietur? At fortaſſe Deum accuſabis quod te hominem ſed Deum non fecerit, aut ſaltem ſi te in hominem fingere voluit cur tibi naturam diuinam non aſpirauerit. Inſane quid Deum alienæ culpæ reum facis? plantæ ne in ius vocabunt auctorem ſuum quod ſicut bruta non ſentiant, aut bruta quod ratione careant qua homines vtũtur: aut homines quod nõ ſint in intelligentias ſimplices efformati vt angeli: aut angeli quod Dij nõ fuerint? ſufficiat vni-

Caſus & natura iunguntur.

Liberum arbitrium in homine ſed poſt electionem deſinit libertas: cur.

Error Chryſippi.

Cur homini allaborandum vt tandem ſit felix.

Omnia ſunt ita creata vt in ſua quæque ſpecie Deo debeãt nõ tantũ quod ſint ſed & quod bene ſint.

dens ſic fortuna quæ cauſa eſt per accidens in iis quę alicuius gratia fiunt ſecundum electionem, vnde concludit mentem & fortunam circa idem eſſe nimirum circa electiua, eſt autem prior natura & prouidentia quę cauſę ſunt per ſe quam fortuna aut caſus quia quod per ſe eſt prius eſt eo quod per accidens eſt vt ipſe ait in fine dicti cap. 7. idem 2. Phyſic. ἐπεὶ δ' ἐστὶ τὸ αὐτόματον καὶ ἡ τύχη αἴτια ὧν ἂν ἢ νοῦς γένοιτο αἴτιος, ἢ φύσις ὅταν κατὰ συμβεβηκός αἴτιόν τι γένηται τούτων αὐτῶν: οὐδὲν δὲ κατὰ συμβεβηκός ἐστι πρότερον τῶν καθ' ἑαυτό. ὕστερον ἄρα τὸ αὐτόματον καὶ ἡ τύχη καὶ νοῦ καὶ φυσέως. Quod vt poſſit intelligi notanda eſt differentia quam aſſignat ibidem inter fortunam & caſum : nam caſus definitur cauſa per accidens in iis quæ alicuius gratia fiunt ſine delectu. Nec ideo iuſtæ querelę rationem habet qui quid à caſu patitur. Nam prima cauſa caſus eſt à natura, fortunæ vero, à propoſito & electione. Elige bonum, tunc ex illo principio fluunt cauſæ felicitatis: electio boni ſine prudentia fieri non poteſt: prudenti nulla eſt fortuna. Iuuenalis.

Quod per ſe eſt, pri' eſt eo quod per accidens.

Nullum numen abeſt ſi ſit prudentia, ſed te
Nos facimus fortuna deam cæloque locamus.

Sic igitur ſententia Tyrij accipi debet : ad hęc Tacitus. *Alij fatum congruere rebus putant ſed non ex vagis ſtellis verum apud principia naturalium cauſarum, ac tamen electionem vitæ nobis relinquunt, quam vbi elegeris, certum imminentium ordinem.* Octauius *ne de fato quiſquam aut ſolatium captet aut excuſet euentum, ſit ſortis fortuna mens tamen libera eſt & ideo actus hominis non dignitas indicatur. Quid enim aliud eſt fatum quam quod de vnoquoque noſtrum Deus fatus eſt? qui quum poſſit preſcire materiam, pro meritis & qualitatibus, ſingulorum fata determinat: ita in nobis non genitura plectitur ſed ingenij natura punitur.* Deſinat ergo aduerſus fatum conqueri qui naufragium patitur, quum ſe naufragoſo elemento crediderit &c. Subijce animam tuam mandatis eius cuius lege fata reguntur tunc tui iuris te fore ſpondeo: id enim tibi à conſtitutione mundi, eiuſdem decreto datum eſt. hinc illud propheticum, *anima mea in manibus meis ſemper quando legem tuam non ſum oblitus*, quod ſummus ille Plotinus inter ethnicos, agnouit de prouidentia, αἱ δὲ συντυχίαι οὐ κυρίαι τοῦ εὖ, ἀκολουθοῦσι δὲ καὶ αὗται συμφώνως τοῖς περὶ αὐτῶν καὶ ἴασιν ἀκολουθίαν ἐμπλακεῖσαι: συμπλέκει δὲ πάντα τὸ ἡγούμενον συμφερόμενον τῶν ἑκατέρω κατὰ φύσιν. Hic aperte confirmat vitam bene inſtitutam non eſſe caſibus fortuitis obnoxiam, qui tamen ſecundum fatales rerũ cauſas ordine procedunt ad conſequentias quę ex earum diſpoſitione ſequuntur: hanc cathenam ait necti à ſolo Deo in quo principium eſt omnium cauſarum. Sed quum caſus ſit ſine electione quid imputari poteſt homini quem caſus offendit? an imputanda erit naturæ, cauſa offenſionis? at natura innocens eſt per ſe. Verum caſus nihil per ſe agit ſed per accidens: natura per ſe: igi-

Vita bene inſtituta nec fortunæ nec caſui nec Fato eſt obnoxia.

tur naturæ nihil imputandum ex iis quæ caſu accidunt ſed ignorantiæ cauſarum naturalium quæ caſum in ignorātem conſtituit vt ſi lapis ex tecto decidit vento impulſus & tranſeuntem offenderit: natura lapidis ea eſt vt deorſum feratur non tamen vt frangat niſi caſus obiiciat ei naturæ impedimentum vt hic corpus hominis tranſeuntis. Diuus Thomas in 2. Ariſtot. Phyſic. dupliciter ait cauſam per accidens accipi: primum ex parte cauſæ quum cauſæ per ſe iungitur cauſa per accidens vt caſus naturæ: quod patet ab exemplo ſupradicto: Deinde ex parte effectus vt ſi quis lapidem proiecerit qui alterum prætereuntem vulnerauerit. Vtroque modo vel ignorantia vel culpa hominis iniuriam hanc fecit non natura aut prouidentia. Ergo in homine eſt liberum arbitrium quod in electione conſiſtit: Sed ſemel vno electo non datur ſine periculo regreſſus ad alterum, ne ſit in poteſtate hominis, vniuerſi ordinem inuertere, fatales cauſas peſſundare & prouidentiam Dei ſuæ temeritati ſubiicere. Qui ergo malum elegit effectus mali ferendo, de Fato queri non poteſt quia bonum potuit amplecti cui contrarij effectus innati ſunt. Sed cur ſtatim ab ipſo actu electionis homo iam non ſui iuris eſt ſed ad vniuerſi legem reuoluitur? nimirum quia natura noſtra vniuerſo non eſt aduentitia ſed in eius ordine numeratur talis aut talis. Plotinus ibid. καὶ γὰρ εἰ ἐγὼ κύριος τοῦ τάδε ἑλέσθαι, ἢ τάδε: αἱρήσει συντέτακται ὅτι μὴ ἐπεισόδιον τὸ σὸν τῷ παντὶ, ἀλλ' ἠρίθμησαι ὁ τοιόσδε. Hic dominum ſui hominem conſtituit antequam eligat ſed ab ipſa electione cauſis vniuerſi ſubiacere quæ bonum, malumue connectunt. Quod Chryſippus apud Gellium tentat hac comparatione demonſtrare. *Sicut lapidem cylindrum ſi per ſpatia terræ pronā atque dirupta iacias cauſam quidem ei & initium præcipitantiæ feceris, mox tamen ille præceps voluitur non quia tu iam facis id, ſed quia ita ſe ſe modus eius & forma volubitas habet: ſic ordo & ratio & neceſſitas fati genera ipſa & principia cauſarum mouet, impetus verò conſiliorum mentiumque noſtrarum actioneſque ipſas voluntas cuiuſque propria & animorum ingenia moderantur.* Hic hominem Cylindri iactorem comparat neceſſitati cauſarum & Cylindri naturam confert cum hominis calamitate. Et male. neque enim cauſæ fatales dant principium malo nec hominis calamitas ex eius natura procedit. Atqui cur felicitas homini tanti conſtat vt bonum electum niſi labore aſſequi non poſſit? Verum id ab auctore tuo non petas quod à teipſo parare potuiſti licet allaborandon: numquid & hoc vniuerſum laborat, quod motu perpetuo cietur? At fortaſſe Deum accuſabis quod te hominem ſed Deum non fecerit, aut ſaltem ſi te in hominem fingere voluit cur tibi naturam diuinam non aſpirauerit. Inſane quid Deum alienæ culpæ reum facis? plantæ ne in ius vocabunt auctorem ſuum quod ſicut bruta non ſentiant, aut bruta quod ratione careānt qua homines vtūtur: aut homines quod nō ſint in intelligentias ſimplices efformati vt angeli: aut angeli quod Dij nō fuerint? ſufficiat vni-

Caſus & natura iunguntur.

Liberum arbitrium in homine ſed poſt electionem deſinit libertas: cur.

Error Chryſippi.

Cur homini allaborandum vt tandem ſit felix.

Omnia ſunt ita creata vt in ſua quaque ſpecie Deo debeāt nō tantū quod ſint ſed & quod bene ſint.

cuique ſecundũ naturam ſuam ita creatum eſſe vt nihil ad ſui conſeruationem deſiderare poſsit: vegetatiua vita in potentia nutritiua eſt per quam augetur & conſeruatur: atqui ad nutrimentum quid confert ſenſus? Nam potentia illa altrix magis opus ſuum peragit ſopitis & quaſi vinctis ſenſibus nimirum ſomno quam agentibus & ſolutis. Ariſtot. de ſomno & vigil. ſic ad perfectiorum vitę ſenſitiuæ ſufficit potentia ſuſcipiendæ voluptatis & doloris, at hoc ſine ratione eſſe poteſt idem ibid. quod attinet ad hominem, quid deſiderare poteſt is qui corpus habet perfectiſsimum, an vt corpus non habeat? an vt ſit angelus? at in ſui ſpecie omnibus ſui partibus abſolutus eſt. Mancum fuiſſet opus Dei ſi hanc ſpeciem animalis omiſiſſet in qua eſt quoddam medium brutæ & angelicæ naturæ aut vt ille ait nexus quidam quo cœlum cum terra ſine pollutione coniungitur. Enimuero accuſari non poteſt opifex ab eo opere quod ex nihilo produxit quum gratiam ei debeat non tantum quod eſt ſed & quod in ſpecie ſua tale eſt vt perfectum ſit. tu vero ingratiſsima es creatura cuius naturæ quandam principij rationem inſeuit Deus, quum ei bono quod diuinitus accepit ab initio ſuæ creationis, aliud bonum adiungere poſsit, ita tamen vt vtrumque ex eodem fonte deductum ſit, quod ſic 2. de prouid. Plotinus docet. καὶ δὴ καὶ ψυχὴ τὸ αὐτῆς ἔργον ποιεῖν ὁρμημένη· ψυχὴ γὰρ πάντα ποιεῖ ἀρχῆς ἔχουσα λόγον, κἂν εὐθυπορεῖ, καὶ παράγοιτο ἂν· καὶ ἕπεται τοῖς δρωμένοις ἐν τῷ παντὶ δίκη εἴπερ μὴ λυθήσεται. μένει δ' ἀεὶ ὀρθουμένου τοῦ ὅλου τάξει καὶ δυνάμει τοῦ κρατοῦντος. Oſtendit animam ſi bene agat ſecundum principij rationem agere, ſi vero à principio ſuo abducatur iuſtitiam Domini eam in prauis actionibus ſequi niſi anima à corpore diſſoluta fuerit tunc enim iudicio ſupremo terminus imponitur vt ſit quod ſemper erit ſi ei in his credendum eſt, ergo quandiu homo in hoc miſerrimo corporis ergaſtulo ægram animam trahit patitur malum à diuina iuſtitia vindice ſcelerum & vitiorum. An ideo malum ex Deo erit? Quum dicis à Deo, notas principium. at principium iſtius mali non eſt à Deo niſi per accidens cui tu cauſam dediſti. Vide ſolis excellẽtiam in quo eſt quidam character diuinę Maieſtatis tres habet facultates generandi, conſeruandi & vrendi. Sic Deus creat ſeruat & vrit: ſed creat & ſeruat per ſe quia bonum eſt ideo ſui felicitatem communicat creaturis quatenus eæ ſunt capaces boni nimirum vt ſint tum vt bene ſint: ſed degenerantes vrit non per ſe ſed per accidens: ignis enim in quo ſolo eſt vrendi potentia naturalis non eſt ex ipſius ſolis natura ſed à corpore oppoſito. Neque enim ſol eſt igneę naturę ſicut nec cętera corpora cœleſtia auctore Ariſtot. 1. meteor. cap. 3. vbi vult maxime calorem ex ſole eſſe quamuis ſol per ſe calidus non ſit. Quinimo & ipſe ęther quem ignis fontem eſſe plerique cenſuerunt plurimum ab ignea natura diſcrepat idem de mundo cap. 2. ergo ſol non vrit per ſe ſed per obiectum, nec Deus perdit per ſe, ſed per obiecta ſcelerata quę quum

Deus hominem creauit vt in ea ſpecie eſſet medium brutæ & angelicæ naturæ.

Solis tres facultates ſed vltima quæ eſt vrendi non vtitur niſi per accidens. ſic Deus non perdit per ſe.

quum in luce eſſe non poſſint in tenebras deportari neceſſe eſt. Clemens 1. pœdag. ait Deum per ſe eſſe bonum per nos iuſtum & ſic per accidens. ὥστε ἀγαθὸς μὲν ὁ θεὸς δι' ἑαυτὸν, δίκαιος δὲ ἤδη δι' ἡμᾶς, καὶ τοῦτο ὅτι ἀγαθός: τὸ δίκαιον δὲ ἡμῖν διὰ τοῦ λόγου ἐνδείκνυται τοῦ ἑαυτοῦ. ἐκεῖθεν ἄνωθεν ὅθεν γέγονε πατήρ. πρὶν γὰρ κτίστην γενέσθαι, θεὸς ἦν, ἀγαθὸς ἦν. καὶ διὰ τοῦτο καὶ δημιουργὸς εἶναι πατὴρ ἠθέλησε, καὶ ἡ τῆς ἀγάπης ἐκεῖθεν σχέσις, δικαιοσύνης γέγονεν ἀρχὴ καὶ τὸν ἥλιον ἐπιλάμποντος τὸν αὐτοῦ καὶ τὸν υἱὸν καταπέμποντος τὸν αὐτοῦ. Igitur in Deo bonum fuit ante iuſtũ quia vt dixi quod per ſe eſt prius eſt eo quod per accidens. Sed hoc reſpectu noſtri alioquin in Deo neque eſt accidens, neque prius neque poſterius. hic etiam filiũ Dei in quo eſt iuſtitia ſoli comparat: eſt enim venturus mundum iudicare. Sed dicet Epicureus aliquis moriendum eſt etiam viro bono. verum mors neque malum eſt ei, neque illius auctor eſt Deus. ægrotandum. an ægritudo malum quæ mortis eſt Symbolum ſeu vt ille ait pignus mortalitatis? Hęc ſi mala dixeris non ex vitio opificis accidunt ſed materiæ. Audi Tyrium qui elegantiſſima comparatione id demonſtrat, καθάπερ οὖν ἐν ταῖς τῶν τεχνιτῶν χειρουργίαις, τὰ μὲν ἡ τέχνη προηγουμένως δρᾷ στοχαζομένη τοῦ τέλους: τὰ δὲ ἕπεται τῇ χειρουργίᾳ οὐ τέχνης ἔργα ἀλλ' ὕλης πάθη σπινθῆρές τε ἐξ ἄκμονος καὶ ἐκ βαύνου αἰθαλώσεις καὶ ἄλλο ἐξ ἄλλης πάθος ἀναγκαῖον μὲν τῇ ἐργασίᾳ οὐ προηγούμενον δὲ τῷ τεχνίτῃ. Neque enim ſcintilla ex incude micans aut fauilla ex fornace ſunt ex propoſito artificis aut ex opere artis, ſed ſunt paſſiones materiæ quæ non naturaliter ſed per ſequelas quaſdam neceſſarias agnoſcuntur & cohærent. quod etiam ſententiæ Chryſippi concinit teſte Gellio 6. cap. 1. quinimmo vitia illa materialia circa partes accidunt quas & iuſtum & neceſſarium eſt pro totius ſalute laborare: nec tam eſt conſideranda mors pereuntium quam ſucceſſio naſcentium vt vicaria vita Senectus vniuerſi renouetur vt Tyrius ibidem docet. igitur & morbus & mors ſunt ex vitio materiæ, non opificis neque operis. Arnobius libro 1. *Quid ſi materia ſex iſta quam ſub noſtris calcamus ingreſſibus hanc habet ſibi legem datam. vt expiret nocentiſſimos halitus quibus corruptus aer iſte & corporibus labem ferat & negotia infirmet humana.* An ideo Deus auctor materiæ vitij auctor eſt? minime. Nam materia per ſe vitium non habet ſed per accidens: quia compoſitum naturale quod ſolo naturæ inſtinctu regitur, numquam per ſe corrumpitur ſine ſemine ex quo poſſit renaſci & reparari: ſecus in homine quatenus intellectuale eſt animal, quia quum habeat libertatem ſui ipſius ſeipſum poteſt corrumpere tumque malum fit non ex vitio tantum materiæ quatenus eſt etiam animal materiale, ſed etiam operis, nullomodo tamen opificis: ea autem quæ ſemen non habent vt cœleſtia non corrumpuntur, vnde patet materiam per ſe non eſſe vitioſam quinimo & terrena quędam corrumpi non poſſunt vt aurum

Non eſt in Deo accidens, nec prius nec poſterius niſi noſtri reſpectu.

Morbus & mors non ſunt mala, nec ſunt à Deo: nec ſunt ex vitio opificis nec operis ſed materiæ.

In materia vitium per ſe non eſt.

rum purum putum. quatuor elementa etiam non poſſunt per ſe corrumpi. Nunc videamus de aliis vitiis quæ non ex materia ſed ex ipſius operis vitio deſluunt. peccatum eſt ex vitio operis. mala fortunæ neque ex materiæ fluxu neque ex operis vitio ſed extrinſecus accidunt. Plotinus eodem libro aſſerit pœnam diuinam delicti eſſe ipſummet delictum & preterea lapſum in deterius, σφαλέντες δὲ ἔχομεν δίκην καὶ τὸ σφάλμα αὐτὸ καὶ τὸ ἐν χείρονι μοίρα εἰς ὕστερον. Ideo autem peccatum eſt ex vitio operis non opificis quod ex voluntate procedat quæ ei innata eſt qua potuit bonum amplecti, at diuitias & inopiam ne quidem ex operis vitio eſſe ſed extrinſecus accedere vel perire ex vi legis æternæ qua ſingula ſecundum ſui principia naſcuntur & intereunt: Ea enim aliunde ſui originem trahunt & proinde nihil ad eſſentiam hominis faciunt, nec per ſe ad felicitatem, idem ibid, πλοῦτοι μὲν οὖν καὶ πενίαι συντυχίᾳ τῶν ἔξω. Non mirum itaque ſi quæ noſtra non ſunt, facile nobis eripiantur aut pereant: vnde illud ſapientis opes & diuitias à ſortuna dari id eſt extrinſecus obuenire. Malum igitur quod materiæ imputari non poteſt id eſt delictum ex anima patientis eſt non ex opere facientis, neque eſt neceſſarium ſed ex improba voluntate promanans quæ malo ſponte concepto grauida tãdem illud parit in ſui exitium, vnde Tyrius ſic ſancte diſſerit, ἔτι δὲ καὶ ἐπὶ πλεῖον τῶν ἄλλων ἀρχὴν αὐτοφυῆ, ἵνα ἡ ψυχῆς ἐξουσία κινεῖ τε καὶ τελεσφορεῖ ἣν ὄνομα μοχθηρία αὐτοῦ τοῦ ἑλομένου αἰτία, Θεὸς ἀναίτιος.

Vitium vt & infortuniũ externum eſt homini: ſed illud ex opere aſcitũ eſt ſponte, alterum ſine culpa operis.

Atqui Plotinus eod. vt diuitias & paupertatem ſic vitium externum eſſe ait vnde videretur eamdem eſſe cauſam vtriuſque, quum tamen in paupertate vitium non ſit vt in maleficio. verum in eo vtrumque comparatur quod neutrum ſit ex natura hominis: ad ea autem quæ homini externa ſunt ſolam arbitrij libertatem & electionis iudicium, malum ait attrahere. non eſt in rebus delictum nec in opibus felicitas nec in inopia infelicitas niſi ex vtentis diſpoſitione vel recta vel praua. Sed in cauſa & natura, differentia eſt: quum illud ex fortuna veniat, hoc ex culpa. in hoc autem fortuna vel caſus nihil ab bonum, aut malum hominis pertinet ſi ſit eo contentus quod natura ipſa largietur: alioquin ſibi non fortunæ imputet qui induſtria ſua non potuit ſuo ventri ſuæ voluptati ſatiſfacere quæſitis per cauſas medias diuitiis vt arte, ſcientia, labore. Nam ex ignauia & inertia homini malum ſępe contingit. Chryſippus apud Gellium 6. cap. 2. & maxime paupertas. Ideo Gadibus ara arti prope aram paupertatis erat conſecrata teſte Euſtathio in Dionyſ. de ſitu orbis vt remedio contra paupertatem promptiſſimo. Pindarus Iſthm. od. 1. ait nullum eſſe qui non poſſit à ventre famen propulſare.

Malum paupertatis euitari poteſt.

Γαστρὶ δὲ πᾶς τις ἀμύνων
Λιμὸν αἰανῆ τίθεται.

At hereditates, donationes & cætera ſimilia vero ex Fato proce-

Vitium eſt ex opere non opifice. mala fortuna neque ex materia neque ex opere nec ex opifice ſed extrinſecus accidunt.

dunt vel fortuna: mors enim ſine qua hæreditates obtingere non poſſunt ex Fato eſt: cætera ex humano arbitrio quæ augere poſſunt poſſeſſiones, non tamen ſolæ ſunt cauſæ diuitiarum. Conſtat itaque liberum arbitrium homini datum eſſe à Deo ita vt ſine impedimento malum eligere poſſit, idque non ex opificis infirmitate ſed vt libertas eius & miſericordia Dei oſtenderetur Iuſtinus Martyr. συγχωρεῖ δὲ ἡμᾶς πράττειν ἃ ἑκουσίως αἱρούμεθα, καὶ οὐ διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς αὐτοῦ δυνάμεως, ἀλλ' ἵνα τὸ ἡμῶν αὐθαίρετον καὶ τὸ αὐτοῦ μακρόθυμον δειχθῇ. Nulla eſt ergo vis in homine qua poſſit ad peccandum cogi. Omnis enim violentia cauſam habet extrinſecus aduenientem: at cauſa peccandi non extrinſecus nec præter voluntatem peccantis ſed ex ipſo & in ipſo cauſa peccati eſt Ariſtotel. 1. magnorum moralium cap. 15. licet peccatum non ſit ex natura hominis, impij ſunt qui volunt libertatem homini datam eſſe in malum, non in bonum. Si enim in malum competit, æque in bonum datum eſſe neceſſe eſt, quum facultas voluntatis in vtrumque æquabiliter pendeat. Alioquin actiones humanæ quæ potiſsimum ex illa facultate animi procedunt penitus tollerentur. Seruus eſt enim neceſsitatis qui liber eſſe non poteſt, vitiis ſine ſuo facto mancipatus. Quomodo Deus in condemnatione hominis iuſtificari poſſet qui afficit eum ſupplicio quod iniuſte fecerit qui iuſte facere non potuit? contra illud Propheticum tibi ſoli peccaui & malum coram te feci vt iuſtificeris in ſermonibus tuis & vincas quum iudicaris: quod etiam intelligitur poſt peccatum hominis. Nam Deus poſtea legem dedit populo quæ iniuſte data eſſet ſi ſeruari ab eo non potuiſſet: deſinant ergo impij aduerſus Deum conqueri vt auctorem ſuæ infelicitatis quod ne quidem ethnicis in mentem venit. poeta apud Tyrium ſic loquentem Iouem introducit.

Licet peccatum externũ ſit homini tamen ex eius voluntate cauſam habet.

Ω πόποι οἷον δή νυ θεοὺς αἰτιόωνται·
Ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ·
Σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν.

Recte Chyſippus ex Pythagoreorum ſententia apud Gellium lib. 6. cap. 2.

Γνώσει δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας.

Ὡς τῶν βλαβῶν ἑκάστοις παρ' αὐτοῖς γινομένων καὶ καθ' ὁρμὴν αὐτῶν ἁμαρτανόντων τε καὶ βλαπτομένων καὶ κατὰ τὴν αὐτῶν διάνοιαν καὶ πρόθεσιν. Quod ſi non ſit fatum vt à paganis acceptum eſt, nulli vere ſunt inter eos fatidici, niſi apud eos qui omnia ſua arbitrio dæmonum ſubiecere fatum dicas conſiſtere. Hactenus enim imperiis publicis ſunt neceſsarij quatenus ea ex dæmonum diſpoſitione dependent. ad quid ergo diuinatio Chriſtianis gentibus? imo eam principibus ethnicis quaſi cæcum vadum euitata eſt quorum conſtitutionibus vaticinatores puniuntur l. apud Labeonem §. ſi quis aſtrologus ff. de iniur. iampridem hoc iure vaticinandi hac in parte deſtituto, non amore veritatis amplé-

Omnis diuinatio Chriſtianis gentibus inuiſa eſſe debet.

ſtendæ aut falſitatis expugnandæ, ſed ne humana credulitate publici mores corrumperentur vel ex eo populares animi turbarentur (inquit Paulus) 5. ſent. tit. 21. Nam ciues perditi, prædictione ad ſpem mutationis accenſi nihil non aduerſus præſentem ſtatum moliuntur; aut boni expectatione futuri periculi commouentur: ideo valde periculoſa erat non tantum diuinatio ſed & ipſa diuinandi ſcientia eiuſque libri Paulus ibid. ſed ſi quis de ſalute principis vel ſumma Reip. vaticinatores conſuluiſſet & conſultor & conſulens capite puniuntur, idem ibid. At ſanctius & tutius erat id non formidine periculi ſed veritatis ſtudio prohibere. Audi Ethnicũ ſic vere loquentem apud Minutium. *Tantum abeſt ab exploratione diuina humana mediocritas vt neque qua ſupra nos cælo ſuſpenſa ſublata ſunt aut ſcire ſit datum aut ſcitari permiſſum, aut ſcrutari religioſum: beati ſatis, ſatiſque prudentes ſi ſecundum illud vetus ſapientis oraculum noſmetipſos familiarius nouerimus. ſed quatenus inſano aut inepto indulgentes labori vltra humilitatis noſtræ terminos euagamur, & in terram proiecti, cœlum ipſum, & ipſa ſidera audaci cupiditate tranſcendimus.* Ecquid inde ſequitur, niſi publicum malum vt mox diximus: imo & priuatum conſultoris: finge verum prædici, aut infelix eſt aut proſperum: priore iam inde ex animo miſer fiet antequam è Fato fiat & Fatalis neceſſitatis acerbitatem, eius præuertet curioſa inſania: at poſteriore, ſpei expectatio ſuſpenſum fatigabit & futurum gaudij fructum ſpes illi iam deflorauerit vt diſſerit Phauorinus apud Gellium 14. cap. 1.

Vates puniti.

AXIOMATA.

SACERDOTES aut rebus ſacris incumbunt, aut diuinis: omnis enim eſſentia ſacerdotij in vno aut altero eſt non in differentia dignitatis aut oneris. Vnius autem ſacerdotij ſiue magiſtratus ſpecies, non multiplicantur ex multitudine perſonarum quibus attribuuntur, ſed vnus tantum eſt magiſtratus, vnum ſacerdotium. Diuini autem iuris ſunt non tantum ſacra ſed & prædictiones diuinæ quibus interpretandis præponuntur publici ſacerdotes, ne ſi paſſim liceret prædicere aut prædicta interpretari, prætextu re-

ligionis animi ciuium turbentur &polluatur honos diuinationis.

Lege Romuli Senatus Populi ſcita confirmabat ſed antequam populus ſciſceret regis auctoritas neceſſaria erat vt populus poſſet conuenire, ſed quum res ad interregnum veniſſet, Senatus, ius regium ſibi vindicauit; ſic primum Senatus decernebat vt populus ſciſceret, deinde quod à populo ſtatutum erat confirmabat: ſed primum Senatus decretum, reſpicit ſolemnitatem non eſſentiam actus id eſt non decernit quid populus debeat ſtatuere; at poſtremum ex eſſentia eſt: poſtea tamen Senatus prius decreuit quid agendum eſſet: deinde populus, auſpiciis tamen ante habitis.

Lege Romuli populus eligebat magiſtratus, leges ſanciebat de bello ſtatuebat, cum principe. Sub regibus autem numquam ſeorſim ſtatuebat, nec erat plebs diuiſa à patriciis in ſciſcendo. Patricij populi partem excellentiorem faciunt, in qua etiam Senatores non vt ſeruatores ſed vt patricij partem populi facientes mixti cum plebeiis per curias numerantur: ideo quod poſt exactos reges Patricij conſtituerant Populi ſcitum dicebatur denominato toto à parte præſtantiori: ſed hoc plebem non obligabat quia non conſenſerat ſicut nec plebiſcitum patricios niſi poſt legem Hortenſiam: patricij autem omnes non ſunt Senatores ſed ſanguis Senatorum: plebs autem intelligitur in tribubus vrbanis in quibus viliſſimi quique ciues, & libertini cenſebantur.

Comitiis Curiatis permixti ſunt ordines populi (quia curiæ etiam patricios continent & ex

illis Senatores ſumebantur) præcedente Senatuſconſulto & habitis auſpiciis: Tributis nec Senatus nec auſpiciorum auctoritas præcedebat: Vnde vis Senatus eneruata eſt: hinc Reip. detrimentum. Tributis autem non aderant patricij quia ſacra tribuum vrbanarum niſi in Diis Tutelaribus non erant coniuncta cum ſacris Patriciorum: quum Dij curiarum eſſent ſpeciales & Patriciis & plebeiis in quaque curia: hæc religio cogebat patricios adeſſe cum plebeiis ſi curiatim populus vocaretur. Semper enim Reip. adminiſtratio ad maius vinculum cum religione coniuncta erat: at non cogebat adeſſe Tributis imo non adeſſe cogebat quia ſine religione fiebant.

CENTVRIATIS populus vniuerſus per centurias diſcretis ordinibus ſuffragia dabat inſtitutis à Seruio Tullio rege in gratiã nobilium quibus res maximi momenti peragebantur: ideoque paulatim exoleuére curiata, in quibus multitudo potentior erat: ſed quia à conditore vrbis inſtituta erant & tam religioſe olim obſeruata, religionis ergo remanſere & auſpiciorum vt maiores magiſtratus qui poſtea ſunt creati centuriatis, ex Curiatis auſpicio crearentur: & ſic duobus comitiis conſtituebantur Curiatis gratia auſpiciorum, centuriatis, ſuffragiorum at minores ſeu plebeij Tributis creabantur.

CVRIATA non ſunt omnino ſublata centuriatis ſed in conſtituẽdis legibus & poteſtatibus publicis remanſerunt non tantum in auſpiciis ſed etiam in ſpecie vniuerſi populi, quam 30. lictores adumbrabant quibus 30. curiæ notabantur. At in aliis negotiis, quæ lege iam conſtituta

agenda erant, in effectu remanſere vt teſtamentis & adoptionibus, in quibus nihil ex nobilium auctoritate detrahitur: eademque ratione in eligendis plebeiis magiſtratibus quod in capite ſequenti demonſtratur.

DIVINA eſt futurorum prænotio, cuius ſymbolum eſt oratio eorum interpres eoque magis quo propius ad vatem Deus accedit eum furore corripiens vt Sybillam, cuius carmina à Tarquinio rege ſub auſpiciis recepta ſunt & ſeruantur à ſacerdotibus ex nobili familia ad hoc electis, quique ex Senatuſconſulto hęc conſulunt, ſi quando id exigat vtilitas Reip. Vates autem verſibus; fatidici, ſoluta oratione mentem deorum interpretantur. Primi autem fuere, antiquiſſimi legiſlatores & reges vt populi facilius parerent iis quæ Diis dictantibus conſtituta eſſe crederent: ideoque regale erat munus diuinandi.

PRINCIPIVM diuinationis eſt à ſtellis quod dæmones docuere. Corpora tamen cœleſtia licet tamquã partes ad huius vniuerſi conſtitutionem & rerum naturaliũ conſeruationem conferant, in nos nihil agunt, ſed ſignificant tantum mortalis ſortis partes futuras, non proprias & particulares ſingulorum, ſed quod communi conditione futurum eſt etiam in homine ratione tantum ſenſibilis non intellectualis naturæ quod etiam ex electione cauſarum propinquarum euitari poteſt.

DEVS aliter diſponit motus & ordines corporum cœleſtium aliter euentus cõtingentium: nam illi sẽper ſunt certa lege & ex neceſſitate eueniunt: hi æqualiter in hanc & illam partem inclinant omnino mutabiles: vtrumque igitur diuerſo mo-

do à diuina prouidentia regitur. hæc ſi quid per ſe agit non per cauſas medias, fati vis frangitur: at quum per cauſas medias, verum fatum cõſtituit.

FATVM nullum eſt vt ab ethnicis accipitur pro vi influentiarum cœleſtium: ſed eſt, vt accipitur à Chriſtianis, nec vllam vim aut neceſsitatẽ humanis actionibus imponit, ſed ex hypotheſi. Nam quum homini ſui ipſius arbitrium diuinitus datum ſit, poteſt hanc cauſam ſeu conditionem eligere ex qua ſequitur, vel bonum, vel malum, ſed ſemel electione facta incidit in ordinem vniuerſi cuius etiam ipſe pars eſt, ideo eam nunc ex neceſſitate ſequitur.

QVÆQVE cauſa ſine vitio ſuiipſius non tamen ſemper ſine culpa eligentis id operatur ad quod naturaliter diſpoſita eſt, & effectus eius in eãdem reſoluitur: hinc fortuna nata eſt, nimirum ab electione cauſæ quæ per ſe id agit quod agere debuit reſpectu tamen eligentis aliud egit, ideo dicitur cauſa per accidens in iis quæ alicuius gratia fiunt cum delectu: at caſus ſine delectu: principium autem caſus aut à natura eſt aut ab electione. prius autem agit prouidentia & natura quam fortuna aut caſus: quia quod per ſe eſt prius eſt eo quod per accidens.

VITA ſecundum Dei præceptum inſtituta fortunæ non eſt obnoxia: qui omnia creauit ſecundum ſuas ſpecies perfecta vt nihil ad eorum perfectionem deſiderari poſsit, ſed hominem ex corpore & ſpiritu compoſuit vt huic vniuerſo non deeſſet ſpecies in qua eſſet quoddam medium ſeu vinculum cœleſtis & terrenæ, mortalis & immortalis, corporalis & intellectualis ſubſtantiæ.

OMNE

OMNE malum aut eſt morbus & mors, aut inopia, aut infamia aut peccatũ. nullũ à Deo eſt: morbus ſeu mors, vitiũ eſt materiæ non operis neque opificis: inopia vitium electionis qua ſe cæcus homo fortunæ ſubiecit ex qua ſunt opes: infamia cum peccato vt vmbra cum corpore iungi debet, peccatum quidem non eſt ex vitio materiæ neque opificis, ſed operis: cædes autem & vulnera ſunt ex vitio electionis ſeu operis quia ex cauſarum mediarum electione vel ignoratione procedunt.

VITIA materiæ quia eſt intrinſeca compoſito intrinſecus veniunt vt mors & corruptio vt & vitia operis quia ex libertate animi quæ inſita eſt æque in bonum ac malum, non tamen ex natura eius ſunt: aliquando tãmen morbus accidit ex vitio operis ſeu electionis, ſi culpa non vitio materiæ contingat: materia per ſe perfecta eſt, ſed per accidens vitioſa fit. Vitia autem fortunę extrinſecus accidunt.

TANDEM Diuinatio abolita eſt à principibus non amore veritatis ſed periculi metu ne aliquis vates conſuleret in eorum vitam aut ciues mali prætextum nouandi in Rep. arriperent, bonorum autem mentes expectatione ſuſpẽderentur aut perterrefierent.

INTERPRETES IOVIS OPTIMI maximi, Publici Augures, ſignis & Auſpiciis, poſtera vidento: diſciplinam tenento: ſacerdotes vineta virgetaque, & ſalutem populi Auguranto; quique agēt Rem Duelli, quique popularem, Auſpicium præmonento Diuorum iras prouidento, eiſque parēto: Cæli fulgura, regionibus ratis temperanto vrbem, & agros, & templa, liberata, & effata habento: quæque Augur, iniuſta, nefaſta, vitioſa, dira, Defixerit, irrita, infectaque ſunto: quique non paruerit capital eſto.

Duo modi diuinandi inter ſe coniuncti.

DVO ſunt modi diuinandi, vnus motus qui priori loco poſitus eſt quum ſit præſtantior ob preſentis diuinitatis afflatum: Alter artis: de priore actum eſt ſupra, nunc de poſteriore tractandum: & quoniam in vtroque verſantur ſacerdotes generis poſtremi, idcirco ſuo ordine agitur hic de officio & poteſtate eorum qui arte diuinant, quoniam ita connexa eſt ratio vtriuſque modi vt in vnum interpretem vtriuſque perfectio concurrat quód Virgil ita expreſſit 3. Æneid. qui in religione antiqua nihil ignoraſſe videtur.

Troiugena interpres Diuum qui numina Phœbi
Qui Tripodas Clarij lauros, qui ſidera ſentis
Et volucrum linguas & præpetis omina pennæ.

Quid ſit interpres.

Quia interpres (inquit ibi Seruius) *generale nomen eſt, currit per ſpecies.* Nam vt ait M. Tull. omnis diuinandi peritia in duas partes diuiditur: aut enim furor eſt in vaticinantibus aut ars vt in haruſpicibus, fulguritis, ſiue fulguratoribus, auguribus & omnia iſta ex ſe pendent licet propriis finibus contineautur: quod probatur ex eodem, libro 10. Æneidos.

Tertius ille hominum Diuûmque interpres Aſylas
Cui pecudum fibræ, cœli cui ſidera parent,
Et linguæ volucrum & præſagi fulminis ignes.

Vbi ille *interpres* (inquit) *medium eſt, nam & deorum interpretator & hominum quibus diuinas indicat mentes interpres vocatur.* Tullius 13. Philipp. *Vtrum igitur Augurem Iouis optimi maximi cuius interpretes internunciique conſtituti ſumus &c.* Vnde perſpici poteſt

Tullium ex ipſis legis antiquæ verbis ſibi auguratus auctoritatem vindicare, & notandum quod ait Nigidius Figulus has artes ita inter ſeſe eſſe coniunctas vt alterum ſine altero eſſe non poſſit. igitur ſuperiori capite de interpretibus vatum & fatidicorum actum eſt: hoc vero, de interpretibus Iouis qui ſunt augures publici. Iupiter iſte Paganis eſt deorum princeps: eamdem enim illi poteſtatem tribuunt quam nos vero Deo. Octauius, *qui Iouem principem volunt falluntur in nomine, ſed de vna poteſtate conſentiunt.* Optimus Maximus dicitur quia in Deo ſolo ſummum bonum eſt: ſummum quia eſt principium rerum omnium. Ariſtot. 1. Metaphy. cap. 2. bonum quia non tantum creat ſed etiam conſeruat omnia. idem de mundo cap. 6. paulo familiarius Tullius pro domo ſua. *Te* (inquit) *Capitoline, quem Pop. Rom. propter beneficia optimum: propter vim maximum appellauit.* Ideo autem Iouis voluntas aut decretum ex auibus capiebatur, quia hec ſemina in illis à Deo, in huius vniuerſi creatione infuſa fuiſſe credebant: aut per mutationem hominis in alitem, quiddam altius & diuinius effectum fuiſſe aut eas propius ad Iouem accedere quod verſentur in aëre puriore, & ſint ſenſu ſubtiliori prædìtæ quippe quæ puriſſime viuant: tum quod raro terris inſidant vbi nefas ſemper perpetratur, eoque, cœlo quod omni ſcelere vacat, & Ioui ipſi gratiores: quod Papinius 3. Theb. ita expreſſit. *Qui Iupiter Paganis.*

Ditior ille animi, cui tu Dictæe ſecundas *Vnde aues dãt ſigna futuri.*
Impuleris manifeſtus aues: mirum vnde: ſed olim
Hic honor alitibus: ſuperæ ſeu conditor aulæ
Sic dedit effuſum Chaos in noua ſemina texens
Seu quia mutatæ noſtraque ab origine, verſis
Corporibus ſubiere notos ſeu purior axis
Amotumque nefas & rarum inſiſtere terris
Vera docent.

Ergo non mirum ſi Iupiter conſilij ſui arcana his tamquam nunciis expromat. Idem. *Aues Iouis nũtiæ.*

Iupiter omnipotens, nam te pernicibus alis
Addere conſilium, volucreſque implere futuri
Ominaque & cauſas cœlo deferre latentes.

Hoc Homerus ſibi perſuaſit fingẽs Mineruã & Apollinem auium formas aſſumpſiſſe vt conſilium Iouis aperirent Græcis & Troianis iliad. H.

Κὰδ δ' ἄρ Ἀθηναίη τε καὶ ἀργυρότοξος Ἀπόλλων
Ἑζέσθην ὄρνισιν ἐοικότες αἰγυπιοῖσι.

Vbi Euſtathius. Σύνηθες τῷ ποιητῇ ὄρνισιν ἐξομοιοῦν τοὺς παρ' αὐτῷ θεοὺς, καὶ ἔστι τοῦτο σεμνότερον. &c. οἰκεῖα γὰρ τοῖς οὐρανίοις τὰ ὑψιπετῆ. Ait ſanctius eſſe deos comparare auibus quam quadrupedibus, cœleſtibus enim cõueniũt ea quæ altius exurgũt & volãt. igitur aues longe præſtãt cæteris brutis: vnde Iouis ille ſpiritus qui per vniuerſi molem ſeſe diffundit, huic animantium generi ſeſe *Dij formam auium induunt.*

magis accommodat vt pote cœleſti & innocenti & deinceps reliquis animantium generibus. Virgil. 6. Æneid.

Principio cœlum, ac terras, campoſque liquentes
Lucentemque globum Lunæ Titaniaque aſtra
Spiritus intus alit: totamque infuſa per artus
Mens agitat molem & magno ſe corpore miſcet
Inde hominum pecudumque genus vitæque volantum.

Cur aues ſtellis immolandæ. Vnde non mirum ſi Prophyrius & Higinus exiſtimauerunt aues ſtellis eſſe immolandas: eadem mente Macrob. Virgilium interpretatur 3. Satur cap. 8. in hunc verſum.

Decidit exanimis vitamque reliquit in aſtris.
Aeriis.

Vbi ille. *Doctè Virgil.* ait, *Aeriis dixit apud ea numina animam volucris remanſiſſe quibus ad litandū data eſt:* Vbi Seruius *nulla* (inquit) *auis caret conſecratione, quia ſingulæ aues numinibus ſunt conſecratæ.* Quaſi verò aliquid diuinitatis infuſum ſit ſtellis, vt iis tamquam Diis immoletur quæ ne animam quidem habent, aut auibus vt ex iis futura poſſint præuideri quæ ne præſentia quidem ſentiunt niſi quæ ad ſe pertinent vt ad paſtum & ad declinanda pericula ſuæ vitæ aut quærenda contraria, quæ nihil ad hominem pertinent: nec me mouet quod aliquando motus aquarum, turbines ventorum & tempeſtates ex iiſdem prænoſcuntur. hoc enim non ex infuſione diuinitatis oritur, ſed ex diſpoſitione aeris, cuius maxime ſenſum habent aues quia natura earum maximè aerea eſt: ideo quoniam partes ad totum reſpondent iiſdem mouentur affectionibus, nec mirum ſi mutationes præſentiant eius rei ex qua ſunt & in qua viuunt.

Cur motus aquarum & aeris præſentiant.

Haud equidem credo quia ſit diuinitus illis
Ingenium aut rerum Fato prudentia maior,
Verum vbi tempeſtas & cœli mobilis humor
Mutauere vias, & Iuppiter humidus auſtris
Denſat, erant quæ rara modo, & quæ denſa relaxat.
Vertuntur ſpecies animorum & pectora motus
Nunc alios, alios dum nubila ventus agebat
Concipiunt.

Nihil diuinum in auibus. Hic Virgil. 1. Georg. intellexit nihil eſſe diuinum in auibus ſed naturale, nec moueor eo quod idem ait 6. Æneid. nam intelligit Deum huic vniuerſo infuſum eſſe, non vt particulam aliquam ſuæ diuinitatis quæ omnino partium expers eſt, ſed vt ſuo ſpiraculo creaturis omnibus eſſentiam inſpiret ſecundum diuerſas earum ſpecies. quid ergo ſibi poteſt vindicare hæc ſacerdotij ſpecies in eo poſita ſubiecto quod nec eſt nec eſſe poteſt. Bruta enim Natura vt propius ad materiam accedit, ita longius à diuinitate recedit. Ideoque augures, olim neque vates neque ſatidici habebantur, ſed hi ſoli qui afflatu Apollinis oracula dabant. Pauſanias in Atticis. χωρὶς δὲ πλὴν ὅσοις ἐξ Ἀπόλλωνος μανῆναι λέγουσι τὸ ἀρχαῖον:

μαντέων γ' οὐδεὶς χρησμολόγος ἦν, ἀγαθοὶ δὲ ὀνείρατα ἐξηγήσασθαι καὶ διαγνῶναι πτήσεις ὀρνίθων καὶ σπλάγχνα ἱερῶν. Vates enim & fatidici Deo pleni aut potius dæmone non loquuntur per ſe ſed per dæmonem, qui eis vtitur vt inſtrumentis, aut organo orationis: at Auguribus non credebatur ineſſe Iupiter aut incubare, ſed auibus: illi enim non ex mente ſua reſpondent quum numinis interceſſione turbata ſit: hi vero ex arte quæ niſi ab intelligenti produci non poteſt. quis non videt inſaniam ſuperſtitionis quam etiam ipſimet Augures irriſere? Initia tamen huius diſciplinæ fuerunt auguſtiſsima. Pauſanias in Phocic. ait inuentam fuiſſe à Parnaſſo quodam: Cedrenus ad Arabes & Phryges illius originem refert ab illis ad Hetruſcos, à quibus deinceps Romanis traditur. Clemens Strom. 1. πτήσεις δὲ ὀρνίθων παρεφυλάξαντο πρῶτοι Φρύγες καὶ θυτικὴν ἠκρίβωσαν Τοῦσκοι Ἰταλίας γείτονες, Ἴσαυροι δὲ καὶ Ἄραβες τὴν οἰωνιστικήν. Quæ paulatim adoleſcens eo auctoritatis euecta eſt vt regna, imperia, magiſtratus non prius acciperentur quam aues ex ſententia augurum id addixiſſent. Sumatur initium à Romulo qui priuſquam tantæ vrbis fundamenta iaceret auſpicium eius rei ergo ſumpſit. Dionyſ. 1. tum antequam regnum ſibi populi totius conſenſu (hæc eſt lex regia) delatum admitteret voluit per auſpicia deos auctores conſtituere ſuæ poteſtatis, & maxime Iouem. στὰς δὲ ὑπαίθριος ἐν καθαρῷ χωρίῳ καὶ προθύσας ἃ νόμος ἦν, εὔχετο Διί τε βασιλεῖ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς, εἰ βουλομένοις αὐτοῖς ἐστὶ βασιλεύεσθαι τὴν πόλιν ὑφ' ἑαυτοῦ, σημεῖα οὐράνια φανῆναι καλά. (inquit ille) hinc ait morem defluxiſſe apud poſteros vt neque reges neque magiſtratus inauſpicato conſtituerentur. idem. βασιλεὺς ἀποδείκνυται πρὸς αὐτῶν καὶ κατεστήσατο ἐν ἔθει τοῖς μετ' αὐτὸν ἅπασι μήτε βασιλείας μήτε ἀρχὰς λαμβάνειν ἐὰν μὴ καὶ τὸ δαιμόνιον αὐτοῖς θεσπίσῃ. Igitur prima pars huius capitis eſt à Romulo quæ etiam manſit in poſterum. Nam & Numa id etiam obſeruauit & cæteri Liuius 1. *Augur precatus eſt ita Iupiter pater ſi fas eſt hunc Numam Pompilium cuius ego caput teneo regem Romæ eſſe vt tua ſigna nobis certa & clara ſint inter eos fines quos feci.* Maior fides his dæmonum præſtigiis haberi cœpit ab eo tẽpore quo Accius Nauius inaugurauit fieri poſſe quod rex mente conceperat & factum eſt. Liuius. 1. *Auguriis certe ſacerdotioque augurum tantus honos acceſſit vt nihil belli domique niſi auſpicato gereretur.* Inſignis autem eſt habitus Auguris. idem libro 10. *Qui Iouis optimi Maximi ornatu decoratus, curru aurato per vrbem vectus in Capitolium aſcenderit ſi conſpiciatur cum lituo, ac capite velato victimam cædat auguriumque ex arce capiat.* Aues ergo duces erant omnium rerum, ipſorumque hominum ſub cuius tamẽ imperio natæ ſunt. Sic degenerantis à ſuo principio naturæ ſpiritus ita proſtrati ſunt vt nihil niſi hauſtum à furentibus vel captatum à beluis ſaperent. Huic mendacio fidem aſtruxere tot clades vrbium, ſtrages exercituum exitia familiarum, quæ veræ ſunt

Olim ſoli inſpirati ab Apolline vates & fatidici habebantur.

Origo auguriorum.

Roma auſpiciis cõdita regnum ſuſceptum & poſtea omnes dignitates.

Habitus Auguris.

notæ, diuinæ indignationis & infernę dominationis: Audiamus Ethnicũ ſic ſua auguria cõprobãtur apud Minutium: *Frequentius etiam quam volebamus, deorum præſentiam, contempta auſpicia conteſtata ſunt: ſic Allia nomen infauſtum: ſic Claudij & Iunij non prælium in pœnos ſed ferale naufragium eſt: Et vt Thraſimenus Romanorum ſanguine & maior eſſet & decolor ſpreuit Auguria Flaminius. Et vt Parthos ſigna repetamus Dirarum imprecationes Craſſus & meruit & irriſit.* Verum ad hęc vere reſpondet Octauius. *Quid regulus: nonne auguria ſeruauit & captus eſt? Mancinus religionem tenuit, & ſub iugum miſſus eſt & deditus pullos edaces habuit & Paulus apud Cannas, tamen cum maiori Reip. parte proſtratus eſt: C. Cæſar ne ante brumam in Africam nauigia tranſmitteret, auguriis & auſpiciis renitentibus ſpreuit, eo facilius & nauigauit & vicit.* Hinc patet quod ex Clemente ſuperiori capite demonſtraui hoc venenum ex induſtria dęmonum in pernicem generis humani diffuſum eſſe quod quodammodo ſuboleuit Tullio licet pagano: agnoſcit enim originem huius impietatis ex opinione diuinandi promanaſſe ſed quum experimento veritatis, opinio falſi conſumpta fuiſſet, ſatius optimates duxere imperij ſummi fundamenta in auſpiciorum fide poſita ſub falſa veritatis ſpecie retinere, quam abolitione falſi nouæ religionis opinionem inducere: ſic enim ait 2. de diuinat. *equidem aſſentior C. Marcello potius quam Appio Claudio, qui ambo mei collegæ fuerunt exiſtimoque ius augurum & ſi diuinationis opinione principio conſtitutum ſit, tamen poſtea Reip. cauſa conſeruatum ac retentum.* quod etiam confirmat 2. de legibus ita vt nomen tantum & vmbra auſpiciorum remaneat. tempore Tullij diſciplina tamen omnis extincta ſit idem 2. de diuinat. *Hac certe quibus vtimur ſiue tripudio, ſiue de cœlo ſimulacra ſunt auſpiciorum, auſpicia nullomodo.* Ergo hoc genus ſacerdotij in fręnum populi retentum eſt non in religionis eſſentiam. idque etiam intelligi poteſt ex vi tantæ auctoritatis, cui populares animi alioqain turbulentiſſimi cedunt, non ſecus ac apparente luce Tyndaridum, agitatum mare repente conquieſcit. Eodem fere tempore omnes diuinandi ſpecies exoleuere: quia eodem fere tempore natæ ſunt, eodemque parente, nimirum angelo ſeductore, quod ita Octauius oſtendit. *Igitur iſti impuri ſpiritus (vt oſtenſum à Magis, à Philoſophis, à Platone) ſub ſtatuis & imaginibus conſecratis deliteſcunt & afflatu ſuo auctoritatem quaſi præſentis numinis conſequuntur, dum inſpirantur interim vatibus, dum fanis immorantur, dum nonunquam extorum fibras animant, auium volatus gubernant, ſortes regunt, oracula efficiunt, falſis pluribus inuoluta; nam & falluntur & fallunt vt & neſcientes ſinceram veritatem & quam ſciunt in ſui perniciem confitentes: ſic à cœlo deorſum grauant & à vero Deo ad materias auocant.* Ideo nõ mirum ſi hæc ars negligentia primũ ipſorum artificũ quaſi deflorata elãguit. Tullius 2. de legib. *Sed dubium non eſt quin hæc diſciplina & ars augurum*

Licet poſtea hac ars falſitatu eſſet conuicta: retenta tamen eſt, cur, & ad quid.

Huius artis finis.

euanuerit vetuſtate & negligentia. Deinde præ timore à principi-
bus de quorum capite iſti diuinatores conſulebantur omnimodo
ſuccuſſa corruit: Tertullianus aduerſus gentes: *aſtrologos, & ha-
ruſpices, & augures, & magnos de Cæſarum capite conſultant quas
artes vt ab angelis deſertoribus proditas & a Deo interdictas, ne ſuis
quidem cauſis adhibent Chriſtiani.* At Conſtantinus quum cultum
Chriſti ſuſcepiſſet augures & haruſpices funditus euertit: *Au-
gurum* (inquit) *& vatum praua confeſſio conticeſcat, ſileat omnibus
perpetuo diuinandi curioſitas: etenim ſupplicio capitis ferietur gladio
vltore proſtratus &c.* In l. nemo c. de maleficis. hic non timore *Differentia in-*
ſui ſed ſtudio pietatis Diaboli pigmenta diſſoluit. Inter augu- *ter augurium*
rium autem & auſpicium hæc differentia aſſignatur à N. Mar- *& auſpicium.*
cello quod auſpicium ſit auium inſpectio & quod ex auium vo-
latu ſignificetur & vocibus: augurium autem rerum omnium con-
iecturas prudenter ac diligenter amplectitur. tempus autem au-
ſpicandi eſt principium diei artificialis nimirum media nox. Ma-
crob. 1. Satur. cap. 3. Feſtus. *Silentio ſurgere dicitur vbi qui poſt me-* *tempus auſpi-*
diam noctem auſpicandi cauſa ex lectulo ſuo ſilentio ſurrexit. &c. ideo *candi.*
lucernam habebat vt in media nocte aues videret, ea erat aperta *Lucerna augu-*
teſte Plutarcho in quæſt. Rom. quæſt. 72. vt ſi aer ventorum fla- *ru ad quid*
tibus agitaretur non ſeruaret de cœlo vt pote lucerna extincta.
tunc enim aues non dant certa auguria quia ſuo motu non mo-
uentur ſed vento huc & illuc impelluntur. purus autem ad auſpi-
cia debet augur accedere non animo tantum ſed & corpore vt
ſi vlcus habeat nefas ſit eũ ad hanc rẽ accedere quia in vlcere quę-
dam eſt pollutio corporis vt idem ait quęſt. ſequẽte Auguriorũ alia *Impollutus de-*
ſunt oblatiua quæ non poſcuntur, alia impetratiua quæ optata ve- *bet eſſe augur.* *Diuiſio augu-*
niunt vt ait Seruius. impetratiua ſeu fauſta ſeu infauſta ſint pertinẽt *rorum.*
ad videntem: at oblatiua ſunt in poteſtate videntis vtrum velit ad
ſe pertinere, nec ne vt idem aſſerit in hunc verſum 12. Æneid. *Oblatiua &*

Accipio agnoſcoque deos. *impetratiua,*

Plinius 28. cap. 2. *In Augurum certe diſciplina conſtat neque diras* *quæ.*
*aues neque vlla auſpicia pertinere ad eos qui quamque rem ingredien-
tes obſeruare ſe ea negauerunt.* Alia ſunt maiora, alia minora: ma-
iora ſunt maiorum magiſtratunm ſic dicta quod magis rata ſint
quam minorum Gellius ex Meſſala augure 13. cap. 10. quod vi- *Maiora & mi-*
detur adumbraſſe virgilius in perſona Æneæ cui fatis promiſſum *nora, quæ.*
erat regnum Italiæ & à quo tamquam maioribus auſpiciis prin-
cipes totius orbis originem ducturi erant ideo 3. Æneid. vates
ita ſub Apolline prædicit.

Nate dea (nam te maioribus ire per altum,
Auſpiciis manifeſta fides)

Liuius 1. de eodem, *ad miorum rerum initia ducentibus fatis.* At
ſeruius aliter hæc accipit vult enim maiora eſſe maiorum auium
minora, minorum: & vtrumque rite dictum eſt. Nam maiora &
minora pud Meſſalam non accipiuntur per ſe ſed ratione habi-

ta ad proportionem maioris & minoris poteſtatis: at apud Seruium dicuntur per ſe prout ipſæ aues natura ſua aliis cedunt vel alias pellunt, vt apud Virgil. eclog. 8. oſtendit hanc differentiam à comparatione Aquilę & columbarum.

Audieras & fama fuit ſed carmina tantum
Noſtra valent Lycida tela inter martia quantum
Chaonias dicunt Aquila veniente columbas.

Oſcines & præpetes quæ. Nam ex differentia auium, alia atque alia ratio eſt auſpiciorum. Et primum aliæ ſunt Oſcines, aliæ præpetes. *Oſcines* (inquit Varro. 5. de ling. Lat) *dicuntur apud Augures quod ore faciant auſpicium: dicta ab ore & cano.* (inquit Seruius) tuncque arcana lingua, & murmure ſacro prænunciare credebantur. Papinius 3. Thebaid.

Tunc omnis in aſtris
Conſonet arcana volucris bona murmura lingua.

Præpetes autem (inquit Feſtus) *aues quidam dici aiunt, quia ſecundum auſpicium faciunt præteruolantes, aut quæ ſe ante auſpicantem ferunt, nam antiqui dicebant præpetere pro anteire.* Eædem vocantur alites, nimirum volatu auſpicia facientes vt Buteo, Sanqualis, Immuſculus, Aquila, vulturius vt idem teſtatur in voce alites. quædam tamen ſunt vtriuſque generis: vnde idem. *Oſcines* (inquit) *aues Appius Claudius eſſe ait quæ ore canentes faciant auſpicium vt coruus, cornix, noctua aut quæ alis aut volatu vt Buteo, ſanqualis, immuſculus, vulturius: Picus autem Martius feroniuſque & Parra & in oſcinibus & in alitibus habentur.* Addo cornicem & coruum quia alis etiam & volatu auſpicium ferunt, præterea bubonem vt mox demonſtratur. hæ autem varia ſignificãt *Cornicis auſpicium.* auſpicantibus, vt apud Virgil. Eclog. 9. cornix quæ ad ſiniſtram volauerat & in Ilice conſiderat agrorum damnum portendit.

Ante ſiniſtra caua monuiſſet ab Ilice Cornix.

Ibidem Seruius ſic ait. *Ilex glandifera arbor eſt quæ quoniam vitioſa eſt, vitium poſſeſſionis oſtendit, fore per milites clamore gaudentes & litibus ſicut cornix: nam hæc & clamore lætatur, & alias frequenter inuadit.* In quo videtur à ratione antiquitatis aberraſſe. Nam tantum abeſt vt ilex olim fuerit vitioſa quum ex eius fructu primæum genus hominum vixiſſe credatur (licet hoc aliter ſe habeat) ideo glandis appellatione omne genus fructuum continetur ſicut & apud Græcos qui ἀκρόδρυα vocant quod Latini glandem, & ſub ea omnem ſpeciem fructus arborum l. qui vene- *Primus hominũ victus non ſola glans ſed omnis fructus arborũ & legumẽ omne.* num §. vlt. ff. de verb. ſig. l. vnica §. vltimo ff. de glande leg. ſed quis crederet antequam ſata eſſent frumenta ita rudem fuiſſe hominem vt ſola glande veſceretur? nunquid aliæ arbores ſponte ſua fructum ei dabant cuius gratia erant procreatæ? nonne poma & pira etiamſi non plantes aut inſeras ex terra emittuntur? Ego aſſero primum victum non fuiſſe glandem ſed omnem ſpeciem fructus arborum quæ vocatur ἀκρόδρυα vt dixi atque etiam legumina

gumina, quod ſic probatur ex Ioanne Tzetze in Heſiodum καὶ τοῖς ἀκροδρύοις κοινῶς καὶ τοῖς λαχάνοις τρεφόμενοι tum paulo poſt μηδὲ καρποὺς καὶ ἀκρόδρυα πρὸς ἀποθήκας συναγαγεῖν εἰδότες &c. deinde explicat hanc vocem antiquam pro omni fructu arborum plantarumque quem terra ſponte producit. ad quid ergo fructus quercuum pro omnibus arborum fructibus ſumpti ſunt, ſi quercus non tulit primum victum? ad quid vetuſtiſſimi auctores id dixiſſent ſi verum non fuiſſet? reſpondeo ex voce natum eſſe errorem nam antiqui quercum pro omni arbore accipiebant Scholiaſtes Ariſtoph. in equitibus, οἱ ἀρχαῖοι πᾶν δένδρον δρῦν ἐκάλουν ὥσπερ καὶ ἀκρόδρυα τὰ ἄκρα τῶν δένδρων. Sed tantiſper indulgeamus communi errori; ilex erit Symbolum humani victus, cui quum cornix incubans importuno clamore auſpicium dederit non vitium poſſeſſionis oſtendit ſed violentam incubationis in poſſeſſionem vnde victus domini ſumi poſtea non poſſet. Imo à ſiniſtra cornix dat ſecundum auſpicium. Plautus in Aſinaria. *Picus & cornix eſt ab læua, coruus, parra ab dextera conſuadent.* Verú cornix à ſiniſtra cantu ſuo infauſtú mouet auſpicium, non ſitu volatu aut loco: nam ſi non ore ſed alis ac volatu auſpicium ab læua dederit non tantum cornix ſed omnis quæ & inter oſcines, & inter alites habetur vt eæ de quibus dictum eſt facit auſpicium non tamen idem nam quæ cautu à læua infauſta eſt eadem cantu à dextra fauſta eſſe non poteſt quia dextra ſunt ſiniſtris contraria: & ſic ſequitur cornicem quæ cantu ſuo malum ciet auſpicium à dextra, eamdem ab eadem parte ſuo volatu contrarium ſignificare quia cantus & volatus in hac arte ſunt contraria: idē in parra quę à dextra canit malum auſpiciũ quum tamen volatu ſuo ab eadem parte fauſta ſit vt ex Plauto oſtenſum eſt. Horatius 3. car. od 27. quum ait.

Contraria eiuſdem auis auſpicia ex cantu & volatu.

Impios Parra recinentis omen
Ducat.

In quo cornici eſt contraria. Tullius 1. de diuinat: *cur à dextra coruus, à ſiniſtra cornix ratum faciat?* Ergo corui cantus à ſiniſtra fauſtus erit, à dextra malus. Plautus in Aulularia, *non temere eſt quod coruus cantet mihi nunc ab læua manu:* Picus vt ex eodem dictum eſt, volatu à lęua ſecundum facit à cantu infauſtum ſicut & cornix.

Teque nec læuus vetet ire Picus
Nec vaga cornix.

(Inquit Horatius). Bubo cantu infauſtus eſt, volatu & ſitu fauſtus. Virgil. 4. Æneid.

Bubonis auſpicium duplex.

Solaque culminibus ferali carmine Bubo
Sæpe queri & longas in fletum ducere voces.

Vbi Seruius ait; *non omnimodo malum eſt Bubonis omen: cantus autem eius fletum imitatur aut gemitum* Ammianus libro 30. *tacens oſtendit felicitatem; omnes enim hues oſcinæ malæ, præpetes bonæ ſunt vel è contra; malæ præpetes, oſcinæ bonæ ſunt.* Non igitur omnes aues.

dant auguria, nec omnibus. Cycni ſolis dant nauigantibus vt vult Seruius.

Cycni auſpiciũ in mari.

Cycnus in auguriis, nautis gratiſſimus ales.
Hanc optant ſemper, quia nunquam mergitur vndis.

Sicut (inquit ille) *lectum eſt in* ὀρνιθογονίᾳ. Vnde 1. Æneid. poeta introducit Venerem Æneæ ſignũ futuræ ſerenitatis dãtem ex cycnis.

Pica auſpicium in amore.

Aſpice biſſenos lætantes agmine cycnos
Ætheria quos lapſa plaga Iouis ales aperto
Turbabat cœlo.

Apud Grecos pica auctore Didymo amantibus fauſta erat vt teſtatur Scholiaſtes Ariſtoph. in auibus: apud Romanos columbæ ſolis regibus auſpicium dant, quia nunquam ſingulæ volant ſicut rex nunquam ſolus incedit auctore Seruio in 6. Æneid. vbi per tranſitum oſtendit regis augurium hoc hemiſtichio.

Columbarum auſpiciũ regale.

Maternas agnoſcit aues.

Non ita eſt in externis auſpiciis vt in ciuilibus. Tullius 2. de diuinat. *Externa enim Auguria ſunt quæ non tam artificioſa quam ſuperſtitioſa videamus: omnibus fere auibus vtuntur, nos admodum paucis.*

Augurium firmum ex aquæ interceſſu.

Id autem ex arcanis erat vt ſi augurium aquæ intreceſſu diſrumperetur eſſet firmum; tunc enim ad aquam venientes, inclinati hauriebant eam, exinde manibus extenſis & fuſis precibus vota promittebant, vt viſum perſeueraret augurium. quod Seruius animaduertit in 9. Æneid. in his verſibus.

Sequar omina tanta
Quiſquis in arma vocas: & ſic effatus ad vndam
Proceſſit, ſummoque hauſit de gurgite lymphas
Multa deos orans, onerauitque æthera votis.

Vnde etiam (inquit) *idem in 12. viſum augurium quod aqua interceſſu diſrumpitur firmum eſt, quia cycnus dimiſſus ab aquila in fluuium cecidit vt.*

Prædamque ex vnguibus ales
Proiecit fluuio.

Augures publici.

Hic autem vocat augures publicos vt antea dixit publicos ſacerdotes: Nam auguria quoque priuata ſunt ita vt etiam domi peterentur Valerio teſte. 1. cap. 4. de Tiberio Graccho loquente, nihil enim neque publice neque priuatim fiebat niſi prius captatis auſpiciis: Tullius. 1. de diuin. *Nihil fere quondam maioris rei niſi auſpicato ne priuatim quidem gerebatur.* Eſſentia autem auguris publici conſtat poteſtate non ſolo actu id eſt non ex eo quod captat aut ſcit captare auſpicia ſed ex auctoritate qua id facit aut facere poteſt: vt magiſtratus eſſentia non ex eo pendet quod iudicat aut ius dicit (nam alij mandare poteſt iuriſdictionem quæ iure magiſtratus competit etiam ſine neceſſitate mandandi l. 1. ff. de off. eius cui mand.) ſed ex poteſtate iudicandi aut iuris dicundi. Ad quid ergo priuata auguria? nimirum vt à priuatis obſeruari poſſint vt & priuatim ſacrificari pri-

Ad quod priuata auguria.

uati tamen augures maioris erant dignitatis quam qui priuatim ſacrificabant: nam hi vere non ſunt ſacerdotes: illi vere ſunt augures: hoc enim in dignitate quæ niſi publico iure non competit: illud in ſcientia & cognitione conſiſtitquæ cuique priuato poteſt cõtingere. in Augure autem publico multũ eſt dignitatis non quia ſimpliciter augur eſt, ſed quia publicus augur eſt qui ex priuatis auguribus publica ſortitione deligebatur. Feſtus. *Publiciaugures eodem iure cum cæteris auguribus non erant: Nam quum eſſent numero plures, publici maieſtate cæteros anteibant: origo vetuſta, ideo obſcura, illud manifeſtum ductu ſortis deligi ſolitos qui augures publici P. R. Quiritium in auguralibus dicerentur. captabant auſpicia templo cæli regionibus deſignato quod lituo qui quirinal appellatur deſignabant in Pomœrio extra vrbẽ.* Licet tamẽ augur priuatus, augur vere ſit, ſacerdos tamen non eſt: at augur publicus ſacerdos eſt, non quia augur ſimpliciter, ſed quia augur publicus eſt. Tantæ autem dignitatis hoc munus erat vt ne plebeio quidem fas eſſet illud exercere: ſed quum ante quinque augures eſſent eis ex plebe quatuor adiecti ſunt. Liuius 10. augur autem à duobus tantum ex augurum collegio nominabatur, ſed facultates eius expendebantur vtrum ſoluendo eſſet. Tullius 2. Philip. *Quo enim tempore me augurem à toto collegio expetitum Cn. Pompeius & Q. Hortenſius nominauerunt neque enim licebat à pluribus nominari, tu nec ſoluendo eras nec te vllomodo niſi euerſa Rep. incolumem fore putabas.* Nam ære alieno obruti ad hunc ſacerdotij gradum aſpirare non poterant ne lucri cupiditate fidem diuinationis eluderent: huic enim ſordi nimis addicti ſunt. Accius in Aſtymacte apud Nonium. *Nihil credo auguribus qui aures verbis diuitant alienas ſuas vt auro locupletent domos.* Nunc ad officium augurum accedo quod primum in eo conſiſtit vt ſignis & auſpiciis poſtera ſeu ventura videant: ſigna ab auſpiciis vt auguria differre diximus: in auibus enim captantur auſpicia: ſigna autem in omnibus quæ accidunt. Virgilius ideo vt integrum officium complecteretur ſigna cum auſpiciis coniungit 6. Æneid.

Publici augures ductu ſortis delecti ex Patriciis poſtea ex plebe.

Soluendo eſſe debebat: cur.

Obſeruans quæ ſigna ferant quo tendere pergant
Paſcentes illa tantum prodire volando
Quantum acie poſſent oculi ſeruare ſequentum.

Signa & auſpicia differũt.

Signis etiam ferebantur oracula quum ſacerdos ſe in Iouem effingeret, ad hæc ſtrabo ex Homeri teſtimonio ita loquitur libro 17.

Signis oracula data: quomodo.

Η καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων.

Τῦ δὲ ϖερὶ ϑύτε τὸν Δία ὑποκρινομένου. Sed hæc ſigna de quibus hic agitur ab oraculum non pertinent. hic autem ſignum accipi debet pro nota futuri ex quacumcumque re ducta (quamuis alias ſignum nota eſſe poſſit vel præſentis vel præteriti) non tantum ſi ex cœlo ſed & ſi aliunde cadat modo non ex animantibus: nam vox auſpiciorum quæ ſigna ſubſequitur non tantum ad aues ſed etiam ad cætera animalia quæ auſpicia dicuntur pedeſtria. Feſtus. *Pede-*

Auſpicia pedeſtria, quæ. *ſtria auſpicia nominabantur quæ dabantur à vulpe, lupo, ſerpente, equo, cęteriſque animalibus quadrupedibus.* Quamuis autem auſpicia etiam ſigna ſint, non tamen omnia ſigna ſunt auſpicia, generalius eſt enim nomen ſigni quam auſpicij: vnde quod auſpicium eſt terreſtre Tullius vocat ſignum 1. de diuin. *Equus eius repentę concidit, nec eam rem habuit religioni obiecto ſigno &c.* Maxime tamen & proprie auſpicia ſunt in auibus vt dixi. Sed videamus an ex ſignis futura poſſint præuideri: alioquin inutilis erit hæc ſanctio. Ponamus primum hoc fundamentum nihil temere & fortuito fieri niſi quod ex hominum iudicio & libertate contingit, quod ſup. cap. probaui. æquum eſt enim opus prouidētiæ & naturæ certum eſſe & inconcuſſum ſed humanæ imbecillitatis infirmum & incertum vt vnumquodque opus ſapiat naturam ſui opificis: hoc nouit Plotinus 2. de prouid. vt aliud ex alio ſequatur nō temere, ſed ſecundum naturam. πρόεισι δὲ οὐκ εἰκῇ, οὐδὲ κατ' ἐπιτυχίαν: καὶ γὰρ ἄλλό τι καὶ ἐκ τούτων καὶ ἐφεξῆς κατὰ φύσιν ἄλλο. Huius rei ratio non tantum eſt in ſingulis ſed in ipſo vniuerſo: cuncta enim ita ordinata ſunt vt vnum ex alio deinceps pendeat; prius tamen in vniuerſo, poſtea in ſingulis: quum enim hoc vniuerſum ex vno principio ſit immediate, vnum eſſe neceſſe eſt vt opus imaginem opificis habeat: vnum inquam ex omnibus conſtitutum: idcirco ſigna huius ordinis non tantum ſunt in hoc vniuerſo ſed & in ſingulis, non tantum quia ſunt partes vniuerſi quæ ex totius affectione compatiuntur ſed quia per ſe ſunt etiam tota: ideoque ſingula illa, opera ſingula ſortiuntur, ita tamen vt ea conferant ad ordinem vniuerſi: quoniam nihil eorum quæ creata ſunt à forma vniuerſi ſeiungitur: regnum enim diuiſioni obnoxium, eſt quoque deſolationi proximum vt dominus docet in Euangelio: nec vnum ſingulare offendi poteſt quin alterum æquo libramento adiuuetur. Qui huius prouidentiæ legem accurate perſpiciet videbit viuos characteres rerum futurarum, & ex diſpoſitione partium conſequentias animaduertet: vnde etiam Plotinus ait in auguriis certum eſſe poſſe pręſagium quoniam cuncta plena ſunt ſignis: ibidem ſic ait μεστὰ δὲ πάντα σημείων καὶ σοφός τις ὁ μαθὼν ἐξ ἄλλου ἄλλο: πολλὰ δὲ ἤδη ἐν συνηθείᾳ γιγνόμενα, γιγνώσκεται πᾶσι. τίς οὖν ἡ σύνταξις ἡ μία; οὕτω γὰρ καὶ τὸ κατὰ τοὺς ὄρνεις εὔλογον, καὶ τὰ ἄλλα ζῶα ἀφ' ὧν σημαινόμεθα ἕκαστα συνηρτῆσθαι δὴ δεῖ ἀλλήλοις τὰ πάντα. καὶ μὴ μόνον ἐν τῷ καθ' ἕκαστα τοῦ εὖ εἰρημένου σύμπνοια μία, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον καὶ πρότερον ἐν τῷ παντὶ καὶ μίαν ἀρχὴν ἓν πολὺ ζῷον ποιῆσαι, καὶ ἐκ πάντων ἕν: καὶ ὡς ἐν ἑκάστῳ τὰ μέρη ἕν τι ἔργον ἕκαστον εἴληφεν, οὕτω καὶ τὰ ἐν τῷ παντὶ ἕκαστα ἔργα ἕκαστον ἔχειν καὶ μᾶλλον ἢ ταῦτα, ὅσον μὴ μόνον μέρη, ἀλλὰ καὶ ὅλα καὶ μείζω. πρόεισι μὲν δὴ ἕκαστον ἀπὸ μιᾶς, τὸ αὐτοῦ πρᾶττον. συμβάλλει δὲ ἄλλῳ ἄλλα: οὐ γὰρ ἀπήλλακται τοῦ ὅλου: καὶ δὴ καὶ ποιεῖ καὶ πάσχει ὑπ' ἄλλων καὶ ἄλλο αὖ προσῆλθε καὶ ἐλύπησεν ἢ ἧσε.

Diſpoſitio huius vniuerſi.

Signa ſunt primum in vniuerſo deinde in ſingulis non tātū vt partibus ſed & vt totis.

Ergo augures ſignis & auſpiciis futura præſagiunt ſi ſunt ſapientes: hoc enim exigit is auctor in hac ſpecie diuinandi. Neque tamen ideo minus impia, mendaxque eſt hęc ars. Quis enim eſt ita ſapiens vt huius vniuerſi & rerum ſingularum ordinem contextumque, cauſarum ſeriem & conſequentiarum nexum in ſe inuicem, inter ethnicos teneat, quum illi principium rerum à quo nectuntur (vt iam ſup. cap. dictum eſt ex eodem) ignorent & fugiant. Syneſius hanc opinionem defendit, in vnum non cadere hanc ſignorum cognitionem, ſed vnum ſcire curſum planetarum, alium fixarum ſtellarum naturam, alium fibras animalium, alium aues, alium alios characteres & alia ſigna quæ ex hoc vniuerſo & partibus eius inter ſe conſpirantibus emergunt tamquam ex vno animali ad perfectionem eius confluentibus ſic enim de inſomniis ait, εἰ σημαίνει μὲν διὰ πάντων πάντα, ἅτε ἀδελφῶν ὄντων τῶν ἐν ἑνὶ ζώῳ τῷ κόσμῳ· καὶ ἔστι ταῦτα γράμματα παντοδαπὰ καθάπερ ἐν βιβλίῳ τοῖς οὖσι τὰ μὲν φοινίκεια, τὰ δὲ Αἰγύπτια, καὶ ἄλλα Ἀσσύρια· ἀναγινώσκει δὲ ὁ σοφός· σοφὸς δὲ ὁ φύσει μαθών· καὶ ἄλλος ἄλλα. καὶ ὁ μὲν μᾶλλον, ὁ δὲ ἧττον, ὥσπερ ὁ μὲν κατὰ συλλαβάς, ὁ δὲ ἀθρόαν τὴν λέξιν, ὁ δὲ τὸν λόγον ὁμοῦ· οὕτως ὁρῶσι σοφοὶ τὸ μέλλον, ὁ μὲν ἄστρα εἰδότες, ἄλλος τὰ μένοντα, καὶ ἄλλος τὰ πυρσὰ τὰ διᾴττοντα· οἱ δὲ ἐν σπλάγχνοις ὄντα ἀναγνόντες· οἱ δὲ ἐν ὀρνίθων κλαγγαῖς καὶ καθέδραις καὶ πτήσεσι· τοῖς δὲ καὶ τὰ καλούμενα σύμβολα τῶν ἐσομένων ἐστὶν ἀρίδηλα γράμματα φωναί τε καὶ συγκυρήσεις ἐπ' ἄλλῳ γενόμεναι σημαντικῶν ὄντων ἅπασι πάντων. At ipſe in defenſione huius erroris errat. Si enim partes huius vniuerſi ita inter ſe germanæ ſunt vt vna ex altera pendeat, quomodo poterit ſcientia hæc conſiſtere per partes in pluribus ingeniis vt huius in vno ſit illius partis in altero? Quemadmodum in lyra ſi quis fidem vnam pulſare ſciat, alias non poſſit, vllam ne harmoniam ciere poterit? neque enim concentus fit ex eodem aut ſimili ſed ex pluribus contrariis: eodem modo ſe habet hoc vniuerſum quod non eſt vnum ſimpliciter ſed ex multis compoſitum, vt lyra quę ex multis fidibus compacta, pulcherrimam harmoniam ex repugnantibus modis efficit, quod idem ibidem oſtendit. Igitur quamuis illi conceſſeris partium huiuș vniuerſi cognationem, eaſque ſibi inuicem compati ita vt vna læſa altera laboret, non ſecus ac in corpore animantis vna parte male affecta cęterę licet integrę condoleſcunt, eademque lege adiuuantur ne pereat quod per ſe perire non poteſt: & ſic eas partes quæ patent habere ſigna & quaſi pignora abſentium, quid inde quum nullus ſic ſapere poſſit & omnium & ſingulorum cauſæ & ſigna tenenda ſint? Cæci lumen prouidentiæ videbunt, ignari ſcientiam, mendaces veritatem? Sufficit ſimulacrum quoddam ſapientiæ (nam illudit hominibus, tantum ſub imagine dæmon) accommodatæ ſignis & auſpiciis quæ dæmon ipſe cognoſcit impellit & mouet prout

Solus ſapiens hæc videt.

Error Syneſij quia in hac partiũ connexione nihil eſt ſeparatum.

homines ſibi deditos eſt affecturus. Quamuis enim doctiſſimus ſit angelus deſtructor multa tamen ignorat quamuis non ſupra fatum ſed ex ordine cauſarum mediarum euentura ſint. Solus itaque vir bonus & ſapiens hæc nouerit. Sed quis ille eſt etiam inter nos ? at inter paganos hanc artem exerceat qui vmbram quandam ſapientiæ complexus ſit. at quomodo hanc conſequipo terit? Hic illud innuunt hæc verba, *Diſciplinã tenento*: hæc non æque apud omnes gentes ſe habet, nã ciuilia habet documenta & inſtitutionem vrbi propriam ita vt ab ea recedere nulli fas ſit, tamquã à patrio more. Valerius. 1. *Luctatius qui primum bellum punicum confecit à ſenatu prohibitus eſt ſortes fortunæ præneſtinæ, adire auſpiciis enim patriis non alienigenis Remp. adminiſtrari oportere indicabant.* Huius diſciplinæ inſtituta expendamus. primum aues boni & mali auſpicij cognoſcendæ ſunt diſtinguendæque vt ſupra. tum cœli partes definiendæ lituo: deinde templi. Liuius 1. *Inde ab Augure cui deinde honoris gratia publicum id perpetuumque ſacerdotium fuit deductus in arcem, in lapide ad meridiem verſus conſedit: augur ad læuam eius capite velato ſedem cepit, dextera manu baculum ſine nodo aduncum tenens quem lituum appellauerunt: inde vbi proſpectu in vrbem agrumque capto deos precatus regiones ab oriente ad occaſum determinauit, dextras ad meridiem partes, læuaſque ad ſeptentrionem eſſe dixit: ſignum contra quod longiſſime conſpectum oculi ferebant animo finiuit &c.* Vnde patet apud Romanos proſpera fuiſſe ſigna quæ à læua venirent. Vrgil.

Vmbra ſapientia.

Auguralis ars ciuilis in quibus ſit.

Læua proſpera eaque à Septẽtrione.

Vix ea fatus erat ſenior, ſubitoque fragore
Jntonuit læuum.

Quia proſpera erant à Septentrione. Feſtus. *Siniſtrum in auſpicando ſignificare ait Ateius Capito lætum & proſperum auſpicium, idem in voce ſiniſtræ aues ait ſiniſtrumq; eſt ſiniſtrimum auſpicium id eſt quod ſinat fieri Varro libro 5. epiſtulicarum quæſtionum à deorum ſede quum in meridiem ſpectes ad ſiniſtram ſunt partes mundi exorientes ad dextram occidentes, factum arbitror vt ſiniſtra meliora auſpicia quam dextra eſſe exiſtimentur idem fere ſentiunt Sinnius Capito & Cincius.* Sed Varro licet in ſiniſtro proſperum conſtituat, non tamen in Septentrione quod infra explicabimus. huius inſtituti rationem repetunt quidam ab æuo quod multum anteceſsit initia Romæ, nimirum ab Aſcanio Æneæ filio, quum enim obſidione premeretur à Mezentio Thuſcorum rege iam deſperata ſalute erupturus Iouem implorauit vt de cœlo felix ſignum daret, moxque ſereno cœlo fulgura à ſiniſtris micuere: ſub hoc ſigno erumpit ex vrbe hoſtem fundit fugatque, cuius felicis euentus memoria ad poſteros propagata ſignum ea parte confirmauit. An ideo lęua ſunt proſpera quod cœleſtia ſint contraria terreſtribus ideo Diis dextra ſunt quæ nobis ſiniſtra. Plutarch. quęſt. Rom. quęſt. 78. Sed idem melius ibidem & Dionyſ. libro 2. (vbi etiam hęc de Aſcanio referuntur) ad Romulum

Vnde proſpera ſunt læua.

huius documenti originem refert, nam primum fundamentum regij ſtatus in ſiniſtro fulgure datum eſt: locus autem ex quo captantur auſpicia optimus eſt orientem verſus, vnde ſol & Luna omneſque cœleſtes faces exoriuntur & motus cœli exordium ſumit, vnde primum mobile ab Oriente ad Occidentem tranſit & reuoluitur ad Orientem; quem qui ſpectat, habet à dextris meridiem, à ſiniſtris Septentrionem, quæ meridie pręſtantior pars eſt. Sublimis enim attollitur ab Aquilonari tractu polus circa quem mundus voluitur, ex qua parte ſemper eſt conſpicuus, inter quinque ſphęræ circulos, arcticus: Ab Auſtri vero partibus antarcticus ſemper in eo tractu deprimitur & quaſi deliteſcit. Meliora ergo ſunt auſpicia quæ ex meliore parte proueniunt nimirum quæ & nobis eſt excelſior & Diis ſuperis propior apparet, remotior ab inferis, ex quibus infauſta procedunt: quod proculdubio Virgil. in his artibus ſcientiſsimus obſcure inuoluit & tacite hac mundi deſcriptione quæ eſt 1. Georgic.

Mundus vt ad Scythiam Riphæaſque arduus arces *Meridies infauſta cur.*
Conſurgit, premitur Lybiæ deuexus in auſtros:
Hic vertex nobis ſemper ſublimis: At illum
Sub pedibus Styx atra videt maneſque profundi.

Hoc & Aratus ſenſit qui polum Borealem ſurſum conſtituit & deorſum Auſtralem: in quo reprehenſus eſt ab Alexandro Aphrodiſæo: hinc & Virgil. carpitur vt ignarus aſtrologiæ. Atqui eſt ne tanta Alexandri auctoritas vt Virgil. vincat? Sed forte habet auctorem Virgilio doctiorem videlicet Ariſtotelem qui libro 2. de cœlo cap. 2. ſic ait, τὸν δὲ πόλον ὁ μὲν ὑπὲρ ἡμᾶς φαινόμενος, τὸ κάτω μέρος ἐστὶν: ὁ δ' ἡμῖν ἄδηλος τὸ ἄνω. Alioqui neceſſe eſſe vt ſi manifeſtus nobis ſurſum eſſet, motus à ſiniſtra cieretur, quum tamen principium motus à dextris ſit. finge tibi mundum in quo arcticus ſit. A. Antarcticus. B. oriens. C. occidens. D. in eo ſit homo cuius caput ſit in. A. ſeu in polo arctico & pedes in B. ſeu in antarctico. facies eius ſit verſus hemiſphærium ſuperius quod nobis apparet, tunc dextra eius erit in ſiniſtra parte cœli ſeu in occidente nimirum in D. & ſiniſtra eius in Oriente ſeu in C. quæ eſt dextra cœli: quum autem motus ſit à dextra & ad eamdem, tamquam ab eodem puncto in idem circumferatur, contrarium eueniet ſi polus arcticus in ſuperiori parte conſtituatur vt poſitum eſt; tunc enim motus cœli erit à ſiniſtra ad ſiniſtram: At ſi eadem faciei diſpoſitio maneat id eſt verſus hemiſphærim ſuperius caput erit B. ſeu in antarctico, & pedes in A. ſeu in arctico tunc recte dextra erit in Oriente à qua eſt principium motus.

Principiũ motus à dextra qua ratione meridies ſurſũ eſt. Septẽtrio deorſum per ſe id eſt ex polorum ſitu qui ſunt immobiles.

Hæc partium diſpoſitio non eſt reſpectu noſtri aſpectus nec per accidens ſed per ſe quia vt idem docet 8. phyſic. principium mouens cœlum non eſt ſecundum accidens nec mutatur ſecundum horizontem cuiuſque regionis: Nam ex polorum ſitu hęc conſti-

homines ſibi deditos eſt affecturus. Quamuis enim doctiſſimus ſit angelus deſtructor multa tamen ignorat quamuis non ſupra fatum ſed ex ordine cauſarum mediarum euentura ſint. Solus itaque vir bonus & ſapiens hæc nouerit.

Vmbra ſapientia.

Sed quis ille eſt etiam inter nos? at inter paganos hanc artem exerceat qui vmbram quandam ſapientiæ complexus ſit. at quomodo hanc conſequi poterit? Hic illud innuunt hæc verba, *Diſciplinā tenento*: hæc non æque apud omnes gentes ſe habet, nā ciuilia habet documenta & inſtitutionem vrbi propriam ita vt ab ea recedere nulli fas ſit, tamquā à patrio more. Valerius. 1. *Luctatius qui primum bellum punicum confecit à ſenatu prohibitus eſt ſortes fortunæ præneſtinæ, adire auſpiciis enim patriis non alienigenis Remp. adminiſtrari oportere indicabant.*

Auguralis ars ciuilis in quibus ſit.

Læua proſpera eaque à Septētrione.

Huius diſciplinæ inſtituta expendamus. primum aues boni & mali auſpicij cognoſcendæ ſunt diſtinguendæque vt ſupra. tum cœli partes definiendæ lituo: deinde templi. Liuius 1. *Inde ab Augure cui deinde honoris gratia publicum id perpetuumque ſacerdotium fuit deductus in arcem, in lapide ad meridiem verſus conſedit: augur ad læuam eius capite velato ſedem cepit, dextera manu baculum ſine nodo aduncum tenens quem lituum appellauerunt: inde vbi proſpectu in vrbem agrumque capto deos precatus regiones ab oriente ad occaſum determinauit, dextras ad meridiem partes, læuaſque ad ſeptentrionem eſſe dixit: ſignum contra quod longiſſime conſpectum oculi ferebant animo finiuit &c.* Vnde patet apud Romanos proſpera fuiſſe ſigna quæ à læua venirent. Vrgil.

Vix ea fatus erat ſenior, ſubitoque fragore
Intonuit læuum.

Quia proſpera erant à Septentrione. Feſtus. *Siniſtrum in auſpicando ſignificare ait Ateius Capito lætum & proſperum auſpicium, idem in voce ſiniſtræ aues ait ſiniſtrumq; eſt ſiniſtrimum auſpicium id eſt quod ſinat fieri Varro libro 5. epiſtulicarum quæſtionum à deorum ſede quum in meridiem ſpectes ad ſiniſtram ſunt partes mundi exorientes ad dextram occidentes, factum arbitror vt ſiniſtra meliora auſpicia quam dextra eſſe exiſtimentur idem fere ſentiunt Sinnius Capito & Cincius.*

Vnde proſpera ſunt læua.

Sed Varro licet in ſiniſtro proſperum conſtituat, non tamen in Septentrione quod infra explicabimus. huius inſtituti rationem repetunt quidam ab æuo quod multum anteceſſit initia Romæ, nimirum ab Aſcanio Æneæ filio; quum enim obſidione premeretur à Mezentio Thuſcorum rege iam deſperata ſalute erupturus Iouem implorauit vt de cœlo felix ſignum daret, moxque ſereno cœlo fulgura à ſiniſtris micuere: ſub hoc ſigno erumpit ex vrbe hoſtem fundit fugatque, cuius felicis euentus memoria ad poſteros propagata ſignum ea parte confirmauit. An ideo læua ſunt proſpera quod cœleſtia ſint contraria terreſtribus ideo Diis dextra ſunt quæ nobis ſiniſtra. Plutarch. quæſt. Rom. quæſt. 78. Sed idem melius ibidem & Dionyſ. libro 2. (vbi etiam hæc de Aſcanio referuntur) ad Romulum

huius documenti originem refert, nam primum fundamentum regij ſtatus in ſiniſtro fulgure datum eſt: locus autem ex quo captantur auſpicia optimus eſt orientem verſus, vnde ſol & Luna omneſque cœleſtes faces exoriuntur & motus cœli exordium ſumit, vnde primum mobile ab Oriente ad Occidentem tranſit & reuoluitur ad Orientem; quem qui ſpectat, habet à dextris meridiem, à ſiniſtris Septentrionem, quæ meridie præſtantior pars eſt. Sublimis enim attollitur ab Aquilonari tractu polus circa quem mundus voluitur, ex qua parte ſemper eſt conſpicuus, inter quinque ſphęræ circulos, arcticus: Ab Auſtri vero partibus antarcticus ſemper in eo tractu deprimitur & quaſi deliteſcit. Meliora ergo ſunt auſpicia quæ ex meliore parte proueniunt nimirum quæ & nobis eſt excelſior & Diis ſuperis propior apparet, remotior ab inferis, ex quibus infauſta procedunt: quod proculdubio Virgil. in his artibus ſcientiſsimus obſcure inuoluit & tacite hac mundi deſcriptione quæ eſt 1. Georgic.

Mundus vt ad Scythiam Ripheaſque arduus arces
Conſurgit, premitur Lybiæ deuexus in auſtros:
Hic vertex nobis ſemper ſublimis: At illum
Sub pedibus Styx atra videt maneſque profundi.

Meridies infauſta cur.

Hoc & Aratus ſenſit qui polum Borealem ſurſum conſtituit & deorſum Auſtralem: in quo reprehenſus eſt ab Alexandro Aphrodiſæo; hinc & Virgil. carpitur vt ignarus aſtrologiæ. Atqui eſt ne tanta Alexandri auctoritas vt Virgil. vincat? Sed forte habet auctorem Virgilio doctiorem videlicet Ariſtotelem qui libro 2. de cœlo cap. 2. ſic ait, τῶν δὲ πόλων ὁ μὲν ὑπὲρ ἡμᾶς φαινόμενος, τὸ κάτω μέρος ἐστὶν: ὁ δ' ἡμῖν ἄδηλος τὸ ἄνω. Alioqui neceſſe eſſe vt ſi manifeſtus nobis ſurſum eſſet, motus à ſiniſtra cieretur, quum tamen principium motus à dextris ſit. finge tibi mundum in quo arcticus ſit. A. Antarcticus. B. oriens. C. occidens. D. in eo ſit homo cuius caput ſit in. A. ſeu in polo arctico & pedes. in B. ſeu in antarctico. facies eius ſit verſus hemiſphærium ſuperius quod nobis apparet, tunc dextra eius erit in ſiniſtra parte cœli ſeu in occidente nimirum in D. & ſiniſtra eius in Oriente ſeu in C. quæ eſt dextra cœli: quum autem motus ſit à dextra & ad eamdem, tamquam ab eodem puncto in idem circumferatur, contrarium eueniet ſi polus arcticus in ſuperiori parte conſtituatur vt poſitum eſt; tunc enim motus cœli erit à ſiniſtra ad ſiniſtram: At ſi eadem faciei diſpoſitio maneat id eſt verſus hemiſphærim ſuperius caput erit B. ſeu in antarctico, & pedes in A. ſeu in arctico tunc recte dextra erit in Oriente à qua eſt principium motus.

Principiũ motus à dextra qua ratione meridies ſurſũ eſt. Septẽtrio deorſum per ſe id eſt ex polorum ſitu qui ſunt immobiles.

Hæc partium diſpoſitio non eſt reſpectu noſtri aſpectus nec per accidens ſed per ſe quia vt idem docet 8. phyſic. principium mouens cœlum non eſt ſecundum accidens nec mutatur ſecundum horizontem cuiuſque regionis: Nam ex polorum ſitu hęc conſti-

Defenſio Arati & Virgilij: quia meridies deorſum eſt & Septentrio ſurſum per accidẽs reſpectu noſtri aſpectus.

tutio ducta eſt circa quos mouetur mundus, ipſi autem immobiles ſunt. quomodo ergo Aratum & Virgil. ab ignorantię culpa vindicabimus? Sane in hoc nullus eſt error. Nam cœli partes non ratione polorum ſed ſecundum aſpectus noſtri rationem & diſciplinam auguralem intellexerunt & proinde per accidens: hoc enim modo certum eſt polum arcticum ſublimem eſſe, antarcticum infimum quod & ipſe Ariſtot. aſſerit de mundo cap. 2: τῶν δὲ ἀκινήτων πόλων τούτων ὁ μὲν ἀεὶ φανερός ἐστιν ὑπὲρ κορυφὴν ὢν κατὰ τὸ βόρειον κλίμα, ἀρκτικὸς καλούμενος· ὁ δὲ ὑπὸ γῆν ἀεὶ κατακέκρυπται κατὰ τὸν νότον ἀνταρκτικὸς καλούμενος. Ait Septentrionalem polum eſſe ſupra verticem noſtrum, meridionalem abſcondi ſub terram, quid aliud dixit Virgilius. tractus autem Septẽtrionalis firmiſſimus eſt, meridionalis infirmiſſimus. Vitruuius 4. cap. libri 1. *In cellis enim vinariis tectis lumina nemo capit à meridie, nec ab occidente, ſed à Septẽtrione, quod ea regio nullo tẽpore mutationes recipit, ſed eſt firma perpetuo & immutabilis.* Infelix igitur eſt quodcũq; eſt à dextris quum ſit à meridie quam inferorum aſpectus inceſtat & ſui vicinitate polluit. at Gręcis & Barbaris dextra ſunt meliora Tullius 2. de diuinat. *Quæ autem eſt inter augures conueniens & coniuncta conſtantia ad noſtri augurij conſuetudinem dixit Ennius.*

Quum tonuit læuum bene tempeſtate ſerena.

At Homericus Aiax apud Achillem querens de ferocitate Troianorum neſcio quid hoc modo nunciat.

Proſpera Iuppiter bis dextris fulgoribus edit.

Dextra aliis gẽtibus fauſta, cur.

Homerus ἰλιαδ Β.

Φημὶ γὰρ οὖν κατανεῦσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα.
Ἤματι τῷ, ὅτε νηυσὶν ἐπ' ὠκυπόροισιν ἔβαινον
Ἀργεῖοι Τρώεσσι φόνον καὶ κῆρα φέροντες
Ἀστράπτων ἐπιδέξι' ἐναίσιμα σήματα φαίνων.

Vbi rationem reddit Euſtathius qua dextra feliciora eſſent: quia in iureiurando nihil eſt firmius dextera in qua eſt fidei ſymbolum & magnæ amicitię & reſtituendę vnitatis. Sane in hoc Gręci nomine differunt à Romanis parum ſenſu. Nam eadem ſunt in hac cœli regione & his & illis fauſta nimirum quę ab oriente veniunt, oriens enim Gręcis dexter habetur Homerus. ἰλιαδ Μ.

Εἴτ' ἐπὶ δεξί' ἴωσι πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε.
Εἴτ' ἐπ' ἀριστερὰ τοίγε ποτὶ ζόφον ἠερόεντα.

Quod & ibidem teſtatur Euſtath. at videtur hanc differentiam non fuiſſe perſpectam à Papinio qui in auſpiciis Græcorum læuo fauſtum attribuit 3. Thebaid.

Signa feras læuuſque tones

Et infauſtum dextro.

Si prohibes hic necte moras dextriſque profundum
Alitibus prætexe diem.

Vt in Romanis. verum ſi error non eſt in nomine non errauit Papinius:

Papinius : nam ſola ratio nominis non mutat aut facit eſſentiam auſpicij hoc tantum intereſt quod licet ab oriente vtrique fauſta ſigna ſtatuerint, tamen Romanis oriens non erat dextra ſed antica pars Grçcis dext a quod ne ipſe quidem Tullius intellexit. Grçci autem videntur minus inepte dextra fauſta appellaſſe: ſunt enim nobiliora natura ſiniſtris quæ mouentur, at dextra mouent: eſt enim in dextris principium motionis, quia omnes ferunt onera in ſiniſtris: liberatum enim ab onere dextrum, facilius mouet ſiniſtrum quam ſi grauaretur: tunc enim aut omnino non moueret aut difficilius: ita qui ſaliunt facilius ſiniſtro mouentur pede quam dextro, argumento ſunt ſiniſtrorum pedum proiectiones: atque etiam ipſi ſtantes magis ſiniſtra protendunt, niſi aliter fiat per accidens. non enim à proiecta parte mouentur ſed ab altera, quo magis dextra conſeruantur vnde non mirum ſi animalia ſint parte dextra fortiora ſuapte natura Ariſtot. 4. de partib. animal cap. 8. hinc idem de inceſſu animalium cap. 4. reſoluit dextrum eſſe vnde eſt motus initium, ſiniſtrum vero quod ei opponitur & mouetur. Cur ergo Romanum auſpicium à dextra non eſt felicius ? an quia naturam laterum non reſpicerent ſed cœli terminos quos lituo deſignauerant, quorum ratione aliter atque aliter ſe habere poſſunt dextrum & ſiniſtrum. At ne hoc quidem pacto hçc diſciplina ſuſtineri poteſt. Sic enim accepto latere nulla eſt differentia prorſus dextri & ſiniſtri ſicut nec anticæ & poſticæ partis. Nam ſi contra vertantur, ea quorum ratione videntur diſtingui, emergent prorſus contraria latera & reſpectus quod Ariſtot. obiter loquens de auguribus oſtendit libro 2. de cœlo cap. 2. huic ſuccinit Arnobius libro 4. vbi ait. *Iam primum enim mundus ipſe per ſe ſibi neque dextras neque læuas, neque ſuperas regiones, neque imas neque anticas habet neque poſticas: quicquid enim teres eſt atque ex omni parte rotunditatis ſolida connexione concluſum, nullum habet initium, nullum finem, vbi finis & initium nullum eſt, eſſe aliqua portio ſui nominis & initium non poteſt. Itaque quum dicimus dextra hac regio eſt, & illa læua non ad mundi habitum dicimus qui ſui ſimillimus totus eſt ſed ad poſitionem noſtram ſitumque reuocandus.* Hic Arnobius non intellexit ſitum polorum quorum ratione mundus per ſe habet regiones diſtinctas ſed noſtri reſpectu. quid igitur in hac diuerſitate dextri & læui poteſt eſſe ſolidum & certum quum hçc differentia ſeu reſpectus nihil ſit auctore Plotino de generibus entis? itaque quum cœli partes deſignari non poſſint dextræ aut ſiniſtræ reſpectu ſpectantium quæ veram habeant differentiam quid certum & efficax eſſe poteſt in hac diſciplina quæ hoc potiſſimum conſtat firmamento. At fortaſſe cœli partes terminantur ex motu cœli non ex opinione auguris definientis. Sane dextrum cœli latus eſt ex principio quo cœlum conuertitur & mouetur. & quoniam ob rotundam eius figuram illud principium facile dignoſci non poteſt

Oriens Grçcis dextra Romanis antica pars.

Dextra ſunt nobiliora natura.

quia ſunt partes vniuerſæ,ſimiles, & perpetuo motu cientur, illud Ariſtoteles deprehendit ex ortu ſtellarum fixarum quæ quum motum proprium non habeant neceſſe eſt vt eodem motu voluantur quo circulus cui affixæ ſunt. Ergo ibi dextrum erit vnde eæ mouentur & quum ſiniſtrum habeat ſitum oppoſitum neceſſario ibi conſtituetur vbi eſt earum occaſus: contra quam iſti augures docuere: volunt enim à polis mundi ſumi dextrum & ſiniſtrum non ab oriente & occidente ſed quia ſtellæ erraticæ alio motu currunt quam cœlum & prorſus contrario, contrarium contingit, contemplatione ſecundæ conuerſionis. διὰ τὸ ἐναντίας εἶναι τὰς φοράς. (inquit ille dicto cap. 2.) idcirco forſan eis patrocinari poſſet hæc ratio. Sed neque hoc neque illo modo falſum, verum fieri poteſt. Nam ſic acceptis partibus erunt ſupera, quæ dextra illi confingunt & infera, quæ ſiniſtra. Nam in polis eſt ſummum & imum: quæ ſi ſic accipiantur vt ſunt, euerſa video fundamenta iſtius diſciplinæ. Quum enim prorſus contrario modo ſe habeant cœli dextra & ſiniſtra ſecundum contrarias conuerſiones, ſequitur vt vnius eiuſdemque negotij contraria ſigna oſtendantur vt idem ſignum & bonum ſit & malum, idemque malum & bonum: Apud Ægyptios ſiniſtra quidem habebantur fauſta, dextra contraria ſed contrario modo. Nã dextra erant à ſeptẽtrione ſiniſtra à meridie, facies cœli ab oriente pars poſtica ab occidẽte, ideo in ſacra lamentatione Saturni fingunt Nilum natum à ſiniſtra deplorari pereuntem. Plutar. in Iſi è Oſir. quamuis vero in auſpiciis Rom. ſiniſtrum ſeu Septentrionale fauſtum fuerit tamen in ordine & ratione dignitatum dextrum erat potentius & prius ſiniſtro: quia in ordine ſitus huius conſideratur ſingulorum dignitas & præſtantia. in homine autem dextra per ſe ſemper ſunt præſtantiora vt in omnibus animalibus quod ſupra ex Ariſtot. probaui: at in auſpiciis cœli partes non hominis conſiderantur. hinc eluceſcit ratio qua Deo dextro fauſta ſperabant læuo contraria vt apud Iuuenal. Sat. 10. dextro Ioue id eſt benigno, apud Horatium dextro Hercule: apud Papinium 4. Syluarum dextro Caſtore: econtra apud Virgil. numina læua ſignificant infauſta: ita vt in perſona ſingulorũ deorum dextra habeantur meliora, ad ſimilitudinem hominum quia homines fuerunt. Cætera quæ ad huius diſciplinæ explicationem pertinent multo ſunt abſurdiora vt lapſus apicis è capite inter ſacrificandum tanti ſit vt ſacerdotium auferat quod accidit Sulpitio, & occentus ſoricis auditus, dictaturam quod contigit Fabio Max. magiſterium equitum depoſuit ex eadem cauſa C. Flaminius teſte Valerio 1. iis ſignis portendi aliquid exiſtimabant quod auerti poſſe credebant depoſita dignitate; ſi mus aram perforaſſet aut lecythum abliguriiſſet aut gallus gallinaceus veſpere ceciniſſet ſignum cuiuſdam rei eſſe credebant auctore Clemente Alex. Strom. 7. preterea & hoc eſt ex tam bellæ diſciplinæ inſtitutis vt ſi iunctum iumentum ſtercus feciſſet iuge auſpicium diceretur teſte Feſto à quo ſum-

Motus primæ & ſecundæ conuerſionis.

Apud Ægyptios quæ cœli partes.

Romanis, in dignitatibus dextrum erat nobilius.

Iuge auſpicium quid.

mopere cauebant quoniam in eo eſſet aut oneris aut timoris argumentum. Tullius 2. de diuinat. *Huic ſimile eſt quod nos augures præcepimus ne iuge auſpicium obueniat vt iumenta iubeant diſiungere.* Ægyptij auguria ex Api boue captabant. Plinius 8. cap. 46. *Sunt delubra ei gemina quos vocant thalamos auguria populorum; alterum intraſſe lætum eſt; in altero dira portendit reſponſa priuatis dat, è manu conſulentium cibum capiendo: Germanici Cæſaris manum auerſatus eſt haud multo poſt extincti.* Pergendum ad alias partes huius muneris. Augurari debent vineta virgetaque cur viti coniunxit arbores? quia earum quaſdam amat & amplectitur, iiſque ad ſui conſeruationem indiget vt religetur. Tullius de Senectute, cuius quidem non vtilitas me ſolum ſed etiam cultura & ipſa natura delectat religatio, propagatio vitium ſarmentorumque tum vt adoleſcens ſuſtentetur Fabius libro 1. cap. 2. vt vites arboribus applicitæ inferiores prius apprehendendo ramos in cacumina euadunt quod intellexit Virgil. 2. Georg.

Aegyptiorum auguria.

Flectere luctantes inter vineta iuuencos
Tum leues calamos & raſæ haſtilia virgæ
Fraxineaſque aptare ſudes furcaſque bicornes
Viribus eniti quarum & contemnere ventos
Aſſueſcant, ſummaque ſequi tabulata per vlmos

Augurātur ſimul virgeta vinetaque.

Præterea vitis etiam inter arbores numeratur l. 1. §. arboris ff. de arbo cælend. l. 3. prin. ff. arbo furt. cæſ. primo quidem ordine inter omnes idcirco qui arbores & maxime vites cædebant etiam, tamquam latrones puniebantur l. 2. cod. ait etiam: latrones enim capite plectebantur ſic arborum cæſores, & preterea ciuiliter in duplum tenentur l. facienda ff. arbo fur. cæſ. quod concinit Virgilio quum ait Ecloga. 3.

Vitis eſt arbor. Arborum cæſores puniuntur.

Atque mala vites incidere falce nouellas.

Vbi Seruius *in hoc* (inquit) *maximum nefas eſt quod ait vites nouellas nam vetulæ & cum vtilitate inciduntur, fuerat autem capitale crimen arbores alienas incidere.* Neque immerito arborum prima & præſtantiſſima vitis habebatur quæ Baccho ſpecialiter attributa eſt quum eidem cæterarum plantarum creationes æque ac Cereri tribuerentur Strabo 10. καὶ τὸ περὶ τὰς τελετὰς μυστικὸν Ἴακχόν τε καὶ τὸν Διόνυσον καλοῦσι καὶ τὸν ἀρχηγέτην τῶν μυστηρίων τῆς Δήμητρος δαίμονα, δενδροφορίαι τε καὶ χορεῖαι καὶ τελεταὶ κοιναὶ τῶν θεῶν εἰσι τούτων. Supra in capite conſtructa oſtenſum eſt creditum fuiſſe arboribus ineſſe aliquid diuini muneris: Plinius 12. *Summumque munus homini datum arbores ſyluæque intelligebantur.* Ideo quot annis ſolenni ſacrificio mos erat fruges luſtrari vt eſſent feliciores, vt Diis ipſis ab omni piaculo ſolutæ gratiores: tunc enim victima per agros circūducebatur vnde ambaruualis dicta eſt vt ait Seruius hic.

Plantarū creatio aque Baccho ac cereri attribuitur.

Fruges luſtrantur ambaruali hoſtia & quo die.

Quum faciam vitula pro frugibus ipſe venito.

Feſtus in voce Ambaruales. Plutarch. in Numa ait Romanis morem fuiſſe vt plantas Februario menſe expiarent, idque eodem die

quo res diuina Termino fiebat vt poſtea ex Strabone oſtenditur: ſed ante partes augurum erant vt vineta virgetaque id eſt vites nouelleta virgultaque augurio capto conſecrarent & deos conceptis precibus exorarent vt hæc omnia fauſte ſuccreſcant. Cato in libro de re ruſtica. *Mars pater precor te vti morbos viſos inviſoſque, viduertatem vaſtitudinemque, calamitates, intemperiaſque probibeſſis, defendas, auerrunceſque, vti tu fruges, frumenta, virgultaque grandire, beneque euenire ſinas.* Poſtea tamen vites viſæ ſunt minus vtiles cæteris arboribus & plantis: idcirco Domitianus edixit vt ſucciderentur. Tranquillus in eod. *Ad ſummam* (inquit) *quandam vbertatem vini, frumenti vero inopiam exiſtimãs nimio vinearũ ſtudio negligi arua edixit ne quis in Jtalia nouellaret vtque in prouinciis vineta ſucciderentur relicta vbi plurimum dimidia parte nec exequi rem perſeuerauit.* Nam ſcopelianus ſophiſta vt docet Philoſtratus in eius vita à principe impetrauit vt non tantum vineæ colerentur ſed etiam non colentibus neceſſitas imponeretur, alia tamen adducta ratione edicti nimirum ſeditionibus quæ ſepe ex temulentia naſcebantur. Papinius tamen eamdem quam Tranquillus cauſam aſſignat.

Formula augurandarum frugum.

Vites exciſæ.

Et reſtituuntur cur.

Qui caſtæ Cereri diu negata
Reddit iugera ſobriaſque terras.

At ſane vtraque cauſa coniungi debuit. hoc edictum à ſuo auctore Domitiano ſublatum poſtea in partem reſtitutum eſt. Poſtea enim Prouinciis interdictum eſt vini vſu, & maxime Galliæ, Germaniæ, Pannoniæ quas amore vini laborare ſeditionum crebræ & intempeſtiuæ procellæ declarant: patet ex Eutropio libro 9. & ex Flauio Vopiſco in Probo qui eis permiſit vt vites haberent quo beneficio illectæ Probo ſeruire maluerint quam cum Proculo aut Bonoſo eſſe. Sed ante Probum dum teneret interdictio vinum ex hordeo conficiebant quod Iulianus deſertor irriſit in quodam Epigrammate de vino hordeaceo vbi querit à Baccho cumne Galli compoſuerint ex ſpicis, vnde eum non Dionyſium ſeu Iouis filium eſſe vocandũ ſed Demetriũ id eſt Cereris filiũ, aut ex tritico natum aut Bromon (eſt autem Βρόμος quædam auenæ ſpecies paratæ ad conficiendam hanc potionem) non Bromium.

Ηρά σε Κελτοὶ
Τῇ πενίῃ βοτρύων τεῦξαν ἀπ᾽ ἀσταχύων
Τῷ σε χρὴ καλέειν Δημήτριον, οὐ Διόνυσον
Πυρογενῆ μᾶλλον, καὶ Βρόμον οὐ Βρόμιον.

Arborum natura, quæ.

Arbores autem in ſe vitæ principium habent, tum ad neceſſitatem victus inſeruiunt: viuunt tamen non ſenſu ſed potentia tantum nutritiua Ariſtot. 2. de anima cap. 2. & 3. Augurantur autem non quia viuunt ſed quia proſunt. omnem enim religionem ſuis vtilitatibus & neceſsitatibus metiebantur. Præterea eſt quædam admirabilis & ſingularis natura vt quidam cenſuerint in iis quandam eſſe imaginem ſapientiæ Tertull. de anima, *Inde igitur & ſapiunt vnde viuunt tam viuendi quam ſapiendi proprietate & quidem ab in-*

fantia & ipſe ſua : video enim & vitam adhuc teneram & impuberem, intelligentem tamen iam opera ſua & volentem alicubi adhærere, quum innixa & innexa perſiciat : Denique non expectata ruſtica diſciplina ſine arundine ſine corno ſi quid attigerit vltro amabit & quidem viriosius amplexabitur de ſuo ingenio quam de tuo arbitrio properat eſſe ſecura : video & hederas quantum velis premas, ſtatim ad ſuprema conari & nullo præeunte ſuſpendi, quod malint parietibus inuehi textili ſylua quam humi teri voluntaria iniuria. Sed cur ſimul cum hoc, ſalutis augurium coniunxit? nam vtrumque ſimul in precum conceptione iungitur augurio capto vt ex Catone ſupra dictum eſt. quia frugum penuria ſepe vrbem in maximum diſcrimen conieceit & præter alia incommoda plebeiorum animos à patriciis alienauit ſic diuiſo populo Reip. periculum impendebat vt patet ex Liuio libro 2. & aliis multis. Augurium ſalutis erat ſpecies quædam diuinationis qua quæritur vtrum Diis gratum foret precibus expoſcere ſalutem Populo Rom. quaſi nefas eſſet ſalutem precari niſi prius hoc augurij genere numinum voluntate explorata Dio. 37. ait eo die ſalutem populi augurari, quo non eſt pugnatum, nullus hoſtis copias eduxit & maxime, nullum inteſtinum bellum exarſit, quod ſepius his cauſis intermiſſum reſtitutum eſt ab Auguſto vt eſt apud Tranquillum in eod. in eo Prætores omnes maiores & minores decreto Augurum appellabantur: Voces autem illæ maiorum minorumque non ad ætatem magiſtratuum ſed ad vim illorum imperij pertinere monuit Feſtus in voce Maximum prætorem. En Iupiter ille optimus qui ſalutem petentibus & iram eius deprecātibus denegat aliquādo, & ſe implacabilē miſeris reddit tādemq; ex pernicie partis populi, bello ciuili vel fame, vel peſte graſſantibus reliquias ſuæ crudelitatis in ſpem erigit miſerandę ſalutis : & quo magis augeatur afflictio etiam ante cladem ſub hac ſpecie diuinationis animos terrore futuri periculi diſcruciat & ancipitis mortis expectatione diſrumpit. Tullius. *Tibi P. Claudius Augur Conſuli nuntiauit addubitato ſalutis augurio, bellum domeſticum triſte ac turbulentum fore.* Hoc autem Augurij genus ſolius neceſſitatis ergò inſtitutum eſt. At quæ ſequuntur, imperij conſeruandi & augendi gratia: nimirum vt Rem Duelli & Popularem agere nefas ſit, niſi prę moneatur auſpicium: Duellum eſt duarum gentium inter ſe de victoria contentio, Horatius.

Græcia barbariæ lento colliſa duello.

Feſtus ait duellum eſſe quod dimicatur duabus partibus de victoria contendentibus. an dimicare aliud eſt quam præliari : at aliud eſt prælium, aliud bellum ſeu duellum Lucilius 23. Sat. apud Nonium. *Vt populus Rom. victus vi & ſuperatus prælijs ſæpe eſt multis, bello vero nunquam in quo ſunt omnia.* Præcedere autem debent auſpicia quia nefas eſt poſt Comitia quæ de belli ratione aut internæ adminiſtrationis ineuntur de cœlo ſeruare Tull. 2. Philip. *Quiſquāne diuinare poteſt quid vitij in auſpiciis futurum ſit niſi qui de cœlo ſeruare*

Duellum quid. Aliud eſt prælium, aliud duellum.

Poſt comitia nefas de cœlo ſeruare.

conſtituit? quod neque licet Comitiis per leges & ſi quis ſeruauit non habitis comitiis ſed priuſquam habeantur debet nuntiare. Inter auſpicia autem hoc vnum totum militare eſt quod ex Acuminibus appellabatur quod quum abſurdiſſimum eſſet breui, negligentia periit Tull. 2. de diuinat. *Nam ex acuminibus quidem quod totum auſpicium militare eſt iam M. Marcellus ille quinquies Conſul totum omiſit, idem imperator, idem augur optimus.* Hæc autem acumina ſunt caſus fruſtuli pultis ex roſtro terram ferientis: idque ita nominatum vt notaretur differentia aliarum auium ex quarum cantu & volatu ducuntur auſpicia non ex roſtro & acumine de quo ſic ibidem diſſerit cum irriſione: *Hæ ſunt igitur aues internuntiæ Iouis quæ paſcantur nec ne quid refert? nihil ad auſpicia: ſed quia quum paſcuntur neceſſe eſt aliquid ex ore cadere & terrã pauire terripauium primo, poſt terripudium dictum eſt, hoc quidem iam tripudium dicitur: quum igitur offa iam cecidit ex ore pulli tum auſpicanti tripudium ſoliſtimum nuntiant. Ergo hoc auſpicium diuini quicquam habere poteſt quod tam ſit coactum & expreſſum? quo antiquiſſimos augures non eſſe vſos argumento eſt quod decretum collegij vetus habemus omnem auem tripudium facere poſſe: tum igitur eſſet auſpicium ſi modo ei eſſet liberum ſe oſtendiſſe: tum auis illa videri poſſet interpres & ſatelles Iouis: nunc vero incluſa in cauea & fame enecta ſi in offam pultis inuadit & ſi aliquid ex ore cecidit hoc tu auſpicium & hoc modo Romulum auſpicari ſolitum putas? iam vero de cœlo ſeruare non ipſos cenſes ſolitos qui auſpicantur? nunc imperant pullario, ille renuntiat.* Quod ſi inepta eſt hęc auſpicandi ratio, multo ineptior eſt forma, nam quum in bello hæc duo genera auguriorum obſeruarentur primum è cœlo quod militiæ proprium non eſt ſed omnibus negotiis poſtremum ex tripudio: in vtroque poſtea ſine vlla conſideratione roganti, *Dicito ſi paſcuntur Aues*, reſpondetur, *Paſcuntur, Dicito ſi ſilentium eſſe videtur*, reſpondetur, *Silentium eſſe videtur.* Quod de re Duelli dictum, idem exprimitur & de populari. Populare eſt quod omnes ciues faciũt vt Feſtus ait quum de popularibus ſacris loquitur. Res militaris non agitur ab omnibus ciuibus, ſed tantum ab iis qui lecti ſunt ad bellum gerendum: quæ autem fuerint auſpicia de re populari in hoc ipſo capite ſupra demonſtraui ita vt ad reliqua properanti pergendum ſit. Fruſtra autem publicum auſpicium introductum eſſet, niſi qui rem belli & popularem agunt id eſt magiſtratus illi parere cogerentur; ſed tamen non tantum poteſtatis auguribus attributum videtur vt iis magiſtratus obtemperare debeant. in hac quæſtione notandum eſt antequam plebs ad patricias dignitates inuecta fuiſſet, ſolis patriciis fas fuiſſe augures fieri eoſque perpetuos, alioquin vere ſacerdotes nõ fuiſſent quũ hi in perpetuũ cõſtituãtur perpetuæ diuinitatis cultores, nullũque impedimentũ fuiſſe quo minus, iidẽ & Augures eſsẽt & magiſtratus, quũ hæc officia ita inter ſe cõnexa eſſent vt vtrumque ad vnum finem tenderet, nimirum ad Reip. conſeruationem: quod ex origine conuincitur. Nam & Romulus & Re-

Auſpicium militare ex acuminibus.

Tripudiũ quid

Quid populare: quid publicum.

Priuati augures Romæ potuerũt Etiam eſſe magiſtratus.

mus optimi augures fuerunt quorum ille rex fuit, hic antequam imperium ſuſcepiſſet extinctus eſt. hoc autem in maioribus magiſtratibus. Nam etiamſi poſtea ex plebe creati ſint magiſtratus, tamen obnũtiare non poterant niſi eſſent maiores vt Cenſores, Conſules, prætores. Hinc illud in edicto Conſulis quo edicit quis dies Comitiis centuriatis futurus ſit vt eſt apud Gell. 13. cap. 14. *Ne quis minor magiſtratus de cœlo ſeruaſſe velit*. Ergo aliud eſt ius auguris ſimpliciter; aliud magiſtratus & auguris ſimul. Nam inter hunc & illum diſtributa ſunt munia nuntiationis & ſpectionis Varro 5. de ling. lat. *Et quod in auſpiciis diſtributum eſt qui habeant ſpectionem, qui non habeant & quod in auguriis augures dicunt auem ſpecere*. Spectio eſt ius de cœlo ſeruandi & præuidendi ex ſignis quid futurum ſit in re agenda. Hoc maiori magiſtratui competit ſi augur ſit: quod ſi augur non ſit, non omne ius ſacrorum habebat: ideo neque ſpectionem, neque nuntiationem habebat, ſpectionem quia de cœlo ſeruare non poteſt, niſi qui augur ſit: nuntiationem quia ad hoc ſpecialiter augur publicus cõſtitutus eſt vt magiſtratus impediret, ne quid Diis inuitis agerent: ſed lege Ælia & lege Fuſia plenum ius auſpiciorum iis datum eſt quo caſu non tantum ſpectionem ſed & nuntiationem habent, ita vt ab aliis magiſtratibus & comitiatum & concionem auocare poſſent, ſi ſit conſul ab omnibus, non prætor à conſule ſed ab aliis quia licet prætor ſit collega Conſulis hoc tamen ius collegæ non pertinet ad æqualitatem imperij ſed ad ius auſpicij quia eodem creatur auſpicio. Meſſala apud Gellium eod. Atqui quum etiam ex plebe augures facti ſint & ſint etiam plebeij magiſtratus, ſi idem ſit & augur & magiſtratus plebeius, quid erit ſtatuendum? cum quidem de cœlo ſeruare poſſe quia augur eſt, ideoque ſpectionem habere, non tamen nuntiationem: iis enim datum eſt vt ipſi auſpicio rem gererent, non vt alios impedirent nuntiando. Itaque triplex eſt ſpectio vna quæ continet etiam nuntiationem, quoties refertur ad eos qui omne ius ſacrorum habent: altera quæ ad augures tantum, non etiam magiſtratus pertinet quo caſu nihil gerunt auſpicio ſed eorum conſilio res à magiſtratibus geritur: poſtrema ad augures plebeios ſi minores ſint magiſtratus qui ſuo auſpicio rem gerunt, non tamen nuntiant. Vnde locus ille feſti illuſtratur obſcuriſſimus vbi. *Spectio in auguralibus ponitur pro aſpectione & nuntiato iis qui omne ius ſacrorum habent: auguribus ſpectio duntaxat quorum conſilio rem gererent magiſtratus non vt poſſent impedire nuntiando iis quæ vidiſſent: aliis ſpectio, ſine nuntiatione data eſt, vt ipſi auſpicio rem gererent, non vt alios impedirent nuntiando*. Nec obſtat quod ſupra ex edicto conſulis dictum eſt, minori magiſtratui non licere de cœlo ſeruare. Hoc enim ſpecialiter exprimitur in Centuriatis comitiis non in aliis: Nam in illis maiores iidemque patricij magiſtratus creabantur: in his plebeij iidemque minores. Nec me mouet quod hi tributis fierent in quibus auſpicia nulla captabantur, nam vt eſt apud Gellium

Ex plebe creati magiſtratus nõ poterant obnũtiare niſi eſſent maiores.

Spectio quid. eſt.

Maior magiſtratus qui augur nõ erat nec ſpectionem nec nũtiationẽ habebat: ſed poſtea hoc lege Aelia & Fuſia ei datum eſt.

Prætor quomodo collega Conſulis.

Minor Magiſtratus idemque augur habet tãtum ſpectionẽ. neque enim obnuntiat.

triplex ſpectio.

Licet minores Tributis creentur poſſunt tamen iuſtius curiatis.

Maiora & minora auſpicia ſunt patriciorũ: tamẽ minor ſeu plebeius poteſt ſeruare de cœlo ſi maior non obnuntiauerit.

ibidem ex Tuditano *Minoribus creandis magiſtratibus Tributis comitiis magiſtratus ſed iuſtius Curiata lege datur.* Neque enim ſublata erant curiata vt in cap. Superiore probaui tributis inductis ſed diu manſere. Videtur tamen obſtare quod idem ex Meſſala docet Patriciorum auſpicia in duas poteſtates eſſe diuiſa videlicet in maiora &,minora,illa ad maiores,hęc ad minores pertinere:ideoque minores magiſtratus ne curiatis quidem comitiis videntur poſſe ſeruare de cœlo quum vtraque auſpicia ſint Patriciorum : verum ſunt quidem Patriciorum non tamen ex eo ſequitur minorem magiſtratum auſpicio ſuo rem gerere non poſſe ſcilicet ſi maior non obnuntiet vt conſul de quo iam dictum eſt ius eſſe penes eum auocandæ concionis & comitiatus ab omnibus magiſtratibus: alioquin ſi maior non impediat miror etiam ſuum habebit auſpicium. Omni enim magiſtratui non tantum iudicium ſed & auſpicium datum eſt vt eſt apud Tullium 3. de legib. vbi hæc lex refertur. *Omnes magiſtratus auſpicium iudiciumque habento.* Sunt tamen minora auſpicia maiorum ſeu patriciorum quia poteſtatem habent impediendi minores ſeu plebeios magiſtratus. quod ſi plebeij magiſtratus augures non ſint conſilio auguris de cœlo ſeruent & auſpicio ſuo rem gerant non alieno conſilio, vtroque autem auſpiciũm habent quia ſimul cum augure poſſunt ſpecere. ad eos autem non pertinet lex Ælia & Fuſia quia eis non eſt datum ius obnuntiandi. Tullius 2. Philip. *Tum hic bonus augur eo ſe ſacerdotio præditum eſſe dixit vt comitia auſpiciis vel impedire vel vitiare poſſet iaque ſe facturum eſſe aſſeuerauit : in quo primum incredibilem ſtupiditatem hominis cognoſcite:quid enim? iſtuc quod te ſacerdotij iure facere poſſe dixiſti ſi augur non eſſes & conſul eſſes minus facere potuiſſet? vide ne etiam facilius.nos enim nuntiationem ſolum habemus conſules & reliqui magiſtratus etiam ſpectionem.*

Minor etſi non augur auſpiciũ habet.

Duplex nuntiatio.

Erit ergo inutilis, auguris publici conſtitutis,quum conſul & reliqui magiſtratus & nuntiationem & ſpectionem habeant.Verum augures non ideo minus nuntiationem habẽt. Nam nuntiatio duplex eſt vna augurij , altera imperij : illa auguri competit iure ſui ſacerdotij : hæc maiori magiſtratui iure imperij ſui non iuriſdictionis. Quare non eſt inutilis auguris inſtitutio cuius conſilio magiſtratus rem gerat licet ipſe etiam de cœlo ſeruet ſimul cum augure cui etiam Conſul imperare poterat , ita vt ei ſemper præſto eſſet.Varro. 5. de ling. lat. *Augur conſuli adeſt tum quum exercitus imperatur ac præit quid eum oporteat dicere : conſul auguri imperare ſolet vt inlicium vocet non accenſo aut præconi.* Igitur patricij magiſtratus licet augures non ſint tamen habent & nuntiationem imperij & inſpectionem vtramque non iure ſui magiſtratus ſed extra ordinem id eſt non ex vi ſuæ iuriſdictionis ſed quia hoc eis ſpecialiter datum eſt lege Ælia & lege Fuſia.Nam quod ſpecialiter attributum eſt lege ,conſtitutione , vel Senatuſconſulto non competit iure magiſtratus l. 1. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. patet ex eo quod longe poſt 12. tab. hæ duæ leges per centum circiter.

Maior magiſtratus habet ſpectionem & nuntiationem ex lege Aelia non iure ſui magiſtratus.

Quot annos lex Aelia viguit & quando abrogata ſit.

ter annos obſeruatæ ſunt vſque ad Tribunatum P. Clodij quo rogante, abrogatæ ſunt L. Piſone & A. Gabinio Coſſ. quum introductæ fuiſſent vt furor populi compeſceretur poteſtate cum eo agendi traducta ab auguribus ad patricios magiſtratus: dico poteſtatem agendi fuiſſe penes augures, non quod ipſi agerent ſed quod permitterent vel impedirent. Quamuis autem poſt 12. tab. ex plebe etiam conſules crearentur l. 2. §. deinde quum poſt ff. de orig. iur. illi tamen ex plebe creati conſules deſinebant eſſe plebeij; idque ex inſtituto Tarquinij priſci qui vt plebis animos ſibi conciliaret ex eius corpore centum Senatores elegit; ſed ne ampliſſimus ordo macula plebeiæ ſordis inquinaretur, eos ante patricios fecit. Dionyſ. 3. τὸν δημοτικὸν ὄχλον οἰκεῖον ἑαυτῷ ποιῆσαι προθυμηθεὶς ὥσπερ οἱ πρότερον βασιλεῖς ἐποίουν διὰ ταύτης εὐεργεσίας ὑπηγάγετο, ἐπιλέξας ἄνδρας ἑκατὸν ἐκ πάντων τῶν δημοτικῶν οἷς ἀρετήν τινα πολεμικὴν ἢ πολιτικὴν φρόνησιν ἅπαντες ἐμαρτύρουν πατρικίους ἐποίησε καὶ κατέταξεν εἰς τὸν τῶν βουλευτῶν ἀριθμόν.

Maiores magiſtratus ex plebe creati deſinunt eſſe plebeij.

Ideoſcilicet ex plebe conſules eligantur non fiunt plebeij ſed patricij magiſtratus quo promptiores & alacriores erant vt partes optimatum tuerentur quum ipſi non tantum in magiſtratu conſtituti ſed & eo perfuncti (quippe qui conſulares fiant) perpetuo in ordine patriciorum idque in ſummum honorem ſuæ gentis cenſeantur. Itaque ab auguribus ad maiores magiſtratus tranſlata poteſtate nũtiandi plenum ius ſacrorum ad eos cœpit pertinere. Quid autem ante potuiſſet augur, ſic Tullius exponit. *Maximũ autẽ & præſtantiſſimũ ius eſt augurũ & cũ auctoritate coniunctũ: neq; vero hoc quia ſum ipſe augur ita ſẽtio, ſed quia ſic exiſtimare nos, eſt neceſſe: quid enim maius eſt ſi de iure quærimus quã poſſe à ſummis imperiis & ſummis poteſtatibus comitiatus & concilia, vel inſtituta dimittere, vel habita reſcindere? quid grauius quã rẽ ſuſceptã dirimi ſi vnus augur aliũ dixerit quid magnificentius quã poſſe decernere vt magiſtratu ſe abdicẽt Coſſ. quid religioſius quã cũ populo cũ plebe agẽdi ius aut dare aut nõ dare? quid leges nõ iure rogatas tollere?* Tũ paulo poſt. *Nihil domi, nihil militiæ per magiſtratus geſtum poſſe cuiquam probari &c.* Hic autem locus in voce Aliũ mendoſus eſt nam ſcribi debuit alterum: quæ vox in auguriis erat maxime propria quum aduerſa auis inuolaſſet. Feſtus. *Alter & pro non bono ponitur vt in auguriis; altera enim appellatur auis quæ vtique proſpera non eſt; ſic alter nonnumquam pro aduerſo dicitur & malo.* Vocibus enim male ominatis abſtinebant vnde alterum potius quam infauſtum dixere. Ergo ante has leges augurum ea erat auctoritas vt poſſent decernere ſcilicet plures ex collegio in iis quæ iam acta erãt nedum ſuſcepta, quo caſu referebant ad ſenatum, ſuum decretum quod Senatuſconſulto confirmandum erat & hoc ſane dictis legibus ademptum non eſt auguribus in quo etiam vtilis manſit augurum conſtitutio. Tull. 2. de nat. deor. vbi de Tiberio Graccho *poſt autem* (inquit) *è prouincia literas ad collegium miſit ſe quum legeret libros recordatum eſſe vitio ſibi captum tabernaculum fuiſſe in hor-*

Quid ante legem Aeliã augur poterat.

Alterum in auguriis quid eſt.

tos Scipionis, quod quum Pomœrium poſtea intraſſet habendi Senatus cauſa, in redeundo quūidē Pomœriū tranſiiſſet auſpicari eſſet oblitus itaq́, vitio creatos Coſſ. eſſe: augures rem ad Senatū: Senatus vt abdicarēt, Coſſ. abdicauerunt. Idem fere Valerius lib. 1. cap. 1. his autem legibus opus erat quia augurum auctoritas quæ lege Romuli conſtituta erat non poterat frangi Senatuſconſulto: ideo iis legibus datum eſt Patriciis magiſtratibus & ſi augures non eſſent ſeruare de cœlo cum augure publico & obnuntiatione intercedere, vitiare, impedire comitia. Atqui nonne ſufficiebat ad tutandam Patriciorum auctoritatem habere ex ſuo corpore augures patricios & plures numero quam Plebeios? quinimo ſicut ex plebe delectus conſul fit Patricius, nonne & augur plebeius erit patricius? verum non poteſt eſſe patricius niſi natus aut lege factus: at quæ lex fecit patricium, augurem plebeium? Preterea ſi vnus ex collegio augurum alterum dixiſſet actus impediebatur aut vitiabatur; ille autem poterat eſſe plebeius (nam quod Tullius ſupra ait Rem ſuſceptam non intelligitur de negotio iam inchoato ſed publica auctoritate ſuſcepto vt ageretur) & ſic vnus plebeius auſpicio poterat impedire comitia, obnuntiando. Ergo inter obnuntiationem & decretum collegij hoc intererat quod conſulebatur collegiū de rebus iam actis, ideoque opus erat decreto cuius vi acta reſcinderentur: at in iis de quibus agendis in Senatu tractabatur vnius auguris nuntiatio vel confirmabat vel impediebat. Si autem queratur quot ex nouem, augures ad decernendum ſufficerent reſponderi poteſt ex Tullio de haruſp. reſp. trium ſententiam ſufficere: *Quod tres Pontifices* (inquit) *ſtatuiſſent id ſemper populo Rom. ſemper Senatui, ſemper Diis ipſis immortalibus ſatis ſanctum, ſatis auguſtum, ſatis religioſum eſſe viſum eſt*; Cur aliud in auguribus ſtatuemus? Sane collegium augurum aliud eſt à collegio Pontifium. Erant enim Romæ precipua quatuor ſacerdotum collegia. Dio. 53. ϰ αὐτὴ μὲν διὰ πάντων ἀεὶ ἐτῶν μέχρι τοῦ ἐγίγνετο ταῖς τέσσαρσιν ἱερωσύναις ἐκ περιτροπῆς μελῦσα, λέγω δὲ τούς τε Ποντίφικας καὶ τοὺς οἰωνιστὰς, τούς τε ἑπτὰ καὶ τοὺς πεντεκαίδεκα ἄνδρας καλουμένους: Igitur primum collegium erat Pontificum, ſecundum augurum, tertium ſeptemuirorum epulonum, poſtremum quindecimuirorum: & quamuis octo tantum eſſent Pontifices, nouem augures, eadem tamen eſt ratio eorum in decernendo quoad numerum perſonarum vt tres duntaxat ſufficiant: quia vtrinque agitur de religione, & in collegio ſacro, & inter perſonas eiuſdem numeri: Liuius libro 10. ait octo Pontifices creatos eſſe & nouem augures tam ex patriciis quam ex plebe, tamen non comprehendit ſummum P ntificem, quia ſupra omnes ſacerdotes iuriſdictionem & poteſtatem habet. Ergo à populo ſacerdotes etiam augures creabantur: nec obſtat quod ſupra ex Feſto dictum eſt ſorte eligi ſolitos augures, nam ex pluribus nominatis ſortitio fiebat, neque enim nominatio facit ſacerdotem, magiſtratum, tutorem, ſed confirmatio iuſta nominationis: quæ

Augur publicus ex plebe electus non fit patricius.

Inter obnūtiationem & decretum augurū differentia.

Nominatio auguris precedit ſortitionem.

confirmatio vel ſuffragiis vel ſorte fiebat vt in Rep. Athen. quod alibi explicandum eſt: illa autem ſortitio æquabatur ſuffragiis quia publica erat. Sed cur in obnuntiatione vnius, non erat neceſſaria Senatus approbatio, ſecus in decreto plurium? quoniam in his quæ reſcinduntur violaretur Senatus honos & reuerentia cuius conſilio res illa ſuſcepta & admiſſa atque etiam inchoata fuiſſet: At in aliis ſecus quia obnuntiatione integra manet rei gerendæ auctoritas, quo caſu non erat neceſſarium Senatus iuſſum quia magiſtratus auguri parere tenebantur ſub pœna capitis & multo magis decreto collegij quod etiam Senatus comprobauerat: igitur in obnuntiatione vnius Senatus honor illibatus erat. patet differentia ex eo quod Tull. ait leges rogatas tolli poſſe non obnuntiatione ſed decreto quum ait hic, *Vt etiã decreto collegij* (legendũ. *Vi etiam & decreto collegij*) *vt Liuias conſilio Philippi Cõſulis & auguris*; Quaſi dicat eas eſſe ſublatas non tantũ Senatuſcõſulto ſed etiam vi decreti: vnde Aſconius, *Philippus Conſul inimicus Liuio Druſo obtinuit à Senatu vt leges eius omnes Senatuſconſulto tollerentur, decretum eſt enim contra auſpicia eſſe latas neque iis teneri populum.* Dixi ex poteſtate collegij nihil eſſe detractum per legem Æliam quoad decretum ſed quoad nuntiationem quæ antea magiſtratui qui augur non erat non competebat; quod duabus cauſis mutatum eſt: vna ne poſſet incidere in plebeij auguris arbitrium Patricias poteſtates impedire & turbare: altera vt potius liceret Patriciis obnuntiare Tribuno ſi quando cum populo agere vellet. Quamuis enim in Tributis comitiis de cœlo non ſeruaretur, his tamen duabus legibus cœpit eo iure vti Populus vt maiori magiſtratui liceret auſpicari, obnuntiare, & intercedere. hoc reſtituit iura nobilium antea eas leges delibata; anno ab vrbe condita 467. Q. Hortenſius dictator legem tulit vt quod plebs Tributis comitiis ſtatuiſſet lex eſſet quum plebs onere æris alieni oppreſſa in ianiculum ſeceſſiſſet. Florus. 11. ideo quum ante lex non ferretur niſi centuriatis in quibus iuſta ſeruabãtur auſpicia, eodem iure ad Tributa tracto eadem quoque religionis ratio erat obſeruanda ſi legis formam ab initio poſitam reſpiciamus, igitur vt plebs legem facere poſſet neceſſaria erant patrum auſpicia, quod tamen tunc ſancitum non fuit plebe nimis exacerbata, ſed multo poſt circa annum ſexcenteſimum: Tullius ait eas Populum Rom. centum prope annos tenuiſſe nimirum vſque ad Conſulatum L. Piſonis & A. Gabinij qui fuit Anno 695: *Centum prope annos* (inquit) *legem Æliam & Fuſiam tenueramus, quas leges auſus eſt non nemo improbus potuit quidem nemo vnquam conuellere.* Licuit plebeios magiſtratus curiatis eligere quo caſu poterant plebeij de cœlo ſeruare & ſine ex natura curiatorum tenebantur auſpicia ſeruare, ſed maior magiſtratus lege Ælia poterat obnuntiare. quid in Tributis? ante has leges Æliam Fuſiamque maior obnuntiare non poterat quia non erat auſpicium in iis: ſed poſtea fas fuit iiſdem ob inferiori & comitiatum & concionem auocare quibuſcumque comitiis vnde

In obnuntiatione non deſideratur Senat⁹ auctoritas, ſecus in decreto: cur.

Cauſa legis Æliæ.

Lex hortenſia quando lata.

Licet tributis nulla fuiſſent olim auſpicia tamen lege Ælia potuit maior magiſtratus de cœlo ſeruare et obnũtiare.

patet eas leges optimatum imperium conſeruaſſe & Tribunatus poteſtatem minuiſſe: quod Tullius in oratione poſt reditum in Senatu ſic oſtendit loquens de Piſone, *Quo inſpectante atque ſedente legem Tribunus pl. tulit ne auſpiciis obtemperaretur, ne obnuntiare concilio aut comitiis, ne legi intercedere liceret: vt lex Ælia & Fuſia ne valerent, quæ noſtri maiores ſubſidia Reip. contra Tribunitios furores eſſe voluerunt.* Idem de prouinc. Conſul. *Vobis ſtatuendum eſt legem Æliam manere, legem Fuſiam non eſſe abrogatam, non omnibus faſtis legem ferri licere, quum lex feratur, de cœlo ſeruari, obnuntiari, intercedi licere.* Igitur vt Clodius ſibi gratiam plebis conciliaret has leges abrogauit non obnuntiante Piſone qui quum Conſul eſſet, id ex lege Ælia & Fuſia adhuc manentibus poterat impedire, ideo ſic ille in Piſonem queritur, *Inſpectante & tacente te a P. Clodio fatali portento, prodigioque Reip. lex Ælia & Fuſia euerſa eſt propugnacula murique tranquillitatis & otij.* Hoc autem caput vnum ex regiis eſt in hac parte vt iam dixi ſequitur vt Deorum iras prouideant augures id eſt vt ex ſignis coniiciant ſint irati Dij nec ne quo rite perſpecto placari poſſint, nam vt eſt apud Senecam in Oedipo.

Solet ira certis numinum oſtendi notis.

Differentia inter iram veri dei & Dæmonum. Didiſcerant Dæmones harum ſuperſtitionum auctores ſalutis ſuæ diſpendio verum Deum iraſci, ſed quum velint imitari quandam illius vmbram ab omni parte ſimilitudinis errant: nam Dei ira ſtatim placabilis eſt non ſanguine ſed pœnitentia peccatoris, at illis inuiſa eſt pœnitentia alterius pœnæ exſors; iræ Dei coniunctiſſima eſt miſericordia vt vtrumque ad ſalutem hominis pertendat: at iræ illorum odium inexpiabile eſt connexum, quod docet Clemēs Alex. 1. pædagogi. Sed quomodo in Deo iram agnoſcimus quæ ſine motu & perturbatione eſſe non poteſt? at Deus neque mouetur neque quieſcit. Plotinus libro. 5. enneadis. 5. cap. 10. Deinde ira ſine dolore eſſe non poteſt, Seneca in Hercule furente.

Ira ſine dolore & motu non eſt.

Non ſic abibunt odia, viuaces aget
Violentus iras animus, & ſæuus dolor
Aeterna bella pace ſublata geret.

Virgilius.

Nate quis indomitas tantus dolor excitat iras.

Ariſtot. 5. polit. cap. 10. ἡ μὲν γὰρ ὀργὴ μετὰ λύπης πάρεστιν, ὥστε οὐ ῥᾴδιον λογίζεσθαι &c. Ecce dolorem irato tribuit & iudicium adimit, ergo inſanus eſt Dæmon, nam ira furor breuis eſt vt ille ait. nec improprie loquuntur nec figurate qui deos gentium dolere aiunt: ſunt enim ſpiritus qui non tantum torquent animas infelices, ſed & qui à ſeipſis torquentur quique æternæ pœnæ pabulum immortale, quaſi renaſcentibus fibris dilaniatæ ſubſtantiæ præbent; iraſci autem dicuntur improprie licet doleant, nam ex pœna ſibi diuinitus inflicta non ex humanis offenſionibus dolent. his cōſentit quod Iuno apud Virgil. euomit. 1. Æneidos vbi iræ cauſam tacite adſcribit dolori ob iniuriam ſibi illatam concepto.

Nec dum etiam cauſæ irarum, ſæuique dolores
Exciderant animo, manet alta mente repoſtum
Judicium Paridis, ſpretæque iniuria formæ
Et genus inuiſum & rapti Ganymedis honores.

Itaque vana eſt querimonia illius qui ait contra ſuos deos.

Tantæ ne animis cœleſtibus iræ?

Alio ſane modo iraſcuntur, alio homines, illi enim ex odio in Deũ & hominem concepto commouentur in iram, quęſito tamen prætextu vindictæ nimirum iuris diuini violati: Denique odium ſine dolore eſt. Ariſtot. ibid. at iſti non dolent quia iraſcuntur ſed oderunt tantum: ſub ſpecie tamen iræ odium tegitur. Ergo dæmon proprie non iraſcitur. in Deo autem nihil quicquam tale inueniri poteſt: licet enim videamus in ſacra ſcriptura eum iraſci, indignari, odio habere, non tamen hæc intelligimus ad humanorum relata eſſe exempla vitiorum (inquit Tertull. de trinitate) *Nam hæc omnia & ſi hominem poſſunt corrumpere diuinam vim non poſſunt omnino vitiare: paſſiones enim iſtæ in hominibus merito eſſe dicentur in Deo non merito iudicabuntur:* tum paulo poſt. *Habent igitur iſta vim ſuam quam exerceant ſed vbi præcedit paſſibilis materia, non vbi præcedit impaſſibilis ſubſtantia: nam & quod iraſcitur Deus non ex vitio eius venit ſed ad remedium noſtri illud facit:* Doctiſſime Claudianus Mamertus. *Quod dicitur* (inquit) *Deum iraſci aut pœnitere aut alio modo affici, effectus horum paſſionum conſiderandi ſunt non affectus: quia effectus ab opifice, affectus in opere: quando enim Deus quempiam temporaliter punit, æterno conſilio ille vtique patitur qui punitur: pateretur aliquid & Deus ſi vel temporaliter cuiuſpiã peccata cognoſceret vel eumdem ad exercendam iuſtitiam iracundia commoueret: omne enim temporaneum mobile atque mutabile, immutabilis & ſtans ſempiternitas includit, afficiens aliqua ſalubriter, iudicialiter aliqua affici ſinens, ipſa ab omni affectu vel motu temporis & loci ſatis aliena* &c. Iræ autem dæmonum ex quibuſdam portentis, prodigiis, oſtentis, monſtris coniiciebantur, ſi voces horrendæ exauditæ eſſent aut phantaſmata apparuiſſent, aut alia contra naturam accidiſſent, de quibus ad collegium augurum referebatur, tumque iis quæ à collegio decreta erant parebant non tantum magiſtratus vt in parte pręcedenti mox vidimus, ſed etiam ſacerdotes quibus ex officio incumbebat iram placare ſacrificiis expiatoriis, quod non lege ſpecialiter cautum eſt ſed canone qui in morem euaſit quem obſeruatum fuiſſe ſic docet Dionyſ. 8. ἐν αὐτῇ δὲ τῇ Ῥώμῃ. πολλὰ δαιμόνια σημεῖα ἐφαίνετο δηλωτικὰ θείου χόλου κατά τε φωνὰς καὶ ὄψεις ἀήθεις. πάντα δὲ εἰς τοῦτο συνέτεινεν ὡς ὅτε μάντεις καὶ οἱ τῶν ἱερῶν ἐξηγηταὶ συνενεγκόντες τὰς ἐμπειρίας ἀπεφαίνοντο, θεῶν τινὲς οἱ οὐ κομίζονται τὰς νομίμους τιμὰς οὐ καθαρῶς οὐδὲ ὁσίως ἐπιτελουμένων αὐτοῖς τῶν ἱερῶν, hæc Arnobius 4. ſic eleganter refellit. *Si concipiunt has faces & motibus exaſperantur irarum (ſicut veſtræ opiniones ferunt: nam ſæpe illos dicitis & propter ludos minus ſollicite factos & propter præſules non probatos*

Ira & odium differunt.

Quomodo intelligatur Deũ iraſci.

& propter quadam ſpatiola deſanata & propter cerimonias nõ rite perfectas, tremoribus infremuiſſe terrarũ & contagione peſtilentiæ corruiſſe auras temporum, luctuoſa cum populis vaſtitate) ſequitur vt intelligi debeat iracundias non paruas ex opinionibus eas continere prædictis, quod ſi datur & illud neceſſario conſequens miſerias has omnes quibus olim genus accumulatur humanum ab huiuſmodi fluere fictionibus: quod ſi ab his cauſis indignatio proficiſcitur numinum, miſeriarum tantarum vos eſtis auctores qui animos cœlitum non ceſſatis offendere & vltionis in rabiem concitare, ſin autem ab huiuſmodi nefariis deorum eſt genus immune, neque quid ſit iraſci Dij omnino nouerunt & nobis ergo iraſci ſine vlla ratione dicuntur, qui ira quid ſit ignorant & ab eius contentu & permixtione ſunt abſoluti. Neq; enim per rerum naturã poteſt vt quod vnum eſt fiat duo, & in diuerſas res eat vnitas ſimplicitate diuiſa.

Differt iram prouidere, à placare.

Eſt autem aliud prouidere iras, aliud placare; ſolius eſt prouidere qui arte diuinandi iram poteſt perſpicere & cauſam eius: at placare eſt eorum penes quos eſt auctoritas ſacrorum. Reliquæ etiam partes huius capitis non ſunt lege lata introductæ, ſed partim ex interpretatione partim ex imitatione Romuli, in hanc diſciplinam defluxere vt hęc, *Cœli fulgura regionibus ratis temperanto.* Id eſt certis. fiunt autem certæ iis modis quos ſupra demonſtrauimus, dictum eſt quatuor eſſe cæli partes: ſed Hetruſci in ſexdecim diuidunt. Tullius 2. de diuin. *Cœlum in ſedecim partes diuiſerunt Hetruſci: facile id quidem fuit quatuor quas nos habemus duplicare poſt, idem iterum facere vt ex eo dicerent fulmen qua ex parte veniſſet.*

Thuſci cœlum diuidunt in ſedecim partes.

Hoc ita exponit Plinius. 2. cap. 54. *In ſedecim partes cœlum in eo reſpectu diuiſere Thuſci: prima eſt à Septentrionibus ad æquinoctialem exortum, ſecunda ad meridiem, tertia ad æquinoctialem occaſum, quarta obtinet quod reliquum eſt: has in quaternas iterum diuiſere partes ex quibus octo ab exortu ſiniſtras, totidem è contrario appellauere dextras.* Hæ ſunt regiones more Thuſco quibus fulgura debẽt temperari. ad quid hęc diuiſio quę ſit gratia diuinationis. Nam ſi hæc naturali fiunt ratione an præter ordinem naturæ à Ioue mittuntur? Tull. 2. de diuin. cauſam harum rerum ſecundum Stoicos deducit ab anhelitu frigido; qui quum fluere cœperit vẽtus eſt, quum autem ſe in nubem induerit eiuſque tenuiſſimam quamque partem cœperit diuidere atque diſrumpere idque crebrius facere & vehementius, tum & fulgores & tonitrua exiſtere: ſi autem nubium conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit id eſſe fulmen:

Error Tullij.

quibus patet Tullium in Philoſophia rudem fuiſſe quum in multis, tum in hoc. Nam tonitru non poteſt gigni ex frigida exhalatione: quia frigidum omne craſſat & denſat corpus quod afficit alioqui ſi ſubiectum non ſit denſitatis capax frigidum in aquam diſſoluitur, ex qua eſt Ariſtot. 4. meteor. cap. 7. Ergo frigidus anhelitus ſurſum ferri non multum poteſt, id enim debet eſſe leuiſſimum quod maxime ſurſum tendit vt exhalatio quæ po-

Cauſa fulminis

teſtate proxima ignis eſt, auctore eodem 1. meteor. cap. 3. non ſua interna proprietate, ſed virtute ſolis & reliquorum ſiderum afflatu.

ea ſepe recipitur in nubes quas facile ſua tenuitate peruadit, vbi vapor exhalationi permixtus in nubem cogitur, quæ tunc exhalationem intercipit: ea nubes eo magis denſatur & cogitur quo regionis natura in qua eſt, frigidior eſt: in hac, incluſa exhalatio vel motu, vel antiperiſtaſi vel vtraque cauſa ſimul incaleſcit & rarior euadit, ideo ampliorem ſibi locum deſiderat vnde cito motu & impetu fugam quærens impingit in carcerem ſuum nimirum in nubem quam ictu vehementi impetens & diſrumpens edit ſonitum confragoſum qui tonitru dicitur, à quo differt fulgur: nam tonitrũ fit ex ſono quem ictus diſſiſæ nubis elicit, ſulgur autem ex ſpiritu igneo in nube incluſo qui tum quum diſrumpitur effulget quod ictu & ſono poſterius eſt & tamen prius videmus ſulgur quam tonitru audimus: nam aſpectus auditum anteuertit vt patet in remigatione, in qua dum remi aquam feriũt tum ex ea tolluntur vt iterum feriant poſterior remigatio prius cernitur quam prioris ſonus audiatur Ariſtot. 2. meteor. cap. 9. & ratio huius diuerſitatis à Natura eſt. Nam quæ per ſe ſunt priora ſunt iis quæ per accidens, vt iam eſt demonſtratum. Viſus autem per ſe agit, auditus per accidens vt idem docet libro de ſenſu. Idcirco Iuſtinianus in §. vlt inſtit. de gradibus cognat. ait veritatem oculata fide magis quam per aures hominum animis inſigi & proinde teſtimonium oculi certius eſt quã auris: mens autẽ & intelligentia quę oculus animę dicitur vtroque certior eſt. Iulianus in hymno ad ſolem regem. ἐπεὶ δὲ ὄμματά φασιν ἀκοῆς ἐςὶ πιςότερα, καί τοι τῶν νοητῶν ὄντα γε ἀπιςότερα καὶ ἀσθενέςερα. Vox quę aurẽ penetrat prius ex ictu venit, tũ ex ictu ſonus quũ aer percuſſus nõ diffunditur ſed permanet: hoc autem ſine latione corporis ad aliud corpus fieri non poteſt ita vt temporis interuallum ſit neceſſarium ad capiendum auribus ſonum. Ariſtot. 2. de anima cap. 8. & quoniam ictus ſine tactu eſſe non poteſt ideo viſus qui prior eſt ictu prior eſt tactu idem 2. de gener. & corrupt. cap. 2. at oculus non ſecus ac ſol radios ſuos viſuales emittit in obiectum vno momento & impetu: & ſit non mirum ſi prius fulgur appareat quam ſonus diuiſæ nubis audiatur: quod ſi aliter accidit (quod eſt rarius) fit ex eo quod exhalatio antequam flammam concipiat diu nubem concutit & fragorem edit. id autem quod ad aures peruenit eſt ſonus. Vnde patet illo ſono nubem non frangi, ſed ſpiritu quo feriente nubem ſonus excitatur, alioqui & ipſæ aures frangerentur idem 3. meteor. cap. 1. fulmen fit cum ignita moles illa exhalatione calida & ſicca vi frigoris conglobata nubem perrupit ea parte qua inferior eſt & infirmior (quia vt ait diuus Thomas in 2. meteoro. Ariſt. neceſſe eſt nubem eſſe frigidorem & ex conſequenti denſiorem in ea parte qua deficit caliditas diſgregans nubem: quia ſuperior pars mediæ regionis magis diſtat à puncto reflexionis) in eam enim totum onus inſultat eodem impetu & eadem vi qua nubem diſcidit, ſi vehementior fuerit in terram fertur, quod ſepius accidit quia velociſſime erumpit, tum

Differentia inter tonitru & fulgur.

Cur prius videtur fulgur quã tonitru audiatur.

quia cõſtat partibus bene coagmentatis, ſed ſi languidiore ictu nubem diſcuſſerit fertur in infimam partem aeris, ſed facilius diſſoluitur quia ſpiritus igneus eſt qui ſuapte natura ſurſum fertur ita vt prædominante igne moles illa diſſipetur antequam ad terram perueniat: at vbi moles ignem ſuperauit, natura eius deorſum rapta euincitur. differt igitur fulgur à fulmine nam fulguris ſpiritus rarior eſt ideoque ſparſim fit ac per interualla, fulminis autem vno ictu nubem diffringit & totus ac confertim incenditur. Deinde fulmen eſt ignis è nube vibratus, fulgur eſt ignis nube incluſus, hæc omnia ex mente Ariſtot. à Natura ſunt, quomodo ergo præter ordinem naturæ aliquid poſſunt portendere, non dicam ciuitatibus ſed ne ſingulis quidem hominibus? Verum hoc vno forſitan argumento Deum tonare ethnici conuincent non naturam, quod ſereno etiam cœlo id eſt ſine vlla exhalatione incluſa tonet qua denſata cœlum obducatur. Horatius quaſi reſipiſcens & pœnitentia ductus epicureæ diſciplinæ à ſe obſeruatæ, tandem ait Deum res humanas curare & regere non ipſam Naturam quum ſereno cœlo tonuerit, ſic enim canit libro 4. carm. oda 43.

Differẽtia fulminis & fulguris.

Namque Dieſpiter
Igni coruſco nubila diuidens
Plerumque per purum tonantes
Egit equos volucremque currum.

In quo Horatius non videtur Ariſtotelem intellexiſſe qui libro 2. meteor. cap. vlt. Sic ait. τοῦ τε γὰρ κάτω φέρεσθαι τὸ πεφυκὸς ἄνω λέγεσθαι τὴν αἰτίαν, καὶ διά τί ποτε τοῦτο γίνεται κατὰ τὸν οὐρανὸν ὅταν ἐπινέφελον ᾖ μόνον, ἀλλ' οὐχὶ συνεχῶς οὕτως· αἰθρίας δ' οὔσης οὐ γίνεται. Hic duas proprietates fulminis aſſignat, prior quod contra naturam ſuam deorſum fertur: poſterior quod cœlo tantum nubilo. quæ inter vtrumque tertia & poſtrema eſt differentia: fulgur enim & tonitru etiam ſereno cœlo fieri poteſt. Quod poteſt demonſtrari à comparatione ligni quod crepitum mouet quum vritur ſi multum ſiccæ inſpirationis in meatibus contineat. quum enim ignis humorem diſſoluit à terra, celerior ſpiritus ex ligno prodire tentans ſtrepitum edit in flamma quem quidam riſum Veſtæ, alij Vlcani, alij vtriuſlibet minas vocant idẽ ibid, quam ſimilitudinem Lucretius libro 6. ſic expreſſit.

Fulgur etiam ſereno cœlo & tonitru: quod tamen pro prodigio accipiebatur.

Aridior porro ſi nubes accipit ignem
Vritur ingenti ſonitu ſuccenſa repente
Lauriconos vt ſi per montes flamma vagetur
Turbine ventorum comburens impetu magno.
Nec res vlla magis quam Phœbi Delphica laurus.
Terribili ſonitu flamma crepitante crematur.

Quum ergo id ſine vlla exhalatione externa in corpore ligni fieri poſſit, cur non poterit in aere fieri ea non aſpirante quum aer facile moueatur. Quod ſi murmur illud excitari poteſt cur eadem ratione fulgur non emicabit: Vtriuſque enim idem eſt principium.

Nam.

Nam ſi Lucretio credendum ex duarum nubium colliſione ſonus cietur: fit enim ictus ex conflictu duorum corporum, ſicut quum duo lapides colliduntur non tantum ſtridor ſed etiam ſcintilla excutitur. Plinius 2. cap. 43. *Poſſe & conflictu nubium elidi vt duorum lapidum ſcintillantibus fulgetris.* Seneca idem probat 2. nat. quæſt. & ex Aſclepiodori ſententia cap. 30. oſtendat etiam ſine nubium colliſione ſereno cœlo poſſe moueri tonitrua qualia aliquando audita ſunt quum Æthna ingentem aduſtæ arenæ cumulum eructaſſet, tunc enim igne illo nubes admodum tenues ob perpetuam ignis iaculationem diſcuſſæ tenuantur & in auras euaneſcunt, ideoque aere inflammato ſpiritus ille ſulphure mixtus aerem ferit & concutit vt non parum ſtridoris extorqueat: in hoc autem motu exhalationis ſeu conflictu nubium ſonus quidem ſemper non tamen ſcintilla ſemper excutitur ſi vel exhalationis materia vel nubium diſpoſitio tunc idonea non ſit ad conceptum flammæ. Ergo non eſt contra naturam tonitru vel fulgur in ſereno cœlo: licet Homerus contrarium ſenſerit vt patet ex Odyſſ. Υ

> Ζεῦ πάτερ ὅς τε θεοῖσι, καὶ ἀνθρώποισιν ἀνάσσεις
> Η μεγάλ' ἐβρόντησας ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος
> Ουδέποτι νέφος ἐστὶ τέρας νυ τεῳ τόδε φαίνεις.

Hæ naturæ leges quum in cœlo exerceri videantur & quamdam comminationis diuinæ ſpeciem habeant, ipſorum etiam ethnicorum animos terrebant: licet inter eos quidam inſanianti ſapientia vt ille ait omnia naturæ tribuerent, nihil prouidentiæ Cæcilius apud Minutium: *Sic exhalatis terræ vaporibus nebulas ſemper adoleſcere quibus denſatis coactiſque, nubes altius ſurgere, iiſdem labentibus pluuias fluere, flare ventos, grandines increpare, vel nimbis collidentibus tonitrua mugire, rutilare fulgura, fulmina præmicare, adeo paſſim cadunt montes irruunt, arboribus incurrunt, ſine delectu tangunt loca ſacra & profana, homines noxios feriunt ſæpe & religioſos.* In hoc ethnicus religioſus & Epicureus errant: ille quod ſono tamquam ſigno dato credat deos genus humanum inuadere, & ſic tamquam tyrannos exhorreſcat: hic quaſi non ſint deſpiciat. Verum eſt cauſas fulminum à natura eſſe ſed Deum iis vti ad terrorem incutiendum duris pectoribus. Tertull. ad Scapulam. *Nos vnum Deum colimus quem omnes noſtis, ad cuius fulgura & tonitrua contremiſcitis, ad cuius beneficia gaudetis.* Nam ſicut in cæteris rebus nihil fortuito contingit ratione Dei ſic nec in fulmine caſum dominari aſſeremus ita vt quodcumque eo tactum fuerit, Dei manu videatur attactum: quod veteres Ioui tribuere, quum antè eum fuerint tonitrua: Tertull. & Minutius. Ergo duæ ſunt cauſę fulminis vna à Natura, altera à Deo, vtraque tamen refertur ad Deum. illa eſt ex materia vt effectum ſibi proprium ſortiatur: hæc à fine. Vt ex laterna lumen duplici ratione tranſmittitur, vna neceſſaria eſt & è re ipſa naſcitur: nam neceſſe eſt vt per maiores meatus traiiciatur quod partibus conſtat ſubtilioribus: altera ex conſilio vtentis ad alium finem mi-

Cauſa fulminũ naturalis & diuina.

mirumne vſpiam impingat aut offendatur: idem in tonitrũ Ariſtoteles vnius effectus duas agnoſcit cauſas vnã ex fine materiæ quum exhalatio ſtridorem facit corpus nubis quatiens & frangens, alteram ex ſententia Pytagoreorum vt terreantur Manes qui ſunt in Tartaro: 2. analyt. cap. 11. Homerus iliad. Υ

Ἔδδεισεν δ' ὑπένερθεν ἄναξ ἐνέρων Ἀϊδωνεύς.

Cur omnis cauſa naturalis in Deum tẽdit vt finem ſuum.

Igitur ſi Deus circulari figura mundum fabricauit id non temere conſtituit nihil enim fruſtra eſt, quia nihil eſt nihilque fit niſi à ſua cauſa productum ea lege vt à ſuo principio ad ſuum finem referatur, qui finis eſt idem principium vnde manauit: Euclides libro 11. Element. definitio. 14. in hac figura Deus eſt vt centrum à quo lineæ omnes ductæ ad circumferentiam ſunt æquales. idem libro 1. def. 15. & hoc centrum verum bonum eſt & vnum in quod omnia quaſi contra concurrunt id eſt ſpiritus illi ſimplices & puro intellectu conſtantes, quod Plotinus recte confirmat libro de bono vel vno. Tullius ſic ait de mundo in libro de vniuerſit. *Ergo globoſus eſt fabricatus quod σφαιρoειδῆς Græci vocant cuius omnis extremitas paribus à medio radiis attingitur*: Itaque non vna eſt cauſa rerum ſingularum: & ſic in tonitris & agit Natura ſuum munus, & Deus ſuum finem vt terreat: Virgil. 1. Æneid. Horatius 1. Carm. od. 16. & maxime conſcios ſcelerum. Iuuenalis ſatyra 13. vnde quum ex Dei decreto tonitrua mugiant, fulgura micent, fulmina deturbentur, quid mirum ſi cæci illi veteres nonnihil ex luce veritatis quaſi per ſpeculum hauſerint exiſtimantes ſibi aliquid felix portendi diuinitus ſi precanti & de cœlo ſeruanti cæleſte lumen affulſerit. Clemens Alex. Strom. 6. refert Æacum quum videret Græciam fame oppreſſam ad extremum vexari ad cælum ſublatis oculis & manibus Deum oraſſe vt terram tanto periculo liberaret: ſtatim ex aere fulgur emicuit malique tempeſtas pacata eſt, idque oraculi iuſſu Æacum feciſſe idem ait. Et quoniam in quatuor partes cœlum diuiditur à Romanis, Iupiter in iis tres partes obtinet Acro in hunc verſum Horatij. 1. car. od. 12.

Iupiter in tribus cæli partibus dominatur.

Nec viget quicquam ſimile aut ſecundum.

Secundum haruſpicum dicta vel diſputationes (inquit) *qui Iouem primam, ſecundam, & tertiam partem cæli ſolum, volunt in fulminibus tenere.* Seruius hic.

Ipſa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem
Diſiecitque rates euertitque æquora ventis.

In libris (inquit) *Hetruſcorum lectum eſt iactus fulminum Manubias dici & certa eſſe numina poſſidentia fulminũ iactus vt Iouem, Vulcanum Mineruam: vnde cauendum eſt ne aliis hæc numinibus demus.* Recte ergo Horatius poſt Iouem Mineruæ imperium conſtituit.

Quibus Diis iactus fulminum tribuuntur.

Proximos illi tamen occupauit
Pallas honores.

Ergo tria numina habent Manubias diurnas: ſed Minerua vnius generis quia vni tantum parti præeſt non ſola ſed cum Ioue adeo

vt Mineruæ Manubiæ, Iouis eſſe dicantur non tamen abſolute vt mox oſtendetur. Manubiæ Iouis ſunt tres quarum primæ monent placide ſine nota periculi, ſecundæ terrent vtræque Ioui competunt iure ſuæ diuinitatis quia à Ioue mittuntur etiam inconſultis Diis. quod autem Seruius ait de Vulcano pertinet ad ſecundas Manubias quæ ei non competunt iure ſuæ poteſtatis; ideo enim ei attribuuntur quod vi maiore vibrentur ſed hoc ex Iouis imperio: at poſtremæ à Ioue ſed ex deorum conſilio demittuntur & mutationem ſtatus ſignificant. Feſtus. *Manubiæ* (inquit) *Iouis, tres eſſe creduntur quarum vnæ ſunt minimæ quæ moneant placatæque ſint, alteræ quæ maiores ſunt ac veniunt cum fragore diſcutiuntque & diuellunt, quæ à Ioue ſunt & conſilio deorum mitti exiſtimentur: Tertiæ his ampliores quæ cum igne veniant: & quamquam nullum ſine igne fulgur ſit hæ propriam differentiam habent quæ aut adurant, aut fuligine deforment, aut accendant quæ ſtatum mutent deorum conſilio ſuperiorum.* Hæ Mineruæ dicebantur. Nam quid aliud eſt conſilium Iouis quæ inter deos ſuperiores maxime recenſetur. Euſtath. Iliad. α. ἠθικῶς δὲ φρόνησίς ἐστιν ἡ Ἀθηνᾶ. διὸ καὶ Διὸς καὶ μήτιδος εἶναι λέγεται ἤτοι νοὸς καὶ βουλῆς· φησὶ γὰρ ὁ μῦθος ὅτι ἔγκυος οὖσα ἡ μῆτις κατεπόθη ὑπὸ τοῦ Διὸς, ἐν δὲ τῷ ἀνοιγομένῳ ταῖς χειρουργίαις ... ἐξέθορεν ἐκ τοῦ Διὸς κεφαλῆς ἡ Ἀθηνᾶ. In hac dea pagani vt ſimiæ verum Dei filium eumdemque Deum imitati ſunt vnum ex vno natum & ipſum ex ſcipſo æqualem patri in ſubſtantia Ariſtides in Pallade. τοῦ πάντων δημιουργοῦ καὶ βασιλέως παῖς ἐστὶ μόνη δὴ μόνου· οὐ γὰρ εἶχεν ἐξ ὅτου ὁμοτίμου ποιήσειεν αὐτὴν ἀλλ᾽ ἀναχωρήσας αὐτὸς εἰς αὐτὸν, αὐτὸς ἐξ αὑτοῦ γεννᾷ καὶ τίκτει τὴν θεὸν ὥστε εἶναι μόνην βεβαίως γνησίαν τοῦ πατρός: Ideoque nunquam à patre recedit ſed ſemper ei adeſt & commoratur cum eo: idcirco omnia quæ ſunt patris illi communicantur: denique tandem ait Mineruam eſſe Iouis vim: Ægyptij in fano Mineruę quod Sai erat inſcripſerāt ego ſum omne quod fuit, quod eſt, quod erit & meum peplum nullus mortalis huc vſque detexit. Plutar. ſed de his ſatis, in hoc autem Feſtus recte dixit quod ait alteras ex deorum conſilio emitti: erant iſti Dij 12. cœleſtes quidem ſed minorum gentium quod in cap. 11. oſtendetur. in his tribus non imperat Vulcanus qui in deorum ſuperiorum cōſilio non erat ſed eorum tantum miniſter in fabricandis armis & maxime fulminibus Iouis in quo nō conſilium ſed miniſterium animaduertitur, & hoc etiam Seneca confirmat qui refert libro 2. quęſt nat. Ioui tres Manubias dari quarum prima monet, ſecunda prodeſt, tertia adhibitis conſilio Diis emittitur. vnæ ſunt ergo quæ pendēt ex conſilio deorum ſuperiorum, nimirum ex capite Iouis ſeu ex Minerua, quo caſu fulmen nihilominus Iouis eſſe dicitur, vt patet ex loco Virgil. 1. Æneid. mox ſupra adducto: veteres ſummum ætheris cacumen Mineruæ tribuerunt Macrob. 3. Sat. cap. 4. Ioui medium, Iunoni infimum. vere enim Iupiter intelligebatur pro æthere cuius tres illæ partes conſtitutæ erant vt ex Virg. 1. Georg.

Diuiſio Manubiarum.

Minerua eſt cōſilium Iouis in qua dæmon vt ſimia verum Dei filium effinxit.

ſupra oſtenſum eſt. Atqui quomodo ſecundæ proſunt quæ cum impetu feruntur in terras? quia ita terrent vt pauentes animi ad pietatem reuocentur & rebus ſuis proſpiciant. Eſt enim violentus Vulcani ignis, Varro 4. de ling. Lat. *Ab ignis maiore vi & violentia Vulcanus dictus.* Poſtremæ ſemper in humanum ſanguinem effunduntur, ideoque ſunt rubeæ quum primæ ſint albæ: an & ſecundę quũ nullum ſine igne fulgur ſit vt ſupra Feſtus ait? ſane hac ratione omnes eſſent rubeæ, verum idem hunc nodum ſoluit quod hęc differentia ſumatur ab effectibus ideo alteræ quia proſunt albę ſunt. At Iouis ſumani ſunt atræ. Ergo tertiæ tantum rubeæ ſunt quibus mutatio ſtatus oſtenditur, hoc doctiſſime patefecit Horatius. 1. Carm. od. 2.

Quomodo ſecundæ Manubiæ proſunt.

Tertiæ exitium ſignificant.

Iam ſatis terris niuis atque diræ
Grandinis miſit pater & rubente
Dextra ſacras iaculatus arces
Terruit vrbem.

Vbi notat prodigia quæ ſtrages tot ciuium in Triumuiratu patratas anteceſſere quas poſtea ſtatus mutatio ſecuta eſt, Rep. tranſlata ex plurium imperio ad vnius arbitrium, has autem Mineruæ Manubias vt Virgil. Ioui tribuit ad hęc docte Seneca in Agamemnone.

Ecce alia clades, fulmine irati Iouis
Armata Pallas quicquid aut haſta minax
Aut Aegide aut furore Gorgoneo poteſt
Aut igne patrio tentat, & cælo noua
Spirant procellæ.

Nec me mouet quod Horatius his rubeis ait vrbem territam, non enim terror ille ad præcauendum incuſſus eſt ſed ad oſtendendum deorum conſilium de mutando ſtatu: aliquando vero terrorem in his rubeis ſequitur eueſtigio properantis vindictę horrenda executio vt in naue Aiacis. 1. Æneid.

Pallaſne exurere claſſem
Arginûm, atque ipſos potuit ſubmergere ponto.

Aliquando ſera eſt vltio eoque grauior quo tardior. Cur tam varie? quia varia eſt ſcelerum coërcitio: quędam enim pœnę moram non patiuntur, quędam in mora periculum non habent non vt decretum in cœlo conceptum eludatur (hoc enim reſcindi non poteſt Papinius. 4. Thebaid.

Decretum Dei ineuitabile.

Graue & immutabile ſanctis
Pondus adeſt verbis & vocem fata ſequuntur.

Hom. Iliad. α.

Ου γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον ὐδ᾽ ἀπατηλὸν
Ουδ᾽ ἀτελεύτητον γ᾽ ὅτι κέν κεφαλῇ κατανεύσω.

Sed vt expientur ſcelera quibus irritata ſunt numina ſi ab homine expiari poſſint, ſunt enim quę nullo piaculo reſoluuntur: nec ideo placitum diuinitatis reuocatur: quia non ſufficiunt ſacrificia, non

ignis Purgatorius non aquæ aſperſio : ſed neceſſarium eſt humani cruoris dirum profluuium vt ſatisfiat Diis illis benignis quorum tandem ira deferueſcit ſi poſtea ſequantur ſacrificia expiatoria. & ſic prior eſt vltio quam expiatio. Sed à quo expiantur ? nimirum ab eo qui lęſus eſt & offenſus id eſt à Ioue. Horatius ibid. *Expiatio eſt à Ioue.*

Cui dabit partes ſcelus expiandi
Iuppiter? tandem veniaſ precamur
Nube candentes humeros amictus
Augur Apollo.

Hic Iouem expiationis præſidem facit & hoc munus ab illo iniunctum eſſe Apollini id eſt Soli cuius calore impura luſtrari credebantur, ſed hoc etiam Mineruæ aſcribitur quam ex Sole prodeuntem in eodē aiunt contineri, ab eaque vitā omnibus infūdi cœleſtibus à sūmo cœlo vſque ad lunę circulū, à quo ad inferiora deuolui tur vt omnē materię ſordem, feritatem & confuſionē tollat auctore Iuliano in hymno ad ſolem regem : Ariſtides in Pallade fingit eam igne ſuo puro Titanum ſerpentes conſumpſiſſe : ideo ſacerdotes eam vocant luſtralem vt idem ait. Atqui ſi ſummum ætheris cacumen ei tribuitur quomodo eadem in Sole erit ? verum in vtroque antiquitatis eſt ratio nam duplex eſt poteſtas illius, vna naturalis altera cœleſtis ſeu Manubialis. æther cauſam naturæ, ſol diuinitatis oſtendit. hoc eruendum ex arcanis antiquæ veſaniæ in qua mirum in modum excelluit Virgil. qui 11. Æneid. ait Græcos ſidere Mineruæ fuiſſe vexatos his verſibus. *Duplex Mineruæ poteſtas.*

Supplicia & ſcelerum pœnas expendimus omnes
Vel Priamo miſeranda domus, ſcit triſte Mineruæ
Sidus & Euboica cautes vltorque Caphareus.

An ignorauit ille nullum ſidus eſſe quod Mineruæ appelletur? minime, ſed hoc innuit eſſe quoddam ſignum in cœlis quod ab antiquis Theologis huic numini certa ratione attributum eſt. Seruius ibid. *Reuera conſtat* (inquit) *Græcos tempeſtate laboraſſe æquinoctio vernali quando Manubiæ Mineruales id eſt fulmina, tempeſtates grauiſſimas commouent vnde perite dicendo ſidus, vtrumque complexus eſt: nam ſidus & tempeſtatem ſignificat & reuera ſidus: hæc autem numina quæ inter ſidera non videmus licet ſua ſigna propria non habeant, cum aliis poteſtate ſunt permixta vt Ophiuchus ipſe eſt Æſculapij : gemini Apollinis & Herculis eſſe dicuntur, ſic Mineruæ aries eſſe dignoſcitur*: Quod etiam 2. Aſtronom. Manilius confirmat. hę igitur ſunt Palladis Manubiæ quæ ſub æquinoctio vernali exercentur in quo aries dominari videtur : ſidus ſane non benignum : quod antiqui Theologi ſeu poetæ docuerunt fingentes hellen ariete vectam in mare cui nomen ex caſu dedit decidiſſe : doctiſſime Seneca in Thyeſte.

Hic qui nondum vere benigno
Reddit Zephiro vela tepenti
Aries præceps ibit in vndas
Per quas pauidam vexerat Hellen.

Atqui iã ſupra demõſtratũ eſt nihil agere ſidera ſed tantũ ſignificare. verum aries, ſignum eſt illius executionis Minerua vero vis eſt diuina quæ id acturа eſt hoc ſidere ferente initium anni ſub ſole qui in eodem incipit reuolui: in eo ergo eſt certiſſima nota renouationis quæ nihil aliud eſt quam mutatio illius conſtitutionis anni quam ſol ſuo curſu cõfecerat: Ergo recte per Mineruæ manubias mutatio ſtatus oſtenditur Seneca..

Minerua ſidus aries in quo eſt ſignum mutationis.

O magni
Nata tonantis, inclyta Pallas
Quæ Dardanias ſæpe petiſti
Cuſpide turres.

Homerus iliad Δ fingit Iouem poſtquam decreuiſſet Troiam euertere Palladem miſiſſe quæ hanc excidionem exequeretur.. Duæ priores manubiæ duas etiam cauſas habent vnam à Natura alteram à Deo ſed in poſtremis acerbius agitur cum homine in prioribus mitius, hæc autem auſpicia ex fulguribus ad formam publicæ gubernationis accommodantur. Sic enim putabant Remp. eſſe adminiſtrandam à magiſtratibus vt mundus à Diis regitur. hoc perſpici poteſt ex dicta Manubiarum proportione quæ Diis attribuuntur vt principes in eodem officio contineantur. Dignitatis enim publicæ primum fulgur aut ſpendor eſt in inſignibus quibus nihil niſi veneratio maieſtatis oſtẽditur quo quid ad quietẽ & trãquillitatem ciuiũ poteſt eſſe accõmodatius? alterum in lictoribus & tortoribus quorũ manus vltore armãtur gladio: hæc licet ex Vulcani officina id eſt ex violẽtia videãtur excogitata ſunt tamẽ terriculamẽta malorũ non pœnæ: hæc ſunt in manu magiſtratus non tantum vt monere poſſint ſed etiam minari quod maxime prodeſt. At lucis vſura ſpoliare, principi datum eſt, non ſoli ſed ex conſilio deorum ſuperiorum: ſi dicas principem ſibi eſſe conſilium non ſecus ac Iouem qui ſub nomine Mineruæ ſcelerum vindictas perſequitur: hominem iure fidei, ſanctitatis, & pietatis emancipas ita vt etiam inhoneſta poſſit. poteſtne homo legem ſibi à Deo datam infringere? poteſt, qui ſui iuris à Deo creatus eſt. poterit ergo princeps in ſubditos etiam vitioſa: alioqui non abſolute nec proprie ſed precario tantum regnaret. Seneca in Thyeſte introducit Atreum ſeruo ſuo ita colloquentem.

Manubiarum proportio ad formam poteſtatũ publicarum accommodata.

Vbicumque tantum honeſta dominanti licent
Precario regnatur.

Sed eo caſu regnum eſt infirmum & ſui vitio labitur: quod ſeruus Atreo reſpondet.

Vbi non eſt pudor
Nec cura iuris ſanctitas, pietas, fides
Inſtabile regnum eſt.

Sufficiat exemplum primi Iudæorum regis Saul, cuius poteſtas vero oraculo in abſolutum imperium confirmata eſt ſed parum diuturna vt quæ miſerando exitu definita ſit. Igitur quantumuis reges.

dicantur Iouis alumni & filij non tamen in ſe Mineruam habent vt Iupiter: ideo de rebus maximi momenti ſine cōſilio optimatum decernere non debent. At Iuppiter & Minerua idem ſunt: ideo aries in cœlo princeps ſignorum ſibi ipſi conſilium eſt vt Minerua Ioui idem nimirum ſibi ipſi: Manilius 2. Aſtronom. *Inter Deum & regem in pur.ſēdo differentia.*

Conſilium ipſe ſuum eſt Aries vt principe dignum eſt

Audit ſe libramque videt.

At homo non eſt vnum quid vt Deus quum numero conſtet: Eſt enim compoſitus ex materia & forma, adeo vt & ipſe angelus, ſit quid alterum numero vt aſſerit D. Iuſtinus ad Tryphonem, non vt homo, quia eſt ſimplex ſed per relationem ad ſuum creatorem, igitur ſolus Deus vnus eſt & idem conſilium ſibi ipſi. Minerua autem ex Ioue poteſtatem habet non tantum procreandi quia eſt principium ſed & puniendi & expiandi quod pollutum eſt: quia eiuſdem poeteſtatis eſt creare & creata corrupta renouare apud Virgil.

Illum expirantem transfixo pectore flammas

Turbine corripuit ſcopuloque infixit acuto.

In quo dignoſcitur Mineruæ poteſtas naturalis & diuina: naturalis ab exhalatione: diuina ab Ariete & Sole, ab Ariete qui quum vere dominetur in quo eſt calidum & humidum, eius virtute ſiccum & frigidum hyemis deſinentis abſumitur. Vnde mos erat Græcis ſub æquinoctio verno corpora ſua luto conſpergere, tum aqua è ſacro puteo hauſta illud abſtergere: lutum ſiccitatem, aqua frigiditatem ſignificat Ariſtides ſacrarum. ἐν ἰσημερίᾳ ἡ μετὰ χειμῶνα ὅτι πηλοῦσθαι τῷ θεῷ paulo poſt προσέταξε χρήσασθαι τῷ πηλῷ πρὸς τῷ φρέατι τῷ ἱερῷ καὶ λούσασθαι αὐτόθεν. Sub illo æquinoctio periit qui & igni & aquæ piaculum debebat. Ouidius in Ibin.

Vtque ferox periit & fulmine & equore raptor

Sic te merſuris adiuuet ignis aquis.

Patet ex facultate expiandi quæ etiam Mineruæ conuenit: expiatio autem fit aut aqua luſtrali aut igne ſacro. Virgil. 6. Æneid.

Aliis ſub gurgite vaſto

Infectum eluitur ſcelus aut exuritur igni.

Et hoc Aiax paſſus eſt qui duo ſcelera vno facinore perpetrauit, ſacræ virginis raptum, & templi pollutionem in quo Minerua colebatur quæ vi ſuæ diuinitatis expiabat ſcelera per ignem ſolis (vt credebāt) ideoque igne periit qui ignem violauit. Et aqua, qui Venerem: ea enim ex ſpuma maris nata eſt id eſt ex humore. Patet iis, cur tanta cura iuberentur augures diſtinguere cœli ſulgura ratis regionibus quæ ad ſtatum Reip. pertinent ſeu moneant, ſeu terreant, ſeu mutationem portendant. Et quum ex iis regionibus duæ ad Iouem pertineant tertia ad Iouem & Mineruam, quarta ad Vulcanum ſpectat. Nunc videndum quę ſint illæ cœli partes, Mineruæ aſſignāda eſt Meridies quia oppoſita illi Septentrio eſt proſpera, eaque *Cur Aiax igne & aqua periit.* *Mineruæ eſt meridies.*

Iouis: oriens æque Iouis eſt, nam ab eo eſt principium motus qui ab oriente, cietur hinc terror qui prodeſt quia ſignificat depelli poſſe periculum: at quæ monent certiſſima ſunt in felicitatem futuram quum ſereno cœlo affulſere: imo inter prodigia futuræ cladis annumeratur. Plinius 2. ait in Heremium ſereno die fulmine ictum fuiſſe quod inter prodigia coniurationis Catilinariæ recenſeri ait. Tullius 1. de diuinat.

Aut quum terribili percuſſus fulmine ciuis
Luce ſerenanti vitalia lumina liquit.

Lucanus.

Emicuit cælo tacitum ſine nubibus vllis
Fulmen.

Fulgur ſereno cælo fauſtũ fulmen infauſtum.

Hoc numerat inter portenta belli ciuilis. Dio. libro 37. καὶ ἄλλα δὲ αὐτοῖς σημεῖα οὐκ αἴσια συνηνέχθη κεραυνοί τε γὰρ ἐν αἰθρίᾳ πολλοὶ ἔπεσον. Verum loquor de fulgure non de fulmine, nam dictum eſt fulmen niſi cœlo nubilo non fieri, ſed fulgur aut tonitru tantum: itaque fulmen ſereno cœlo quia omnino contra naturam eſt violentiæ ſignum eſt: at fulgur ſecus. patet ex Xenophonte. 7. ἑλληνικῶν ἐξ αἰθρίας, ἀστραπὰς καὶ βροντὰς λέγουσιν αἰσίας αὐτῷ φανῆναι. Hic ait fulgura & tonitrua cœlo ſereno fauſta eſſe Vulcanus autem quum ignis elemento præſit omnes quidem partes occupat ſed diuerſa ratione, nam in tribus prioribus miniſter eſt tantum licet in ſecundis ſit violentior nimirum ab oriente, quamuis proſit ſi in partes cadat ſi in partes cadat quæ poſſint aut debeant expiari: ſed ſi vel in deſertis vel montibus inacceſſis vel in mari appareat, iam ceſſat ratio ſiderum fatalium, ſola ignis natura dominante ſeu ex occaſu venerint fulgura quæ ſola pars cœli reſtabat fulminibus partiendis ſeu ex alia parte & hęc bruta fulmina dicuntur de quibus ſequẽti capite. Sed quid ſi ab occaſu fulmen eruperit in partes quæ procurationem poſtulant: tunc non tam aſpici debet vnde venerit quam quo redierit. Plinius 2. cap. 54. *Nec tam aduentus ſpectatur quam reditus, ſiue ab ictu reſiliat ignis, ſiue opere confecto aut igne conſumpto ſpiritus remeet.* Igitur ignis ab occaſu ſi ad occaſum redierit Vulcani eſt nõ ſideris. Si vero ad vnam trium partium, ex qualitate partis iudicari debet: Ignis naturæ Vulcani eſt & ideo ſi poſſit procurari debet expiari in honorem Vulcani vt Dei manubiarum quartarum. Vnde patet Vulcanum iure naturę dominari omnibus partibus ætheris non iure cœleſtis diuinitatis. Sed quia conſtitit in occaſu quum proiectus eſt ideo ibi Deus intelligitur. Nam ex occaſu decidit in terras. Quod Homerus intellexit quum finxit Iouem è cœlo Vulcanum proieciſſe quum de rebus ad cœleſtium ſtatum pertinẽtibus aduerſus Iouem conquereretur à quo proiectus eſt ab ortu ſolis vſque ad occaſum & per totum diem ſic enim ait iliad. A.

Vulcanus adeſt omnibus partibus cæli ſed occidenti iure diuinitatis ſeu naturæ in aliis tribus eſt tantũ miniſter.

Ρῖψε ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο
Πᾶν δ' ἦμαρ φερόμην ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι.

Ideo

Ideo hæ quartæ Manubiæ non recenſentur inter veras quia non pertinent ad ſtatum ciuitatis aut familiæ: nam nec, monent, nec terrent nec mutant. His omnino refragatur auctoritas Arnobij qui libro 4. aduerſus gentes *Aut quid dextræ* (inquit) *meruerunt de immortalibus Diis partes vt ſine vllis præſidibus degerent quas eſſe fauſtas & proſperas ſemper cum ominibus ediderunt.* Igitur dextræ non habent Iouem Mineruamque præſidem nec ſunt infauſtæ ſed ſemper fauſtæ. verum in parte fauſta ſolus eſt Iupiter qui non poteſt dici pręſes illius partis quum ſit princeps totius cœli, igitur quia certus Deus non eſt huic regioni præfectus vt aliis duabus ideo eam ſine pręſidibus Diis eſſe ait. quod autem dextras ait fauſtas oſtendit mutationem huius diſciplinæ quum dextræ ſub eo eſſent quæ longe ante ipſum læuæ erant. Pergamus ad aliam partem muneris auguralis, *Vrbemque & Agros* &c. Vrbs eſt locus cum ædificiis ſeptus & munitus, qui doctiſſime ſic definitur à Tullio apud Nonium: *Quam quum locis manuque ſepſiſſent eiuſmodi coniunctionem tectorum oppidum vel vrbem delubris diſtinctam ſpatiiſque communibus.* Quid vrbis appellatione contineatur iam oſtenſum eſt in cap. conſtructa vt ſit locus qui circulo mœnium definitur: aliud eſt ciuitas quæ incolarum corpus ſignificat vt ibidem Nonius aſſerit idcirco ſi cines vrbe exeant communi conſilio vt quondam iuſſu oraculi Athenienſes, ciuitas in vrbe non eſt aut quum Romani deſerta vrbe, Pompeium ſequuti ſunt ne à Cæſare opprimerentur in ea, vnde illud Tullij, *Non eſt in parietibus Reſp.* Quod Bodinum impulit in Rep. ſua vt Modeſtinum reprehenderet quod ſcripſerit in l. ſi vſuff. ff. quibus mod. vſuff. amitt. ciuitati legatum vſumfructum extingui ſi ciuitas eſſe definat & quaſi morte intercidat quod tum contingit quum aratrum in ea inductum eſt: tunc enim maximam capitis diminutionem patitur. Iniuſta ſane eſt reprehenſio nec errauit Iuriſconſultus male intellectus. quod enim dicitur non contineri Remp. parietibus, non pertinet ad ſignum mortis aut captiuitatis ſed ad eſſentiam veræ Reip. cuius anima eſt imperium ſummum quo ſublato cadauer eſt nimirum vrbs mortua in cuius facie manent adhuc imagines exſpirantis ſtatus non tantum loci ædiumque ratione ſed, religionis cuius auſpicio locus ille conſtructus eſt, ideoque aratro inducto in eam partem quæ religione ſancita eſt, ne veſtigium quidem Reip. aut ciuitatis manet. Exemplum Carthaginis adducitur quæ victa expugnataq; vitalem effudit ſpiritum: nam eo iure quo conſtituta eſt diſſoluitur, nimirum iuregentium quo imperia & dominia introducta ſunt l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iur. quæ bello quod eodem iure ſuſceptum eſt d. l. ex hoc iure, periit: quum & ſacra quæ iuris publici partem faciunt l. 1. §. 2. eod. bello pereant l. 36. ff. de religios. Ergo apparet ciuitatem liberam eſſe deſinere ſi hoſtile aratrum paſſa ſit, nõ quod ex eo ipſo ſeruitutem patiatur ſed ex eo captiua dignoſcitur: in bello vis eſt ſeruitutis in aratro, indicium. vnde recte Modeſtinus reſpondit

Hæc partiũ communis ratio mutata eſt.

Quid vrbs & quo differat à ciuitate.

Defenſio Modeſtini.

vſumfructum extingui ſi ciuitas aratrum paſſa ſit, hoc enim argumento demonſtratur deuictam eſſe, quod de Troia docet Propertius libro 3.

Muris aratro inducto demõſtratur, extinctum bello Imperium.

Mœnia quum Graio Neptunia preſſit aratro
Victor Palladiæ ligneus artis equus.

Horatius.

Imprimeretque muris
Hoſtile aratrum exercitus inſolens.

Strabo 17. oſtendit Carthaginem omnino deletam fuiſſe: ſed poſtea inſtaurata eſt benignitate Iulij non vt iure priſtino cenſeretur ſed iure coloniæ, idem ibidem, & hoc Euſtathius confirmat in Dionyſium de ſitu orbis, ergo Carthago, hoſtis victoria periit & ab hoſte in victoriæ monumentum aratrum paſſa caput Lybiæ eſſe deſiit & ſic capite minuta eſt nec poſtea vmquã veram Reip. formam habuit nam ciuitates atque etiam coloniæ loco priuatorum habentur l. eum qui ff. de verb ſig. ita vt hic adducere non eſſe in parietibus Remp. nihil ad propoſitum faciat. Scio ad mortem violentam ciuitatum alia deſiderari ſed alibi ſunt exponenda. Circulus autem vrbis ſacer eſt prius auſpicio conſecratus à Romulo, ex cuius inſtituto hoc præceptum emanauit: Liuius. 1. *Vt Dij in quorum tutela ea loca eſſent auguriis legerent:* Tum auſpicato loco aratrum imprimitur (ideo non mirum ſi religio eadem religione deſtruitur) quod Romulus ab Hetruſcis acceperat. Varro 4. de ling. Lat. *Oppida condebant in Latio Hetruſco ritu multa iunctis bobus tauro & vaccha, interiore aratro circumagebant ſulcum: hoc faciebant religionis cauſa die auſpicato vt foſſa & muro eſſent munita: terram quam vndique exſcalpſerant foſſam vocabãt & introrſum factũ murum, poſtea quod fiebat orbis, vrbs: principio quod erat Pomœrium dictum, eiuſque ambitu auſpicia vrbana finiuntur.* Locum vrbis igitur Romulus auſpicato condidit religionis cauſa vt ait Varro, vt locus ille humanis calamitatibus minus eſſet obnoxius, finibus eius in tutela deorum conſtitutis.

Totius vrbis auguratus: circulus conſecratus.

Auguſto Augurio poſtquam inclyta condita Roma eſt.

Natiuitas morbus & mors ciuitatum.

Et hic eſt dies vrbis natalitius. habent enim vrbes ortum ſuum adoleſcẽtiam, virilem ætatem, ſenectutem & mortem l. 2. C. Theod. de feriis, Antoninus 4. de vita ſua: ægrotant & ſanantur: ægrotant communi omnium natura; at ſua virtute conualeſcunt Ariſtides panath. loquitur ſic de Athenis, ἐνόσησε μὲν γὰρ τῇ τῶν πάντων φύσει ἰάσθη δὲ τῇ ἑαυτῆς. Ægritudines illæ inteſtinæ ſunt vt tumultus conſpirationeſque vt eſt apud Libanium in orat. ad Theodoſ. magnum. Videamus nunc quid ſit vrbem effatam habere; precibus rite conceptis auſpicio capto intra Pomœrium locum in tutelam deorum deponere finibus eius augurali ſanctitate conſecratis. Agri etiam effati haberi debent. Primum notandum eſt ex Dionyſio. 2. Romulum agrum Romanum diuiſiſſe inter ciues vt quiſque partem ſuam iure priuato & iure optimo vt loquitur Tull. de ha-

Effatã vrbem habere.

ruſp. reſp. poſſideret ſed prius exempta parte vna quæ ſaetis, altera quæ vſibus publicis inſeruiret. Priuatus autem in tres ab eo partes diuiſus eſt à quo tribus appellatæ (inquit Varro 4. de ling. lat.) vnde idem Ager (inquit) Romanus dictus eſt vnde Roma à Romulo. hic ſolus in vrbe condenda notus erat regi, ſed poſtea plura agrorum genera introducta ſunt non à Romulo ſed ab Augurum collegio, quod ibidem ſic ille demonſtrat. *Vt noſtri Augures publicei dixerunt agrorum ſunt genera quinque Romanus, Gabinus, peregrinus, hoſticus, incertus : Gabinus ab oppido gabiis : peregrinus ager pacatus qui extra Romanum, & Gabinum quod vno modo in heis feruntur auſpicia dictus à pergendo id eſt progrediendo : Eo enim ex agro Romani primum progrediebantur : quocirca Gabinus quoque & peregrinus ſecundum hos augures auſpicia habent ſingularia : ab reliquo diſcretus hoſticus, dictus ab hoſtibus : incertus is ager qui de heis quatuor qui ſit ignoratur.*

Ager Romanus.

Agrorum genera.

Sed ad quid tot agrorum genera effanda ſunt? nimirum vt vbique terrarum vbi erit exercitus Romanus, augures publici de cœlo ſeruare poſſint, non tantum in agro Romano ſed & in aliis non vt eadem vbique ſint auſpicia, quum non ſit idem finis. Neque enim hoſticus eo animo effandus eſt vt locus Diis cõmendetur ſed tantum vt poſſit præuideri, quid è cœlo impendeat fauſti vel infauſti in copias Romanas. Hæc auguratio locum ſacrum iure Pontificio non facit: quod primum apparet in vrbe quæ profanis ædificijs & locis impletur, tum in agris qui a profanis arantur, ſed vt ea quaſi commendata ſint Dijs, captandis auſpicijs idonea & iuſta. Vrbanum autem auſpiciũ Pomœrio determinatur in quo quamuis quædam portio agri ſit quæ etiam effanda erat tamen vrbanum eſt auſpicium? Gellius 13. cap. 14. Vrbem autem effari debebant in agro illo intra pomœrium definito, initium ſumentes à capite ſacræ viæ vſq; ad pomœrium : vnde Varro. *Hinc oritur caput ſacra viæ à ſtrena ſacello quæ pertinet in arcem qua ſacra quotquot menſibus feruntur in arcem & per quam augures ex arce profecti ſolent inaugurare.* Itaque vrbem effantur à ſacra via incipientes & agri eam partem quæ extra vrbem intra fines pomœrij manet quod totum eſt vrbanum auſpicium. At ex arce auſpicabantur augures publici (inquit Feſtus) aliud eſt augurare aliud auſpicuri, nam inaugurant precibus: auſpicantur oculis & animo. Ergo effari ſolebant in agro pomœrij, auſpicari in Capitulio: vt lex vrbani auſpicij ſeruaretur: idque merito: nam ex arce cœlum facilius conſpicitur quam ex agro. At ſupra ex Feſto dictum eſt aupicia captari ſolita in templo cœli regionibus deſignato extra vrbem. Ergo non in arce. Verum hic agitur de vrbano auſpicio : at cætera alia in templis minoribus aut maioribus extra vrbem captabantur. Eadem autem fuerunt auſpicia agri Romani & gabini, gabijs Romano imperio adiectis, & peregrini quia in ijs nullum impedimentũ patitur exercitus, quoniã tres illi agri ſint pacati : de Romano conſtat & gabino non eſſe hoſtiles, at peregrinus licet Romanus nõ ſit, ſicut nec gabinus, non tamen hoſti-

Vrbani auſpicij fines.

Aliud augurare, aliud auſpicari.

ſacerdotes ſacrificare, ſubiicit, ἐνταῦθά τε καὶ ἐν ἄλλοις τόποις πλείοσιν ὡς ὀβελοῖς ἀνθήμερον καὶ χαλῦσιν ἀβαρύνιαι. Seruati ſunt ergo antiqui termini gratia ſeruandæ religionis quæ ab onitio conſtituta, origo & fundamentum fuit tantæ magnitudinis: tum etiam vt gloria Romanorũ amplior eſſet ex eo quod anguſtis incluſi limitibus totũ orbẽ terrarũ huic agello ſubiecerint: & in hoc eſt terminus intellectualis qui cauſa intellectu comprehenſa definitur nõ ex materia nõ ex propagatione iuriſdictionis Ariſtot. 4. Metaphyſ. cap. 17. τῆς γνώσεως γὰρ τοῦτο πέρας, εἰ δὲ τῆς γνώσεως, καὶ τοῦ πράγματος. nimirum ſi ſit proportio inter terminantem & terminatum vt eſt inter materiam & hominem agentem in eam: ſic inter intellectum & religionem proportio eſt: nam religio eſt rerum intellectualiũ non materiæ: quid mirũ ergo ſi vrbanum auſpiciũ vrbis muro non finiretur ſed ambitu pomœrij? neque enim materię finibus circumſcribitur quod oculo & contemplatione auguris terminandum eſt: vnde vrbis nomine etiam pomœrium continetur Tullius 13. ad Atticum. *De vrbe augenda quid ſit promulgatum non intellexi id ſane ſcire velim.* Quod don pertinet ad priuata aut profana negotia ſed tantum ad auſpicia quibus ſolet proſpici & prouideri quid impendeat ciuibus Romæ habitantibus. quum autem ij qui ſunt in continentibus, Romæ eſſe intelligantur non tamen intra muros ſint videtur extra Pomœrium vrbanum auſpicium produci. Verum quidquid extra Pomœrium eſt ager eſt non ratione iuriſdictionis ſed religionis, & ſic intelligitur Seruius quũ ait agrum poſt Pomœria effatum dici vnde non mutat quod mille paſſus non debeant à miliario vrbis ſed à continentibus ædificiis numerari l. mille. ff. de verb. ſig. Nã hoc non pertinet ad terminũ vrbis ſed Romæ ergo etiam in Roma quædã agri Romani portio cõtinetur ratione auſpiciorũ. Nec obſtat l. vt Alfenus ff. eod. vbi Roma vrbs eſt quæ muro cingitur ibi enim eſt terminus vrbis ſecũdum materiã, nõ ſecundũ intellectum. Nam ſequitur Roma etiam eſt qua continentia ædificia eſſent quaſi dicat eam duplici termino definiri idque intelligi ex quotidiana loquendi cõſuetudine quum dicamus eum Romæ eſſe qui extra vrbem habitaret: quod non pertinet ad cauſam termini religioſi ſed ad ſignum quo probari poſſit Romæ appellationem etiam vltra muros extendi. hinc autem dictum eſt ædificia continentia non incipere à muro vrbis: probatur ex Liuio 1. ſic loquente. *Pomœrium verbi vim ſolam intuentes poſtmœrium interpretantur eſſe: eſt autem magis circa mœrium locus quem in condendis vrbibus quondam Hetruſci qua murum ducturi erant certis circa terminis inaugurato conſecrabant vt neque interiore parte ædificia continuarentur qua nunc vulgo etiam coniungunt & extrinſecus puri aliquid ab humano cultu pateret ſoli: hoc ſpatium quod neque habitari neque arari fas erat, non magis quod poſt murum eſſet, quam quod murus poſt id, pomœrium Romani appellarunt & in vrbis incremento ſemper quantum mœnia proceſſura erant, tantum termini hi conſecrati proferebantur.* Et quoniam

Mille paſſus vnde numerã-tur.

Ædificia continentia vnde incipiunt.

Quid ſit pomœrium.

Nefas intra pomœrium ſepelire.

Diis cœleſtibus auium ductu locus ille conſecratus erat, nefas erat licet extra muros intra Pomœrium ſepelire, & quia in hoc agitur de religione, quod ait lex. *In vrbe ne ſepelito.* Secundum terminum religionis accipitur: quod innuit Liuius I. *Verbera vel intra Pomœrium modo inter pila & ſpolia hoſtium vel extra Pomœrium modo intra ſepulcra Curiatiorum.* Quod conſentit cum lege Delienſium quæ prohibebat in vrbe ſepelire aut cremare, quia Deo cæleſti nēpe Apollini ſacra erat. Strabo 20. ſequitur de templis vt effata habeantur. Templorum alia ſunt minora, alia maiora, minora fiunt ab Auguribus quum loca aliqua tabulis aut lineis ſepiuntur ne vno amplius oſtio pateant. Feſtus. *Templum* (ait) *eſt locus ita effatus & ita ſceptus vt ex vna parte pateat:* Maiora autem ſunt quæ non tantum effata ſed etiam conſecrata & extructa ſunt, primum vt ibi Deus coleretur tum vt maiores Dij conſulerentur auſpiciis & maxime Iupiter: illorum enim templa erant cæteris altiora: & ad hunc finem Dei poteſtas conducit quum ſit cœleſtis & de cœlo tuendum ſit: hæc non re aliqua leui aut ad tempus breue ſepta ſunt ſed in perpetuum conſtruuntur. de vtroque templo ſic Seruius, *Alij templum dicunt non ſolum quod poteſt claudi verumetiam quod palis aut haſtis ſuſtentatum aut aliqua tali re vt linteis aut loris aut ſimili re ſeptum eſt quod & effatum eſt: amplius vno exitu in eo eſſe non oportet quum ibi ſit cubiturus auſpicans.* Quibus verbis intelligi poteſt vtrumque effatum fuiſſe. Varro 6. de ling. Lat. *Ex templo id eſt continuo quod omne templum debet circumſeptum, nec plus quam vnum introitum habere.* Ergo nulla videtur inter vtrumque differentia quum vtrumque & ſeptum eſſe debeat & vnum tantum exitū habere & vtrumque effandum ſit: Varro libro 5. *Hinc effari templa dicuntur ab auguribus, adfatus qui in heis fines ſunt hinc fana nominata quod Pontifices in ſacrādo fati ſunt finem.* Varro Pontifici tribuit quod ante illius ſacerdotij conſtitutionem regis munus erat Liuius. *Ibique* (in capitolio) *ea quum ad quercum paſtoribus ſacram depoſuiſſet ſimul cum dono, deſignauit templo Iouis fines cognomenque addidit Deo, Iupiter feretri hæc tibi victor Romulus rex regia arma fero templumque iis regionibus quas modo animo metatus ſum dedico.* Verum magna eſt inter vtrumque differentia: ibi ſane Varro de vtroque loquitur, quum dicat omne: quæ vox ad omnia templa etiam maiora refertur. ſic tam minora auguſta eſſe poſſunt quam maiora. at in maiori eſt adoratio non in minori: Sed quia etiam in maiori licet auguri conſiſtere vt de cœlo ſeruet, ideo vnus tantum debet eſſe introitus: effatum & ſeptum eſſe, ne res extrinſecus accidentes ex diuerſis partibus conſpectæ auguris contemplationem interturbent: Ergo omne templum vno patet exitu effandum eſt & ſepēidum, minus quidem ſepimento leuiſſimo, maius autem muro: forma autem effandi ita concipitur apud Varronem. 6. *Teſca dumecta ſunto quà ad ego caſte lingua nuncupauero olla veter arbor quiſquis eſt quam me ſentio dixiſſe templum teſcumque eſto in ſiniſterum. olla veter arbor, quiſquis eſt,*

Lex Dilienſiū.

Diuiſio templorum.

Similitudo vtriuſque tēpli.

Differentia vtriuſque templi.

Forma effandi vtriuſque.

quicquid eſt quod me ſentio dixiſſe templum teſcumque eſto, in dexterum intra ea conſpicione, concretione, cortumione vtique ea rectiſſime ſenſi. Recordare quod ſcriptum eſt in capite conſtructa modum dedicandi templi in vrbe Romana ita ſingularem fuiſſe vt etiamſi Deo Romano alibi conſtrueretur, ritu tamen Romano non conſecraretur. Varro ibid. *Concipitur verbis non iiſdem vſquaque, in arce autem ſic.* Nam in arce auſpicia vrbana habebãtur, nunc exponamus hanc verborum conceptionem, teſca igitur dumecta ſunto id eſt termini ſint ea loca quæ oculis & animo metatus ſum, hactenus enim effata porriguntur: illi autem oculis & animo deſignati lingua debent ſignificari vt ſequitur de arbore vetere in læuam, dextramque concepta & nuncupata quod intelligitur hac voce quaad Nec mutat quod Varro ait ibid. *Hic qui teſca dixit non errauit neque ideo quod ſãcta, ſed quod ibi myſteria fiunt ac tuentur:* Quibus nõ intẽdit teſca nõ eſſe ſancta ſed nõ erraſſe eũ qui teſca id eſt aſpera & inculta & deſerta pro ſanctis accepit nam teſca non dicuntur ſancta ſignificatione primæua ſed quod ſancta myſteria in locis deſertis caſtius ſeruarentur ac tuerẽtur, alioqui ſi teſcum genuina ſignificatione pro ſãcto acciperetur quũ à tuendo deductũ ſit, templũ quoque quod à tuendo dicitur ſanctum eſſet: quod falſum eſt: nam curia hoſtilia vt ille ait templum eſt & ſanctum non eſt: licet pleræque ædes ſacrę templa ſint & ſancta, non tamen hoc cõuertitur. Neque enim omnes ædes ſunt templa ita vt ne veſtæ quidem ædes licet ſacra & ſancta ſit templum ſit Gellius ex Varrone 14. cap. 7. nec obſtat quod nullum ſit fanum niſi prius in loco eius ſeruatum ſit de cœlo. Nam hoc fit ad augurationem illius fani non ad futura auſpicia niſi templum ſit. in templo veſtæ de cælo ſeruari non potuit quia in loco alto ſitum non erat. Ad hæc Seruius in 7. Virgilij *Senatus niſi in loco auguſto haberi non poterat vnde templum veſtæ non fuit augurio conſecratum ne illuc conueniret Senatus vbi erant virgines. Nam hac fuit regia Numæ Pompilij: ad atrium autem veſtæ conueniebatur quod à templis remotum fuerat.* Ex quibus ſentit templum non eſſe niſi ædem ſacram: in quo fallitur: & præterea in eo quod ait Senatum ibi non conueniſſe propter virgines. Igitur licet nulla ſit ædes ſacra niſi præhabito auſpicio deſignata ſit non ideo templum erit & è conuerſo licet nullum ſit templum quin auguris manu, lingua, corde ſit deſignatum, non tamen ideo ſacrum aut ſanctum eſt. Nec obſtat Gellius ibid. in hæc verba Varronis. *Propterea & in curia hoſtilia & in Pompeia & poſt in Iulia quum profana ea loca fuiſſent templa eſſe per augures conſtituta vt in iis Senatuſconſulta more maiorum iuſta fieri poſſent.* Vnde probatur ea loca quum templa fuiſſent facta amplius profana non fuiſſe ergo ſacra aut ſancta. verum augurale ius eſt ſeparatim à Pontificio ſub quo ſacrum & religioſum eſt, licet habita ratione iuris augurum qui etiam ſunt ſacerdotes ſacrum dici poſſit ideo quaſi medium aliquod neque profanum eſt, neque ſacrum deorum voluntate deſignatum ad id quod & lingua, auguris nun-

Explicatio huius formæ.

Quid proprie teſcum.

Omnes ædes ſacræ non ſunt tẽpla licet præhabito auſpicio deſignata ſit.

Error Seruij. Nõ omne templũ ſacrum & ſanctum eſt.

Diſtinguitur ius augurale à Pontificio.

cupatum & mente conceptum eſt. imo quum omnia templa effari deberent & in forma effandi teſca dicerentur id eſt ſancta, ſequitur omnia templa ſancta eſſe. Verum teſca ſunt iure augurali: ſed accipitur teſcum aut pro termino augurij, aut pro loco alicui Deo ſpecialiter conſecrato vtroque caſu dicitur à tuendo ſed priore non ſignificat ſanctum iure Pontificio, ſed augurali tantum: poſteriore vtroque iure ſanctum eſt. Feſtus. *Teſca Verrius ait loca augurio deſignata quo ſit termino finis in terra augurij: Opilius Aurelius loca conſecrata ad augurandum ſcripſit ſed ſancta loco vndique ſepta docent Pontificij libri in quibus ſcriptum eſt templum ſedemque Teſcumque ſiue Deo ſiue dea dedicauerit vbi eos accipiant volentes propitioſque.* Ergo in hac conceptione duplici ſenſu accipitur ex mente & lingua auguris ſi locum illum tantum ad augurandum nuncupet tuncque iure Pontificio ſanctum non eſt, aut ad conſecrandum ſpecialiter alicui numini quo caſu ſanctum eſt poſtquam Pontifex conſecrauit: & recte in hac ſignificatione in libris Pontificiis inuenitur: ſic aſſignata differentia inter templum & teſcum ſic ait Varro. *Quare à tuendo & templa & teſca dicta cum diſcrimine eo quod dixi.* ac teſcum ſanctum eſſe probat his verſibus ex Philocteta Actij.

Teſcum duobus modis accipitur

Sanctum duobus modis.

Qui Lemni aſpera
Teſca tuere & celſa Cabirum
Delubra tenes myſteriaque
Priſtina caſtis concepta ſacris.

Igitur Teſcum primo dumetis aut vetuſtis arboribus iiſque incultis & in loco deſerto ſitis comprehenditur, in quibus ſaxorum aſperitas & vmbræ arborum quandam loco Maieſtatem afferunt ideoque vetuſtior arbor in vtramque partem terram augurij terminat; Secundo accipitur pro termino templi auguralis: poſtremo ſignificat ſanctum. quod autem prius ſiniſtram terminat, poſterius dextram pendet ex pręcedentibus vbi ſiniſtra ſunt fauſta. hę partes ſic à Varrone deſcribuntur. *Templi partes quatuor ſiniſtra ab Oriente, dextra ab occaſu, antica ad meridiem, poſtica ad Septentrionem.* Et recte ſiniſtra tribuuntur orienti tanquam lucis & boni principio ita vt auſpicia ab ea parte fauſta ſint. Horatius 3. Carm. oda 27.

Templi partes, quot.

Oriens fauſtus.

Oſcinem coruum prece ſuſcitabo
Solis ab ortu.

Sed hęc non conſonant his quę ſupra retulimus ſiniſtra eſſe ad Septentrionem non ad Orientem. Verum ſupra deſcriptę ſunt partes cœli, hic partes templi auguralis. cœlum templum eſt quidem ſed natura vt non tantum tueri & aſpici poſſit, ſed etiam vt aliis rebus cauſam prębeat qua tueri poſſint. templum autem ab auſpiciis nō natura ſed augurum diſciplina determinatur: ideoque partium qualitates non ex natura ſed ex arte auguris conſtituuntur. In templo augurali meridiem verſus aſpicit augur vt habeat orientem à lęua, à dextra occaſum: vt plane ſupra oſtenſum eſt. An ideo minus ſeptemtrio erit ſiniſtra pars cœli quod oriens ſit ſiniſtra templi?

Cœli & templi partium differentia.

Quæ partes cœli aderanti, quæ de cœlo ſeruanti.

pli?Sane precanti ſemper erit à ſiniſtra Septemtrio quia adorantes orientem ſpectamus:at ſeruanti de cœlo ſiniſtræ ſunt ab Oriente vtrumque in templo neceſſarium eſt ſeu maiori ſeu minori quia preces ad vtrumque deſiderantur: & hę ſtatim poſt fines effatos concipiuntur ſi ſit auſpicium vrbanum in Pomœrio poſtquam in arce fines effati ſunt; & proprie dicuntur effata vt cap. proxime pręcedenti ex Varrone & Seruio probatum eſt. Atqui ſi ideo in meridiem augur ſpectare debetquod à ſiniſtra ſit oriens, videtur ideo Orientem eſſe felicem quod ſiniſter eſt, quæ ratio ineptiſſima eſt.Nam ſi ad Septemtrionem ſpectes,an ideo oriens erit infelicis auſpicij quod dexter erit? vel ſi Occidentem verſus an ideo meridies erit fauſta quod ſiniſtra eſt? Minime.nam ſi ſiniſtrum aſpicias reſpectu hominis ſe ad varia mouentis nihil eſt vt iam dictum eſt ſed ſi huius artis documenta conſulerentur, ratæ ſunt regiones & cœli & templi. Sed quoniã augurale templum maxime captandis auguriis eſt inſtructum ideo, in eo ſiniſtra Orienti tribuitur:at templa maiora & ædes ſacræ niſi loci natura impediat vt eſt apud Vitruuium 5. cap. libri 4. poſticam partem habent Orientem verſus anticam ad Occidentem, ita vt adorantibus à fronte reſpondeat Oriens. Nam in medio templi altare & ſimulacrum conſtitui debet vt vota ſuſcipientes contueantur ædem & Orientem cœli, ipſaque ſimulacra videantur exorientia contueri ſupplicantes & ſacrificantes quod aras omnes neceſſe eſſe videatur ad Occidentem ſpectare (inquit ille) ergo in vtroque templo ſupplicanti ſemper eſt ſiniſtrum Septentrionis latus. hic grauior difficultas emergit. nam ſi in maioribus templis licet auſpicia habere quomodo fieri poteſt vt vno tantum pateant oſtio quod ad Occidentem reſpectu egredientium vergere debet vt ingredientibus Oriens pateat, quum à meridie ſeruari de cœlo debeat. Verum in maioribus templis vndequaque tueri poteſt quia in medio ſubdiualia erant. Neq; enim augur ab oſtio contemplatur cœlum ſed à medio templi tam minoris quam maioris: ſed in maiori oſtium inter auſpicandum clauditur vt nihil impediat contemplationem, & ſic Seruij ſententia declaratur qui generaliter definiendo templum ait non tantum illud eſſe quod claudi poteſt &c. quaſi dicat non tantum maius templum hoc nomine nuncupari ſed & alterum quod vnum tantum habet oſtium quod claudi non poteſt quum lege augurali ſemper apertum ſit. quod ſi ita eſt cur in minore templo patet oſtium quum maius occludatur? nimirum quia in illo non eſt adorandum quum non ſit ſacrum iure Pontificio: idcirco nulla eſt timoris occaſio ne quis ſupplicaturus introeat; quæ ratio ceſſat in maiore templo. quod autem Seruius ait maius claudi poſſe, non innuit minus non eſſe claudendum ſed maius; licet adorantibus apertum ſit, claudi tamen poſſe ſi contingat ibi auſpicandum eſſe, ex quo patet oſtium minoris non eſſe claudendum, at in maiore ſecus ſi auſpicandum ſit: Neque vero templum tectum erat & ſic neceſſe

Siniſtra templi auguralis in Oriẽte tẽpli maioris ſecus, cur.

Olim maiora tẽpla ſubdiualia erant.

non erat ab oſtio tueri: nam licet vndique locus ille ſeptus eſſet, tamen erat apertus cœlo: ideo in formula emendaui quum ante ſcriptum eſſet, *Templum tectumque eſto, Teſcum.* Et hoc etiam tempore Romuli ſub cuius regno hæc inſtituta vigebant tẽpla maiora erãt ſub Dio, licet poſtea in gratiam adorantium tecta fuerint, paulatim exoleſcente augurum diſciplina & auctoritate. Sub Auguſto tamen adhuc manſit quoddam veſtigium illius antiquitatis: Vitruuius lib.1.cap.2. *Statione perficitur decor quũ Ioui, fulgur, & cœlo, & ſoli, & Lunæ ædificia ſub Dio hyetraque conſtituuntur. horum enim deorum & ſpecies & effectus in aperto mundo atque lucenti præſentes videmus.* Iupiter quidem & Sol ſunt auguriorum præſides, ex fulgure etiam ſumuntur auſpicia: Sed ex Luna non niſi à media nocte vſque ad auroræ crepuſculum, tunc enim Sol incipit dominari. Sed notandum eſt Vitruuium hanc ædificandi rationem non ad auſpicia ſed ad naturam deorum cœleſtium referre. iam enim gloria illius artis defloruerat ita vt templa orationis ergo non auſpicij conſtituerentur: nam ad orandum Deum locus eo gratior illi eſt quo eius naturæ conueniẽtior. igitur maius templum olim apertum erat in parte ſuperiori: at minus nunquam tectum fuit. hęc autem effata perficiuntur conſpicione, concretione, cortumione. Varro conſpicionem interpretatur contemplationem qua augures oculorum conſpectum finiunt aitque eſſe in hoc ſenſu verbum augurale. hæc quoad oculorum ſenſum attinet: at cortumionem apud eumdem non ab oculis ſed à corde eſſe veteres credidere vt in Thuſcul. ſentit Tullius hinc concors diſcors vecors ſocors: Varro à cordis viſu videt enim animus per ſe id eſt cognoſcit: at oculus videt ſed non cognoſcit nec iudicat: Sed tranſmittit viſa ad animum iudicem futurum vnde quum prior ſit actio ſenſus, actione intellellectus recte conſpicionem prętulit cortumioni: concretio media eſt: eſt enim plus cernere quam ſpicere; quia ſignificat videre cum conſilio inde cretiones hereditatum, minus tamen quam corde ſeu intellectu tueri. Augur autem quum de cœlo ſeruat capite velato tuetur vt auctor eſt Liuius 4. Sicut & Pontifex quum aliquid conſecrat aut ædem dedicat vt Tullius pro domo ſua teſtatur. Conſecratio ædis non vniuſmodi eſt nam primo locus in quo futura eſt effandus eſt; deinde ædificium conſecratur; poſtea dedicatur. in conſecratione & dedicatione nullæ ſunt auguris partes ſed Pontificis. Seruius in hunc verſum Virg. 3. Georg.

Augur in augurando capite velato eſt.

Aedes ſacra effanda, conſecranda, dedicanda.

In medio mihi Cæſar erit templumque tenebit.

Sic ait, *Id eſt ipſi templum dabo & verbo vſus eſt Pontificiali, nam qui templum dicabat poſtem tenens dare ſe dicebat numini quod ab alio neceſſe fuerat iam teneri & ab humano iure diſcedere: quum autem ait in medio, eius templum fore ſignificat. Nam ſemper ei ſacratus numini locus eſt cuius ſimulacrum in medio collocatur, alia ad ornatum tantum pertinent.* Ad hanc dedicationem, collegij Pontificum neceſſaria erat auctoritas, deinde Pontificis præſentia qui poſtem teneret vt

Forma dedicandi.

res quæ ante humani iuris fuerat in ius diuinum euinceretur ab eo qui diuini iuris eſſet cuſtos & antiſtes. Tullius coram Pontificibus ſic pro domo ſua loquitur ad Clodium, *Hanc tu dedicationem appellas ad quam non collegium, non honoribus populi Rom. ornatum Pontificem, non denique adoleſcentem quemquam* &c. tum paulo poſt. *M. Druſus ille clariſſimus vir tribunus pl. Pontifex fuit: Ergo ſi is Q. Cæpionis inimici ſui poſtē ædiū tenuiſſet ſi pauca verba dixiſſet ædes Cæpionis eſſent dedicatæ.* Imo non Pontifex poſtem tenet ſed Conſul Liuius. 2. *Poſtem iam tenenti Conſuli fœdum inter precationem Deûm nuntium incutiunt.* tum paulo poſt, *tenens poſtem precationem peragit & dedicat templum.* Verum in religione & bello antiquus Conſul partes regis fungebatur; à rege autem templum votum erat ideoque huic obligationi ſucceſſerat qui regi. tamen in illa dedicatione Pontificem præſentem fuiſſe non dubito. At quid differt conſecratio à dedicatione? conſecratio præcedit, dedicationem: illâ deorum dominio aliquid mancipatur certis ſacrificiis Plinius 22. cap. 6. hęc autem fit non ſacrificiis ſed precibus certa verborum veterum formula conceptis: vnde aliquando dedicare pro dicere ſumitur apud Nonium: hanc differētiam notat Cornelius Fronto in hęc verba, *Dedicatur Deo: conſecratur quaſi ſanctum conſtituitur hoc eſt dedicatur Deo quod illi debetur, conſecratur quod profanum ſit:* Dixi ſupra in ſacrificiis Rom. tibicinem adhibitum fuiſſe quod non ſoli Phryges ſed etiā Græci obſeruauere vt docet interpres Ariſtophanis in auibus. Tullius ait in conſecratione adfuiſſe tibicinem pro domo ſua. *Atqui C. Atinius patrum memoria bona Q. Metelli qui eum ex Senatu Cenſor reiecerat aui tui Q. Metelli & tui P. Seruili & proaui tui P. Scipio conſecrauit foculo poſito in roſtris adhibitoque tibicine:* Denique non poſſunt dedicari niſi corpora: quia aut poſtis templi aut ara, aut ſimulacrum tenendum eſt vt quaſi iure occupationis tranſeat in aliud dominium, eſt enim hic titulus à natura antiquiſſimus ad comparandum dominium l. 1. 2. & 3. ff. de acquir. rer. dom. Tullius 1. de offic. his verbis, *Vt qui quondam in vacua venerunt* &c. at poſſunt conſecrari omnia bona vt patet ex Tullio pro domo ſua, Feſto, & legibus antiquis vbi bona ſacra fiunt in quibus etiam iura continentur. hęc vbi quod erat humani iuris in diuinum tranſcribitur. quod ſi diuinum ius immutandum ſit vt quod vnius Dei eſt, alteri tribuatur, iam ſane templa illa effata ſunt, iam conſecrata iam dedicata. Verum Dei nomen exprimendum eſt eoque animo debet hoc perfici vt certo Deo addicatur: quod quū prius à poſteriore diſcrepet, alia conſecratio ſtatuenda eſt & ideo neceſſaria eſt exauguratio qua tollatur prior auguratio vt ex integro locus auguretur, quod fieri non poteſt niſi deorum voluntas exploretur auſpiciis: quidque eodem modo diſſoluitur quo colligatum eſt, verborum conceptio verbis l. 14. ff. de accepti. l. pactum, pacto l. ſtichum. §. naturalis ff. de ſolut. teſtamentum teſtamento §. poſteriore inſtit. quibus mod. teſt. infir.

Differentia cō-ſecrationis & dedicationis.

Exauguratio.

Euocatio Dei error Vlpiani. At quę iure Pōtificio facta eſt non potuit tolli exauguratione: quomodo ergo? euocatione Dei cui locus eſt conſecratus: ſic enim eius religione liberatur l. ſacra §. illud ff. de rer. diuiſ. quod male Vlpiamus intellexit de loco profano in quo ſacra ſunt repoſita. Nam euocatio non fit ad alium finem quam vt Dij ad aliquem locum ſibi conſecratum aduocati, euocentur inde & tota religio loci, aræ, templi, vel ſimulacri Deo decedente diſſoluatur: patet ex formula euocationis apud Macrob. 3. Sat. cap. 9. in his verbis. *Vt vos, populum ciuitatemque deſeratis, loca, templa, ſacra, vrbemque eorum relinquatis, abſque his abeatis.* Vnde liquet euocato Deo, locum amplius nihil diuini iuris habere, & proinde ſacrum non eſſe. Exauguratio eſt iuris auguralis: euocatio Pontificij: vtrumque Liuius complexus eſt quum ſic loquitur de conſtitutione templi Iouis Capitolini in hæc verba. *Et vt libera à cæteris religionibus area eſſet tota Iouis templique eius quod inædificaretur, exaugurare fana, ſacellaque ſtatuit: quæ aliquot ibi à Tatio rege primum in ipſo diſcrimine aduerſus Romulum pugnæ, vota, conſecrata, Inaugurataque poſtea fuerant inter principia condendi huius operis mouiſſe numen ad indicandum tanti imperij molem traditur deos. Nam quum omnium Exaugurationes admitterent aues, in termini fano non addixere.* Tum de euocatione ſic innuit: *Idque omen auguriumque ita acceptum eſt, non motam termini ſedem vnumque eum deorum non euocatum ſacratis ſibi finibus firma ſtabiliaque cuncta portendere.* Satis de effatis nunc de liberatis agendum non enim poſſunt rite effata hæc haberi niſi liberata ſint: Feſtus

Liberata tēpla. *Liberata* (inquit) *ponebant pro effata id eſt elocuta*: Et hoc non prima ſignificatione ſed ex conſequentia quia poſterius effanda ſunt quam liberanda; & vtrumque vnum finem reſpicit nimirum auſpicandi. enim ſi ædificiū aliquod intercedens liberū quoquo verſū tolleret aut impediret à tēplo aſpectū illud augures demoliri iubebant, adeo vt ne ſacris quidē ædibus parcerēt, Feſtus. *C. Marius* (inquit) *adē honoris & virtutis ſummiſſiorē aliis fecit ne ſi forte officeret auſpiciis publicis augures eam demoliri cogerent.* Liberāda eſt vrbs gratia vrbani hoſpitij, liberādi agri gratia ruſtici, ad quid templa liberanda? nonne vrbe liberata videntur quoque liberari: Nam vrbanum auſpicium erat ab arce in qua liberrimus eſt proſpectus ex templis ibi conſtructis. Verum liberantur templa non tantum quæ in vrbe ſunt ſed & cætera quæ ſunt in agro Romano. Atqui ſi fas eſt

Ius augurale nō eſt potentius Pontificio. auguribus cogere vt deſtruantur fana iure Pontificio ſacrata & dedicata ius Augurale potentius erit Pontificio cum hoc ab illo euertatur. Verum iam oſtendi æde ſacra diruta ſolum remanere ſacrum, nec obſtat quod parietes qui etiam ſacri ſunt excinduntur. Nam hoc caſu non tam ius Pontificium tollitur quam augurale conſeruatur, quod alioqui nullum eſſet niſi liber vndiqne daretur aſpectus at nihilominus in ſolo manet Pontificium: cui enim conceditur imperium vel iuriſdictio vel aliud munus ea quoque tacite conceſſa intelliguntur ſine quibus res conceſſa inutilis foret l. 2. ff. de iuriſd. ex ſupradictis apparet effari vrbem eſſe vrbis fines primum de-

terminare tum precibus & augurio conſecrare non ipſam vrbem effari agros, agrorum fines augurali prouidentia tueri, effari templa non tantum fines templorum ſed & loca ipſa certis finibus deſignata vel ad auſpicandum vel ad conſecrandum etiam alicui Deo ſanctificare vt adoretur, ita tamē vt ſi ad auſpicandum tantum deſtinata ſint, iure Pontificio ſacra non ſunt niſi ſolemnibus ſacrificiis colantur vt fines vrbis in pomœrio & fines agri: cætera templa minora poſtquam de cœlo ſeruatum eſt intra illud tempus quo & lingua effata ſunt & animo auguris conſiſtunt iure augurali ſancta ſunt, bis in eodem tabernaculo ſi extra pomœrium ſit auſpicari nefas eſt ſi in eo nulla auis ſignum dedit: ſecus in maioribus templis quia in perpetuum conſecrata ſunt: nam priore cauſa videtur locus Diis inuiſus qui ſigna ſuæ voluntatis ibi per aues immittere noluerint: at poſteriore, iam aues præuiſæ antequam templum iure Pontificio conſecraretur certum numinis teſtimonium præſtitere: Atqui nonne iam fines vrbis videlicet pomœrium iure augurali ſacrum eſt? nonne agri fines in ſexto lapide ſacri ſunt, iam à tempore Numæ? Verum effanda illa non vt res magis conſecraretur ſed vt haberentur auſpicia in quibus hæc formula hę preces ſemper erant neceſſariæ tum vt conſecrarentur ſi pomœrium vrbis augendum eſſet, aut agri fines qui vere fines religioſi non erant ſed pro finibus habebantur: tunc Augurale & Pontificium ius eodem loco & tempore concurrebant, ſeparatis tamen muneribus: Nam Augures effabantur & ſuo iure conſecrabant, at Pontifices victimas immolabant quotannis, ſequitur in hoc capite. *Quæque augur iniuſta, &c.* Iniuſtum eſt quod violata vel omiſſa iuris ciuilis ſolemnitate factum eſt vt teſtamentum iniuſtum eſt in quo pater filium qui in eius poteſtate erat ſub cōditione caſuali heredē inſtituit hoc enim prohibet ius ciuile l. ſuus ff. de hered. inſt. niſi eū ſpecialiter in defectū illius cōditionis exheredauerit l. 4. C. de inſt. & ſubſt; aut ſi eū pręteriit l. 3. §. ex his ff. de iniuſto rupt. at quid cōmune habet Auguris officiū cū iure ciuili? Ius Augurale pars eſt iuris ciuilis nō priuati ſed publici. Nā quū augures ſint ſacerdotes & pars iuris publici in ſacerdotibus cōſiſtat neceſſe eſt iuris publici portionē eſſe in auguribus: igitur id iniuſtum eſt quod contra decretum augurum aut contra legem factum eſt vt ſi comitiorum rogator iuſtus non fuerit vt eſt apud Tullium 1. de diuinat: neque enim licet cuilibet cum populo agere idem eſt & ſi cui liceat & ab eo maior magiſtratus comitiatum auocauerit; iniuſtus quoque erit rogator Gellius 13. cap. 14: nefaſta autem ſunt quæ die nefaſto acta ſunt quum die comitiali aut faſto agenda eſſent: ea quoniam ad religionem pertinent, decreto collegij ſubiiciuntur. Eſt autem dies nefaſtus non ater aut religioſus vt male vulgus loquitur ſed quo nefas eſt Prætori fari trīā hæc verba Do, Dico, Addico; Gellius 5. cap. 17. Faſti ſunt iis contrarij & comitiales. Varro 5. de ling. Lat. hi ergo ſunt Faſti quibus licet ea verba fari: quod ſi prætor iis vſus ſit nefaſto die,

Bis in eodē tabernaculo nefas auſpicari, cur.

Concurſus auguralis & Pontificij iuris.

Iniuſtum quid.

Ius augurale pars iuris ciuilis publici.

Nefaſtū quid.

piaculum facit: Ouidius 1.Faſtorum.

Ille nefaſtus erit per quem tria verba ſilentur.
Faſtus erit per quem lege licebit agi.

Dies interciſi. Nefaſti hac litera N. notabantur hique omni ex parte nefaſti ſunt auctore Feſto: at qui partim tantum nefaſti erant his literis deſignabantur N. P. id eſt nefaſti partim, interciſi per quos mane & veſpere eſt nefas fari. medio tempore inter hoſtiam Cæſam & exta porrecta fas, idem eodem ad hoc Ouidius eodem libro.

Nec toto perſtare die ſua iura putaris
Qui iam Faſtus erit mane nefaſtus erat.

In hoc tamen non videtur conuenire Varroni qui vult tempus illud inter cæſam hoſtiam & exta porrecta faſtum eſſe: at Ouidius contra vult tantum poſt exta porrecta.

Nam ſimul exta Deo data ſunt, licet omnia fari
Verbaque honoratus libera prætor habet.

Verum hoc dubium ex Feſti auctoritate ſoluitur qui vult eos dies qui omni ex parte nefaſti non ſunt in priore parte admiſiſſe ſeruorum liberationes, votorum ſolutiones: manumiſſiones enim apud Prætorem celebrabantur. Perſius.

Vindicta poſtquam meus à prætore receſſi.

Quæ fas erat fieri inter cæſam hoſtiam & exta porrecta. Idem in emancipationibus quæ per intercedentes manumiſſiones celebrabantur. Vlpianus fragm. 10. §. 4. §. præterea inſtit. quid mod. ius patr. poteſt ſoluitur ideoque neceſſaria erat magiſtratus auctoritas penes quem erat legis actio l. magiſtratus ff. de adopt. hæc inter cæſam hoſtiam & exta porrecta facilime poſſunt expediri quia *Tẽpus quo cædebatur hoſtia & exta porrigebantur.* ſunt voluntariæ iuriſdictionis l. 2. D. de offic. Proconſ. ideo non mirum ſi Paulus 2. ſent. tit. 25. ſcripſit emancipationem die feriali fieri poſſe non actus contentioſæ iuriſdictionis quod etiam placuit Chriſtianis imperatoribus l. 2. l. 7. & l. ſequente C. de feriis. Sed quænam erant illa tempora media? cædebatur hoſtia, & preces fundebantur à ieiunis, ſub ortum lucis; porrigebantur exta ſub occaſum, medium tempus iis quæ diximus impendi poterat: tempus reliquum antequam omnino ſol occidiſſet contentioſæ iuriſdictioni dabatur; aliud eſt enim ſub occaſum quo exta porrigebãtur, aliud *Duo tempora Dei orandi.* poſt occaſum: & ſic Deum mane & veſpere adorabant. Nam apud antiquos duo hæc tempora Deo colendo potiſſimum conſecrata erant. Plato 10. de legibus. ἀνατέλλοντός τε ἡλίου καὶ σελήνης καὶ πρὸς δυσμὰς ἰόντων προσκυλίσεις ἅμα καὶ προσκυνήσεις, ἀκούοντές τε καὶ ὁρῶντες ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων πάντων ἐν συμφοραῖς παντοίαις ἐχομένων καὶ εὐπραγίαις. Quod de Diis cœleſtibus eſt accipiendum vt auctor eſt Euſtathius in odyſſeam Γ. Meridies vero tempus erat Diis Manibus ſacrum quo iis libationes offerebantur, idem in iliad Θ ἱερὸν ἦμαρ λέγει τὸ περὶ μεσημβρίας ἐν ᾧ ἔθυον ὡς τὰ πολλά: τὸ γὰρ μεσημβρινὸν τοῖς κατοιχομένοις ἀπένεμον εἰς χοάς. Quod poſtea in iliad Λ ex Porphyrij auctoritate confirmat. Seruius in 6. Æneid ait hos dies in iure fiſſo[illegible] a-

ri qui non toti religioſi erant quia non ſemper oracula dabantur nec vaticinia ſed certis diebu,scertis horis:hic religioſus non ſignificat atrum ſed ſanctum vt accipi poſſe ait Feſtus qui vero ſpecialiter religioſi erant inter quos erant atri iis niſi quod neceſſe eſt nefas ſit facere aut ſi id faciat contra deorum voluntatem facere videatur Feſtus. Atri autem ſunt poſtridie Kalendas, nonas, idus, quibus obſeruatum eſt infeliciter rem ceſſiſſe populo Rom. ita vt numerentur 36. atri: quum enim tres in ſingulis menſibus ſint religioſi & menſes ſint 12. ter. 12. faciunt 36. quibus addit Feſtus Allienſem & eos quibus mundus patet: male legunt Allienſem qui in his 36. continetur tunc enim poſtridie idus pugnatum eſt aduerſum Gallos: debuit emendari Cannenſis ex Gellio 5.cap.17.is enim dies non eſt in eodem ordine quo alij quum ſit quartus ante nonas ſextiles. Varro 5. de ling. Lat. non adducit eam atrorum rationem, ſed quod per eos dies noui inciperent: verum Kalendis, nonis, & Idibus, ſacrificia peragebãtur: at diebus ſequẽtibus dies noui ad res agendas incipiebant qui quũ cęteris exinde prębent initium, ab iis negotiorum publicorum ſucceſſus argumentum felicitatis aut infelicitatis accipiunt: vniuſcuiuſque enim natura pẽdet ex à ſuo principio: igitur quum dies illi noui rebus agendis deſtinati obſeruati eſſent infelices tamquam atramento notati ſunt vt tamquam ſcopuli infames & naufragoſi vitarentur, ideo non male dicuntur atri qui noui incipiunt: adde quod ita noui ſint vt nouent principia parium numerorum: nam per Kalendas, nonas, & idus vnitas oſtenditur & principium omnium numerorum quod ſequitur binarius qui poteſtatibus inferorum ſacer eſt vt oſtenſum eſt in cap. feriis: vnitas cœleſtibus Diis & imparitas: ideo dies qui ſequuntur proxime kalendas, nonas, idus quum nouent initia parium numerorum & ipſi ſint pares felices eſſe non poſſunt, quia infelicibus Diis conueniunt: ideo Græci nouilunio ſuperis rem ſacram faciebant, ſed ſequentem Diem Manibus colendis tribuebant vt refert Plutar. quęſt. Rom. quæſtione 25. Patet igitur quid ſit dies nefaſtus & proinde quid nefaſtum, nimirum quod contra diei religionem pronunciatum eſt. Sed videtur atrum ſeu religioſum cum nefaſto confundi apud Feſtum ibidem ex Galli Ælij ſententia, ait enim diem eſſe religioſum vel atrum ſi quis apud Pretorem lege egerit. Verum generaliter accepta voce religioſi vt Gallus eam accepit pro quacumque re quæ fit contra voluntatem deorum, hoc quoque quod erit nefaſtum erit religioſum, non atrum, hoc enim ex inſigni clade notatur. Dirum autem deorum ira immiſſum eſt. At quis iram deorum nondum efferueſcentem agnouit? is ſolus quem Iupiter ſuum eſſe interpretem voluit Augur nẽpe. Ergo quid ſit dirum poteſt iudicare. Exemplum ſumendum à Craſſo de quo ſic Tullius 4. de diuinat. *M. Craſſo quid acciderit videamus dirarum obnuntiatione neglecta* &c. hic diræ ſunt imprecationes ad deteſtationem aduocatis dæmonibus maleficis vt res &

Dies atri ſeu religioſi.

Emendatur Feſtus.

Cur dies poſtridie Kalẽdas, nonas, idus, atri ſunt.

Dirum quid.

reus infelicem ſortiatur exitum. in Diris id eſt furiis eſt principium infelicitatis, quod Virgilius intellexit 6. Æneid.

Ferreique Eumenidum thalami.

Cur tres ſunt ſpecies furiarũ. Quum eas in orci veſtibulo collocat: diræ ſunt & furiæ & Eumenides: Diræ in cœlo quibus & auium nomen tribuitur vt ait Seruius in 3. Æneid. ideo magis augurum præceptis accommodantur: furiæ in terris. nam ex ira deorum, furor, mortalium animos inuadit: in inferis Eumenides vt idem ait in 4. Æneid. in vocibus & Diræ vltrices: idque recte. Nam primus ſceleris effectus eſt ira Dei quæ primum ſignis arguitur: ſecundus eſt conſcientia quæ ſibi ipſi eſt acerbiſſimus vindex: tertius eſt iudicium Dei: tardus eſt ad pœnam Deus noſque ante certis indiciis futuras ſtrages & calamitates edocet, quod Virgilius 12. Æneid. his verſibus doctiſſimis oſtendit.

Dicuntur geminæ peſtes cognomine Diræ
Quas & Tartaream nox intempeſta Megeram
Vno eodemque tulit partu paribuſque reuinxit
Serpentum ſpiris, ventoſaſque addidit alas
Hæ Iouis ad ſolium, ſæuique in limine regis
Apparent, acuuntque metum mortalibus ægris
Si quando lethum horrificum, morboſque Deum rex
Molitur, meritas aut bello territat vrbes
Harum vnam celerem demittit ab æthere ſummo
Iuppiter, inque omen Iuturnæ occurrere iuſſit
Illa volat celerique ad terram turbine fertur.

Vitioſum quid. Ex quibus oſtendit per Diras quæ & ex cœlo & à Ioue mittuntur omnium malorum genera non tantum ſingulis hominibus ſed & vniuerſitatibus præmonſtrari. Vitioſum autem non vno modo intelligitur: quia in auſpiciis plura vitia committi poſſunt: Feſtus hoc (inquit) eſt proprie ſilentium omnis vitij in auſpiciis vacuitas. Recte cum Diris vitioſa iunguntur quia ex vitiis religionum deorum iræ grauius commouentur. Cur ergo dirum non præpoſuit vitioſo quum ex illius cauſa ſit? videlicet quod non omne vitium iram excitet vt in emancipationibus &c. ſic multa poſſunt eſſe vitioſa quę dira non ſunt. Ira hæc aut prætextum ſceleris habet aut violatæ vel omiſſæ religionis: at hæc non pertinent ad ea vitia quę nihil ad ius publicum aut ſacrum attinent. Tullius 1. de diuinat. *Nam vt nunc extis (quamquam & id ipſum aliquanto minus quam olim) ſic tum auibus magnæ res impertiri ſolebant: itaque ſiniſtra dum non exquirimus in dira & in vitioſa incurrimus vt P. Claudius Appij ceci filius eiuſque collega L. Iunius claſſes magnas perdiderunt, quum vitio nauigaſſent.* Igitur quod cõtra religionẽ admiſſum eſt & vitioſum eſt & dirum eſſe poteſt: vitioſum ex lege; dirum ex ſigno vel tragicoe euẽtu demonſtratur: ac in priuatis profaniſue vitioſum eſt non dirum. Nefaſtum tamen eſſe poteſt. Vt ſi die nefaſto actus legis inter priuatos auctore magiſtratu celebretur. Vnde Feſtus ait ex Galli ſententia die nefaſto

faſto apud Prętorem lege agere fieri contra voluntatem deorum, quod tamen Varro vitioſum eſſe ait. Vitium virtuti oppoſitum verſatur in duobus extremis exceſſu & defectu, virtus inter ea medium eſt. Horatius in epiſt.

Virtus eſt medium vitiorum & vtrimque reductum.

In defectu exemplum extat apud Valerium Max. 1. cap. 6. de C. Flaminio qui inauſpicato Conſul creatus dirum ex euentu ſibi & Reip. conſciuit exitium ſed ſi contra auſpicia quid ſacri aut publici actum eſt, in exceſſu eſt: exuperat enim terminos intra quos conſiſtere debuit, idque non omittendo ſed committendo vt ſupra de Claudio dictum eſt quem Valerius ait contra auſpicia pullorum naualeprælium commiſiſſe, & Tullius vitio nauigaſſe: priore caſu inauſpicato res geſta eſt, poſteriore; auſpicia quidem ſunt habita ſed violata: vt ſi aduerſa aui aliquid factum ſit & vnus augur obnuntiauerit vitium eſt. Tullius Philipp. 5. *Quod quum collega tulit quem ipſe fecit ſua nuntiatione vitioſum nihilne ad auſpicia bonus augur arbitratus eſt pertinere.* Ideo vitio lata lex dicitur quæ contra auſpicia conſtituta eſt quum ſemper de cœlo augur ſeruauerit & ſilentio non ſurrexit aut alteram auem dixerit. Tullius de haruſp. reſp. *tum leges Iulias contra auſpicia latas* &c. Deinde paulo poſt, *producebat fortiſſimum virum M. Bibulum, quærebat ex eo C. Cæſare leges ferente de cœlo ſemperne ſeruaſſet, ſemper ſe ille ſeruaſſe dicebat, augures interrogabat quæ ita lata eſſent, rectene lata eſſent: illi vitio lata eſſe dicebant.* Hæc omnia tanta inter ſe ſpecie vinciuntur vt ſi latius accipiantur eamdem vim habeant ſed in ſacris libris ita diſtinguntur vt iniuſtum ſit contra augurum decretum, auguriſue obnuntiationem aut contra ius publicum: Nefaſtum contra religionem diei. Dirum contra Deorum numen vnde eorum ira ſignis appareat & effectibus. vitioſum contra auſpicia, committendo aut omittendo aut contra diſciplinam augurum vt mox patebit ab exemplo Tiberij Gracchi: cætera poſſunt inter ſe quodammodo eſſe communia. Sequitur vt ea, *Irrita infectaque ſint quæ ita Augur defixerit.* Defigendi verbum dirum eſt & proprium magicis carminibus quibus homines quaſi noxæ deduntur & defiguntur vt quicquid imprecatum ſit ſuſtineant, non ſecus ac ſcopus ad hoc defixus vt omnes ſagittas excipiat Ouidius. *Defigere quid.*

Sagaque Phœnicea defixit nomina cera.

Seneca de beneficiis, *Execraris enim illum & caput ſanctum dira imprecatione defigis.* Seneca in Hercule Oetæo.

Tum verba moriens addit
Hoc inquit maga
Dixere amorem poſſe defigi malo.

Papinius libro 10. Theb.

Nimborum fulua creatrix
Sidonio te Iunio duces notiſſime diuum
Somne iubet populumque trucem defigere Cadmi.

Irritum quid. Irritum eſt quod ab initio conſiſtens ex poſtfacto defecit aut opē magiſtratus vt quod cum minore 25. annis geſtū eſt ſi in eo læſus ſit l. non omnia ff. de minorib. (quod ſi ipſo iure non valeret, fruſtra reſtitutio peteretur qua geſtum irritum fieret l. in cauſæ 2. ff. eod.) aut ipſo iure vt teſtamentum quod capitis deminutione poſtea teſtatori contingente cadit in irritum l. ſi quis §. iniuſtum ff. de iniuſto rupt. itaque quod hic ait irrita eſſe quæ augur defixerit &c. valuiſſe ab initio dicendum eſt ſed poſtea infirmari non ipſo iure ſed poſtquam id augures ad Senatum retulerint vt ex Saenatuſconſulto irrita fiant: Valerius de Tiberio Graccho vt ſupra ſcriptum eſt ait augures retuliſſe ad Senatum & Senatus iuſſu ſe Conſules abdicauiſſe: quod ex Tullio probatum eſt ex 2. de nat. Deo. idem 1. de diuinat. vbi etiam ait imprudentem Gracchum vitio tabernaculum cepiſſe, hoc autem vitium tabernaculi capti ſic accipiendū eſt vt de cœlo ſeruetur in tēplo vrbis aut extra vrbē in pomœrio quod Feſtus in voce remiſſo oſtēdit: ergo extra pomœrium non licet vrbanū captare auſpicium: Sed hic notandum eſt Tib. Gracchū & augurem & conſulem fuiſſe alioqui non potuiſſet habere comitia ad conſules deſignandos quod & ſupra ex Tullio poteſt colligi & ex Putarcho in vita Marcelli oſtenditur vbi vult etiam extra vbem in tabernaculo vel domo conducta ſeruaſſe de cœlo Conſulem & quum negotiis quibuſdam vrgentibus in vrbem rediiſſet nondum auſpicio capto iterum rediens in eo loco iterum de cœlo ſeruauit, verum quidem eſt quod ait bis in eodem tabernaculo nefas eſſe auſpicari ob cauſam quam ſupra adduxi: ſed in eo non eſt erratum Tiberij; neque enim bis in eadem ſede auſpicatus eſt ſed auſpicari eſt oblitus. Et quum reuerteretur ab vrbem & inauſpicato pomœrium tranſgreſſus eſſet, errauit quia vel in vrbis matori templo vel in pomœrio vrbanum auſpicium conſiſtere debet, eſt autem erratum non tam obliuionis quam ignorantiæ aut vt Tullius & Valerius innuunt imprudentiæ: oblitus eſt enim auſpicari in pomœrio, ſed nihilominus auſpicatus eſt: nimirum in hortis Scipionis qui nec eſſe poterant in pomœrio quum illud nec arari nec ædificari poſſet nec in templo maiori quod ſacrum & ſanctum longe à priuato profanoque dominio alienū eſt, & in hoc eſt vitium capti tabernaculi non vt Plutarch. ſentit in bis auſpicando ibidem, licet in eo quoque vitium ſit: neque vero in pomœrio erant domus (vt iam dictum eſt) tempore Tiberij Gracchi: nec in domo conducta extra pomœrium ſeruari poterat quum nec liberata eſſet aliis ædibus continentibus, aſpectus libertatem auferentibus nec ſuperne detecta vt in templis erat neceſſarium. Vnde patet Conſules creari auſpicio vrbano vt rex in cuius locum ſucceſſere: niſi neceſſitas Reip. aliud inducat, tunc enim ſufficit intra agrum romanum eos conſtitui. Ex iis apparet antequam vitium decla retur à Senatu penes quem eſt auſpiciorum auctoritas interim valere quod actum eſt, patet ab exemplo eorum Conſulum qui ma-

Tiberij imprudentia.

Plutarchi error.

Cōſules creantur vrbano auſpicio.

giſtratu ſe abdicauerunt: abdicatio enim quum ſit priuatio præſupponit habitum l. 2. §. & quum placuiſſet ff. de orig. iur. & quum vitium referatur etiam ad dira & neſaſta, idem quoque in iis ſtatuendum eſt nimirum valuiſſe quod actum eſt: nam licet in Craſſum contra auſpicia exercitum educentem diræ defixæ ſint fuit tamen Conſul & ideo iuſtè imperauit: Varro 5. de ling. Lat. *Magiſtratus vitio creatus nihilo ſecius magiſtratus eſt.* in neſaſto idem: vnde ille ibidem. *Quod ſi tum imprudens id verbum emiſit vel quem manumiſit ille nihilominus eſt liber ſed vitio.* poteritne ergo irrita fieri manumiſſio auxilio magiſtratus? Sane & ſi vitio data eſt libertas non poteſt reſcindi l. 1. & 2. C. ſi aduer. libert: quod ſi iniuſte data ſit ſeu contra legem vt ſi dominus minor 20. annis manumiſerit quid opus reſcindi quod nullum eſt l. 3. C. eod. princeps tamen etiam competentem manumiſſionem ex magna cauſa reſcindit l. 10. ff. de minorib. Ergo quod iniuſtum eſt, nullum eſt ab initio, ideo quod augur iniuſtum dixerit ne ab initio quidem valuiſſe intelligitur: & ſic irrita referuntur ad tres partes poſteriores, infecta ad primam: nam infectum pro nunquam facto habetur. Sed quomodo id fieri poteſt, quum facta infecta fieri non poſſint l. in bello §. facti ff. de capt. & poſtl. reu. quod Phochylides confirmat: Pindarus ait ne tempus quidem quod omnium parens eſt id efficere poſſe, Olymp. Od. 2.

Id in quo vitiū eſt interim valet.

Differt infectū ab irrito.

Τῶν δὲ πεπραγμένων
Εν δίκα τε καὶ παρὰ δίκαν
Α ποίητον ȣ̓δ' ἂν
Χρόνος ὁ πάντων πατὴρ
Δυνάιτο θέμεν ἔργων τέλος.

Vere ait ſeu iure ſeu iniuria facta ſint: Horatius.

Non tamen irritum
Quodcumque retro eſt efficiet, neque
Diffinget infectumque reddet
Quod fugiens ſemel hora vexit.

Verum in eo quod fit ſecundum legem aut contra, duo conſiderantur: legis virtus, & hominis actus: priore caſu nullum eſt quod iniuſtum eſt, poſtriore caſu quod factū eſt licet infectum fieri non poſſit pro infecto tamen habetur: quia vis poſterioris ex priori pendet. idcirco in l. 5. C. qui manum non poſſ. Si quis in ſpectaculo vi populi ſeruum manumiſerit id quod ita factum eſt pro infecto habetur quia nulla eſt manumiſſio ob Diui Marci conſtitutionem l. ſi priuatus, in princ. ff. qui & à quib. manum, nonnunquā tamen hæ voces infecti, irriti, iniuſti confunduntur §. hoc autem inſtit. quib. mod. teſt. infir. Reſtat huius capitis pars vltima, in qua Capitale eſt non parere augurum decretis & obnunciationibus ſicque huius ſacerdotij poteſtas ſanguine ciuium ſancita, eſt non quod augurum collegio condemnetur is qui non paruit ſed ab iis penes quos eſt merum imperium. ideo autem capitis ſupplicium

Cur capitis pœna in eum ſancita ſit qui auguribus nō paruerit. infligitur quia videtur leſa Maieſtas quum penes regem eſſent auſpici,adeinde ad patres venerint:vnde L. Iunius collega P. Claudij quum neglectis auſpiciis claſſem tempeſtate amiſiſſet damnationis ignominiam voluntaria morte præuenit (inquit Valerius. 1. cap. 4.) fuiſſet enim ſupplicio capitis effectus. At ſi augur falſa prædixerit nō punitur. verſatur enim in ſubiecto incertiſſimo: quid enim incertius dæmonum mente? quid fortuna? quid caſu? medico nihil imputatur ſi ægro accommodauerit quicquid per artem *Auguris imprudentia non plectitur.* præſtari poteſt l. illicitas §. ſicuti ff. de offic. præſid. (Ariſtot. idem de oratore aſſerit qui non conſecutus eſt finem ſuæ artis). Latent enim interiores corporis partes in quibus ægritudinum cauſæ abſconduntur; latent & animorum motus qui ab oratore ad finem propoſitum flectendi ſunt rectè poëta.

Interdum docta plus valet arte malum.

Non poteſt certum eſſe iudicium quod fit ex ſignis accidentalibus quæ aliter atque aliter ſe habere poſſunt. quid ſi in artis præcepta impegerit artifex vt de Tiberio Graccho diximus: hic ſane nullam pœnam paſſus eſt quia imprudens peccauit. imo imprudentia in ea arte quam quis profitetur culpanda eſt & proinde punienda vt aſſeſſor qui male conſuluit magiſtratui l. 2. ff. quod quiſque iur. aut medicus qui male hominem ſecuit l. qua actione §. vlt. ff. ad leg. Aquil. aut mulio qui per imperitiam mularum impetum coërcere non potuit l. idem iuris §. vlt. ff. eodem aut alius quilibet artifex l. ſi quis dominium §. penult. ff. locati, puniuntur. verum in cauſis ciuilibus in quibus diligentia præſtanda eſt & culpa vitanda id obtinet ſcilicet in re aliena, nam in re propria error non eſt in culpa l. *An in ciuilibus imperitia culpæ annumeretur.* ſed hoc ita ff. de dam. inf. quia nulli niſi erranti damnum fit: at in re aliena non debet aliena imperitia nocere l. non debet & l. factū de reg. iur. non obſtat. l. 1. §. 1. ff. ſi menſor. falſ. mod. dix. vbi menſor non tenetur ſi quid per imperitiā peccauerit: nam ſibi imputare debet qui imperitū menſorē elegit: nōne eadē eſt ratio in aliis obligationibus in quibus ex cōſenſu eius artifex ſumitur? nō eſt idē. Nā ex natura cōtractus imperitia culpę annumeratur: at inter mēſorem & eum à quo adhibitus eſt nulla iure ciuili obligatio contracta eſt quod & ait d. l. 1. d. §. 1. nec me mouet quod actio legis Aquiliæ non deſcendat ex contractu. Nam in lege Aquilia etiam leuiſſima culpa præſtanda eſt l. in lege ff. ad leg. Aquil. ergo ex ea ciuilis *An in criminalibus.* obligatio contracta eſt. At in cauſis criminalibus non plectitur imprudentia l. fere de reg. iur. nec obſtat quod ibi ait fere. Nam ibi non ſolum agitur de capitalibus iudiciis ſed de pœnalibus, quorum quædam etiam ciuilia ſunt in quibus imperitia nonumquam plectitur: imo, non parcitur iudici qui male per imperitiam iudicauit l. ſi quis abſentis §. ſi iudex ff. de oblig. & act. l. vlt ff. de Var. & extr. cogni. verum pœna quam patitur capitalis non eſt nec obſtat l. ſi adulterium §. quare ff. ad leg. Iul. de adult. vbi mulieris ignorantia non excuſatur ſi inceſtum commiſerit contra iuſgen-

tium,verùm illa ignorantia pro dolo eſt, neque enim culpa lege Iulia punitur ſed dolus tantum l. penult. ff. eod. ſane non debent ignorari communes naturæ notiones,cæterum in iure ciuili errans excuſatur d. l. ſi adulterium §. inceſtum: non obſtat l. carceri ff. de cuſtod. & exhib. reo. nam ibi carceri præpoſitus ob negligentiam remouetur ab officio, ibi enim non tam punitur culpa quam em?datur ne amplius quid tale accidat.obſtat l.vlt. ff. eod.vbi negligentia pro modo culpę caſtigatur:quod verũ eſt ſi ſupina ſit ſin ſecus,reus militia mulctatur:igitur ſupina punitur non quia culpa eſt ſed quod nõ ſit abſq; dolo. Et ſic imprudẽtia ciuiliter quidẽ plecti poteſt, nõ tamẽ capite imprudẽtis:patet ex l. inde Neratius §.ſi dolo.ff.ad leg.Aquil.vbi qui dolo occidit hominẽ & lege Aquilia ciuiliter &lege cornelia criminaliter tenetur nec vni pœnę per alterã fit præiudicium: at ſi culpa,tenetur tantũ Aquilia, non Cornelia l. lex Cornelia l. in lege ff.ad leg. Cornel. de ſicar. l. 1. C. eod. quod generaliter Adrianus reſcripſit l. Diuus ff. eod. itaque quamuis augur errauerit non eſt puniendus licet in hoc capite ad ſcientiam huius artis obligatus ſit his verbis *Diſciplinam tenento*. Quia quum de leſa Maieſtate agitur non poteſt ciuili pœna repẽdi quod leſum eſt nec debet quia in criminibus voluntas maxime conſideratur quæ in errante nulla eſt l.ſi per erorem ff.de iuriſdict.l. Diuus ff. ad leg. Corn.de ſicar. Apud Indos lex grauior fuit aduerſus vates qui in prædictionibus à tramite veritatis aberrauerint: infames enim & ſuo munere priuati vitæ curriculum in perpetuo ſilentio tranſigebant teſte Diodoro 2. hæc autem lex omnibus ſui partibus eſt abſoluta. Nam quod male factum eſt reſcindit & pœnam imponit violatori, vnde nec imperfecta eſt nec minus quam perfecta Vlp. Fragm. 1. §. 1. &. 2.

AXIOMATA.

DVo ſunt modi diuinandi,vnus motus,alter artis, qui ita inter ſe mutuò nectuntur, vt vterque in vnum poſſit concurrere: motus eſt in vatibus qui acceſſu Numinis aguntur in furorem ijque ſoli apud veteres habebantur fatidici: ars in Auguribus & haruſpicibus: Augures ex auium cantu, volatu, ſitu, mentem Iouis interpretantur,quaſi his animantibus quod in puriore parte viuant conſilia ſua Deus communicet quod falſum eſt: nam Deus huic vniuerſo in-

fuſus omnibus creaturis ſuo quaſi ſpiraculo eſſentiam inſpirat ſecundum diuerſas earum ſpecies, non partem ſuæ diuinitatis nec ſuorum conſiliorum licet præſentire poſſint aues, motus aëris cuius maxime ſenſum habent quum earum natura aerea ſit.

ORIGO huius artis defluxit à dæmone ad Arabes, à quibus ad Phryges, ab his ad Hetruſcos, à quibus ad Romanos manauit, qui eam tanti fecere vt neque regna, neque imperia, neque dignitates niſi auium ductu acciperentur: ſed paulatim defloruit: quum enim ab initio opinione diuinationis admiſſa fuiſſet, poſtea Reip. gratia retenta eſt, quia fundamenta imperij in auſpiciorum fide poſita ſunt, eademque vi populares animi refrænantur. auſpicabantur autem à media nocte cum lucerna aperta vt ſi vehementius flaret ventus abſtinerent ab auium inſpectione, nefas autem erat eum auſpicari qui vlcus haberet quia corpore pollutus eſt.

AVGVRIORVM alia ſunt oblatiua alia impetratiua: alia maiora, alia minora. oblatiua ſunt in poteſtate videntis vtrum velit ea ad ſe pertinere: impetratiua non item: maiora & minora dicuntur reſpectu magiſtratuum ad quos referũtur prout ſunt maiores aut minores: at per ſe, ſic dicuntur ex differentia ipſarũ auium ex quibus fiunt prout ipſæ aliis dominantur aut cedunt. Earum autem aliæ ſunt Oſcines, aliæ præpetes, aliæ vtrumque. Oſcines ore dant auſpicium, præpetes volatu aut ſitu, ſed quæ fauſtæ ſunt cantu eædem volatu aut ſitu infauſtæ ſunt & è conuerſo: neque vero omnes dant augurium nec omnibus: illud autem

firmum erat quod aquæ interceſſu diſrumperetur.
Avgvria ſunt publica aut priuata: illa, à publicis auguribus: hæc à quocumque exerceri poſſunt qui hanc artem ſciret: differt autem priuatus à publico:quod ille, habeat artem tantum: hic & artem & publicam Maieſtatem: publici autem ex priuatis qui nominati eſſent à duobus ex collegio augurum deinde ſorte comitiis eligebãtur, qui ſoluendo eſſent ne ſi ære alieno grauarentur, lucri cupiditate fidem diuinationis eluderent.
Mvnvs Auguris primum eſt vt ſignis & auſpicijs poſtera videat: ſigna ſunt ex re quacumque auſpicia ex auibus (vel aliis animantibus quæ pedeſtra dicuntur). Signa prius in vniuerſo apparent, tum in ſingulis non tantum vt partibus quæ ex totius affectione compatiũtur, ſed etiam vt totis, quæ ſingula, opera ſingula ſortiuntur, vt conferant ad vniuerſi ordinem, quia nihil à forma vniuerſi ſeiungitur, vt regnum eius indiuiſum ſit: & ob hanc rerum cognationem & vnius ex altera conſequentiam, nullus eſt qui hoc ſcire poſſit: pro parte enim ſciri non poteſt.
Romanis fauſta erãt læua (ſed quum elanguiſſet hæc ars dextra iis fauſta fuere) quæ à Septentrione: infauſta dextra quæ à Meridie veniebant: quia Orientem ſpectãti læua eſt à Septemtrione, quæ pars nobis eſt ſublimior: at meridies inferior & proinde quaſi Diis inferis proxima nihil boni portendit: & hoc per accidens ſic ſe habet, nempe ratione noſtri aſpectus: at per ſe cœlum non ſic in partibus ſuis diſtinguitur, ſed ſecundũ polos circa quos mouetur qui immobiles ma-

nent: & ideo ſemper dextrum erit in oriente: id enim dextrum eſt vnde motus eſt principium primæ conuerſionis:ſic læuum erit in occidéte:ſummum in Meridie, imum in Septentrione: alioqui ſi ſummum eſſet in Septétrione principium motus eſſet à ſiniſtra quod fieri non poteſt. At principium ſecundæ conuerſionis videlicet planetarum contrarium eſt,quia motu currunt contrario cœlis:& ſic contrariæ ſunt prorſus partium qualitates.

GRÆCIS fauſta erant dextra non à Meridie ſed ab oriente, à quo etiam Romanis fauſta veniebant: ſed pars illa, illis erat antica non dextra:Ægyptiis ſiniſtra fauſta erant eaque à Meridie, dextra infauſta à Septentrione,facies cœli illis erat ab oriẽte, poſtica ab Occidente: Hetruſcis,ſiniſtra erant ab Oriente, dextra ab Occidente: inter ordines autem qui ſecundum naturam diſponuntur,ſemper dextra pars & potẽtior eſt & præſtantior quia omnium animalium dextra vt potentiora ſiniſtra mouent.

VINETA virgetaque id eſt arbores in quibus vegetatiua eſt anima augurio conſecrantur: tum ſalus populi: quo augurio explorabatur vtrum Diis gratum foret precibus & ſacrificiis ſalutem ab iis expoſcere: in quo Prætores maiores & minores ſecundũ imperij ſui proportionem appellabantur ex augurum decreto.

RES Duelli aut pacis non ſuſcipitur niſi habitis ante Comitia auſpiciis: Duelli auſpicium ſumebatur à pullis qui edentes cadentibus ex roſtro fruſtulis terram feriebant & hoc ex acuminibus dicebatur & huiuſmodi fruſtorum caſus tripu-

dium. Magiſtratus autem quibus duelli cura vel rei popularis incumbit, debent parere auſpiciis. SPECTIO eſt ius de cœlo ſeruãdi quæ duplex eſt, vna nuda & auguri ſemper competiit: altera munita imperio & pertinet ad magiſtratus maiores aut minores. Olim maiores ſi augures non eſſent poterant aſcito augure ſimul cum eo ſpecere: ſine augure, neque ſpectionem neque nuntiationem habebant: vtraque vero auguri iure ſui ſacerdotij cõpetebat: poſtea lege Aelia & lege Fuſia plenum ius auſpiciorum habuere non iure ſui magiſtratus quia ſpecialiter iis legibus id eis erat attributum: ſed ſi augures non eſſent, auguris miniſterio vtebantur. Minores ſi augures eſſent, nudam habebant ſpectionem non vt magiſtratus ſed vt augures, alioquin aſcito augure de cœlo ſeruare poterant & ſic ſuo nõ alieno auſpicio rem gerere: vnde comitia Curiata habere poterant gratia creandorum minorum Magiſtratuum qui iuſtius dantur lege Curiata quam tributis Comitiis: ſed poſt leges illas hoc ita demum obtinuit ſi maior Magiſtratus non obnuntiaſſet quia Auſpicia tam minorum quã maiorum magiſtratuum Patriciorum erant ita vt à minore poſſent auocare comitiatum & concionem: minor autem nunquam nuntiationem habuit quatenus magiſtratus.

NVNTIATIO vna erat ante leges Aeliam & Fuſiam: quia auguri licebat concionem & comitia impedire iure ſui ſacerdotij: At poſt eas leges facta eſt duplex vna antiqua ex iure ſacerdotij ſeu augurij quæ non impediebat maiores magiſtratus quo minus cum populo agerent ſed religio-

nem animis iniiciebat & eos qui non paruerant exacto munere capitali pœnæ obnoxios efficiebat: Altera imperij quæ extra ordinem Patricio magiſtratui ex illis legibus competebat: quæ latæ ſunt vt Patricij magiſtratus Plebeios impedirent tam Curiatis quam Tributis comitiis plebem cócitare, prætextu religionis, nec ab augure Plebeio Patriciorum conſilia turbarentur.

SI VNVS ex collegio Argurum alterum dixiſſet licet plebeius, actum impediebat quo minus fieret: at ſi res acta eſſet, decretum collegij neceſſarium erat quo reſcinderetur ex ſententia trium augurum ſed Senatuſconſultum ſequebatur quo decretum collegij confirmandum erat: ſed poſt dictas leges, abrogata eſt vni auguri obnuntiandi poteſtas at collegio poteſtas manſit decernendi.

PLEBEIVS ad patriciam dignitatem euectus, lege regia fit Patricius at augur. plebeius nulla lege fit patricius. Augures autem arte diuinandi iram deorum debent prouidere, qui tamen improprie dicuntur iraſci, quia ira ex dolore eſt ex illata iniuria nato, at hi dolent ex proprio malo non ex aliena iniuria: odium autem in eis eſt quod ſine dolore eſt. At veri Dei ira ſalutaris quæ dicitur ira noſtri reſpectu, non Dei, quia Deus non mouetur qui alia mouet omnia: ſed quum Deum paſſionibus moueri dicimus effectus notantur non affectus: quia effectus eſt ab opifice: affectus ab opere. Ira autem ab aliis ſacerdotibus non prouidetur ſed placatur ſacrificiis iuſtis.

COELI fulgura debent diſtinguere regionibus certis vt dignoſcere poſſint parte fauſta an infau-

ſta prouolauerint: quod abſurdum eſt quum fulgura natura creentur: nam exhalatio calida & ſicca facile ſurſum aſcendit & nubes ſua tenuitate peruadit vbi nubes exhalationem intercipit quæ eo magis denſatur quo frigidior eſt regio aeris in qua eſt: & ſic incluſa exhalatio vel motu vel antiperiſtaſi vel vtraque cauſa ſimul incaleſcit & rarior euadit, ideo leuior & latior facta quęrit locum ampliorem & ſuæ naturæ quippe quæ calida eſt commodiorem: ideo in carcerem ſuum cito impetu impingens nubem diſrumpit, ruptura fragorem edit qui tonitru dicitur.

Spiritvs cuius vi fit hæc diffiſſio nubis effulgẽs ſuo calore efficit fulgur quod poſterius eſt fragore, licet prius videatur quã fragor audiatur, quia quod per ſe agit, prius agit quam quod per accidens: viſus per ſe, auditus per accidens fit, id eſt per ictum aeris ex quo ſonus qui nubẽ non frangit ſed ſpiritus.

Fvlmen eſt ignea illa moles ex nube erumpens quę ſi vehementior fuerit in terram fertur contra naturam ſuam ſed hoc fit ob ſuperiorem partem nubis quæ denſa & frigida reſiſtit & propellit exhalationem vt nuclei & globuli dũ comprimuntur inter digitos ex vna parte, exeunt ex altera quę minus premitur; ſed ſi languidiore ictu nubem diſcuſſerit igne domãte materiam, in medio aere diſſoluitur: non fit autem niſi cœlo nubibus obſito: at fulgur & tonitru etiam ſereno. hæc omnia licet cauſam propinquam habeant à natura, ſeruiunt tamen diuinæ prouidentiæ & minando & puniendo: quia vni effectui duæ cauſæ aſſignari poſſunt, maximè quũ refertur vna ex iis ad ſuum

principium: quia omnia in hoc vniuerſo circulariter mouentur, ideo æqualiter ad ſuum centrum referri neceſſe eſt licet æqualia non ſint.

IN prima ſucunda & tertia cœli parte Iupiter imperat in fulguribus: in prima & ſecunda iure ſuæ diuinitatis: in tertia vtitur conſilio deorum ſuperiorum id eſt Mineruæ: in his tribus vtitur miniſterio Vulcani quo in prima lenior, ideoq; monet, in ſecunda vehementior ideoque terret ſua violentia: & ſic Vulcanus miniſtrat Ioui in tribus his partibus cœli: in quarta ipſe iure ſuo dominatur. Id eſt in tribus illis ignis Naturæ, ſeruit conſilio Iouis, at in quarta, Natura ipſa per ſe agit non alieno imperio.

MANVBIÆ ſunt iactus fulminum quarum Diurnæ Iouis ſunt, primæ & ſecundæ ſunt albæ, quia ſunt innoxiæ, tertiæ rubræ quia immittuntur in exitium hominis, nocturnæ ſolius ſunt Ditis quæ ex qualibet cœli regione demittuntur, ęque ſemper atræ & infauſtæ, inter diurnas tertiæ Palladi tribuuntur quæ ſunt & diuinæ (quæ proprie Manubiæ dicuntur) & Naturales: diuinæ ſunt in cœlis: Naturales in ſumma parte aëris (hæc eſt pars ſuperior mediæ regionis): diuinæ ſuo igne qui ex ſole prodire credebatur, aut expiant, aut de medio tollunt quod expiari non poteſt, tumque maxime id agunt quum ſol Arietem ſubit, in quo mutationum ſigna deprehenedutur quia & ipſe ſignum eſt anni renaſcentis & renouati ideo Pallas id eſt vis diuina (quam iſti in vmbram domini noſtri effingere voluerunt) quæ in eo dominatur mutare imperia dicitur.

DVÆ priores manubiæ ſicut & tertiæ duas ha-

bent cauſas, vnam à Natura, alteram à Deo, ſed in albis Deus agit mitius cum hominibus, acerbius in rubeis : quod Diis attribuitur vt principes in eodem officio contineantur. Nam primum eorum fulgur eſt in inſignibus quibus oſtenditur veneratio Maieſtatis : ſecundum in lictoribus & gladiis quibus terror ineſt : Tertium eſt in imperio quo homo poteſt hominem perdere : ſed hoc agere non debet ſine conſilio optimatum, licet poſſit ſed hæc poteſtas conſilio deſtituta imperium perdit aut mutat : At Iupiter & Minerua idem ſunt vt homo & mens hominis : ſed homo non eſt quid vnum quum ſit compoſitus : nec Angelus reſpectu Dei licet ſimplex ſit, quia creatorem habet ſupra ſe : ſolus Deus eſt vnum cum Minerua ſeu ſapientia, qua res humanæ conſtituuntur, conſeruantur : & deſtituuntur & mutantur ea decedente ab iis.

FVLMEN ſereno die prouolutum quacumque ex parte infauſtum eſt. Primæ autem Manubiæ ſunt in Septentrione : ſecundæ in Oriente : tertiæ in meridie : quartæ in Occidente : vbicumque tamen deciderit procurantur fulmen & locus ictus fulmine, ſi accedi poſſit alioqui bruta ſunt fulmina quæ ſola Natura veniunt non à Ioue : quod ſi à quarta regione erupcrint & ab ea in eam redierint Vulcani eſt non Iouis, ſi vero ad vnam trium reliquarum partium, ex qualitate partium iudicari debent : hæc autem procurantur omnia exceptis brutis : habent enim deos ſuorum imperiorum vindices nam Vulcanus tuetur occaſum vt Deus ſed in reliquis tribus miniſter tantum eſt, ſic habet

quatuor regiones ſed diuerſo iure. At Iupiter iure ſuæ diuinitatis præeſt omnibus cœli regionibus, quamuis non ſolus in infauſta: at in fauſta quia ipſe ſolus præſidet qui non habet ſpecialem poteſtatem, ideo nulli eius præſides iure diuinitatis ſpecialis habentur licet 12. Dij in ſecundis Ioui aſſideant ſed quia minores ſunt Iouis imperio reguntur.

AVGVRES, vrbem, agros & templa effata & liberata habere debent: vrbs locus eſt cum ædificiis ſeptus & munitus, ideo certi loci terminis circumſcribitur: at ciuitas corpus in habitantium conſtituit quæ certis loci finibus non definitur: huius anima eſt ſummum imperium, quo ſublato nihil ex ciuitate remanet præter cadauer ſeu vrbem in quo ſunt adhuc quædam imagines expirantis Reip. & ſicut conſtituitur iure gentium, eodem quoque iure bello nimirum diſſoluitur: & in argumentum extincti imperij, religio auguralis qua vrbs conſecrata eſt inducto aratro, eodem ritu deſtruitur.

VRBEM effatam habere eſt precibus rite conceptis auſpicio capto intra Pomœrium eam in curam deorum deponere, finibus inauguratis. Auſpicabantur autem in arce vel in Pomœrio: augurabant in agris intra Pomœrium ſitis quibus vrbis termini ſecundum religionem finiuntur, licet ſecundum ius humanum, vrbis fines mœnibus terminentur, ideo qui in continentibus ædificiis habitabant vrbano auſpicio non comprehendebantur ſed auſpicio agri Romani: ager igitur qui eſt intra pomœrium non agri ſed vrbis auſpicio continetur: hic autem totus ager ſeu ex-

tra moenia eſſet pomœrij nomine, non tantum iure augurali ſed etiam Pótificio ſacer eſt ita vt nec arari nec ædificari poſſet.

Ager à Romulo in tres partes diuiſus eſt: prima ſacris, ſecunda vſui publico, tertia inter ciues ſingulos diſtributa eſt vt priuato & optimo iure poſſideretur: hæ omnes partes agrum Romanum efficiunt, ſed ex Augurum diſciplina alia quatuor agrorum genera ſunt introducta: gabinus, peregrinus, hoſticus, incertus: in gabino & peregrino, ſingularia ſeu Romana auſpicia ſeruabantur: in hoſtico & incerto communia. terminus agri Romani eſt in ſexto lapide ſecundum intellectum in quo eſt religio: at ſecundum materiam quæ intentionem & remiſſionem patitur, in tota Italia: Vtrique fines non tantum augurio ſed & ſacrificiis conſecrabantur: quia licet ſecundum religionem vere non eſſent fines agri Romani pro finibus tamen habebantur.

Templa etiam effata habere debent quæ ſunt aut minora aut maiora: minus eſt locus effatus ad auſpicandum, tabulis, aut linteis aut loris ita ſeptus vt ex vna tantum parte pateat, ſed captis auſpiciis deſinit ita vt ſi ſemel nulla auis in eo ſignũ dederit iterum in eo auſpicari nó liceat niſi etiam iure Pontificio ſacer ſit: quia ſacer eſſe non poteſt niſi auſpiciis id addicentibus. Maius in perpetuum alicui Deo cœleſti conſecratur, vt ibi adoretur ſeptum muris & in altiori loco conſtructum vt ibi facilius de cœlo ſeruetur quod etiam effatum eſt, vnoque tantum oſtio patet quod inter auſpiciandum clauditur ne introeuntes adoraturi auſpicium turbent: ideo in ſuperiori parte cœlo

apertum erat olim : minus licet etiam apertum eſſeet in ſuperiori parte non erat tamen ex neceſſitate claudendum quia ibi nemo intrat adorandi gratia.

APVD Antiquos templum pro loco vnde cœlum tuerētur accipiebatur eoque auguſto in quo more maiorum Senatus habebatur: ideo ædes ſacræ in quibus auſpicari non poterant templa non erant, igitur non omne templum ſacrum & ſanctum eſt, ſed id tantum quod adorando Deo conſecratum eſt, licet iure augurali teſcum ſeu ſanctum dici poſſit etiam minus templum, imo etiam ſacrum ſed minus proprie.

TEMPLI vt cœli partes ſunt quatuor diſſimiles tamen. Nam antica eſt ad Meridiem, poſtica ad Septentrionem: dextra ad Occidentem, ſiniſtra ad Orientem: in hoc augur aut effatur, aut auſpicatur: effando reſpicit Orientem ita vt habeat à læua Septemtrionem: auſpicādo Meridiem verſus aſpicit: tuncque à ſiniſtra Orientem habet. in maiori autem poſtica pars eſt in Oriente vt ſimulacrum Dei videatur adoranti exoriens & ſupplicem reſpiciat qui Orientem verſus adorat.

MAIORA templa conſecrantur & dedicantur ſed prius effanda ſunt. Conſecratio fit à Pontifice ſimulacro Dei in medio templi poſito ſacrificiis ſolemnibus adhibito tibicine non tantum corporum ſed & eorum quæ in iure conſiſtunt fitque mutatio iuris profani in ſacrum, humani in diuinum: hanc ſequitur dedicatio ſub auctoritate Collegij Pontificum, quæ quod ſacrum eſt & Deo quaſi mancipatum reuera tradit apprehenſo poſte & precibus rite conceptis: quibus

impletur alienatio: ſed ſi quod vni Deo datum eſt in alium transferri debeat prioris Dei religio iiſdem cærimoniis eſt diſſoluenda quibus conſtituta eſt: & primum auguris eſt, exaugurare quod aues priori Deo addixerant quod fit effatis & auium ductu: Poſtremum Pontifices munus eſt inde Deum illum euocare, vt alius Deus templi, vel loci, vel arę vel ſimulacri poſſeſſionem vacuam habeat: & ſic fit profanũ quod ſacrum erat: tuncque ea quæ ad profanæ rei conſecrationem & dedicationem deſiderantur ex integro inſtaurari debent.

Vrbs Agri & templa liberata & effata haberi debent, liberata vt nullum ædificium, nullum fanum intercedat quo liber quoquo verſum aſpectus impediatur: tunc enim ex decreto collegij Augurum demoliendum eſt. Nec ideo ius Augurale, Pontificio (quo fana conſtituuntur) eſt potentius quia locus ſacer manet: nec deſtructio parietum ſacrorum, tam deſtruit Pontificium, quam conſeruat Augurale quod ſine liberandi poteſtate nullum eſſet.

Inivstvm eſt quod violata vel omiſſa iuris ciuilis ſolemnitate factum eſt, nefaſtum quod die nefaſto: nefaſtus eſt quo nefas eſt Prætori tria verba proferre do, dico, addico quibus negotia ciuium diſceptantur: interciſus eſt partim nefaſtus quo licet inter hoſtiam cæſam & exta porrecta fari in iis tantum quæ ſunt voluntariæ Iuriſdictionis: poſt exta porrecta etiam contentioſa Iuriſdictio exerceri poteſt: cædebatur hoſtia & preces fundebantur Deo ſub ortum ſolis: exta porr[illegible]bantur, ſub occcaſum & ſtatim antequam

omnino ſol occidiſſet ius dicebatur. Meridies autem Diis Manibus colendis ſacra erat: Atri autem ſeu religioſi dies quibus niſi quod neceſſe eſt nefas eſt facere non quia feriati ſunt ſed quia abominandi: noui dicuntur quibus incipiebant res agere: ſi eſſent fauſti poſtridie Kalendas, Nonas, Idus: atri ſunt præter nouos & dies Cannenſis & quibus Mundus patet.

DIRVM eſt quod deorum ira immittitur: huius iræ, diræ ſunt & indices & vindices id eſt furiæ quas ſolebant imprecari aduocatis ad deteſtationem dæmonibus maleficis. vitioſum eſt, quod vitio factum eſt ex quo ira deorum accidit ſi in rebus diuinis commiſſum ſit. hoc in duobus eſt extremis exceſſu & defectu. virtus, illorum eſt medium. in exceſſu vitium hic eſt ſi contra auſpicia quid factum ſit vel cõtra diſciplinam Augurum. in defectu ſi inauſpicato quid actum ſit.

HÆC IRRITA & infecta ſunt quæ ita augur defixerit: irritum eſt quod ab initio conſiſtens, ex poſtfacto defecit, aut ope Magiſtratus, aut ipſo iure: hic non ipſo iure irritum fit ſed poſtquam Senatus decreto ad relationem augurum facto id infirmatum eſt: quia penes Senatum eſt auſpiciorum auctoritas, nefaſtum, dirum, vitioſum, irritum fit quia ab initio valuit. at iniuſtum quia ab initio nullum eſt pro infecto habetur.

CAPITE plectitur qui Auguribus non paruit nõ ipſorum ſententia ſed eorum penes quos eſt merum imperium: quia leſit Maieſtatem quum penes regem eſſent auſpicia antequam ad Patres peruenirent & Mageſtas regia in iis fundata ſit. At ſi augur errauit non punitur: quia eius ars ver-

ſatur in ſubiecto incertiſſimo: quod ſi per imperitiam artis non ex vitio ſubiecti errauit non punitur quoque: quia in capitalibus iudiciis imprudentia non piatur ſanguine aut vita imprudentis. At in ciuilibus in quibus ſecundũ naturam obligationis cŭlpa eſt præſtáda, ciuiliter punitur, non in re propria ſed aliena.

PRODIGIA, PORTENTA, AD Hetruſcos & Haruſpices ſi Senatus iuſſerit deferunto Hetruriæque Principes Diſciplinam docento: quibus Diuis creuerint procuranto: iidem fulgura atque obſtita pianto.

CAP. II.

HIC non ſum ſecutus ordinem M. Tullij qui antepoſuit feciales, Haruſpicibus & male: Nam Augures & haruſpices coniungi debent quum etiam in haruſpicibus ars diuinandi ſit. feciales autem nullo iure diuinandi ſunt præditi. Sed quia omiſſa eſt conſtitutio Titiorum ſodalium quæ poſt augures Iouis collocari debuit, de iis dicendum eſt erant enim etiam Augures nam præerant certis auguriis. Varro 4. de ling. Lat. dictos eſſe ait à Titiis auibus quas in certis auguriis obſeruare ſolebant: & ſeparantur ab Auguribus Iouis quod his omnia fere auguria credebantur: Titiis certa eaque pauca Lucanus libro 1. hoc ab illis diſtinxit. *Titij augures qui.*

Et doctus volucres Augur ſpectare ſiniſtras
Septemuirque epulis feſtis Titiique ſodales.

Varroni non videtur conſentire Tacitus qui. 1. Annal. de iſtis ſodalibus ſic ait. *Idem annus nouas cærimonias accepit addito ſodalium Auguſtalium ſacerdotio vt quondam Titus Tatius retinendis Sabinorum ſacris ſodales Titios inſtituerat:* Quod ſi ita eſt non ab auibus Titiis ſed à Tito Tatio dicti ſunt. verum vtrumque in idem recidit: Nam aues Titiæ ab eodem Tito dictæ ſunt, quibus ipſe Rex vtebatur in auſpicando. Neque enim iiſdem auibus primi Sabini vtebantur quibus Romani. Sed auſpicia ex Romuli inſtituto remanſe-

re: Titia vero in quibuſdam obſeruata ſunt, nimirum in iis quæ ad Sabinorum ſacra & ad venerationem Titi Tatij pertinebant. Sed videamus an verum ſit Titum Tatium hoc ſacerdotij genus inſtituiſſe. Tacitus 2. hiſtor. *Caſa* (inquit) *Publica victima cremataque, faces, Auguſtales ſubdidere quod ſacerdotium vt Romulus Tatio regi ita*
Error Lipſij. *Cæſar Tiberius Iulia genti ſacrauit*: Vbi Lipſius ait Tacitum ſibi aperto Marte pugnare, & pugnam animaduertit in cauſa qua hoc ſacerdotium eſt conſtitutum: non intellexit, vnius effectus duas poſſe cauſas aſſignari vt iam probaui neque eas eſſe ſibi inuicem cõtrarias ſed diuerſas. quod ſi verum eſſet Tacitum ſibi ipſi diſſentire, in cauſarum diuerſitate non eſt diſſenſus ille ſed in ipſa re. Nam in eo quod ait Romulum T. Tatij memoriæ ſacrandæ cauſa hos ſacerdotes creauiſſe, non poteſt intelligi niſi poſt mortem T. Tatij & hoc ſane non videtur conſtare cum eo quod ait T. Tatium id feciſſe: in quo idem & mortuus fingitur & viuus: tum Romulum feciſſe quod T. Tatio tribuitur. verum neque hoc neque illo modo argui poteſt auctor excellens quaſi hiſtoriam ignorauerit qui in ea cæteris ſuæ ætatis præſtiterit: nec poteſt dici lapſus memoriæ quum auctorem verum huius inſtitutionis ignoraſſe videatur duos eiuſdem rei conſtituendo: & maxime quum in cauſa ſibi non conſtitiſſe accuſetur. cauſæ enim ignoratio non obliuionem
Defenſio Taciti. ſed meram ignorantiam arguit. Scire enim teſte Ariſtot. eſt per cauſas cognoſcere. Verum eſt autem vtrumque quod ait Tacitus. nam quum ſacra Sabinorũ Titus paulatim aboleri videret, & quaſi maiori Romanorum vi religionis euinci, ideo exiſtimauit ſeparatim eorum cuſtodes eſſe creandos per quos ritus & cærimoniæ Sabinorum retinerentur. quum enim inter pacis & fœderis conuentiones hoc quoque expreſſe ſancitum eſſet vt ſacra inuicem vtrique genti communicarentur, diſtributis Sabinis in Curias & tribus. Dionyſ. lib. 2. πολιτεύειν δὲ τοὺς βουλομένους σαβίνων ἐν Ῥώμῃ, ἱεράτε συνενεγκαμένους καὶ εἰς φυλὰς καὶ φρατρίας ἐπιδοθέντας: hæc cõmunio cõfuſionis artifex obliterabat Sabinæ religionis auctoritatẽ præpõderãte Romana pietate: merito igitur vt retinerentur ea ſacra Titios ſacerdotes creauit. Sed Romulus poſt obitũ eius miro artificio, regis defuncti prudẽtiã eluſit, ſatisfaciẽdo & ipſius Manibus pleniſſima liberalitate & ipſis Sabinis. Is enim publice honorifico funere elatus eſt & tãquam Deo ſingulis annis libationes decretæ, quibus (vt ait Tacitus) ſacrata eſt defuncti memoria: & vt firma ad poſteros religionis huius ſanctio propagaretur, finem ſacerdotij mutauit non ipſum ſacerdotium, ne quid ex inſtitutis ſui ſocij frangere videretur: vnde quum ante retinendis Sabinorum ſacris inſtitutum eſſet T. Tatij memoriæ & manibus colendis datum eſt: quod quum ſatis appareat ex Tacito in 1. annal. tum etiam patet ex Romuli præcipua intentione in fundamentis ſtatus publici quæ potiſſimum in hoc erant poſita vt vna eſſet omnium ciuium religio: quod non potuit in fœdere icto cum Sabinis ple-

ne ſtatuere quoniam inter æquales æqua eſt imperij & religionis ſtatuendæ ratio. Quod autem ad imitationem T. Tatij & Romuli poſtea Cæſares introduxerunt Auguſtales vt auguſta quoque eorum defunctorum eſſet memoria, non ad T. Tatium pertinet, & in hoc parum caute ſcripſit tacitus Sacerdotium Auguſtalium ad Tatium referri, quum Auguſtales non retinendis ſacris Romanorum (hoc enim ad Pontifices pertinet) admiſſi ſint ſed Cæſarum Manibus colendis. Verum lapſus auctoris in hoc non eſt ita grauis ibi enim non notauit finem ſed originem. Cæſares autem Diui poſt obitum fiebant aliis cærimoniis quas refert Herodianus 4. Acce- *Cæſarum ἀποθέωσις.*
do ad Haruſpices in quorum arte poſtremæ latent dæmonum tendiculæ vt ſpecie diuinationis humanum genus ludificarentur: & iis quoque conſtat publica paganorum religio: Tullius de haruſp. reſp. quum ſingulas partes ſuę religionis enumerat id docet: *Qui ſtatas ſolemneſque cerimonias Pontificatu: rerum bene gerendarum auctoritates, augurio: fatorum veteres prædictiones, Apollinis vatum libris portentorum explanationes Hetruſcorum diſciplina contineri putauerunt quæ quidem tanta eſt vt noſtra memoria primum Italici belli funeſta illa principia, poſt Sullani Cinnanique temporis extremum pene diſcrimen, tum hanc recentem vrbis inflammandæ delendique imperij coniurationem, non obſcure nobis paulo ante prædixerint.* Idem Valerius 1. cap. 1. *Deorum teſtimonia.*
hęc dicuntur deorum teſtimonia ſub diuerſis Indiciis apparentia: Tullius in Top. *Diuina hæc fere ſunt teſtimonia primum orationis: oracula enim ex eo ipſo appellata ſunt, quod ineſt in his deorum oratio: deinde rerum in quibus inſunt quaſi opera diuina quædam: primum ipſe mundus eiuſque omnis ordo & ornatus, deinceps aëris volatus auium atque cantus: deinde eiuſdem aeris ſonitus & ardores multarumque rerum in terra portenta atque etiam per exta inuenta præſenſio.* Dixi poſt Augures ordine ſequi Haruſpices & ſupra oſtendi auguria vetuſtiora fuiſſe ideo non mirum ſi prius de iis actum ſit. Omnes autem hę ſpecies diuinandi, tam ex Apollinis vatum libris quam ex auibus & extis ſeparantur diuerſis captibus: quia diuerſę ſunt earum rerum cauſę & rationes: in genere tamen conſentiunt quia hæ omnes ſunt ſub vno genere diuinationis ſpecies de quibus ſic Strabo 17. vbi etiam ait diuinationem per oracula paulatim deſiiſſe. νυνὶ δὲ ὀλιγωρία κατέχει πολλὴ τῶν χρηστηρίων, τῶν Ῥωμαίων ἀρκουμένων τοῖς Σιβύλλης χρησμοῖς καὶ τοῖς Τυρρηνικοῖς θεοπροπίοις διά τε σπλάγχνων καὶ ὀρνιθείας καὶ διοσημειῶν. Vnde patet non tantum haruſpicinam ſed & augurandi auſpicandique artem ab Hetruſcis originem ſumpſiſſe: ſed ſpeciali quodam numini tribuitur apud eos Haruſpicinę origo: Deus iſte è terra repente proſiliens aratorem affatus eſt: puerili erat facie & ſenili prudentia: obſtupuit illius aſpectu bubulcus & ingenti clamore edito concurſum vicinorum exciuit breuique in eum locum tota conuenit Hetruria: vbi veterator ille ſpiritus ſub ſpecie pueri peſſimam artem hanc edocuit: Eſt ergo immedia- *Auctor haruſpicina.*
te auctor eius diabolus cui nomen apud Thuſcos eſt Tages. Tullius

hęc teſtatur 2. de diuinat. Lucanus.

Sed conditor artis

Finxerit iſta Tages.

Eligit callide regionem huic diſciplinæ maxime propriam Thuſcia enim ſupra omnes gentes plurimum ſacrificiis dedita fuit, vnde auctore Seruio dicta eſt ἀπὸ τοῦ θύειν. Erupit ad hanc inſtituendam Tages è terra quum fortaſſe potuiſſet dæmon ſe ex cœlo delapſum fingere vt originem eius tamquam à cœlo ementiretur. Sed veritas huius impoſturæ hoc modo demonſtratur quod ex inferis ſeu ex Acheronte proceſſerit: vnde Acherontia ſacra dicuntur huius religionis myſteria quibus fatales leges his præceptis præuiſas quia non poſſunt immutari ſaltem differri poſſe credebant: vt ad hanc amplectendam animi ſuperſtitione correpti accenderentur. Seruius in 8. Æneid his verſibus.

Nec pater omnipotens, Troiam nec fata vetabant

Stare, decemque alios Priamum ſupereſſe per annos.

Sciendum (inquit) *ſecundum hauruſpicinæ libros & ſacra Acherontia qua Tages compoſuiſſe dicitur fata decem annis quadam ratione differri quod nunc dicit Vulcanus potuiſſe fieri:* At non eſt in ea ſententia Seneca, qui ſic in Hercule furente ait non poſſe proferri diem fatalem.

Certo veniunt ordine Parcæ

Nulli iuſſo ceſſare licet

Nulli ſcriptum proferre diem.

An diem fatalem proferre poſſit homo.

Virgil. & Seruius contra: tum.

Atque immota manet fatis Lauinia coniux

Attrahere atque moram tantis licet addere rebus.

Sane Seneca negat fieri poſſe naturâ. Virgilius ait contra naturam fieri vt Acherontiorum ſacrorum: Eſto differri poſſint: an flecti? negat Virgil. hoc verſu.

Deſine fata Deûm flecti ſperare precando.

Ait Tullius contra, in Catilinam, *Quo quidem tempore quum Haruſpices & tota Hetruria conueniſſet, cædes atque incendia & legum interitum & bellum ciuile ac domeſticum & totius vrbis ac imperij occaſum appropinquare dixerunt, niſi Dij immortales omni ratione placati ſub numine prope fata ipſa flexiſſent:* Arnobius id etiam in paganis reprehendit quod crederent fata flecti poſſe, *Sed flecti hæc poſſe* (inquit libro 7.) *imo aliter publicari ſcelerata non poſſe conſilia niſi Iupiter rurſus altiore in culmine figeretur Orientalem conuerſus ad cardinem radiiſque oppoſitus ſolis.* Seneca 2. nat. quæſt. cap. 35. cum Virgil. ſentit fatum nullomodo flecti poſſe: ſed ſane hoc fieri non poſſe precibus ſacrificiis expiationibus ſenſere: at ſacris Acherontiis ſecus.

Sacris Acherontiis fatum flectitur.

Vides hic inferos cœlis imperare vt curſum ſuæ legis inhibeant. Nec hoc ab eorum ſacris alienum eſt. Nam deos inferos terreſtres, ac cœleſtes tanto vinculo conſanguinitatis obſtingunt vt vno parente nati intelligantur: quod veriſſimum eſt, non tamen eo mo-

do quo illi ſenſere. Ex eo iure neceſſitudinis fata non tantum cœlo ſed etiam Tartaro tribuere nimirum Parcis: minus imprudenter quam cætera. Nam Iupiter dat & definit in cœlo: Parcæ decreta illa ſuo quoque tempore peragunt: in inferis enim eſt terminus fati: ideirco etiam mortuorum ſacrificiis haruſpex adhibebatur vt teſtatur Tertull. in apologet. quod oſtendit hauriſpicinam etiamſi deorum ſacris addicta fuerit agnoſcere tamen originem ſuam in eo quod Diis Manibus apparet. Vſus huius artis Romæ primum à Romulo introductus eſt cuius lege ſancitum eſt vt omnibus ſacris vnus haruſpex ex vnaquaque tribu intereſſet Dionyſ. 2. ἔταξε μάντιν ἐξ ἑκάστης φυλῆς ἕνα παρεῖναι τοῖς ἱεροῖς ὃν ἡμεῖς μὲν ἱεροσκόπον καλοῦμεν: Ῥωμαῖοι δὲ ὀλίγον τι τῆς ἀρχαίας φυλάττοντες ὀνομασίας ἀρούσπικα προσαγορεύουσιν. Vnde patet non idem eſſe haruſpices & hetruſcos: Nam haruſpices ciues Romani erant periti huius artis ex quibus vnum erat collegium cuius quum auctoritas diuturnitate temporis paulatim per deſidiam elanguiſſet factum eſt Senatuſconſultum auctore Diuo Claudio viderent Pontifices quę retinenda firmandaque haruſpicum vt eſt apud Tacitum in Annal. Hetruſcos autem ex Hetruria acciri neceſſe erat quum Senatus iuſſiſſet & hi quidem illis multo erant peritiores. Et hanc differentiam lex Romuli probat: neque enim ex Hetruria toties acciri poterant quoties ſacrum aliquod eſſet peragendum: ſed quum de portentis & prodigiis agitur. Atqui hæc lex non videtur apte couenire cum diuiſione hoſtiarum quam adduxi ex Macrobio ex qua apparet non omnes hoſtias eſſe conſultatorias: at hi vates adhiberi videntur ratione conſilij tantum, non ſacrificij. Verum aliquando euenit vt licet ſola hoſtiæ anima Deo ſacretur, nec deorum voluntas exploretur, nihilominus ſeipſam prodat ex viſceribus: deos enim non conſultos non rogatos ſępe ſigna ſuæ mentis edidiſſe innumeræ ferunt hiſtoriæ: vnde non mirum ſi omnibus ſacris debeat vnus ſaltem haruſpex intereſſe: tum quod animæ conſecratio gratior ſit Diis præſentia eius qui quaſi conſilij diuini particeps nouit naturam & motum diuini Numinis: qua ratione veteres Galli numquam ſacrificabant niſi præſente vno ex Philoſophis Δρυΐδας vocabant vt eſt apud Diodorum 5. & ex Tullio patet 4. de diuinat. vbi Druidis in Gallia diuinandi artem tribuit non tantum auguriis & coniectura ſed & phiſiologia: addere debuit & haruſpicina colligi poteſt ex Diodoro. ἔθος δ' αὐτοῖς ἐστὶ μηδένα θυσίαν ποιεῖν ἄνευ φιλοσόφου: διὰ γὰρ τῶν ἐμπείρων τῆς θείας φύσεως ὡσπερεί τινων ὁμοφώνων τὰ χαριστήρια τοῖς θεοῖς φασὶ δεῖν προσφέρειν καὶ διὰ τούτων οἴονται δεῖν τἀγαθὰ αἰτεῖσθαι: nec eadem ratio eſt in Auguribus etſi ſint Iouis interpretes: nam cœleſtium tantum internuncij ſunt: at haruſpices etiam inferorum: Hi moram iniiciunt fato vt Iupiter patri ſuo vincula, ſacris Acherontiis, & ideo propius ad deos accedere creduntur, & ſic melius eorum naturam cognoſcere: hi ſecus. haruſpex cum aſpiratione profertur quaſi ab

Hetruſci & haruſpices differentia.

Driudarum in diuinando peritia.

Differt augur ab haruſpice.

haruga, aut vt ait Feſtus haruiga deductus id eſt hoſtia: at ex loco Dionyſij mox allato videtur à Græco defluxiſſe, nam ἱεροσκόπος & haruſpex paulum detorta voce idem ſonant: veroſimilius eſt hanc vocem à Græcis primum acceptam à propinquis barbaris corruptam fuiſſe: Lydi autem à quibus Hetruſci principium generis accepere Græciæ ſunt vicini: quod ſi verum eſt inuentam in Hetruria fuiſſe hanc artem vox erit incertæ originis quam ipſum dæmonem effinxiſſe probabile eſt ex lingua quæ inter gentes habebatur præſtantior nimirum Græca. Non ſolum autem Lydiam Hetruriam, & Italiam hoc peſtilentiæ genus quaſi contagione labefactauit, ſed vniuerſum pene humanum genus, ita tamen vt non eadem ſint apud omnes huius diſciplinæ documenta: Tullius 2. de diuinat. *Alios enim alio more videmus exta interpretari nec eſſe vnam omnium diſciplinam.* Nam nec iiſdem vtuntur hoſtiis vt & idem in Augurum arte doctor dęmon machinatus eſt in perniciem diſcipulorum ne ſi eadem eſſent pręcepta vbicumque falſitas eorum poſſet deprehendi: ex diuerſitate enim, diuerſi euentus quodam pretextu ſuſtineri poſſunt ſine condemnatione falſi. Eſt igitur ſatis antiqua huiuſce ſuperſtitionis obſeruatio. Pauſanias Eliac. 2. μαντικὴ δὲ ἡ μὲν ἐρίφων, ἀρνῶν τε καὶ μόσχων ἐκ παλαιοῦ δήλη καθεστῶσά ἐστιν ἀνθρώποις. Κύπριοι δὲ ὡς καὶ ὑῶν ἐπεξευρόντες εἰσὶ μαντεύεσθαι κυσὶ δὲ οὐδένες ἐπί γε μαντικῆς νομίζουσιν οὐδὲν χρᾶσθαι: ἔοικεν οὖν ἰδίαν τινὰ ὁ Θρασύβουλος ἐπὶ σπλάγχνων μαντικὴν κυνείων καταστήσασθαι. Vnde liquet per partes fuiſſe collecta huius machinæ inſtrumenta. Nã hi primũ ex viſceribus Porci, alij Tauri, alij galli gallinacei, nulli canis excepto Thraſibulo. Tullius haruſpicinam multis argumentis improbauit quo nihil quicquam erat facilius inter quæ hoc magis placuit. *Si eſt in extis aliqua vis quæ declaret futura, neceſſe eſt eam aut cum rerum natura eſſe coniunctam, aut confirmari quodammodo numine deorum; atqui cum diuina cum rerum natura tanta tamque præclara in omnes partes motuſque diffuſa quid habere poteſt commune non dicam Gallinaceum fel. (ſunt enim qui argutiſſima hæc extra eſſe dicant) ſed tauri opimi iecur, aut cor, aut pulmo, quid habet naturale, quo declarari poſſit quid futurum ſit?* Sentit & Dei & naturæ vim omnibus partibus vniuerſi infuſam non coerceri vel minima parte vnius animantis, ita vt ſi hoc in ea parte verum eſſet id etiam in aliis quibuſque particulis obtineret & proinde parum profuturum haruſpicium in extis hoſtiæ quum in cæteris omnibus eadem vis futurorum inſit. Democritus tamen vt ille ait 2. de diuinat. putauit habitu extorum & colore hęc declarari, videlicet pabuli genus & earum rerum quas terra procreet vel vbertatem vel tenuitatem, ſalubritatem, vel peſtilentiam. quod ab antiquorum opinione alienũ non erat: nam ex corruptione aeris, alimenta animalium corrumpuntur: plantæ enim impurum aerem contrahentes ſuccum etiam impurum ad pabula præbent: vnde ſanguinis vitium & viſcerum: ex quo iam imminens homini morbus agnoſcitur. Plantæ enim vel

Cur non eadem ſunt apud omnes Augurũ & haruſpicum præcepta.

Impugnatur hæc ars.

ex craſſitudine aeris ambientis nutriuntur qui facile in rorem aut tenuem liqueſcit humorem, aut ab exhalatione corporis ipſius plantæ quæ niſi aeris ad plantæ vitam cum ſole & terra concurrentis eſſe non poteſt, quod Clemens Alex ita ex Græcorum ſententia refert: φασὶν οὖν ταῦτα (φυτὰ) εἴτε ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν ἀέρα παχύτητος εἴτε αὖ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ οἰκείου σώματος ἀναθυμιάσεως τρεφόμενα. Igitur poteſt ex pabulo peſtis ſignificari. Virg. 3. Georg. *An ex pabulo peſtis ſignificetur.*

Hic quondam morbo cœli miſeranda coorta eſt
Tempeſtas totoque Autumni incandiut æſtu
Et genus omne neci pecudum dedit omne ferarum
Corrupitque lacus infecit pabula tabo.

Aliquando tamen contingit vt etiam impollutis plantis & frugibus corruptus aer contagione pecudes labefactet quo caſu non dignoſcitur ex pabulo viſcerum & ſanguinis infectio ſed haruſpex ex contaminato corpore aeris labem intelliget & ex coniectura poterit aſſequi impendentem hominibus peſtem. Nam primo pecudes vlcerantur deinde homines, quod Plutar. in Symp. non ſemel aſſerit & Homerus multis ante eum ſeculis oſtendit Iliad. A. *An ex viſceribus & ſanguine pecudum.* *Prius pecudes vlcerantur quã homines.*

Οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο καὶ κύνας ἀργούς
Αὐτὰρ ἔπειτα αὐτοῖσι βέλος ἐχεπευκὲς ἀφιεὶς
Βάλλ᾽ αἰεὶ δὲ πυραὶ νεκύων καίοντο θαμειαί.

Cuius rationem Euſtathius ſic aſſignat, ὁ λοιμὸς πρῶτα μὲν πάσης νομοδιαίας ἀγέλης ἥψατο διὰ τὸ ἐγγυτέρω εἶναι τοῦ πρωτοπαθοῦς ἀέρος καὶ εὐθὺς μεταλαμβάνειν αὐτοῦ τῇ κάτω πρὸς τὴν γῆν νεύσει. Brutis quæ in terram prona ſunt propior eſt aer qui prius corrumpitur nimirum terrenus quam homini qui aerem haurit paulo puriorem ore nempe ſublimiore. Seneca in Oedipo.

Prima vis tardas tetigit bidentes
Laniger pingues male carpſit herbas.

Et in eo periculo non eſt remedium in mutatione pabuli: quia malum ab eo non eſt. Virgil. eodem libro.

Hinc lætis vituli vulgo moriuntur in herbis

Tum paulo poſt.

Præterea nec iam mutari pabula reffert.

Quia vis morbi non eſt in plantis ſed in animantibus inſedit: at aliquando non terreſtris & craſſa illa pars aeris inquinata eſt tantum ſed totus ille aeris tractus ſurſum deorſumque: tunc enim & aqua & terra & plantæ & animantia omnia vi contagionis obſidentur idem. 3. Æneid.

Subito quum tabida membris
Arboribuſque ſatiſque lues & lethifer annus
Linquebant dulces animas aut ægra trahebant
Corpora: tum ſteriles exurere ſyrius agros
Arebant herbæ & victum ſeges ægra negabat.

Seneca in Oedipo.

Denegat fructum Ceres
Adulta & altis flaua cum ſpicis cremat
Arente culmo ſterilis emoritur ſeges.

Tum paulo poſt.

Non rura virent vbere glebæ
Non plena ſuo vitis Iaccho
Brachia curuat.

Igitur ex viſceribus victimarum & ex pabulo earum ſigna quædam ſalubritatis aut peſtilentiæ poſſunt animaduerti: quia ſi peſtis poteſt ex contrario poterit ſalubritas: an vbertatis aut tenuitatis anni? eadem vtrimque ratio eſt. Nam ſi viſcera tenuia, pallida, & horrida ſint certum eſt, pabulum non ſatis alimenti (quod ex locis Virgil. & Senecæ mox adductis patet) præbuiſſe: non quod plantarum numerus defecerit, ſed ſuccus prædominante frigido & ſicco, victo calido & humido. Et hoc ordo rerum, & cauſarum connexio ex conſequentia videtur inferre. Enim ita omnia inter ſe cognata ſunt vt vnius extremũ, initiũ alterius arguat. itaque erat ſignũ futuri boni ſi exta pinguia & bene colorata eſſẽt, cõtrariũ ex cõtrario portenditur: hoc tamen M. Tullius improbat nec vllum habet argumentum idoneum, in euerſionem huius propoſitionis ſic ait 2. de diuinat. ***Sed ſi eadem hora alia pecudis iecur nitidum atque plenum eſt, alia horridum & exile quid eſt quod declarari poſſit, habitu extorum & colore?*** Verum ex vna victima non eſt coniectura, ſed ſi plures ſint aut pingues extis aut exiles fatendum tamen eſt phyſicos perſępe falli in his coniecturis, licet ſi ita euenerit vt prædixerint naturalis ratio reddi poſſit ſed in aliis huius diſciplinæ inſtitutis vt ſi cor non inueniatur aut caput iecoris deficiat meram dæmonis impoſturam agnoſco: nam qnomodo potuit animal eſſe & viuere ſine corde? Sed hoc ita ſolent defendere quod quum immolare quiſpiam velit tum fiat extarum mutatio vt aut abſit aliquid aut ſuperſit quum deorum numini pareant omnia: & hoc credidere dæmonum illuſi præſtigiis. Nec minus ridicula eſt illa de fiſſo iecore opinio. hoc enim ſigno quum damna tum hereditates portendi exiſtimauere, tum pericula, tum etiam commoda. Sed an ex vno ſigno contrarij ſimul euentus poſſunt oſtendi? minime ſed iecur fiſſum. Vel vitale eſt adhuc, vtpote fibris palpitantibus, quod accidit ſi ſanguinis fomitem nondum omnino ſpiritus vitales deſeruerint: hoc fiſſum vitale dicitur quia in eo quædam ſunt quaſi vitæ reliquiæ: & hoc periculum oſtendit aut damnum: nam in ſanguine vitæ ſedem conſtituebant vt ex multis Virgilij locis intelligitur. Vnde fiſſo iecore in quo adhuc vitæ deficientis eſt ſcintilla quædam demonſtratur aut vitæ periculum aut earum rerum diſpendiũ quæ ad vitę conſeruationem pertinent vt ſunt opes: & hæc eſt pars victimæ quæ inimico tribuitur: is enim aut vitam petit & ſanguinem aut fortunarum detrimenta. Vel Iecur fiſſum vitale non eſt, tunc hæ rationes ceſſant: nam mortuæ partis ad viuentem [illegible]

Quid ex fiſſo Iecore portenditur.

eſt relatio ſeu proportio : Sed iuſta eſt analogia mortui ad mortem idcirco ex fiſſo iecore non vitali hereditates oſtenduntur quæ ſine morte noſtri familiaris deferri nō poſſunt, ideoque hęc pars familiari aſcribitur:hęc ita inuolute tradũtur à Tullio vt ipſemet ea intellexiſſe non videatur,de quibus ſic ait. 2. de diuinat. *Aut quomodo eſt collata inter ipſos quæ pars inimici quæ pars familiaris eſſet, quod fiſſum, periculum, quod commodum aliquod oſtenderet:* tum paulo poſt, *Tum hereditates tum damna denuntiant,fiſſum familiare,& vitale tractantes.* Vide dęmonem qui ſanguinem ſitit in eumdem ſuarum machinarum fundamenta potiſſimum ædificare : quod non tantum in Romanis ſed & in aliis gentibus demonſtrauit. Erat apud Græcos templum Apollinis Diradiotæ in quo mulier ſacerdos Dei, vaticinabatur abſtinens à congreſſu viri nocte immolabat agnum per ſingulos menſes & ſtatim hauſto ſanguine ipſius, Deo correpta futura canebat auctore Pauſania in Corinth. hoc genus diuinandi per exta ſummo in honore fuit apud Ægyptios quorum rex ſacerdos erat & haruſpex Diodoro teſte libro 5. Et ſicut in ſacrificiis à ſanguine pecudum ad humanas cædes proceſſum eſt ita in haruſpicina:nam ex immolati hominis viſceribus futura prædixere Tertull. de ſpectacul. nam à templis & aris & illa infelicitate thuris & ſanguinis inter tibias & tubas itur duobus inquinatiſſimis arbitris funerum & ſacrorum deſignatore,& haruſpice. idem vero & galli Druidarum (qui etiam in auguriis periti erant) ſuperſtitione lymphati obſeruarunt, quum enim de rebus maioris momenti conſulturi erant hominem trucidantes colligunt futura ex conuulſione membrorũ & cruoris effuſione miſerandæ victimæ,quod ſic docet Diodorus 5. οὗτοι δὲ διά τε τῆς οἰωνοσκοπίας καὶ διὰ τῆς τῶν ἱερείων θυσίας τὰ μέλλοντα προλέγουσι καὶ πᾶν τὸ πλῆθος ἔχουσιν ὑπήκοον· μάλιστα δὲ ὅταν περί τινων μεγάλων ἐπισκέπτωνται παράδοξον καὶ ἄπιστον ἔχουσι νόμιμον. ἄνθρωπον γὰρ κατασπάσαντες τύπτουσι μαχαίρᾳ κατὰ τὸν ὑπὲρ τὸ διάφραγμα τόπον καὶ πεσόντος τοῦ πληγέντος ἐκ τῆς πτώσεως καὶ τοῦ σπαραγμοῦ τῶν μελῶν ἔτι δὲ τῆς τοῦ αἵματος ῥύσεως, τὸ μέλλον νοοῦσι παλαιᾷ τινι καὶ πολυχρονίῳ παρατηρήσει περὶ τούτων πεπιστευκότες: Hoc igitur apud eos antiqua & inueterata obſeruatione inoleuerat : Luſitani non minus crudeles nam eodem modo futura præuidebant Strabo. 3. σπλαγχνεύονται δὲ καὶ δι' ἀνθρώπων αἰχμαλώτων καλύπτοντες σάγοις εἶθ' ὅταν πληγῇ ὑπὸ τὰ σπλάγχνα ὑπὸ τοῦ ἱεροσκόπου. Idem lib. 7. de vmbrorum moribus tractans ait quaſdam ſacerdotes captiuum in ſublime elatum ſuper lebete iugulare tum profuſo in craterem ſanguine quum ſtillat vaticiniũ edere:idē lib.11,de Albania loquēs refert hominē mactari ſolitũ quo cadēte diuinationis quoddā genus exercebatur quo pronũ eſt intelligere humanę victimę ſanguinē multo plus viriũ habuiſſe quā brutæ. Idcirco in ſacro Iouis licij in quo humana hoſtia litabatur ſi quis ex ſanguine aut carnibus mactati degluberet ex homine lupus exiſteret vt de Damarcho refert Pauſanias eliac. 2. ſed

Damō ſanguinem ſitit.

Gallorum crudelitas.

Luſitanorum ritus.

Humani cruoris aut carnis deguſtatio maximam vim habet.

ſi per decennium carnibus humanis lycanthropus abſtineret in priſtinam formam hominis reſtituebatur, idem in Arcadic. λέγουσι γὰρ δὴ ὡς λυκάονος ὕστερον δή τις ἐξ ἀνθρώπου λύκος γένοιτο ἐπὶ τῇ θυσίᾳ τοῦ λυκαίου Διός· γένοιτο δὲ οὐκ εἰς ἅπαντα τὸν βίον· ὁπότε δὲ εἴη λύκος εἰ μὲν κρεῶν ἀπόσχοιτο ἀνθρωπίνων, ὕστερον ἔτει δεκάτῳ φασὶν αὐτὸν αὖθις ἄνθρωπον ἐκ λύκου γενέσθαι γευσάμενον δὲ ἐσαεὶ μένειν θηρίον. Hic ait liberari abſtinentia carnis humanæ per decennium ſed ſi vel minimum eam deguſtauerit ſemper fera manet. Euſtathius in Dionyſ. de ſitu orbis refert ex Herodoto Neuros gẽtem Septemtrionalem ſemel vnoquoque anno per aliquot dies in lupos transformari, credo quod humanis carnibus veſcerentur, nam idem ait melanchlænos illis affines humana depaſci corpora. Plinius 8. cap. 22. his conſentanea tradit nouum ſane erat hoc genus cibi ſed ſacrificium hominis erat vſitatum etiam Romanis ſed tandem immolatio humanæ victimæ Senatuſconſulto prohibita eſt anno ab vrbe condita 657. Cn. Cornelio Lentulo, P. Licinio Craſſo Coſſ. vt idem teſtatur 30. cap. I. *Non ſatis* (inquit ille) ***exiſtimari poteſt quantum Romanis debeatur qui ſuſtulere monſtra in quibus hominem occidere religioſiſſimum erat, mandi vero etiam ſaluberrimum.*** Et hac ratione ait Druidas ſublatos eſſe à Tiberio Cæſare nimirum in infantia eccleſiæ Chriſti, principiis eius tamquam oriente ſole, noctis immenſum Chaos diſſipantibus. Quis dubitat dæmonem ita oculis noſtris illudere poſſe ſi quando in nobis fidei firmamenta labaſcant vt qui vere homo
Vita eſt in corde nõ in iecore. eſt nobis lupi forma amictus appareat? nonne & iam perſuaſerat ſine corde poſſe animal viuere? nonne iam docuerat vitam eſſe in Iecore quæ vere eſt in corde? Ariſtoteles auctor eſt principium ſanguinis & caloris natiui non eſſe in Iecore, ſed corde 3. de part. animal cap. 4. & 7. ſed callidus dæmon intelligebat colendum eſſe Iecur quia eſt fomes inexplebilis in quo cupiditates accenduntur. Claudianus.

At ſibi cuncta petens nil collatura Cupido
In iecur & tractus imos compulſa receſſit
Qua velut immanes reſerat dum belua rictus
Expleri paſcique nequit, nunc verbere curas
Torquet auaritiæ ſtimulis nunc flagrat amorum
Nunc gaudet nunc mœſta ſilet, ſatiataque rurſus
Exoritur cæſaque redit pollentius hydra.

Maluit dæmon in hac parte ſigna ſuæ crudelitatis oſtendere qua miſer homo infirmior eſt quæque ipſi ſimilior, ideo vt Græci haruſpices in ſolo Iecore verſabantur Syneſij interpres de Inſomniis Nicephorus. οὐ πᾶσι δὲ τοῖς σπλάγχνοις οἱ μάντεις ἐχρῶντο πρὸς δήλωσιν τῶν ἐσομένων ἀλλὰ τῷ ἥπατι μόνῳ. Qui hæc (inquam) tam aliena à ratione perſuaſit nonne poterit hominem iam corru-
Falſa de lycanthropis opinio. ptis ſenſibus ſub ſpecie lupi oſtendere? ſed quis eſt tantiſper initiatus ſacris Chriſtianæ religionis qui credat diabolum demoliri

poſſe quod Deus condidit? aut Philoſophiæ præceptis paululum inſtitutis qui hominis aut dæmonis poteſtati concedat formam à Deo & ad Dei imaginem impreſſam ſine ſubiecti corruptione violare & immutare? quis non nouit eſſentialia ſine interitu ſubiecti amoueri aut tolli nõ poſſe? finita eſt hominis & angeli poteſtas: ſed quis eſt terminus quo definitur? lex & forma diuinitus creaturis impoſita. Igitur fũdamentũ huius diſciplinæ eſt ſanguis quũ animãtis tũ hominis. Quod ſi nec prece, nec augurio, neceſſuſo cruore ſigna à Diis immittantur extrema tentanda ſunt & Manes execrandis ſacrificiis & imprecationibus euocãdi: Seneca in Oedipo.

Ne calta cœli qua leuis pennas ſecat
Nec fibra viuis rapta pectoribus poteſt
Ciere nomen, alia tentanda eſt via
Ipſe euocandus noctis æterna plagis
Emiſſus Erebo.

Hæc ars in magiam deſinit.

Vnde patet iſtos haruſpices fuiſſe etiam necromantas: quod etiam docet Clemens Alexand. in protrept. ad Græc. καὶ μὴν ἄδυτα Αἰγυπτίων καὶ τυρρηνῶν νεκυομαντεῖαι σκότῳ παραδιδόσθων: μανικὰ ταῦτα ὡς ἀληθῶς ἀνθρώπων ἀπίστων σοφιστήρια. Sane omnia diaboli pigmenta ſemper in exitium hominis deſinunt. Nunc ad huius capitis interpretationem accedo, in quo prodigia & portenta referuntur ad haruſpices vt quum Cumis Apollo ſudauit Capuæ victoria & mille alia quę paſſim apud Tullium, Liuium, Dionyſium inueniuntur: monſtra autem, portenta, oſtenta prodigia licet diſtinctam ex ſeſe habeant ſignificationem ſepe tamen confunduntur vt Seruius docuit & Tull. 1. de diuinat ſic diuinat. *Quia oſtẽdunt, portendunt, monſtrant, prædicunt oſtenta, portẽta, monſtra, prodigia dicuntur.* In eodem ſenſu à Feſto ſumuntur. diſtinguntur autem quum monſtrum ſignificat apud Feſtum id quod Naturæ modum egreditur vt ſerpens cum pedibus: auis cum quatuor alis, homo duobus capitibus: hoc enim contra Naturam eſt l. 14. ff. de ſtat. hom. l. 38. ff. de verb. ſignif. & peſſimum ſemper eſt (inquit Nonius) nam vt ille ait deorum iras & minas prędicit, idque ait ex 3. Æneid.

Oſtenta, portẽta, monſtra.

Sola nouum dictuque nefas harpia Celæno
Prodigium canit & triſtes denuntiat iras.

Portentum autem nihil aliud ſignificare ait quam oſtentum quo aliquid imminere ſignificatur ex Lucilio. *Niſi portenta, angueſque volucres ac pinnatos ſcribitis.* Hæc autem omnia aut contra aut præter Naturam rerum euenire demonſtrat Seneca in Hippolyto.

Cur monſtra ceſſant aula cur fratris vacat
Prodigia toties orbis inſueta audiet
Natura toties legibus cedet ſuis.

Ad hæc Tertull. *Quod etiam* (inquit) *officia temporum & elementorum munia exorbitant, quod & monſtris & portentis naturalium forma turbatur &c.* Violatio naturæ tacitam creatoris offenſionem

Natura nihil contra naturam agit.

arguit : eſt enim Deus in Natura vt Virgil. 6. Æneid docet. Idcirco non à Natura ſed à Deo per iram immiſſa hæc exiſtimabantur. Nam vt teſtatur Ariſtoteles de animal inceſſu cap. 11. natura, nihil contra Naturam facit. Papinius 7. Theb.

Nec monſtra tenent quæ plurima neƈtit
Prodigiale canens certi ſors præuia fati
Quippe ferunt diros monitus volucreſque feræque
Sideraque auerſique ſuis decurſibus amnes
Infeſtumque tonat pater & mala fulgura lucent.

Hetruſci igitur vt ait Liuius ad publica prodigia adhibebantur. Sed ſi quando contingeret, vt hoſtes eſſent Hetruſci, mittebantur oratores ſciſcitatum ad oraculum Delphicum vt teſtatur Liuius 1. & 5. Sed poſtquam Romano Imperio ſubieƈti fuiſſent quod per partes contigit male conſulentibus rei ſuæ Italiæ populis qui in communi non poterant conſiſtere aduerſus vnicam ciuitatem adhuc infantiæ ſuæ faſciis inuolutam & quaſi cunarum ſuarum anguſtiſſimis terminis obſeptam : tunc ſoli Hetruſci conſulebantur, adhæc illorum populorum natura diuerſa, origo varia, mores contrarij, forma ſtatus differens obſtitit, quominus in vnum poſſent conuenire. Sed hęc defenſio vana eſt, nam melior fit concentus ex diuerſis & contrariis tonis quã ſimilibus : pati enim debuerant vnum ducem & ſorti eius eleƈtionem committere. forſitam verò fatorum inflexibilis neceſſitas iis quandam culpæ excuſationem dabit: Immerito tamen, quum fatorum illa neceſſitas ex mediis cauſis emergat quibus ſe cęcì mortales ſubiiciunt aƈtionibus ſuis in hanc & illam irruentibus. Igitur Hetruria deuiƈta ceſſit Populo Rom. tuncque Senatus ſuſcepta portentorum cognitione, ſtatuebat vtrum accïendi eſſent Hesruſci : Cur non & populus ? in Auguriis hæc adieƈtio ſuperflua eſſet quum auguria ſint patrum : at in haruſpicina portenta & prodigia ſunt ſigna ſed horum interpretatio Augurum eſſe non videtur quum auſpicia ſint ſine ſanguine. At interpretari hęc non poſſunt ſine extorum inquiſitione. Nec me mouet quod Augures non tantum auſpiciis ſed etiam ſignis præuideant. Nam ſigna illa ex vniuerſi partium ordine & proportione naſcuntur : At hæc naturæ ordinem tranſcendunt idcirco diuerſis omnino præceptis hæ diſciplinę continentur, licet ad eumdem finem pertineant nimirum ad futurorum cognitionem qua mala impendentia auertantur & parentur bona. idcirco non obſtat quin diuerſæ ſint formæ & regulæ harum artium quibus & Augures & haruſpices deorum iras procurant, quum hoc non fiat iiſdem ritibus & cęrimoniis. igitur quum prodigiorum explicatio non ſit penes Augures merito Senatus auƈtoritas deſideratur : cur non & populi? quia ſigna niſi à ſapientibus & peritis cognoſci nõ poſſunt: at plebe quid inſipientius in his rebus. Cur ergo in cap. eorum, ſup. non tantum Senatus ſed & Populus ſciſcere debet ? quoniam ibi agitur non de officio tantum exercẽdo ſed maximè de conſtituen-

Hetruria carpitur.

Haruſpices & augures ad eũdem finem iras procurant diuerſis præceptis & modis.

do genere ſacerdotij vt poſſit publico iure prædictiones interpretari: hic autem non conſtituuntur ſacerdotes Hetruſci, illi qui acciuntur ex Hetruria ſed ex accidenti aduocantur vt conſulant & iudicent quid agendum ſit, quod ſola Senatus auctoritate decernitur, vt patet ex Valerio 1. cap. 6. quum de Veiorum expugnatione loquitur quod & clarius oſtenditur infra ex Liuio. Ergo ex Hetruria Romani vocantur. Sed tum quid agunt? quæ in hoc cap. continentur, quomodo autem cauſas harum rerum inueſtigent examinandum eſt. hoc oſtendit Lactantius Statij interpres qui *Ars* (inquit) *Haruſpicina hæc habet vt thuris motus & crepitus & fumi motus & flexus haruſpex ipſe colligat: quoniam hæc primum ſigna aut teſtantur extorum promiſſus, ſi bona ſint aut ſi contraria refragantur vt teſtatur liber de thuris ſignis qui ipſius Tireſia ſcribitur:* Hęc ait ille in hos verſus Statij 4. Theb. *Ars haruſpicum in quibus conſiſtit.*

Tunc Innuba Mantho
Exceptum pateris prælibat ſanguinem & omnes
Ter circum acta pyras ſancti de more parentis
Semineces fibras & adhuc ſpirantia reddit
Viſcera nec rapidas cunctatur frondibus atris
Subiectare faces atque ipſe ſonantia flammis
Virgulta & triſtes crepuiſſe vt ſenſit aceruos
Tireſias, illi nam plurimus ardor anhelat
Ante genas impletque cauos vapor igneus orbes
Exclamat tremuere rogi & vox impulit ignem.

In hæc vltima verba vox impulit ignē id eſt illius precibus flāma nutrita eſt. quod referendum eſt ad conceptionem illam orationis qua victima Deo conſecratur quod, etiam Seneca ſecutus eſt in Oedipo vbi Mantho ita ad Tireſiam loquens introducitur.

M. Opima ſanctus victima ante aras ſtetit
T. In vota ſuperos voce ſolenni voca
Araſque dono thuris eoi extrue
M. Iam thura ſacris cœlitum ingeſſi focis
T. Quid flamma? largas iamne comprehendit dapes
M. Subito refulſit lumen & ſubito occidit
T. Vtrumne clarus ignis & nitidus ſtetit?
Rectuſne purum verticem cœlo tulit
Et ſummam in auras fuſus explicuit comam?
An latera circa ſerpit incertus via?
Et fluctuante turbibus fumo labat?

Hæc ſunt principia huius artis cætera documēta paulatim crepſere ſub ſpecie religionis, & diuinationis affectu, vt ſi hoſtia placido vultu manū mactātis patiatur: deinde caſus ruentis hoſtiæ inſpicitur ictune vno ruerit, an pluribus: Præterea cruoris effuſio conſideratur an ex anguſtia vulneris exultet ſanguis vehementius, aut ex latitudine lentius effluat: hæc omnia primum animaduertuntur ab haruſpice vt certior & doctior ad fibrarum arcana procedat, quod eleganter idem ibidem oſtendit. *Quid animaduertit haruſpex ante fibrarum diſquiſitionem.*

T. Placidone vultu, ſacras & admotas manus
Patiuntur M. altum taurus attollens caput
Primos ad ortus poſitus expauit diem
Trepiduſque vultum obliquat & radios fugit
T. Vnone terram vulnere afflicti petunt?
M. Iuuenca ferro ſemet oppoſito induit
Et vulnere vno cecidit, at taurus duos
Perpeſſus ictus, huc & huc dubius ruit
Animamque feſſus vix reſultantem exprimit
T. Vtrum citatus vulnere anguſto micat,
An lentus altas irrigat plagas cruor?
M. Viuus per ipſam qua patet pectus viam
Effuſus animis huius exiguo graues
Maculantur ictus imbre ſed verſus retro
Per ora multus ſanguis atque oculos redit.

In motu, crepitu, flexu rerum Inanimatarum Dei conſilia quærunt quum res illæ per ſe moueri non poſſint ſed per accidens: vt eſt thus & in ictu, vulneris. & flexu ſanguinis prouidentiæ leges ſcrutantur quum in iis ne ſcintilla quidem inſit prudentiæ ergo ex accidentibus veritatis eſſentiam aucupantur. Quinimo & in cauda hoſtiæ nedum in extis & ſanguine ſecreta fatorum inquirunt. Nam ex ea parte in ignem coniecta præſentiebant grata ne eſſet Deo hoſtia ſcholiaſtes Ariſtophanis in pace. ἔθος εἶχον τὴν κέρκον ἐπιτιθέναι τῷ πυρὶ καὶ ἐξ αὐτῆς σημείοις τισὶ κατανοεῖν εἰ εὐπρόσδεκτος ἡ θυσία. Sed hoc Græcum non Hetruſcum eſt. Pergendum ad alia.

Ex cauda hoſtiæ diuinatio.

Iubetur deinceps vt Hetruriæ principes diſciplinam doceant: quod eſt accipiendum poſtquam Thuſci Imperio Romano adiecti fuiſſent. Nam legem dare nemo poteſt niſi ſubditis aut ciuibus eorum conſenſu. Antea licet eſſent hoſtes ſponte ſua huic arti animum applicabant: ſed ſubiecti impulſu Patriciorum hanc artem tractabant. Quod non ſemel profuit Romanæ Reip. Tacitus annalib. *Sepe aduerſis Reip. temporibus acciti quorum monitu redintegratas carimonias & in poſterum rectius habitas: primoreſque Hetruriæ ſponte aut patrum Romanorum impulſu retinuiſſe ſcientiam & in familias propagaſſe:* Impulſus ille patrum, prope in parendi neceſſitatem incidit, non tamen iuſſus dicitur: nam animi functiones neceſſitate frangi non poſſunt ſed ratione flecti. Quis enim cogere poſſet doctorem, eam diſciplinam edocere quam tenet? ad quęſtionem admoti & torti aliquando ſupprimunt veritatẽ nec violentia doloris adigi poſſunt ad verum dicendum. At multo minus cogi poſſet doctus vt doceat non quod verum eſt quod ſemper eodem modo ſe habet ſed quod opinione conſtat quod facile poteſt fingi l. 15. ff. de acquir. her. at quę in veritate ſunt ſecus l. ſequente ff. eod. igitur vis imperij nõ cogit Hetruriæ principes, ſed auctoritas Senatus impellit. quid ſi improbe & malitioſe conſulant? Si conſtet de perfidia, capite noxa luenda eſt. Gellius 4. cap. 5. Sed quos habebunt diſcipulos? principum

Perfidia haruſpicum capite plectitur.

cipum

cipum ciuitatis filios, ita vt primi maiorum gentium Patricij filios ſuos dent inſtituendos principibus Hetruriæ quod Senatuſconſulto ſancitum fuiſſe Valerius aſſerit 1. cap. 2. *Tantum* (inquit) *ſtudium antiquis non ſolum obſeruandæ ſed etiam amplificandæ religionis fuit vt florentiſſima tum & opulentiſſima ciuitate principum filiis SC. ſingulis Hetruriæ populis percipiendæ ſacrorum ſ diſciplinæ gratia traderentur.* Tullius 4. de diuinat. *Quocirca* (inquit) *bene apud maiores noſtros Senatus tum quum florebat imperium decreuit vt de principum filiis, ſex ſingulis hetruriæ populis in diſciplinam traderentur, ne ars tanta propter tenuitatem hominum à religionis auctoritate abduceretur ad quæſtum atque mercedem.* Valerij ratio alia eſt; ideo enim vult doceri principum filios vt religio amplificaretur: Tullius vero vt hęc diſciplina tenuitate & inopia eorum qui eam tractant non vileſcat traducta à religionis honore ad mercedem & quęſtum, quo poſſit egeſtatis vitium maiore vitio & peſſimo exemplo emendari: idcirco Senatum ſtatuiſſe vt nobiliſſimi & opulentiſſimi adoleſcentis non plebeij & tenues ad hanc ediſcendam admouerentur. Vterque inepte. nam vaticinandi munus regale eſſe probatũ eſt & conuenire tantum principibus. Eſt enim in eo vinculum imperij ad cõſtringendos imperitæ multitudinis animos prætextu religionis, tum etiam ad cognitionem eorum quæ ſpectant ad conſeruationem Reip. & euitanda pericula euerſionis. Idcirco Senatuſcõſulto cura docendæ huius artis iniungitur principibus Hetruriæ vt recte in hoc cap. Scriptum eſt, quum tamen Tull. & Valerius id populis Hetruriæ tribuant non principibus, ſed hoc interpretationem recipit vt populis quidem commendentur filij principum Rom. Sed ab iis inſtituantur qui populis illis præfecti ſunt, in quos ius populorum tranſlatum intelligi poteſt: vnde principibus populorum recte filij principum committuntur eadem ratione. Sed hic grauis eſt controuerſia inter Tullium & Valerium in numero filiorum, ille ſex refert, hic decem, quum vterque de tempore conſentiat, nimirum florentiſſima ciuitate quo tempore non ſex aut decem populi Hetruriæ ſed tota Italia, Europa, Aſia, Africa viribus imperij Rom. ceſſerant. Hetruria autem 12. populis conſtabat vt teſtatur Dionyſ. 6. & Liuius 1. cur ergo multo ante ſubiecta Thuſcia ſancitum eſt vt ſex aut decem filij, populis duodecim traderentur? Emendandus eſt vterque. id enim ex Tullio Valerius vt quædam alia decerpſit niſi quis dicat Tullium id ex Pontificum commentariis exſcripſiſſe, nondum tota Hetruria adiecto imperio Rom. quo tempore florẽtiſſima Roma videbatur reſpectu initij quod minima erat Ditionis: erant igitur Hetruriæ principes doctores, principum Rom. Liuius 9. Sed cur illi ſunt in diuinando peritiores? Tull. 1. de diuinat. ſic reſpondet. *Hetruſci quod religione imbuti ſtudioſius & crebrius hoſtias immolabant & extorum cognitioni ſe maximè dediderunt quodque propter aeris craſſitudinem de cœlo apud eos multa fiebant & quod ob eamdem cauſam multa inuſitata partim è cœlo, alia ex terra,*

Diſcipuli Hetruſcorum ſunt filij principum ciuitatis.

Emendantur Tullius & Valerius.

Cur Hetruſci in diuinando peritiores.

oriebantur: quædam etiam ex hominum pecudumue conceptu & ſtatu, oſtentorum exercitatiſſimi interpretes extiterunt. Hæc verba quæ ſequuntur in hoc capite: *Quibus Diuis creuerint* &c. Id ſignificant vt portenta & prodigia procurentur iis Diis à quibus ea immiſſa eſſe decreuerint ne piaculum committatur nominato vno Deo in procuratione pro altero. Ammianus 16. in ritualibus & Pontificiis obtemperantibus ſacerdotiis cautum ne alio Deo pro alio nominato cum qui eorum terram concutiat ſit abſtruſum piacula committantur. hoc modo, ritu, & ordine numen deorum inueſtigatur vt poſtea poſſit eorum ira placari: hoc enim fit ſacrificiis & precibus ad depellenda mala quæ ex ea ſequuntur, nam preces gratæ ſunt Ioui.

Preces Deo grata.

Καὶ γάρτε λιταί εἰσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο.

Diuerſi angelorum & dæmonum ordines.

Iliad. 1. vbi Iouis ſunt filiæ ſupplicationes. Sed quoniam diuerſæ ſunt poteſtates deorum vt vult Seruius, cœleſtes, terrenæ, & infernales ideo diuerſis honoribus placandæ ſunt. rurſus inter cœleſtes varij ſunt gradus earum, ſicut inter terreſtres, prout effectus producunt ſuæ magnitudinis indices: idem etiam poëtæ de inferorum Diis commenti ſunt. imitantur iſti Theologi, legiſlatores qui differentes inſtituunt magiſtratus quibus imperium & honorem Geometrica proportione tribuunt: hic ſummũ, illis medium, aliis infimum. Omnes tamen ſunt magiſtratus ſic omnes, Dij ſunt licet alij, aliis ſint maiores aut minores. quæ diſpoſitio non eſt omnino aliena ab ordine ſpirituum quorum ſacra ſcriptura differentes teſtatur poteſtates, vt in Angelis ſic in dæmonibus. Eorum enim ſunt nouem ordines conſtituti quos numerò multitudinis ſingulatim enũtiat ſacra ſcriptura, primus Seraphin Iſaiæ 6. ſecũdus Cherubin Ezech. 1. tertius throni Diuus Paulus ad Coloſſ. 1. quartus dominationes; quintus virtutes: ſextus poteſtates; ſeptimus principatus; ad Epheſ. 1. octauus Archãgeli ad Teſſal. 4. nonus Angeli. ad Hebreos 1. Diuus Dionyſ. hos nouẽ ordines aſſerit lib. 6. Gregor. Nazianze. orat. 2. de Theol. Diuus Chryſoſt. Homel. 4. in Geneſ. Diuus Damaſ. 2. cap. 3. fidei orthod. idẽ ferè de Angelis deſertoribus dici poteſt, licet enim pauciores peccaſſe videantur ex 12. Apocalyp. vbi draco traxit ſecũ tertiam tantũ partẽ ſtellarũ non diuidiam, tamen ex diuerſis ordinibus deſciuerunt à ſuo principe: ideo non mirum ſi Diuus Paulus ad Epheſ. 6. dæmonibus tribuit nomina principatuum & poteſtatum. Sunt igitur etiam dæmonum diuerſæ poteſtates ex quibus effectus diuerſi generantur. Sed quis Ethnicorum hæc nouit? nemo eorum dæmonem nouit in natura propria, niſi Platonem, Ariſtot. Plotinum & paucos alios proferamus qui obſcure videntur ſenſiſſe vnum fuiſſe rerum omnium principium & cauſam mouentem quæ tamen eſſet immobilis, cæteras ſubſtantias ex eo eſſe & pendere: eſſe etiam ſpiritus immortales in quibus quandam ſpeciem diuinitatis conſtituerunt, cæteras à diuinitate remotas & animalium. Plinius. *Fragilis & laborioſa mortalitas in*

partes ita digeſſit infirmitatis ſuæ memor vt portionibus coleret quiſque quo maxime indigeret. Cur ergo, homines adorarunt & bruta perinde ac deos. Sane illi vnum Deum eſſ ſuſpicati ſunt aut ſenſerunt non tamen vere coluerunt : hoc probat Diuus Iuſtinus in parænet. ad Græcos primum ex Orpheo tum ex Sibylla deinde ex Sophocle & antiquis Philoſophis quod etiam in libro de Monarchia demõſtrat, quo grauior eſt eorum offenſio quod vltro ſe offerentem veritatem auerſati, innumera mendacia coluere & ne ſoli in ſuperſtitione inſanire viderentur imperitã multitudinẽ eodẽ veneno infecere. Sed quoniam vulgaria & feculenta ingenia parum intellectu mouentur, plurimum ſenſu, ideo vt fundamenta huius machinæ firmius ponerentur primum deos humanã forma confinxere, cui impietati ipſamet ſcriptura colorem dedit interprete dæmone: quum enim in Geneſi Deus dicat. *faciamus hominem ad ſimilitudinem noſtram.* Sub imagine hominis Deum coluere quod recte idem docet in parænet. Ex illis corporum ſimulacris quæ diuerſa forma, habitu & ſtatura componuntur deos agnoſcunt eoſque à ſe inuicem diſcernunt : hanc opinionem obfirmauit frequentiſſima dæmonum occurſatio variis humanum genus ludificata figuris, ſpeciem multiplicis diuinitatis induxit, ſed in hoc naturam ſuam quaſi inceſtuoſo ementiuntur adulterio : Sunt enim mere ſpirituales ſubſtantiæ vt ait Tertull. in Apologet: Dauid angelos vocat ſpiritus Pſal. 113. Matthæ. 8. Luc. 8. & hoc etiam Plotinus intellexit de amore. ἀλλὰ πῶς καὶ τινὸς ὕλης μετέχουσιν : οὐ δὴ γὰρ τῶν σωματικῆς ἢ ζῶα αἰσθητὰ ἔσται : καὶ γὰρ εἰ σώματα προσλαμβάνουσιν ἀέρινα, ἢ πύρινα, ἀλλὰ δεῖ γε πρότερον διάφορον αὐτῶν τὴν φύσιν εἶναι ἵνα καὶ μεταλάχωσι σώματος· οὐ γὰρ εὐθὺς τὸ καθαρὸν πάντη, σώματι μίγνυται : καί τοι πολλοῖς δοκεῖ ἡ οὐσία τοῦ δαίμονος καθόσον δαίμων μετά τινος σώματος, ἢ ἀέρος· ἢ πυρὸς εἶναι. Hic vult à principio dæmonem creatum in ſimplici & ſpiritali natura, aeris tamen aut ignis poſtea corpus aſſumere poſſe cui miſceatur. Multi tamen Philoſophi nihil eſſe in ſubſtantiis ſpiritale ſed omnes eſſe corporeas credidere teſte Ariſtot. 4. phyſ. Claudianus Mamertus de ſtatu animæ, angelum etiam corporeum eſſe ſenſit his verbis. *Duplex ergo eſt angelica ſicut eſt humana ſubſtantia habens corpus totius facilitatis maximaque pulchritudinis quod hominibus quum iubetur appareat, habens incorporeum quo Deum ſemper videat iuxta illud euangelicum: Angeli eorum ſemper vident faciem patris mei:* Tum ille in cap. 14. lib. 1. *Spiritus illi eſt omni creato ſpiritu potentior, corpus illi de potiſſimo omnium elementorum ſublimius ſecundum illud propheticum, vbi angelica ſubſtantia duplex ſine dubitatione perhibetur, quo dictum eſt qui facit angelos ſuos ſpiritus ignem vrentem: ignem vero non eſſe ſpiritum, & ſpiritum perinde ignem non eſſe manifeſtum eſt : quia non iſthic allegorice aliquid accipiendum eſt ſicut illud vbi ait Dominus ignem veni mittere in terram quum de ſancto ſpiritu diceret : non enim credi fas eſt humanas animas ad amorem diuinum participatione angelici ſpiritus inflam-*

Quidã Ethnicorum verũ & vnum Deum eſſe ſenſerunt, ſed non vere coluerunt.

Cur Dij primi in ſpeciem hominis effecti.

Angeli ſunt ſubſtantia mere ſpiritales ſed corpus aſciſcere poſſunt.

mari quia eodem dono bonus eſt homo quo bonus eſt angelus, & eodem dono vterque beatus eſt: tum libro 3. cap. 6. idem teſtatur, ſed cap. 8 ſic ait. *Eſt igitur in Gabriele & incorporeum quo incommutabiliter Deum videat, & corpus quod Maria viderit quodque ſubditum ſpiritui ſocialiter gereret & quod gerendum in ipſa veritate illocaliter ſpiritus cognouiſſet: ſatis patet beatos Angelos vtriuſque ſubſtantiæ & incorporeos eſſe & in ea ſui parte qua ipſis viſibilis Deus eſt, & in ea iiſdem parte corporeos qua hominibus ſiunt ipſis viſibiles; quoniam nec Deus ab angelo per corpus nec angelus ab homine ſine corpore videri poteſt; quæ quum ita ſint negari nequit Diabolum ex incorporeo, corporeoque factum vt pote ſanctis angelis concreatum, duplicis eſſe ſubſtantiæ, qui poſtquam improbe ſuperbia tumuit & inuidiæ febre tabuit ſponte illocaliter ſanctitate prolapſus è cœlo non ſponte deiectus quum non angelus ſed bonus eſſe ceſſauerit, innocentiam perdidit non naturam: proinde ſicut Angelorum multitudo quæ perſtitit, in vtroque ſui beatificabitur, ita quæ deſtitit in ſui vtroque punietur.* Hæ Claudiani rationes euaneſcunt ex diſtinctione corporis naturalis & aſſumpti. Nam functiones angelorum in quibus, eis imperatur aut permittitur vt hominibus appareant non egent corpore naturali ſed aere inuoluti qualemcumque figuram induunt, & poſſunt corpus humanum aſſumere vt facilius cum homine communicent (ſi hoc datum ſit dæmoni à Deo) quod angelo non permittitur: hoc enim datur dæmoni tamquam carnifici in pœnam hominis. Ideoque male Themiſtius Heſiodum reprehendit quod dixerit deos aere indutos in terras deſcendere vt cum hominibus verſentur: Vult enim deos deuolui in corpus humanum ſua Natura deterius, vt communione corporis, humanæ ſocietati proſint idque ait oratione 9. vbi de induſtria labitur perſuadere deſiderans Valenti Imp. quem alloquitur eum Natura Deum eſſe non hominem, κατὰ χρόνους τινὰς ὡρισμένους ποτὲ μὲν ἀχήρατοι καὶ θεῖαι δυνάμεις ἐπ' ἀγαθῷ τῶν ἀνθρώπων ἐμβατεύουσι τὴν γῆν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατιοῦσαι οὐχ ἠέρα ἑσσάμεναι καθ' ἡσίοδον, ἀλλὰ σώματα ἀμφιεσάμεναι παραπλήσια τοῖς ἡμετέροις καὶ βίον ὑποδῦσαι ἥττω τῆς φύσεως ἕνεκεν τῆς πρὸς ἡμᾶς κοινωνίας. Sed ſane vnus tantum Deus eſt iſque cognoſci non poteſt niſi ex effectibus. Angeli autem, & Dæmones quos ſub deorum nomine & ſpecie coluit antiquitas ſingulatim cognoſci non potuerunt, ideoque nec eorum poteſtates diſtingui. Cur ergo legiſlatores tot fabulas de deorum numero, natura, & operibus palam edixere? Quamquam enim perſuaſerant populis deorum naturam ſummam eſſe & omnia complecti, cætera tamen fabulis inuoluerunt vt hac imbuti ſuperſtitione legibus parerent, deorum metu & reuerentia inducti, in quorum tutela ex conſtituuntur & à quibus initium ſumunt, quod ſic doctiſſimè Ariſtot. confirmat 11. Metaph. cap. 8. παραδέδοται ὑπὸ τῶν ἀρχαίων καὶ παλαιῶν ἐν μύθου σχήματι καταλελειμμένα τοῖς ὕστερον ὅτι θεοί τε εἰσι οὗτοι καὶ περιέχει τὸ θεῖον τὴν ὅλην φύσιν, τὰ δὲ λοιπὰ μυθικῶς ἤδη προσήχθη πρὸς τὴν πειθὼ τῶν.

Error Claudiani.

Error Themiſtij.

Cur tam fabuloſa de Diis finxerint legiſlatores.

πολλῶν καὶ πρὸς τὴν εἰς τοὺς νόμους καὶ τὸ συμφέρον χρῆσιν· ἀνθρωποειδεῖς τε γὰρ τούτους καὶ τῶν ἄλλων ζώων ὁμοίους τισὶ λέγουσι καὶ τούτοις ἕτερα ἀκόλουθα καὶ παραπλήσια τοῖς εἰρημένοις· ὧν εἴ τις χωρίσας αὐτὸ λάβοι μόνον τὸ πρῶτον ὅτι θεοὺς ᾤοντο τὰς πρώτας οὐσίας εἶναι θείως ἂν εἰρῆσθαι νομίσειε. Hic ait ſeparatis fabulis verum eſſe primas ſeu ſimplices ſubſtãtias ſeu ſpiritus deos eſſe: vbi intelligit Angelorum Naturas quodammodo diuinæ ſubſtantiæ eſſe praticipes, quas ipſe ab æterno eſſe exiſtimabat & falſo. Ex iis patet non potuiſſe ita deos intelligi vt ſeparatim cerni poſſint (vt hic loquitur auctor huius capitis) ex ſuis effectibus niſi aut arte ab ipſis dæmonibus edocta puta haruſpicina, aut ore ipſorum in oraculis aut carminibus Sibyllarum quæ etiam erant oracula ſed multo ante edita. Liuius 1. ait Tarquinium ſuperbum portento perculſum Delphos miſiſſe gratia Dei conſulendi, frequentius tamen fuere conſulti fatales libri per Decemuiros idem 1. decad. 3. & 10. decad. 4. duobus locis: interdum Hetruſci & haruſpices adhibebantur idem 2. dicat 4. *Priorum* (ait) *prodigiorum cauſa Senatus cenſuerat vt Conſul maioribus hoſtiis quibus Diis videretur ſacrificaret, ob hoc vnum prodigium haruſpices in Senatum vocati atque ex reſponſo eorum ſupplicatio in vnum diem edicta & ad omnia puluinaria res diuina facta.* Ergo hoſtiæ maiores adhibebantur ad procuranda prodigia id eſt taurus & bos quæ propriè dicuntur victimæ. Virgilius.

Angeli et dæmones gentibus incogniti.

Hoſtiis maioribus, maiora procurantur prodigia.

Et maxima taurus.

Victima.

Non tamen hoc ſemper iram deorum placabat: idcirco ad hoſtias ſuccidaneas ventum eſt: quod etiam Senatuſconſulto cauebatur: quæ ſic appellatæ ſunt quia ſi primis hoſtiis litatum non erat, aliæ poſt eaſdem ductæ cædebantur quaſi per ſubſtitutionem, quę quaſi prioribus iam cæſis luendi praculi gratia ſubdebantur & ſuccidebantur Gellius 4. cap. 6. Ea procuratio dicitur ſine litatione. Liuius 7. decad. 3. *Horum* (inquit) *prodigiorum cauſa diem vnum ſupplicatio fuit, per dies aliquot hoſtiæ maiores ſine litatione cæſa diuque impetrata pax Deûm in capita Conſulum, Rep. incolumi exitiabilis prodigiorum euentus vertit*; Parum eſt ſacrificare niſi litetur teſte Lactantio in Papiniũ ideo timor eſt grauiſſimi periculi ſi primis hoſtiis litatum non ſit, quod Papinius ſic oſtendit in 11. Theb.

Si primis non ſit litatum adhibentur ſuccidanea.

Diffugiunt famuli & regem ſolatur haruſpex
Ipſe inſtaurari ſacrum male fortis agique
Imperat & magnos ficto premit ore timores.

Ibi quidẽ non imperãtur hoſtię ſuccidaneę, quia prior hoſtia effregerat vincula ſua, ſed idem fuiſſet ſi ea immolata cognouiſſet Haruſpex non eſſe litatum: ideo Lactantius ibidem. *Erat* (inquit) *conſuetudinis vt ſi prima ſacrificia minime fuiſſent accepta numinibus, ſecunda haruſpex ſacrificia repararet donec viderentur eſſe ſuſcepta.* Patet ex dicto Liuij loco hoſtias ſuccidaneas fuiſſe duo capita principum ciuitatis quæ ſibi non popoſcerat dæmon ſed rapuerat: aliquã-

Humana hoſtia litatur. do decretũ eſt vt humana hoſtia litaretur. Liuius. *Interim* (inquit) *ex fatalibus libris ſacrificia aliqua extraordinaria facta inter quæ gallus & galla, Græcus & Græca in foro boario ſub terra viui demiſſi ſunt in locum ſaxo conſeptum ibi ante hoſtiis humanis Romano minime ſacro imbutum.* Igitur hæc ars differentias deorum docet. Sed ſi nec haruſpices nec libri Sibyllini id aperiant ad omnia puluinaria ſupplicatur vt ex dicto Liuij loco intelligi poteſt & libro 10. decad. 4.

Eſt quoddam ſacrum, templum, ara communis Diis omnibus. Eſt enim quoddam omnibus Diis commune ſacrificium & templum vt Pauſanias in Attic. teſtatur & in Corinthiac. non Semel & in Lacon. Sunt & aræ omnium Deorum communes idem in Eliac. 1. Et in Arcad. Sed vbi diſtinctæ fuerunt partes ſingulorum, tum ex magnitudine prodigiorum & deorum, certus hoſtiarum numerus decernebatur: idem, *Ob ea* (inquit) *decemuiri iuſſi adire libros edidere quibus Diis & quot hoſtiis ſacrificaretur:* Certæ etiam hoſtiæ, maiores quidem ſed aliquando etiam lactentes idem 2. decad. 3. *Conſul de religione patres conſuluit, decretum vt ea prodigia partim maioribus hoſtiis, partim lactentibus procurarentur & vti ſupplicatio per triduum ad omnia puluinaria haberetur, cætera quum Decemuiri libros inſpexiſſēt vt ita fierent quemadmodum cordi eſſe Diui carminibus præfarentur. Id Decemuirorum monitu decretum eſt, Ioui primum donum fulmen aureum pondo quinquaginta fieret:* I*unoni, Mineruæque ex argento daretur.* Hic patet quæ ſint hoſtiæ maiores à differentia lactentium, licet Feſtus hoſtiam maximam ouile pecus eſſe dicat. Ibi enim alia ratione maxima dicitur non ex magnitudine corporis ſed ex placiditate animæ. hic autem deorum poteſtates librantur ita vt æquo quaſi libramento ſacra iis oblata expendi debeant. Sed cur hic Liuius ait fulmen Iunoni dari quum nullę ſint eius Manubiæ? verum ibi non ſoli Iunoni ſed etiam Mineruæ ſimul conſecratum eſt fulmen: quod non pertinet ad cauſas tantum naturales ſed & ad religionem. licet enim ſolę Mineruę Manubię ad ſtatus publici euerſionem ſpectent, tamen lęſæ Iunonis indignatio ſępe mouet ſtatum vt in Troiæ excidio patet vbi vtraque ſimul dea ruinam hanc molitur. Sane Iuno Mater eſt Vulcani cui fabrica fulminis adſcribitur id eſt exhalatio illa quæ in aerem ſublata & aucta in eodem mouetur & inflammatur: vnde Iuno ſibi tribuit fulmina apud Papinium, vbi ſit Iouem alloquitur.

Quæ ſint hoſtiæ maiores.

Iunoni etiam fulmen datur.

Mea fulmina torques.

Vbi lactantius ait nullum fulmen eſſe ſine aere id eſt Iunone: ſed hæc Naturam ſignificat non conſilium aut prouidentiam: fallitur autem in eo quod ait cuique Deo certa attribui fulmina: Nam pauci ſunt Dij quibus tribuuntur: ſed de his ſupra dictum & infra dicetur in hoc capite. Redeo ad prodigia. Quum de cœlo lapides fluxerunt nouendiali ſacro procurabatur Liuius 10. dec. 3. *Porta* (inquit) *de cœlo tacta & in Palatio lapidibus pluit, id prodigium more patrio, nouendiali ſacro, cætera hoſtiis maioribus expiata.* Quod ait expiatum, procuratũ ſępiſſime dicitur ab eodem, id eſt cum cura pia-

tum: idem 3. dec. 3. *Lapidibus* (inquit) *circa id templum pluit ob quem imbrem nouendiale vt aſſolet ſacrum fuit cæteraque prodigia cum cura expiata.* Igitur hic, procurare Diis prodigia idem eſt quod expiare oblato Diis ſacrificio quo placari poſſint, & reſtitutis in integrum iis quæ deformata aut violata, aut omiſſa ſunt: & ſic hoc verbũ in dandi caſu apud auctores probæ notæ cõſtruitur, ſemper apud Tertull. Cernere hic pro decernere ſumitur, & vt Varro ait ſtatuere Nonius Iudicare: igitur decernebant haruſpices ſed decretum hoc Senatus auctoritas pręcedebat: hęc autem erat forma Senatuſconſulti apud Gellium 4. cap. 6. *Quod C. Julius, L. filius Pontif. nuntiauit in ſacrario in regia haſtas Martias moviſſe D. E. R. I. C.* (de ea re ita cenſuerunt) *vt M. Antonius Conſul. hoſtiis maioribus Ioui & Marti procuraret quod & cæteris Diis quibus videretur placãdis vti procuraſſet ſatis habendũ cenſuerunt, ſi quid ſuccidaneis opus eſſet Robigus accederet.* Hoc tamen munus procurãdi non haruſpicibus ſed Pontificibus incumbere videtur. Liuius 4. dec. 3. & 4. dec. 4. *Ea* (inquit) *prodigia ex Pontificum decreto procurata &c.* Idem 7. dec. 4. Imo & Conſulibus idem 8. dec. 3. *Prodigia* (inquit) *Conſules hoſtiis maioribus procurare iuſſi. &c.* Verum Conſules edicunt procuranda prodigia & ipſi poſſunt procurare, quia vt regij imperij cui pręſunt, ſic ſacrorum poteſtas penes eos erat ex Senatus decreto niſi ſummus Põtifex hoc ſuo Imperio vindicaret. Pontifices autem etiam ex Senatuſconſulto procurant, quod ſuperfluum eſſet ſi ſacra illa eſſent ſolemnia ſed quia extra ordinem ſuſcipiuntur Senatuſconſulto opus erat vt Hetruſci & haruſpices Coſſ. aut Pontifices procurarent. *Conſul vel Põtifex vel haruſpices procurãt prodigia ex Senatuſconſulto quia hæc ſacra extraordinaria ſunt.* Sequitur Poſtremum munus haruſpicum quod eſt in expiandis fulguribus & obſtitis: hic vt & in libris haruſpicum fulgur pro fulmine accipitur, ideo haruſpices qui de fulminibus cognoſcunt non fulminatores ſed fulguratores appellantur, quod Nonius ex Catone docet: *Fulgur pro fulmine.* Seneca 2. nat. quęſt. cap. 2. *Fulmen ignem eſſe æque fulgurationem qua nihil aliud eſt quam flamma, futura fulmen ſi plus virium habuiſſet: non natura ſed impetu diſtans.* Obſtitã autem ſunt ipſa quę fulminata ſunt. Feſtus, *Obſtitum Cloatius & Ælius ſtilo eſſe aiunt violatum attactumque de cælo, Cincius eum qui* Deo *deæque obſtiterit id eſt qui viderit quod videre nefas eſt:* Proprie tamen obſtitum obliquum ſignificat & ex conſequentia vitioſum quod in rebus profanis eget emendatione; in ſacris, expiatione. Lucretius. *Obſtitum quid.*

Omnia mendoſe fieri atque obſtita neceſſe eſt.

Hoc ad fulgurita tranſlatum eſt, quoniam ſunt cœleſtia fulgura & terreſtria. Plinius. 2. cœleſtium ictus ſemper eſt obliquus vt idem ait, idcirco obſtitum facit quod attigerit. Sunt ne hęc diuerſa vt aliud ſit fulgura piare, aliud obſtita? an vero qui rem ictam fulgure expiat fulgur etiam ipſum procuret? verum hęc inter ſe differunt natura, ſed ita cõiuncta ſunt vt vnum ſine altero non ſit. Nam ex fulguris procuratione ſequitur loci expiatio. Fulgura autem *Cæleſtia & terreſtria fulgura.*

procurabantur non tantum apud Romanos ſed multo ante apud Gręcos ita vt iis vt Diis etiam ſacrificia celebrarentur. Pauſanias in Arcad. Ἀρκάδες θύουσιν ἀστραπαῖς αὐτόθι καὶ θυέλλαις τε καὶ βρονταῖς: & ſic adorabantur: Quinetiam fulgetræ quadam adulationis ſpecie placabantur non ſecus ac equi ferocientes qui ab aurigis aut equiſonibus ſuis, demulcentur quod Gręci ποππύζειν dicunt auctore Varino quod recte fulgetris accommodatur quę ferocitate quadam exultantes ibi periculum minãtur vbi proruerint quod ne accidat poppyſmo placantur Plinius 8. c. 2. *Fulgetras poppyſmis adorare conſenſus gentium eſt.* Malè Politianus reſtituit auctorare. Vere enim adorabantur fulgura, quum iis ſacra fierent & poppyſmate ad leniendam iram colerentur. hoc genere adorationis vtebantur magi qui vitę alienę ſortem prædicere profitentès ex frontis & manus inſpectione iubebant crebro vti poppyſmate ad euitanda pericula quo malum dęmonem ſibi conciliarent, vnde locus ille Iuuenalis elucidatur Satyra 6.

Adorantur fulgetra & poppyſmo placantur

Sortes ducet frontemque manumque
Præbebit vati crebrum poppyſma roganti.

Mali genij placantur poppyſmo.

Quid ſint poppyſmata.

Cõdere fulmẽ.

Vbi carpit eos qui credunt vatibus ex fronte & manu fortunam iudicantibus qui hoc poppyſmate, vanis & facilibus animis fidem placandi mali genij & auerruncandi mali inſinuant. hæc poppyſmata ſunt preces ſecretæ & tacitę quæ nullum teſtem niſi dæmonem habent, eæque in piando fulgure & ſacrificio illo quo adorabatur à ſacerdote, murmure tacito proferuntur: tumque fulmen condebatur quum ſacerdos diſperſos ignes in vnum colligere & quadam prece tacita terræ conderet & conſecraret; vnde Lucanus.

Diſperſos fulminis ignes
Colligit & terra tacito cum murmure condit.

Iuuenalis Satyr. 6.

Atque aliquis ſenior qui publica fulgura condit.

Locus autem ille bidental appellatur quod in eo bidentibus hoſtiis ſacrificaretur auctore Feſto. Acro in hunc locum Horatij de arte poët.

Nec triſte bidental
Mouerit inceſtus.

Bidental.

Bidental (inquit) *locus fulminis triſte autem quod propter lapſum fulmen conſtituitur & eſt bidẽtal à bidentibus dictum, nam reliquias fulminis cum ſacrificio ſepeliebant*: Vbi male Porphyrio ait hoc expiari nõ poſſe; hac enim ſepulturæ ſpecie, ſacrificio & tacita prece expiatur & in memoriam huius expiationis duæ aræ ibi extructæ conſeruantur & manent, quibus locus ante ignotus inſignis euadit Artemidorus 2. ὁ κεραυνὸς τὰ ἄσημα τῶν χωρίων ἐπίσημα ποιεῖ διὰ τοὺς ἐνιδρυομένους βωμοὺς καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς γινομένας θυσίας. Et ſic locus ille humano iuri per conſecrationem eximitur, non vt templũ ſit vel auſpicaturis vel adoraturis, ſed vt monumentum placatæ

Locus fulmine ictus quomodo conſecratur.

deorum

deorum extet indignationis: nam amplius locus ille adiri non poterat ſine piaculo: idcirco quum Pyrrhus ſomniaſſet à ſe fulmine ictam Lacedemonem inflammari Lyſimacho nō placuit quod loca fulmine icta inacceſſa manerent: quam interpretationem euentus comprobauit Plutar. in Pyrrho. hoc & Papinius innuit & confirmat Lactantius in 10. Thebaid. hoc verſu.

Qui tremor illicita cœli de lampade tactos
Hic fixit iuuenem.

Vbi interpres *illicita* (inquit) *à longinquo epitheton traxit eo quod non liceat tangi loca vbi iaceant fulminati.* Hoc monet ne iterum polluantur hominis acceſſu à quo loca illa polluta fuerant, & merito non reuertitur in poteſtaté eius quod certo ſigno ſibi vindicauit Deus, tamquam crimine humano humanum eſſe deſierit, ſed non eo modo quo alia conſecrantur: nam hæc ab inuito homine & ex cauſa abominanda afferuntur diuinitati, idcirco triſtia ſunt, inacceſſa, & infelicia: illa autem voto pietatis & cauſa religionis offeruntur: quod in errorem impulit Porphyrionem vt crederet expiari non poſſe quod ad priſtinam naturam reuerti non poſſent. Sed an omnia loca tacta aut afflata fulmine polluta ſunt? huic quæſtioni Acro reſpondet in hunc locum Horatij. *Differentia inter conſecrationem loci fulminati & templi.*

Tu parum caſtis inimica mittes
Fulmina lucis.

Pollutis (inquit) *ſecundum Pontificum documenta & Haruſpicum qui dicunt nunquam fieri fulmina niſi locis pollutione aliqua alienis & niſi expientur damnum futurum eſt.* Sed hoc de fulmine non de fulgure eſt accipiendum vt ſupra oſtenſum eſt: ad hęc Virgil. Eclog. 1.

Sæpe malum hoc nobis ſi mens non læua fuiſſet
De cœlo tactas memini prædicere quercus.

Quid ſi non terra ſed perſona de cœlo tacta ſit? aliud eſt nam eo caſu expiari non poteſt niſi morte tacti hominis ideo corpus illud vt execrandum euitatur. Perſius de homine cœlitus percuſſo.

Triſte iaces lucis euitandumque bidental.

Ideo inter leges Numæ hæc recenſetur à Feſto, *Si hominem fulminibus occiſit ne ſupra genua tollito*, tum alibi: *homo ſi fulmine occiſus eſt ei iuſta nulla fieri oportet.* Iuſta enim nō fiunt niſi ei quē pia mēte Deū fore exiſtimabant vt infra dicetur, at Deus fieri non poteſt quem Deus indignum vita & ſocietate humana iudicans de medio ſuſtulit, aut notauit ſigno indignationis ideo corpus eius humi mandatur ſine vllo funere ita vt nefas ſit cremare illud: quod iuſto tantū funeri datur. Plinius 2. cap. 54. tanta eſt vis in hunc diuinæ indignationis vt antequam feriatur fulmine hebetantur adeo eius ſenſus vt nequidem fragorem cœli tonantis audiat. Ammianus 17. *In Tagetis Thuſci libris legitur veiouis fulmine mox tangendos adeo hebetari vt nec tonitrum nec maiores aliquos poſſint audire fragores.* Sed obſtat Numæ inſtitutio in luſtrandis fulguribus quam à Ioue didicit longè differentem ab ea quam ſupra dixi: Eaque cauſa Iouem magicis *Homo fulminatus inexpiabilis.*

Hh

carminibus & arcanis ſacrificiis Picus & Faunus euocatum coram Numa ſtitere, vnde locus vbi Iupiter apparuit Elicius dicitur ibique templum Ioui Elicio conſtructum quod eliciatur è cœlo ad euocationem vel expiationem fulguris: iam enim oſtenſum eſt Iouem eſſe principem expiationis. Male ergo Plutar. ait Elicium dici quaſi ilicium à voce Græca ἵλεως id eſt propitius contra Ouidium3. Faſt.

Elicius Iupiter quis.

Error Plutarchi.

Eliciunt cœlo te Iupiter vnde minores
Nunc quoque te celebrant eliciumque vocant.

Sic Varro 5. de ling. lat. Liuius 1. *Ad ea* (inquit) *elicienda ex mentibus diuinis Ioui elicio aram in Auentino dicauit* : Hic non ait elici Iouem vt doceat procurationem quum abſurdum eſſet iam enim ab illo ea didiſcerat ſed ad elicienda fulgura ex quibus fata præuidebant quod plane confirmat Plinius 2. cap. 53. improbat tamen hanc ſuperſtitionem, *imperari* (inquit) *naturæ audacis eſt credere nec minus hebetis beneficiis abrogare vires.* Igitur hic Deus elicitur vel vt det fulgura vel vt data expiet ſua præſentia non vt vtrumque fiat ſimul ſed in diuerſis caſibus. In hoc magico ſacrificio quo Iupiter eliciebatur, ſi minus ſolenniter quid actum fuiſſet grauiſſimum erat euocantis periculum eoque modo ferunt. Tullum Hoſtilium fulmine cum tota domo conflagraſſe teſte Plinio ibid. Liuius 1. *Ipſum regem tradunt voluentē cõmentarios Numæ quum ibi quædam occulta ſolennia ſacrificia Ioui Elicio facta inueniſſet operatum his ſacris, ſe abdidiſſe, ſed non recte initum aut curatum id ſacrum eſſe, nec ſolum nullam ei oblatam cœleſtium ſpeciem ſed ira Iouis ſollicitati praua religione fulmine ipſum cum domo conflagraſſe.* Hoc factum fuiſſe incantamentis non audet. Plut. aſſerere licet id à nonnullis relatum fuerit : quaſi vero Numa non fuerit magus edoctus in diſciplina Pythagoræ quē in ea arte excelluiſſe ipſemet Plutar. teſtatur. Carmina magica ſunt murmurationes quæ in nefandis his ſacrificiis ſummiſſa voce ſępius iterabàt quo magis ſui voti effectus accelerarentur. Ariſtides de concordia, ὅμως δὲ χρὴ τοὺς ἐπῳδοὺς μιμήσασθαι οἱ τὰς αὐτὰς φωνὰς φθεγγόμενοι πολλάκις, οὕτως ἀνύτειν δοκοῦσι. Dæmones fingunt ſe verbis moueri & carminibus quum tamen meræ ſint voces quæ ſolum aerem percutiunt. Feſtus, *Piari* (inquit) *veluti proprio verbo ait Verrius qui parum ſunt animati quum mentis ſuæ non ſint & per quædam verba liberantur incommodo.* Recte piari ait quū verbis fierēt expiationes vt hic. Sic apparet priora fuiſſe poppyſmata, ſacrificio; tum reliquiæ illæ fulminis colligendæ ſunt vt nullum iræ diuinæ veſtigium ſuperſit, quod omnino delendum eſt ne in illis reliquiis ira deferueſcens ſui auctoris euocati præſentia renouetur Deinde collectæ conduntur in terra & Deus è cœlo elicitur vt adſit adorationi fulminis à ſe deiecti & ſe in eius procuratione coli & placari videat. Videamus expiationem Numæ de qua ſic Plutarch. in eius vita, τὸν ἐπὶ τοῖς κεραυνοῖς ἐκδιδάξαι καθαρμὸν ὃς ποιεῖται μέχρι νῦν διὰ κρομμύων καὶ τριχῶν καὶ μαινίδων.

Euocatio fit magico carmine cum euocantis ſummo periculo.

Numa magus.

In magia ſepius iterantur voces eadem.

Ordo & cauſa horum rituum.

Hoc genere expiationis ait etiam vſque ad ſua tempora Romanos vſos fuiſſe. Verum nihil quicquam diſcrepat hoc ab iis quæ dicta ſunt. Nam & capita ceparum & capilli & paruæ haleces ſimul cum reliquiis illis terræ mandabantur. Sed ad quid hęc omnia? an aliquid ceparum capita expiationi cnferunt? Ægyptij inter deos allium & cepe retulerunt. Plinius 19. cap. 6. *Allium, cepaſque inter deos iureiurando habet Aegyptus:* Quod ad allium attinet certum eſt apud antiquos vim auertendi mali habuiſſe ſi credere fas eſt Perſius Satyra 5. *Cepa & alliũ expiant.*

Incuſſere deos inflantes corpora ſi non
Prædictum ter mane caput guſtaueris alli.

Cepa autem non minoris eſſe virtutis arguitur ex eo quod æque ac allium meruit conſecrari idque ab Ægyptiis qui nihil niſi ex cauſa coluerunt vt Plutar. in Iſide teſtatur ſed male ait ſacerdotes Ægyptios cepam abominari & indignari inter cibos ſumme ab eius eſu cauẽtes quod Dictys alumnus Iſidis dũ cepas captat in fluuium lapſus eſt & periit. Ignorauit cepam ab iis adorari ideoque abominari ſuæ diuitatis corruptionem & eſum. Quod ſic Iuuenalis irridet ſaty. penult. *Error Plutarchi.*

Porrum & cepe nefas violare & frangere morſu
O ſanctas gentes quibus hæc naſcuntur in hoſtis
Numina.

Nec adeo abſurdum eſt quod fingitur de alumno Iſidis, is enim Lunæ elemento nutritus id eſt piſcibus & humiditate, nam dictys piſcatorem Græce ſignificat is carpebat in alimentum quod Lunæ poteſtati repugnat: cepa enim ſola inter omnes plantas decreſcente Luna florere & augere ſolet quod ibidem ita docet. ὅτι τῆς Σελήνης φθινούσης μόνον ἀντεροφεῖν τοῦτο καὶ τεθηλέναι πέφυκεν: Idcirco humoris vi & poteſtate periit qui eam vnde nutritus eſt voluit violare, aduocata & accepta in hunc effectum virtute contraria quæ etiam eadem ratione violata eſt. Cepa ergo aliquid myſticæ & arcanæ naturæ complectitur, vt nec tangi poſſit ſine dolore (quod de igne diximus) nec edi ſine piaculo pollutionis: Ideoque non mirum ſi iureiurando inter deos habita ſit, Deus enim nec tangi nec dentibus frangi poteſt quatenus Deus eſt. Cepa ciet libidinem quod ſitim prouocet & moueat appetitum vnde pruritus libidinis excitatur: ſi tangatur exprimit lacrymas ita vt diebus feſtis quibus lætitia publice ſancitur edi non debeat quod aſſerit Plutar. ibid. Capilli vero placant iram ſeuientis Neptuni: vnde qui in mari tempeſtate iactabantur vt eam euitarent capillis in medios fluctus proiectis ſe quaſi libertos Neptuni profitebantur: Petronius. *Audio non licere cuiquam mortalium in naue neque vngues, neque capillos deponere niſi quum pelago ventus iraſcitur.* Hoc enim proprie eſt ſe oppreſſum violentia maioris poteſtatis in tutelam Dei tamquam Patroni recipere: quod indicat ritus ille quo in manumittendis ſeruis vtebantur; nam capita eorũ radebantur: vnde Nonius. *Cepa cur Lunæ contraria.* *Cur capilli in procurãdo fulgure.*

Cur in danda libertate capilli tolluntur. in quo ritu ſignū eſt mutatæ conditionis in meliorem ſtatum.

Qui liberi fiebant ea cauſa calui erant quod tempeſtatem ſeruitutis videbantur effugere vt naufragio liberati ſolent. Sed ad quid in procuratione fulguris placanda eſt ira Neptuni? aut quid habet commune cum fulmine ceparum Natura? nimirum quod cepa ſit calida humida ſicut aër quo Iouis arma cuduntur. Ariſtot. probl. ſect. 20. quæſt. 22. vult in cepa vaporem eſſe calidum & lente humidum qui ſua tenuitate peruadit humorē oculorū eumque calore vehementi ita mouet vt dolorem cieat & lacrymas excutiat quo quid poteſt aptius accommodari fulmini quod tamquam ex pectore Iouis erumpit humore & calore: vt ex humore imbres, ex calore fulmina mittantur: pluuiæ lacrymis, dolores tonitruis & fulminibus comparantur: nec immerito hęc iunguntur, ſepe enim quum tonitrua & flumina mugiunt & ruunt, pluuiæ diffunduntur. Et ſic cepa aeri ſuæ Naturæ ſpecie conciliatur. Capilli autem non ſunt ſpecialiter Neptuno ſacri: non ſolū enim ex humore profluūt ſed & ex calore ideo illuſtris familiæ adoleſcentes comam detonſam Apollini conſecrabant. Plutar. in Theſeo aut alij numini vt Nero Ioui Capitolino Xiphil. in Nerone. Tranquill. in eod. ætatis tenellę infirmitas & iudicij fragilitas incremento temporis immutata luſtratur hoc ritu qui verum eſt Symbolum mutatæ conditionis deterioris in meliorem vi maioris poteſtatis. reus criminis capitalis abſolutus tondebatur & ſacrificio Dijs acturus gratias aſcēdebat Capitolium. Martialis libro 2. Epigramm. 74.

Ad alta tonſum templa quum reum miſit.

Raſis capillis cur luſtratio fit.

6. & 21. Deuter. Leuit. 14. Numer. 8. igitur exciſio capillorum luſtralis eſt & exuuiæ illæ gladio præciſæ à corpore, furorem quodammodo leniunt eius in cuius honorem deponuntur. Poſtremum quod in procurandi forma poſitū eſt magis placat quia & animam habet & eſt contrarium Naturæ ignis fulminei: at capilli ne viui quidem viuæ ſunt partes ſed quaſi mortuæ: Syneſius in encomio Caluitij. ἀλλ᾽ οὗτός γε ἠμέλει τῶν τριχῶν ὡς καὶ δωρεῖται νεκρῶν· νεκρὸν γάρ τι καὶ αὗται καὶ τοῖς ζῶσιν· οὐ ζῶντα μέρη παρήρτηνται. Verum in iis quæ ex viuo deciſæ ſunt eſt quoddam vitæ ſignum maxime humore conſtans, ideoque Neptuno aptius. Iam oſtendi deos maxime placari interitu eius quod oderunt: piſciculi autem iſti, placandi Vulcani gratia viui inhumantur, qui Deus vorax eſt & crudelis & maxime appetens humanarum animarum quod ex Feſto relatū eſt in cap. *Quæ quoique.* Vbi pro. piſcatoribus, viui piſculi in ignē cōiiciuntur, pro animis humanis; cur pro piſcatoribus? nimirum vt contrariā ſuæ viuendi formæ poteſtatem ſibi placabilē efficiant. Sed cur illic coniiciuntur in ignem: hic vero humi mandātur: quia hic, locus eſt cōſecrandus, & placādus: Deus illic tātum Deus eſt placādus. locus cōſecratur ſepultura corporum illorū quæ iam prece deuota, poſtea ſacrificio cōſecranturi tum placatur Deus anima illa (cum reliquis duobus) quæ in vicem humanæ ſubſternitur: nam ex eo reſponſo Iouis elicij ſatis eſt exploratum in illa ani-

Viui piſciculi placant Vulcanum.

Cur modo viui piſces vruntur: modo humātur

bignitate harum vocum capitibus animatis vt eſt apud Plutar. in Numa dæmonẽ flagitaſſe hominis animam, ſed ne non Deus videretur ſimulauit ſe interpretatione Numę propitiari. Ouid. 3. Faſt.

Cæde caput dixit cui rex parebimus (inquit)
Cædenda eſt hortis eruta cepa meis
Addidit hic hominis ſumes ait ille capillos
Poſtulat hic animam cui Numa piſcis ait.

Cum his tribus luſtralibus corporibus fulminum ignes collecti ſepeliuntur, cum tacita prece in qua eſt adoratio, & poſtea ſacrificio & aris diuino iuri mãcipatur. Sacrificiũ hoc fit ex agna candida. Seneca 2. nat. quæſt. cap. 36. *Hanc ſi ſacrificiis & capite niuea agna exorari iudicas diuina non noſti* &c. In his eſt euocatio numinis, purificatio loci, & conſecratio, expiatio placatioque fulminis. non idem eſt purificare & conſecrare quia purum eſt quod nulla labe pollutum eſt nulla mixtura inquinatum; vt homo purus ſceleris, non ideo ſacer eſt. Vbi autem quædam eſt contracta pollutio ibi prius ea tollenda eſt legitima luſtratione vt ſine piaculo poſſit Deo dari & conſecrari. dictum eſt de piatione fulgurum & obſtitorum: Sed hoc addendum duxi quod has expiationes ipſi etiam ethnici reprobarunt. Seneca eodem libro cap. 35. ſed cap. 37. temperat id quod dixerat. *Exiſtimamus* (inquit) *Vota proficere ſalua vi ac poteſtate fatorum; quædam enim à Diis immortalibus ita ſuſpenſa relicta vt sũt in bonũ vertãt ſi admotæ Diis preces fuerint, ſi vota ſuſcepta: ita nõ eſt hoc cõtra fatum ſed ipſum quoque in fato eſt*: tum paulo poſt. cap. 38. *Quid ergo Haruſpex mihi prodeſt? vtique enim expiare etiam non ſuadente illo mihi neceſſe eſt. hoc prodeſt quod fati miniſter eſt: ſic quum ſanitas videatur eſſe de fato debetur & medico quia ad nos beneficium fati per huius manus venit*: & ſic iſti vates ſunt tantum in expiatione fatorum miniſtri ideoque vim fati neque auertunt neque tollunt: Papinius ergo non vere loquitur quum ait libro 7. Thebaid.

Agna candida ad quid.

Ridentur hæ expiationes.

Hic hominum caſus lenire & demere fatis
Iura frequens.

Putabãt eſſe vim ſummã in murmure illo tacito in quo terribilium nominũ poteſtates vocabãtur: in cepa, in capillis hominis, in halecibus addo molã ſalſam, thus ſanguinẽ (credo hominis) verbenarũ ſuffitionem. Arnobius. 5. *Et quænam illa quæſo diuina res fuit quæ ab impetu rerum tanto, Iouem compulit auocari & mortalium ſeſe denunciationibus ſiſtere, mola ſalſa, thus ſanguis, verbenarum ſuffitio & nominum terribilium fremores.* Hic autem euocatur Iupiter quia pręeſt omnibus cœli regionibus. Sed hoc ad correctionem morum traduxit Seneca eod. libro cap. 42. *Ad coërcendos animos imperitorum ſapientiſſimi viri iudicauerunt. ineuitabilem metum vt ſupra nos aliquid timeremus: vtile erat in tanta audacia ſcelerum aliquid eſſe, aduerſum quod nemo ſibi ſatis potens videretur: ad conterrendos itaque eos quibus Innocentia niſi metu non placet poſuere ſuper caput vindicem & quidem armatum, quare ergo id fulmen quod ſolus Iupiter mittit placabile eſt:*

Quibus euocatur Iupiter & cur ſolus.

pernicioſum id de quo deliberauit & quod aliis quoque auctoribus mittit? Quia Jouem id eſt regem prodeſſe etiam ſolum oportet, nocere non, niſi cum pluribus viſum eſt: diſcant hoc ij quicumque magnam potentiam inter homines adepti ſunt, ſine conſilio nec fulmen quidem mitti, aduocent, conſiderent multorum ſententias, placita temperent & hoc ſibi proponant vbi aliquid percuti debet ne Joui quidem ſuum ſatis eſſe conſilium. Tres ergo Iupiter habet Manubias vt ſupra ex Feſto probatur & clare

Iouis tres manubiæ quales.

Seneca docet eod. libro cap. 41. his verbis. *Prima monet & placata eſt & ipſius Conſilio Jouis mittitur : ſecundam mittit quidem Iupiter ſed ex conſilij ſententia, duodecim enim deos aduocat : hoc fulmen boni aliquid aliquando facit ſed tunc quoque non aliter quam vt noceat ne prodeſt quidem impune. Tertiam Manubiam idem Jupiter mittit ſed adhibitis in conſilium Diis quos ſuperiores & inuolutos vocant.* Hic ait alteram manubiam non eſſe ſolius Iouis quia 12. Dij adhibentur ad conſilium, ſed quia nõ ſunt ſuperiores prȩualet Iouis imperium ideoque in iis etiam Iupiter dominatur : quod autem ait prodeſſe ſed non impune ſignificat prodeſſe ſed tamen vt terreat aliquid mali ferre, bona tamen eſt in vniuerſum : quod autem deos ſuperiores inuolutos vocat oſtendit diſtingui non poſſe ſuis pote-

Inuoluti Dij cur dicuntur.

ſtatum differentiis : quia reuera vnus eſt Iupiter cum Minerua quæ duo vnum ſunt ſub diuerſis effectibus. Quid mirum ergo ſi ſolus Iupiter ad euocanda & procuranda fulgura euocaretur? nunc

Fulminum diuiſio.

diuidamus fulmina quorum ars (inquit Seneca eodem libro cap. 33.) in tria diuiditur quemadmodum exploremus, quemadmodum interpretemur, quemadmodum exoremus: prima pars ad formulam ſpectat, ſecunda ad diuinationem, tertia ad propitiandos deos, quos bona rogare oportet, mala deprecari rogare vt promiſſa fir-

Fulmen inter ſigna potentiſſimum.

ment : deprecari vt remittant minas. Hoc autem notandum eſt omnia ſigna tolli fulmine quod idem ſic aſſerit cap. 34. *Summam eſſe vim fulminum indicant, quia quicquid alia portendunt, interuentus fulminis tollit: quicquid ab his portenditur fixum eſt nec alterius oſtenti ſignificatione mutatur : quicquid exta, quicquid aues minabuntur, ſecundo fulmine abolebitur: quicquid fulmine denunciatum eſt nec extis nec aue contraria refellitur :* Quam opinionem idem recte refellit paulo poſt. Dictum eſt fulgurum alia eſſe cœleſtia alia terreſtria : cœleſtia Ioui tribuuntur, terreſtria humano id eſt Plutoni: illa ex ſideribus aut natura ſuperna veniunt hæc ex proxima atque turbidiore Natura vt teſtatur Plinius 2. cap. 52. hæc etiam infera dicuntur vt ille ait: Ioui Diurna, humano nocturna. Diurnum ab antiquis dicebatur Dium ἀπὸ τοῦ Διὸς (inquit Feſtus). Ergo duo ſunt tantum Dij primarij: Thuſci tamen exiſtimabant nouem deos emittere fulmina eaque vndecim generum. Iouem enim trina iaculari (inquit Plinius): Atqui ſi Diurnæ Manubiæ ſoli Ioui attribuantur, vbi erunt Mineruales? Vbi Vulcaniæ? verum vtræque Ioui vt

Nocturna fulmina, dira ſunt.

principi aſcribuntur licet non ſoli. terreſtria vero ſeua maxime & execrabilia ſunt vt idem teſtatur, & quum nocturnæ, diuinis ad-

uer ſentur non tantum ratione principij ſed etiam ictus qui rectus eſt, non erit eadem obſeruanda cœli partium ratio ſed contraria ita vt maxime dira ſint fulgura quæ per Septentriones occaſum attingunt (inquit idem 2. cap. 54.) vbi etiam ait inter diurna lęua & ab ortu ſurgentia eſſe proſpera : vt opponantur nocturnis quæ in nulla parte fauſta ſunt ſed ex iis quædam minus dira ſunt ſicut ex diurnis minus proſpera. Igitur nocturna numquam fauſta ſunt quia ſunt ex Ioue Infernali qui malus dicitur id eſt infelix ad diſtinctionem cœleſtis qui optimus dicitur. Statius libro 9. Thebaidos.

Sic vbi Nocturnum tonitru malus æthera frangit
Iupiter.

Poteſtas tamen illi Iouis data eſt Seneca in Hercule furente.

Dira Maieſtas Deo.
Frons torua fratrum qua tamen ſpeciem gerat
Gentiſque tantæ vultus eſt illi Iouis
Sed fulminantis.

Homerus Iliad 1. eum homini inimiciſſimum vocat inter omnes deos: hunc & Iouem appellauere vt apud Virgil. ſtygius dicitur ratione poteſtatis quam vt tyrannus exercet idque, vt cœleſtis, etiam ex conſilio vt notat Euſtathius Iliad H. in hos verſus qui huic rei maxime conueniunt. *Iupiter ſtigius euſdem poteſtatis ac cœleſtis.*

Πανύχιος δὲ σφιν κακὰ μήδετο μητίετα ζεύς
Σμερδαλέα κτυπέων τὺς δὲ χλωρὸν δέος ἥρει
Οἶνον δὲ ἐκ δεπάων χαμάδις χέον: ὐδὲ τις ἔτλη.
Πρὶν πιέειν πρὶν λεῖψαι ὑπερμενέϊ κρονίωνι.

Ex hoc poſtremo verſu patet error Euſtathij qui in Iliad 1. hoc verſu.

Τοὔνεκα καί τε βροτοῖσι θεῶν ἔχθιστος ἁπάντων.

Negat in vlla vrbe aut aram poni aut hymnum cani huic Deo aut libari aut immolari: nam hic ſumme petenti Saturnio quem pro Plutone intelligit Homerus libatur: & Romæ erat templum ſummani apud Liuium 2. decad. 4. ſed Euſtathius loco Plutonis intellexit mortem & male viuit enim auctor mortis ſed pœnæ id eſt dæmonum princeps licet mors ipſa ſit vitę contraria quod autem mors non culta ſit ille ſic ex Æſchylo oſtendit. συμβάλλεται καὶ Αἰσχύλυ το, μόνος θεῶν θάνατος, οὐ δώρων ἐρᾷ, οὐδ' ἄν τι θύων οὐδ' ἐπισπένδων λάβοις. Eſt & ſpecies quædam fulminis incerti vtrum ſit Iouis an ſummani quod prouorſum appellatur: quo caſu Ioui fulguratori & ſummano fit res diuina non ſimul nec in eodem templo: Nam hæc numina inter ſe pugnant ideo conuenire non poſſunt. Neque tamen in procurando fulmine differentia eſt in corporibus luſtralibus: nam eædem res ſimul infodiuntur & preces tacitæ ſolo mutato nomine Dei adorati concipiuntur, & ſacrificium mutato tantum colore bidentium idem eſt nam ſummano nigrę ſunt, & aræ extruuntur, non tamen ſupra terram: quia Pluto

Mors nuſquam colitur.

Prouorſum fulmen quid.

in effoſſa terra colebatur: de hac ſpecie fulguris ita Feſtus. *Prouorſum fulgur appellatur quod ignoratur noctu an interdiu factum ſit: itaque Ioui fulguratori & ſummano fit quod diurna Iouis, nocturna ſummani habentur.* Hæc Plinius 15. cap. 15. ait non facile expiari ob difficultatem cognoſcendi fulminis vnde ſit. Quid ſi bis in die aut nocte fulminatum ſit? pars cœli eſt inſpicienda: ſi enim ex proſpera parte priora venerint, poſterioribus tolluntur, ſi ex parte contraria venerint: at priora confirmantur poſterioribus quæ ex eadem parte venerunt: illa vocantur peremptalia quibus tolluntur priorum fulgurum minæ (inquit Seneca) aut vt ait Feſtus peremuntur, at hæc quia eadem ſunt ſigna cum prioribus ſimul cum iis cenſentur. Hæc ad publicam cauſam pertinent: iis enim vtebantur maxime in adminiſtratione Reſp. ita vt ante Comitia ſeruarent de cœlo: in comitiis vero ipſis cum haberentur ſi fulguraſſet aut tonaſſet impediebantur. Tullius 2. de diuinat. *Fulmen ſiniſtrum, auſpicium optimum habemus ad omnes res præterquam ad comitia, quod quidem inſtitutum Reip. cauſa eſt vt comitiorum vel in iudiciis populi vel in iure legum vel in creandis magiſtratibus principes ciuitatis eſſent interpretes*: Hoc recte. Nam principes illi penes quos erant auſpicia deorum mentem ex fulguribus interpretabantur: & ſic ex eorum ſententia tamquam ex Numinis Imperio populares animi coercebantur, ad hæc idem Philip. 5. *Ione enim tonante cum populo Romano agi non eſſe fas quis ignorat*: Tum paulo poſt; *Quam legem igitur ſe augur dicit tuliſſe non modo tonante Ioue ſed prope cœleſti clamore prohibente.* Igitur Iupiter tonitruo ſuo, reclamare videtur inchoato iudicio: ante ſecus: quia à læua tonans ſe auctorem videtur clamare gerendi negotij. Eſt & aliud vitium comitiorum morbus quem Græci ἐπιληψίαν vocant, Latini comitialem ab impediendis comitiis. At in priuato negotio vitium non eſt. Cato apud Feſtum. *Si cui ſeruo aut ancillæ dormienti euenit quod comitia prohibere ſolet ne id quidem mihi auſpicanti vitium fuit*: Morbi enim ſeruorum nihil ad ſtatum gentis aut familiæ pertinent: licet in iure, familiæ nomine, ſerui contineantur l. pronuntiatio §. familię ff. de verb. ſig. non quod familia ſine ſeruis eſſe non poſſit, ſed quod ſint in poteſtate vnius principis familiæ. At ſi morbus filio aut vxori aut domino contigerit ſecus eſt quia partem familiæ faciunt ex capite ſuo. Sic in Comitio ſi ciui accidat, partem ciuitatis affligit: at aliis non poteſt in comitiis contingere quam ciuibus iiſque maſculis cæteris enim ius ſuffragij non eſt at cur ex eo morbo tantum non etiam ex aliis malum auſpicium præſumebant? quia licet à natura etiam cauſam habeat non ſine deorum indignatione contingere credebatur: Plato & Apuleius diuinum vocant hunc morbum quod facultatem rationis qua nihil eſt in homine ſanctius obſideat: hinc error Plutarchi qui ait ſacrum dici quod ſit magnus: poteſt quidem dici maior quod omnes vires animales opprimat, ſacer tamen non ideo dicitur quod ſit magnus ſed quod vi diuina immittatur

Peremptalia que.

Comitiorũ vitium eſt fulmẽ ſiniſtrum.

Alterum vitiũ, morbus comitialis.

Cur comitialis ſacer appellatur morbus error Plutarchi.

tatur maximè viris melancholicis & diuina virtute præditis vt de Hercule antiqui teſtantur à quo hic morbus Herculeus dictus eſt, quia vir ille erat diuinæ virtutis ita vt inter deos relatus ſit Ariſtot. problematum ſect. 30. καὶ οἱ μὲν οὕτως ὥστε καὶ λαμβάνεσθαι τοῖς ἀπὸ μελαίνης χολῆς ἀῤῥωστήμασι: οἷον λέγεται, τῶν τε ἡρωϊκῶν τὰ περὶ τὸν ἡρακλέα: καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔοικε γενέσθαι ταύτης τῆς φύσεως, διὸ καὶ τὰ ἀῤῥωστήματα τῶν ἐπιληπτικῶν ἀπ' ἐκείνου προσηγόρευον οἱ ἀρχαῖοι ἱερὰν νόσον. Igitur à virtutis præſtantia quam hic intercipit & offundit & à parte diuina quam obſidet ſacer eſt appellatus non à morbi magnitudine. Sunt enim aliæ morborum ſpecies æque graues vt quæ etiam vſum rationis intercipiant breuique mortem accelerent inter grauiſſimos dolores. Redeo ad fulgura, quorum quædam priuata ſunt, ſicut & auſpicia. Plinius 2. cap. 52. *Vocant & familiaria in totam vitam fatidica quæ prima fiunt familiam ſuam cuique indepto: cæterum exiſtimant non vltra decem annos portendere priuata præterquam hæc quæ matrimonio primo facta aut natali die: publica non vltra triceſimum annum præterquam in deductione oppidorum*: Ad hæc Seneca 2. nat. quæſt. cap. 47. *Aiunt aut perpetua, aut finita eſſe fulmina aut prorogatiua: perpetua quorum ſignificatio in totam vitam pertinet, nec vnam rem id enunciat ſed contextum rerum per omnem deinceps ætatem futuram complectitur hæc ſunt fulmina quæ prima accepto patrimonio & in nouo hominis, aut vrbis ſtatu fiunt. finita ad diem vtique reſpondent: prorogatiua ſunt, quorum mina differri poſſunt, auerti tollique non poſſunt*: tum paulo poſt, *priuata fulmina negant vltra decimum annum publica vltra triceſimum poſſe differri*: Hæc quum auſpicantibus priuatim apparent: ſed ſi carminibus magicis Iupiter elicitus fulmina mouerit priuati gratia, ea enunciari nefas eſt & audiri licet enuncientur præterquam ſi hoſpiti indicentur aut parenti Plinius 2. cap. 54. Seneca 2. nat. quæſt. cap. *Hoſpitalia quæ ſacrificiis ad nos Ioue arceſſunt & vt verbo eorũ molliori vtar inuitãt: Sed ſi iraſcente domino inuitat, tunc venire cum magno inuitantium periculo affirmat.* Igitur hæc hoſpitalia vocantur quod hoſpiti enunciari ea fas ſit. inter hęc quædam ſunt peſtifera quæ auctore Feſto mortem aut exilium oſtendunt; quæ duo niſi in priuatum propriè non cadunt. Vnde hęc tam variè? nimirum ex ſideribus quæ tam hominibus priuatim quam vrbibus, gentibus, regibus, publicè fata ſignificare creduntur. Quorum vero notitia nos effugit, vt quæ in vaſtum mare ſparguntur, aut in deſertas ſolitudines quorum ſignificatio vel nulla eſt vel perit (inquit Seneca ibid. cap. 51.) bruta dicuntur de quibus ſic Plinius 2. cap. 43. *Hinc bruta fulmina & vana vt quæ nulla veniunt ratione naturæ, iis percuti montes iis maria, omneſque alios irritos iactus*: Hic ait naturam, loco diuinæ prouidentiæ: Eius enim ea fuit ſententia nihil aliud Deum eſſe quam Naturæ potentiam eod. libro cap. 7. quod ſi ita eſt erit ne verum illum eſſe locum fulmine ictum quin pollutus ſit antequam expietur: & hoc ex natura ignis intelligitur cuius proprium eſt pur-

Fulgura priuata & eorũ ſpecies.

Perpetua, finita, prorogatiua.

Hoſpitalia fulgura.

Peſtifera fulgura quæ.

Bruta fulmina quæ.

gare: quod quum veniat naturali ratione vt vult Plinius & natura nihil fruſtra faciat Iob. 10. Epictetus, ποιοῦσα οὐδὲν μάτην, videtur etiam ea eſſe procuranda quum ignis Symbolum purgationis illa loca tetigerit. Verum ne bruta quidem fulmina fruſtra prouoluuntur è cœlo, ſed quia in ea loca decidunt quæ expiari non poſſunt idcirco religione publica non continentur. quis mare aut aquam profluentem expiare poſſet? quis montium inculta & inacceſſa cacumina? quid opus deſerta loca & ferarum antra procurare? vide expiationis effectum & finem: is eſt vt locus ictus Deo tribuatur nec homini ad eum ſit acceſſus. At hoc in illis locis eſt, excepta aqua quæ in ſe vim habet expiationis & in aqua ignes cœleſtes non ſepeliūtur ſed quod magis eſt exſtinguntur. Dixi prodigiorum procurationem ad Pontifices deferri: idem & in fulminibus dicendum Liuius 1. nec ideo remouentur Haruſpices: hoc enim in arbitrio Senatus ſitum eſt vt pro diuerſitate caſuum diuerſa conſtituantur: Peritiores tamen in hac re ſunt Hetruſci & Haruſpices adeo vt ſępius conſulerentur: qui mos etiam ſub Auguſto ſeruabatur Tranquillus in eius vita: *Templum Apollinis in ea parte Palatinæ domus excitauit quam fulmine ictam deſiderari à Deo Haruſpices pronuntiauerunt.* Conſtantinus ſub pœna capitis interdixit huius artis vſum quum ſacra veræ religionis accepiſſet: Sed quum adhuc in tenebris paganæ ſuperſtitionis inuolutus eſſet propè obſoletam vetuſtate hanc artem reſtituit ſic enim ait in l. 1. C. Theod. de pagan. ſacriſ. *Si quid de palatio noſtro aut cæteris operibus publicis deguſtatum fulgore eſſe conſtiterit retento more veteris obſeruantiæ quid portendat ab Haruſpicibus requiratur & diligentiſſime ſcriptura collecta ad noſtram ſcientiam referatur, cæteris etiam vſurpandæ huius conſuetudinis licentia tribuenda dummodo ſacrificiis domeſticis abſtineant quæ ſpecialiter prohibita ſunt.* Hęc conſtitutio eſt de fulguribus in quibus ea quę vocantur familiaria, ſacrificiis priuatis euocata ad fati prænotionem interdicta non erant, licèt poſtea fuerint prohibita. hic occurrit quædam dubitatio ex iis quæ ſupradixi in quibus inter portenta & prodigia videntur etiam recenſeri fulgura. Igitur quum procurare debeant prodigia in prima parte, fruſtra eis iniungitur poſtea vt fulgura procurent quæ etiam ſunt prodigia. Verum prodigij & portenti nomen generale eſt quo continetur quicquid prædicit futurum: ſed ſpecialiter pro eo quod præter aut contra naturam accidit: in fulguribus Natura nec violata, nec offenſa eſt: ideo diuerſa eſt forma expiationis: nam procuratio prodigiorum fit ludis, feſtis, ſacrificiis diuerſi generis hoſtiarum, nouemdiali ſacro & cæteris modis quos ſupra expoſui, non ignium collectione & ſepultura, non tacita adoratione & conceptione precum non certis ſpeciebus ſimul humandis. Hæc palam expoſui in lucem vt lector Chriſtianus laudet & adoret magnitudinem diuinæ clementiæ qua liberatus eſt & quaſi manumiſſus ex impietate quæ tot tantiſque apparentium cauſarum & poteſtatum vin-

Finis expiationis.

Conſtantinus poſt initia veræ religionis accepta ſuſtulit Haruſpicinam.

Alia eſt procuratio prodigiorum: alia fulminum.

culis erat conſtricta vt nulla ſpes relinqueretur futuræ ab hoc imperio emancipationis.

AXIOMATA.

Titii ſunt augures & ſacerdotes, non tamen continentur ſub augurum collegio quià non vtuntur auſpiciis Romanis ſed Sabinorum: hos Titus Tatius inſtituit vt eorum opera & miniſterio, Sabinorum ſacra ſeruarentur: Tito occiſo Romulus eos non ſuſtulit ſed cauſam finalem eorum inſtitutionis immutauit, voto tollendæ confuſionis in religione publica, nimirum cauſa conſecrandæ memoriæ ſui conſortis: Deinde Imperatores vt ſui memoriam diuinitate bearent Auguſtales Titiorum exemplo conſtituere.

Origo Haruſpicij immediate eſt à diabolo: hinc Acherontia ſacra quibus poſſe differri, aut flecti fata arbitrabantur, hæc autem ars Romæ, à Romulo introducta eſt, cuius lege, omnibus ſacrificiis Haruſpex intereſſe debebat ne quid omitteretur ex ſignis diuinitus immiſſis & gratior eſſet victima Diis, præſentia tam diuini vatis. hanc artem poſtea vetuſtate obſoleſcentem Claudius reſtituit: poſt eum, paulatim intermiſſam & quaſi ſenio langueſcentem Conſtantinus iterum reſtituit, ſed ſuſcepto baptiſmate funditus hanc cum cæteris diuinationum partibus euertit: & ſic hæc ars tamdiu Romæ manſit quandiu Imperium.

Non eadem apud omnes gentes fuiſſe huius artis ſicut nec augurum inſtituta, ne ex contrariis

effectibus falſitas eius deprehenderetur: Nam ſi eadem fuiſſent & non reſpondiſſet effectus cauſæ per ſignum oſtenſæ mendacium argui potuiſſet. Nihil autem Naturâ cognoſcitur ex viſceribus hoſtiæ (quia idem in aliis animantibus intelligi poſſet: neque enim Naturæ vis mentiſue diuinæ quæ in vniuerſi partes diffunditur, huic particulæ ſe communicari patitur) excepta corruptione aeris, vnde peſtis vel ſterilitas emergit.

PESTE primo vlcerantur plantæ: tum bruta, quæ, ex his impurum, ſuccum traxere: deinde homines: aliquando tamen incorruptis plantis, bruta polluuntur, priuſquam homines; quia aer infimus ideoque impurior propior eſt brutis quę prona in terram, cum hauriunt citius quàm hominęs quorum ora ſunt ſublimiora: at ſi totus aer inquinatus ſit, communis eſt labes æquè homini ac bruto, ex contrariis ſalubritas poterit cognoſci.

TENVITAS vel vbertas anni cognoſcitur ex extis ſi ſunt pallida & exilia: nam hoc ſignum arguit non eſſe in plantis ſuccum plenum & purum ideoque eas aere impuro & maligno nutriri: vbertas ex contrario dignoſcitur: non in vna aut altera victima ſed pluribus. At ſi cor hoſtiæ vel caput iecoris deficiat non eſt Naturæ ſignum ſed mora dæmonis impoſtura quę oculos hominum præſtigiis fallit: neque enim animal ſine corde viuere poteſt.

IN FISSO Iecore in quo ſanguinis & vitæ fomitem falſo credidere quum ſit in corde pericula & damna & hereditates & commoda ſignifi-

cantur. Nam ſi ſit vitale deficientis vitæ Symbolum præbet & proinde periculum vitæ & damnum portendit: ideo hæc pars inimico tribuitur qui petit ſanguinem, vitam, opes, aut honorem aduerſarij: quæ omnia vel in ſanguine ſunt vel in ſpecie ſanguinis id eſt earum rerum quibus vita ſuſtinetur: ſi vero iecur non ſit vitale, hæreditates portendit, quæ ſine morte noſtri familiaris nobis deferri non poſſunt, ideoque hæc pars familiari tribuitur & commoda portendit.

Hæc ars in ſanguine conſtituta eſt primo brutorum deinde hominum: poſtremo ad exciendos Manes ventum eſt, qui ſemper fere humana hoſtia euocabantur, ex qua carnem vel ſanguinem ſi deguſtaſſent credebantur in lupos tranſformari diaboli fallaciis illuſi, nam reuera nec homo nec dæmon nec angelus poſſunt formam hominis nec cuiuſcumque creaturæ mutare: quia eſſentialia ſine interitu ſubiecti corrumpi non poſſunt.

Portenta prodigia monſtra, Naturæ lehem excedunt vnde ira diuina præſumitur: eorum interpretatio ex Senatuſconſulto defertur modo Pontificibus, modo Conſulibus, ſæpe Hetruſcis & Haruſpicibus: ſed antequam Hetruſci imperio Romano ſubiecti fuiſſent oraculum conſulebatur: deinde ſubiecti ſunt non conſulentibus in communi Italiæ populis. Haruſpices autem primum ex thuris & ignis motu & crepitu & flexu fumi: tum ex habitu, ictu, caſu, vulnere, cruoris fluxu victimæ. Erant autem 12. Hetruriæ populi quorum ſingulis, ſinguli principes erant præfecti quibus 12. filij principum Romæ in hac arte

inſtituendi tradebantur: non plebeij: quia diuinandi munus regale eſt quo populi impetus refrænantur: non quod cogerentur Hetruſci eos inſtituere: quia functiones animi cogi non poſſunt, ſed ad hoc auctoritate patrum impellerentur.

HARVSPICES debent cernere quibus Diuis fieri debeat procuratio, vt placari poſſint ſecundum diuerſas eorum poteſtates, Deus enim ſacrificiis & precibus placatur. Sed diuerſi ſunt gradus poteſtatum cœleſtium, terreſtrium, & inferorum: omnes tamen Dij ſunt: ſicut inter Angelos & dæmones diuerſi ſunt ordines eorum, poteſtatis ratione: ſupra quos vnus eſt Deus eorum creator quem quidē ſub nomine principij vnius & cauſæ mouentis intellexere: ſed vt Deum non coluere: primum enim multitudinem deorum ſub humana forma confinxere calumnioſe interpretantes ſacram ſcripturam in eo quod ait hominem ad imaginem Dei creatum: Angeli vero & dæmones ſunt ſpiritus qui tamen ex accidenti corpus ignis aut aeris aſſumere poſſunt: (nonumquam dæmonibus permittitur in pœnam vt carnificibus aſſumere corpus hominis mortui aut viuentis ſubire: numquam Angelis) Sed ex iis differentiæ eorum ab ethnicis cognoſci non potuerunt quum eos, crederent eſſe deos: in quo mendacio mille fabulas inuoluerunt legiſlatores vt metu deorum animos ciuium imbuerent & ſic ad parendum legibus impellerent quæ in eorum vt auctorum tutela conſtituebantur.

PROCVRABANTVR prodigia hoſtiis tum maioribus, tum aliis. Sacro nouemdiali, ludis, Feſtis

ſed ſi primis hoſtiis litatum non fuiſſet aliæ hoſtiæ cædebantur quæ ſuccidaneæ dicebantur: aliquando hoſtia humana litatum fuit: vt hoc fieret Haruſpices decernebant ſed hoc decretum præcedebat Senatus auctoritas vt hæc cura illis mandaretur: inter hæc prodigia numerantur etiam fulgura quæ hic pro fulminibus accipiuntur, nam vnum ab altero non Natura ſed impetu diſtat.

OBSTITVM locus eſt de cœlo tactus ictu obliquo quem cœleſtia faciunt fulmina (terreſtrium ictus non apparet quia noctu fiunt) cuius procuratio ex fulguris expiatione dependet. Fulgura autem adorabantur poppyſmate id eſt precibus tacitis & murmure magico, quo malum dæmonem placabant eiuſque patrocinio malum auertebant: fortunam ex inſpectione frontis & manus iudicabant: hoc carmine magico collectos ignes terrę condebant: duas aras extruebant, ibi bidentes albas ſupra terram immolabant Ioui cœleſti, nigras Ioui ſtigio in effoſſa terra: Vnde locus bidental appellabatur qui ſacer erat ſed accedere ad eum nefas erat; quod ex cauſa ſceleris humani Deo vindicetur, non ex cauſa pietatis: At ſi homo fulmine mortuus fuiſſet aut ictus ei iuſta fieri nefas erat quod ſignatus eſſet nota diuinæ indignationis.

IVPITER elicius dicitur ab eliciendis fulminibus cauſa diuinationis & eliciendo Ioue vt præſit procurationi in qua præterea quæ dicta ſunt ceparum capita, capilli hominis, & haleces paruæ adhibebantur vt ſimul cum ignibus fulminis ſepelirentur cepa & allium vim habent à calore

luſtralem:capilli, placatiuam poteſtatis humidę, & cuiuſcumque quod ſint ſigna mutatę conditionis deterioris in meliorem vi maioris poteſtatis: tum adduntur mola ſalſa, thus, ſanguis, verbenarum ſuffitio, quibus Iupiter ſeu dæmon ſe cogi fingebat, maxime terribilium nominum fremore id eſt poppyſmate: Præterea piſciculorum animæ ignem fulminis leniunt & placant.

OMNIA ſigna tolluntur fulmine quia potentius eſt fulmen: ſed hoc falſum eſt: nam ſi priora ſigna vera fuerũt poſteriore fulmine tolli nó poſſunt, alioqui vera non fuere: fulminum autem diurna Ioui, nocturna ſummano tribuuntur: & quoniam inter diurna quædam magis vel minus ſunt proſpera, ſic inter nocturna (quę ſemper ſunt infauſta) alia minns vel magis dira ſunt: idque ex oppoſito diurnorum agnoſcitur: nam diurna ex Septentrione ad ortum maxime fauſta ſunt: at nocturna diriſſima quæ per Septemtrionem occaſum attingunt: Si vero bis fulguratum ſit priora tolluntur poſterioribus quæ ex contraria parte venerint at quæ ex eadem confirmantur.

DVO ſunt vitia comitiorũ, vnum ſi Ioue tonãte & quaſi horribili voce reclamante habita ſint quum tamen antequam habeantur optimum ſit ſignum à læua ſi fulgur emiſſum ſit: alterum eſt morbus comitialis ſic dictus quod comitia impediret ſi ciui inter comitia contingeret: idem eſt in priuatis auſpiciis, nam ſi filio vel vxori vel patriſfam. contingeret malum omen erat: ſecus ſi ſeruo vel ancillæ vel filiæ: tunc enim morbus iſte nihil impediebat: quia ſerui partem familiæ non

faciunt licet illorum appellatione familia etiam contineatur non quia familia ſunt ſed ſub vno principe familiæ ponuntur : at ciuis partem facit ciuitatis. hic autem morbus dicitur ſacer ab eo quod diuinam partem hominis obſideat id eſt rationem & viros diuinæ virtutis ſeu melancholicos corripiat.

Fvlgvra publica, & priuata sũt ab Elicio Ioue, hæc aut perpetua ſunt aut finita aut prorogatiua, perpetua in ſtatu condendæ vrbis aut familiæ cientur: Sed poſt iacta fundamenta, fiunt finita aut prorogatiua : finita vrbis 30. annis finiuntur: familię decem quia geometrica proportio eſt, publici ad priuatum, ſic decem ad 30. quia ter decem ſunt id eſt tripla. prorogatiua perpetua quidem ſunt ſed mala quorum tamen minæ differri, non tolli poſſunt : peſtifera autem mortem aut exilium oſtendunt : priuata autem niſi hoſpiti aut parenti enunciari nefas eſt vnde hoſpitalia dicuntur. Bruta autem ſunt quæ in aquis extinguntur aut in mõtes & deſertas ſolitudines emittuntur vbi nec poſſunt nec debent procurari nec expiatione indigent. Cæterum reliqua omnia fulmina & obſtita debent procurari quia locum polluunt & notant, ſigno maioris poteſtatis: Iuno autem in Manubiis cum Minerua coniungitur non ratione cœleſtis imperij ſed naturalis quod cœleſte mouet & impellit materialiter.

FOEDERVM, PACIS, BELLI, INduciarum, oratores, feciales, iudices ſunto: Bella diſceptanto.

CAP. XII.

Lux Chriſti orta fugauit omnes diuinationũ tenebras.

FINITÆ ſunt diuinationes quas iam deſtruxerat ſeruatoris noſtri poteſtas: Arnobius 1. *Cuius nomẽ auditũ, fugat noxios ſpiritus imponit ſilentium vatibus: Haruſpices inconſultos reddit: arrogantium magorum fruſtrari efficit actiones, non horrore vt dicitis nominis, ſed maioris licentia poteſtatis.* Nunc ad feciales accedo. hoc genus ſacerdotum non eſt inter vates vel fatidicos: idcirco hos ab illis diſtinxi, ne quid in hoc opere confuſum inueniatur aut præpoſterum. Hoc autem ſacerdotium ratio humanæ neceſſitatis induxit.

Ad quid bella neceſſaria.

Bella enim ſunt neceſſaria ad comprimendam hominis audaciam, & violentiam quæ metu diuinæ iuſtitiæ coërceri non poteſt. Bellis ſcelera ſanguinis effuſione piantur, cædibus impiorum extenuantur, & ſuperſtitum metu compeſcuntur: quod ſi ſuperſint adhuc animi fulminantis reliquiæ en vbicumque parata Bellona quę exultantes ſpiritus & efferueſcentẽ ſuperbiam ferro diſſoluat: hæc enim dea eſt & ideo immortalis vt hominibus præſto ſit inuocata furiarum ſtipata cohorte, perfectura quod Mars in cœlis edixerit.

Bella quædam à natura, quædam contra naturam.

Bella ſunt & à Natura & contra naturam: nam eodem iure introducta eſt tutela ſui, & aduerſus vim iniuriamque inculpata defenſio, quo & bella ipſa l. vt vim l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iure. Violentia autem quæ in bello aduerſus hoſtem potentiſſimè dominatur contra naturam eſt Ariſtot. magnorum moral. 1. cap. 15. Sed de hac quęſtione in 2. libro huius operis tractandum eſt.

Feciales vnde.

hic agendum de fecialibus. Varro 4. de ling. Lat. *Feciales* (inquit) *quod fides publicæ inter populos praerant; nam per hos fiebat vt iuſtum conciperetur bellum, & inde deſitum vt & fœdere fides pacis conſtitueretur.: Ex heis mittebant antequam conciperetur qui res repeterent & per hos etiam nunc fit fœdus quod fidus ſcribit Ennius dictum,* Hæc Varronis verba obſcuriſſima ſunt licet viris illius ætatis clara eſſent. Sed ita interpretanda ſunt vt tempore regum feciales fidei

Fecialium poteſtas truncata & cur.

publicæ inter populos pręeſſent: quod poſtea exoleuit ſibi paulatim auctoritatem belli vindicantibus qui rerum gubernacula tenebant, neque tamen auſi ſunt legem regiam violare, & frangere iura fecialium ſed in ſpeciem religionis, iis conceptionem iam decreti belli & fœderis reliquere. Et hoc nõ immerito iis pręreptum

videtur quod vrbis cōditoris cōſtitutione ſoli regi attributū fuerat nam ſacra & ſacrificia omniaque quę ad cultum diuini numinis reſpiciunt (inter quę fecialium officia cenſentur) legum, morumque cuſtodia, quorū partem aliquam iura fœcialiū faciunt, tum iudicia de rebus maioribus quæ nonnunquā ex bello naſcuntur, imperio regis ſubiacēt & maximè ſumma in bello poteſtas, quod rectiſſime ſic retulit Dionyſius 2. πρῶτον μὲν ἱερῶν καὶ θυσιῶν ἡγεμονίαν ἔχειν καὶ πάντα δι' ἐκείνου πράττεσθαι, τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ὅσια· ἔπειτα νόμων τε καὶ πατρίων ἐθισμῶν φυλακὴν ποιεῖσθαι καὶ παντὸς τοῦ κατὰ φύσιν ἢ κατὰ συνθήκας δικαίου προνοεῖν, τῶν τε ἀδικημάτων τὰ μέγιστα μὲν αὐτὸν δικάζειν τὰ δὲ ἐλάττονα τοῖς βουλευταῖς ἐπιτρέπειν προνοούμενον ἵνα μηδὲν γίνηται περὶ τὰς δίκας πλημμελές· βουλήν τε συνάγειν καὶ δῆμον συγκαλεῖν καὶ γνώμης ἄρχειν καὶ τὰ δόξαντα τοῖς πλείοσιν ἐπιτελεῖν· ταῦτα μὲν ἀπέδωκε βασιλεῖ τὰ γέρα καὶ ἔτι πρὸς τούτοις ἡγεμονίαν ἔχειν αὐτοκράτορα ἐν πολέμῳ. Hæc eſt lex Romuli. At Numa inſtituit feciales an ideo Romuli legem abrogauit? non abrogauit ſed quodam temperamento huiuſce poteſtatis magnitudinem emendauit: quod facilimum ei fuerat prętextu religionis obiecto, quo potius addidiſſe legi videretur quam detraxiſſe. Male tamen legiſlator ille Pythagoreus Romuli ſanctionem, tacite correxit: quod & euentus comprobauit: quum hęc poteſtas belli, paciſque data his ſacerdotibus erepta ſit: & ratio conuincit ſummum imperium, non in pace tantum ſed etiam in bello, ſolius eſſe Maieſtatis §. 1. in proemio inſt. tanta enim erat horum ſacerdotum auctoritas vt ne regi quidem fas eſſet bellum gerere niſi prius id decretum eſſet à fecialibus, ita vt ab illis belli gerendi poteſtatem ſumeret. Plutarch. in Numa hanc legem proponit vbi etiam munus illorum & origo nominis exponitur, οἱ μὲν γὰρ φιτιάλιοι εἰρηνοφύλακές τινες ὄντες ὡς δ' ἐμοὶ δοκεῖ καὶ τοὔνομα λαβόντες ἀπὸ τῆς πράξεως λόγῳ τὰ νείκη κατέπαυον οὐκ ἐῶντες στρατεύειν πρότερον ἢ πᾶσαν ἐλπίδα δίκης ἀποκοπῆναι· καὶ γὰρ εἰρήνην Ἕλληνες καλοῦσι, ὅταν λόγῳ μὴ βίᾳ πρὸς ἀλλήλους χρώμενοι, λύσωσι τὰς διαφοράς. οἱ δὲ Ῥωμαίων φιτιαλεῖς πολλάκις μὲν ἐβάδιζον ὡς τοὺς ἀδικοῦντας αὐτοὶ πείθοντες εὐγνωμονεῖν· ἀγνωμονούντων μαρτυρόμενοι θεοὺς καὶ κατευξάμενοι πολλὰ καὶ δεινὰ καθ' αὑτῶν αὐτοὶ καὶ τῆς πατρίδος εἰ μὴ δικαίως ἐπεξίασιν οὕτω κατήγγελον αὐτοῖς τὸν πόλεμον, κωλυόντων, ἢ μὴ συναινούντων οὔτε στρατιώτῃ θέμιτον οὔτε βασιλεῖ Ῥωμαίων ὅπλα κινεῖν· ἀλλὰ παρὰ τούτων ἔδει τὴν ἀρχὴν τοῦ πολέμου δεξάμενοι &c. Hic aliam adducit huius vocabuli originem quam quæ ſupra ex ſententia Varronis adducitur qui à fide deducit feciales, at Plutar. ἀπὸ τῆς πράξεως id & à faciendo: Plutarchi opinionem tuetur quod ait Feſtus. *Feciales (inquit) à faciendo ſunt dicti; apud hos enim belli paciſque faciendi ius eſt.* Et hoc verum eſt. Nam Paterpatratus princeps fecialium non alia ratione hoc nomen habuit quam à fœdere patrando & perficiendo, nec mihi videtur Varro ab hac ſententia diſcedere ſed doctius eam originem com-

Regis poteſtas.

Auctor fecialium Numa.

Numa reprehenſus.

Varro & Plutarchus etymũ fecialium adducentes conciliantur.

firmare: nam quum deducit fecialem à fide deducit quoque à fieri nam fides ab eo dicitur quod fit quod dictum eſt teſte Tullio 1. de offic. quod huc pertinet vt intelligatur naturam fidei non in imaginatione promittentis ſed in veritate & effectu conſiſtere & hoc patet ex iis quę ait Varro, *Per hos fiebat vt iuſtum &c.* Hęc igitur lex, regia vere eſt & Numæ non adeo explodenda tamquam regis Maieſtatem vulnerans. Neque enim is fuit animus Numæ, qui Romuli: ille contentus anguſtis finibus ſui regni populi ferociam hoc modo cohibuit: hic armis imperium ſuum propagare contendens animos ciuium ad bellum accendit. Hi ſacerdotes ex nobiliſſimis familiis eligebantur vt perpetua illius ſacerdotij dignitate fruerentur Dionyſ. 2. ἡδ᾽ ἑβδόμη μοῖρα τῆς ἱερᾶς νομοθεσίας τῷ συστήματι προσετέθη τῶν καλουμένων φετιαλίων· οὗτοι δ᾽ ἂν εἶσαν κατὰ τὴν ἑλληνικὴν καλούμενοι διάλεκτον εἰρηνοδίκαι. εἰσὶ δ᾽ ἐκ τῶν ἀρίστων οἴκων ἄνδρες ἐπίλεκτοι διὰ παντὸς ἱερώμενοι τοῦ βίου, Νομᾶ τοῦ βασιλέως πρώτου καὶ τοῦτο Ῥωμαίοις τὸ ἱερὸν ἀρχεῖον καταστησαμένου. Hic Numæ primum tribuit inſtitutionem huius ſacerdotij: cui non videtur cenſentire quod eſt apud Liuium 1. *Quoniam* (inquit) *Numa in pace religiones inſtituiſſet, à ſe bellicæ cerimoniæ proderentur, nec gererentur ſolum ſed etiam indicerentur bella aliquo ritu: ius ab antiqua gente Æquicolis quod nunc feciales habent deſcripſit quo res repetuntur.* Hic de Anco Martio loquitur cui videtur adſcribere religionem horum ſacerdotum: quod ſi concedatur, aperte idem ſibi ipſe pugnabit eodem libro & modico interuallo. Nam paulo ante loquens de Tullo Hoſtilio ait in fœdere inter Romanos & Latinos fecialem præfuiſſe: huic ſententię ſubſcribit auctor de viris illuſtribus cap. 4. *Ius feciale* (inquit) *quo legati ad res repetendas vterentur ab Æquicolis tranſtulit quod primus fertur Heſus excogitaſſe.* Vere tamen Dionyſ. & Plut. ſcripſere Numam huius officij auctorem fuiſſe quum & ipſe Liuius inter Romanos ritus bellorum ante Ancum illius mentionem faciat: nec tamen omnino remouendus eſt Liuius. Nam poſt Numam Tullus eſt quidem vſus miniſterio fecialium ad res repetendas, non tamen vt eos arbitros belli gerendi conſtitueret, quum in ſpeciem religionis vteretur tantum hac repetitione rerum ablatarum. flagrabat enim deſiderio belligerandi ideo quærebat pretextus aduerſus vicinos populos à quibus nullam iniuriam acceperat: ideoque ius illud interturbatum, ab Anco reparatum eſt vt hęc belli religio, memorię illius aſcriberetur ſicut alij ritus in pace qui eodem tempore ſeruabantur ad Numam referebantur: ſed hoc melius Anco quam Numæ ſucceſſit: nam ab Anco conſtitit ius feciale in primęua auctoritate vſque ad Marij & Syllæ tempora quos potius furor quam religio mouebat: at Numæ ceſſit infelicius hoc inuentum quia à ſucceſſore eneruatum eſt. Male tamen ille ait id Ancum accepiſſe ab Æquicolis, quum à Numa id accepiſſet, licet id Ancus ſibi vindicare voluerit & ideo fingeret ſe ab illis populis accepiſſe vt Numæ

Numæ intentio alia à Romuli mente.

Feciales ex nobiliſſimis familiis.

Liuius ſibi ipſi conciliatus.

Tullus Numæ legem violauit Ancus reſtaurauit ſed ſibi originem vindicans.

Error Liuij.

euitaret inſtitutionem. igitur hoc ius primum Romæ ex lege Numæ introductum eſt & ab Æquicolis accepit, licet Dionyſ. dubitet ab iis an ab Ardeatibus acceptum ſit. Sed quid opus eſt tantopere perquirere ex qua vrbe ritus iſti defluxerint. conſtat enim ex quadam Italiæ gente id deſumptum eſſe ſeu Æquicolarum ſeu Ardeatium: quinimo vtramq; gentē iis ſacerdotibus vſam fuiſſe, alioquin inepte dubitaſſent auctores antiqui ex qua harum ciuitatum orti ſint. Altius tamen huius iuris origo deducenda eſt. Venit enim in Italiam à Græcis qui ſedes longe ante conditam Romam in ea poſuere: quod Dionyſius Pelaſgis tribuit: ſic enim ait lib. I. loquens de quibuſdam Italiæ vrbibus in quibus illi conſederant. ἐν ταύταις διέμεινε πολλὰ τῶν ἀρχαίων διαιτημάτων, οἷς τὸ *Origo Fecialiũ* ἑλληνικόν ποτ' ἐχρήσατο ἐπὶ μικρὸν χρόνον: Paulo poſt ἱεροί τε *à Græcia.* ἄνδρες ἄοπλοι πρὸ τῶν ἄλλων ἰόντες σπονδοφόροι *& cætera.* Græcia ergo mater eſt huius inſtituti ſacri: Vnde poſtquam Græcia ad Romano Imperio deducta ſuiſſet ad Proconſulem Achaiæ; quot annis ex vnaquaque ciuitate Græciæ decem nomina primorum mittebantur ad eum vt ex iis explorata vniuſcuiuſque famavnum eligeret qui paci præeſſet Ariſtides ſacrar. orat. 4. ἐπέμπετο τοῖς ἡγεμόσι καθ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἀφ' ἑκάστης *Græcia Romano Imperio ſubiecta quomodo pacis cuſtodes admiſit.* πόλεως ἑκάστου ἔτους, ὀνόματα δέκα ἀνδρῶν τῶν πρώτων: τούτων ἔδει σκεψάμενον τὸν ἡγεμόνα ἕνα ὃν προκρίνειεν ἐξ ἁπάντων χειροτονῆσαι φύλακα τῆς εἰρήνης. Imo idem ſibi ipſi non videtur conſtare, nempe Dionyſ. qui libro 2. negat Græcos hoc genere poteſtatis vti. οἴομαι δ' ἐπειδήπερ οὐκ ἔστιν ἐπιχώριον Ἕλλησι τὸ περὶ τοὺς εἰρηνοδίκας ἀρχεῖον: Exiſtimauit feciales eſſe magiſtratus & prætereа ſacerdotes. Nec obſtat quod annuæ eſſent poteſtates excepta regia: nam & Pontifex Maximus ſacerdos erat & magiſtratus perpetuus: Sic fecialis. At apud Græcos veteres non erant magiſtratus ſed tantum ſacerdotes: & rectius, ne penes eos ius regiæ Maieſtatis eſſet: ſed iure Maieſtatis adempto Græciæ, hoc ſacerdotium inutile factum eſt: neque enim ſubditi bellum indicere poſſunt aut inter ſe aut vicinis, licet in repentino tumultu ad arma poſſint procedere, gratia defenſionis neceſſariæ: Idcirco non ſunt neceſſarij ſacerdotes ſed magiſtratus ad motus iſtos componendos.

Romanis ſunt Sacerdotes & magiſtratus: Græcis olim tantum Sacerdotes: poſtea tãtũ magiſtratus.

Quod dico veteres Græcos vſos fuiſſe ſacerdotibus hoc non ſemper nec apud omnes: nam ſæpe eligebantur qui caduceum ferrent licet nec Sacerdotes eſſent nec magiſtratus. Dixi Proconſulem eligere in Græcia præſidem pacis. Sed an magiſtratus, magiſtratum facere poteſt? minime, quia hoc ſoli competit mageſtati l. more ff. de Iuriſdict. forte ſola nominatio data eſt Proconſuli quæ non facit magiſtratum. Sed hoc alium ſcrupulum ingerit. Nam vrbes Iuregentium ſubactæ & alieno imperio ſubiectæ magiſtratus creandi ius per ſe non habent quia priuatorum loco habentur l. eum qui ff. de verb. ſig. Verum T. Flaminius primus Græciæ debellator eiuſdem quoque liberator extitit & edixit per præconem publice, Senatum

Rom. & T. Quintium iubere Græcos liberos, ſuis legibus viuere. Deinde longe poſt illud tempus Iſthinia celebrans Nero idem conſtituit in foro pro Tribunali orationem habens ad populum teſte Plutar. in T. Flaminio libertas tamē illa nō cōtinet iura Maieſtatis inter quæ creatio magiſtratuum habetur: alioqui victoria Romanorum fuiſſet inutilis nec ſubeſſet Græcia Proconſuli Rom. quod falſum eſt: igitur prouincia non facit. εἰρηνάρχην ex ſe ſed ex auctoritate principis, is autem ſacerdos non eſt quum non ſit perpetuus, nec gerit ſimilitudinem fecialis licet etiam paci præeſſet: quippe qui introductus eſt à Romanis ſacerdotio fecialium exoleſcente, & à poteſtate pacis, bellique conſtituendi ad cōceptionem verborum & interpretationem iuris illius degenerante; Quod ex Varrone ſupra oſtenſum eſt: ad hęc Tullius in expoſitionem huius capitis: *Sequitur* (inquit) *de iure belli in quo & ſuſcipiendo & gerendo & deponendo ius vt plurimum valet & fides horumque vt publici*

Ius fecialium quale.

interpretes eſſent lege ſancimus: Male ex hac lege antiqua feciales huius iuris interpretes facit, quum illud ius pleniſſima poteſtate & ſupra regem conſtituant: ſed reſpexit ſua tempora quibus illud imperium quaſi poſtliminio ad populum Senatumque quaſi poſtliminio redierat: Nam penes eos regia poteſtas traducta fuit deinde ad principem. Hoc ius integrum manebat in collegio fecialium & manſit ſatis diuturno tempore: Senatus enim conſultus de iniuriis illatis populo Rom. vel ſociis ipſius ſtatuebat vt ad collegium fecialium referretur vt decernerent bellumne inferendum eſſet nec ne. Liuius 6. decad. 4. *Conſul. deinde M. Acilius ex Senatuſconſulto ad collegium fecialium retulit ipſine vtique regi Antiocho indiceretur bellum an ſatis eſſet ad præſidium aliquod eius nunciare? & num Ætolis quoque ſeparatim indici iuberent bellum; & num prius ſocietas eis & amicitia renuntianda eſſet, quam bellum indicendum: feciales reſponderunt, iam ante ſeſe quum de Philippo conſulerentur decreuiſſe, nihil referre ipſi coram an ad præſidium nunciaretur; amicitiam renuntiatam videri, quum legatis toties repetentibus res, nec reddi, nec*

In collegio fecialium quot erant.

Oratores qui & quot.

ſatisfieri æquum cenſuiſſent. In hoc collegio fuerunt vigintiquatuor ſacerdotes ex quibus quatuor mittebantur res repetitum; hique oratores vocabantur (vt in hoc capite) Nonius. *Feciales apud veteres Romanos erant qui ſancto legatorum officio ab iis qui aduerſum populum Rom. qui aut rapinis aut iniuriis hoſtili mente commouerant, pignora facto fœdere, iure repetebant nec bella indicebantur quæ pia vocabant priuſquam fuiſſet quid à fecialibus denuntiatum. Varro de vita Pop. Rom. 3. Itaque bella & tarde & nulla licentia ſuſcipiebant quod bellum nullum niſi pium putabant geri oportere, & priuſquam indicerent bellum iis à quibus iniurias factas ſciebant, feciales legatos res repetitum mittebant quatuor quos oratores vocabant*: idem eodem. *Si cuius legati violati eſſent quamuis nobiles eſſent vt dederentur ciuitati ſtatuerunt fecialeſque viginti qui de his rebus cognoſcerent, iudicarent, ſtatuerent, & conſtituerent*: Ergo orator & legatus olim idem erat Varro ex Ennio 6. de ling. Lat.

Orator ſine pace redit regique refert rem.

Feſtus *Orare* (inquit) *antiquos pro agere teſtimonio ſunt quod & oratores & y qui nunc quidem legati,tunc vero oratores quod Reip. mandatas partes agebant*:quo facilius intelligitur feciales à faciendo dictos eſſe, quum iidem ipſi oratores dicantur ab orando id eſt agendo: male dicuntur quaſi: ἀρατῆρες quod deos obteſtari ſolerent.Nam orandi verbum Latinum eſt ab ore ductum ex quo voces iam in animo conceptæ ad res gerendas proferuntur & hoc etiam Virgilius innuit libro 7. Æneid. — *Legatus & orator idem.*

Tum ſatus Anchiſa delectos ordine ab omni
Centum oratores auguſta ad mœnia regis
Ire iubet,ramis velatos Palladis omnes
Donáque ferre iubet pacemque expoſcere Teucris.

Vbi Seruius. *Ordine ab omni* (inquit) *ex omni qualitate dignitatum quod apud Romanos in legatione mittenda, hodieque ſeruatur*: Vnde facile intelligitur hanc legem in eo mutatam fuiſſe quod quum ex Patriciorum familiis eligerentur, cœpit ex omni ordine dignitatum id eſt tam ex Senatoribus quam ex equitibus electio fieri: idque eo tempore quo plebs & in Augurum & in Pontificum honores inuaſit.horum oratorum habitus non erat abſimilis à flaminis ornamento in capite niſi in eo quod fecialis apicem geſtaret, quum mitteretur: At flamen perpetuo quum in vrbe procederet, Liuius 1. *Legatus vbi ad fines eorum venit vnde res repetuntur capite velato (filum lanæ velamen erat) &c.* Virgilius libro 12. Æneid. — *Oratorum habitus.*

Velati lino & verbenis tempora vincti.

Ibi tamen Seruius ait morem contrarium religioni fecialium ſcripſiſſe: nam oratores illi numquam lineis veſtibus vtebantur: eum fefellit velamenti ratio quo putabat totum corpus vt poteveſte operiri. Sed hoc de apice accipiendum eſt,qui ſacer à Varrone dicitur ex quo amenta pendebant infra mentum eaque dicuntur offendices quod ſe mutuo offenderent & conuenirent: ſed hoc licet errorem arguat Seruij non tamen difficultatem explicat: Nam Liuius non lino ſed filo lanę fecialis caput reuinctum eſſe ait: & ex Seruio liquet & ex Capro & Ignio antiquis auctoribus legatos iſtos abſtinuiſſe à lino. Verum ideo Poeta lino velatos fingit vt quum huic rei agēdæ per feciales denegetur exitus,detur etiam infirmum principium inquit Seruius: paulo poſt ait eos auctores ſcripſiſſe Virgilium cenſuiſſe non lino ſed linio quę veſtis erat: indutos fuiſſe legatos melius emendaſſet velati Lana. Non lino vt vetus conſuetudo notaretur. Ex lino fit muliebre potius veſtimentum quam virile: Idcirco res bellicas gerentibus haud conuenit. Plinius 19.cap.1.lana decet virum vt durior & fortior,deinde Diis gratior lino quum illa ex animali hoſtia detrahatur in prima ſacrificij libamina vt patet ex cap. quæ quoique ad imaginem humani corporis ex quo viuente capilli abraſi ad placandos deos libari conſueuerant eos maxime qui generationis & augemtationis eſſent au- — *Non vtebātur lineu veſtibus.* — *Cur lana Diis gratior eſt lino.*

ctores vt Tzetzes docet in Heſiodum: at linum ex terra eſt nullo ſenſu præditum in quo poſſit eſſe quædam animæ ſpecies (quâ ſola dæmones delectari diximus) ſed tantum vegetatiua, quæ neque ſanguinem neque vim ſanguinis habet. Eos autem oratores fingit verbenis coronatos vt antiquum ritum exprimeret: herba erat quam vocabant ſangmina eamque ferebant ne quis eos violaret

Cur verbenis erant coronati. l. 8. §. 1. ff. de rer. diui Seruius ibidem *verbena* (inquit) *propriè eſt herba ſacra ſumpta de loco ſacro Capitolij qua coronabantur feciales & pater patratus fœdera facturi & bella indicturi.* Eadem etiam gramen appellatur cui tantum honorem veteres tribuere vt nulli vmquam Senatus gramineam coronam decreuerit niſi in ſuprema deſperatione nullique contigit niſi ab vniuerſo exercitu ſeruato, ſeruatori decreta (inquit Plinius 22. cap. 4. vnde eodem libro cap.

Graminea corona nobiliſſima: cur. 3. *Corona quidem* (ait) *nulla fuit, graminea nobilior in Maieſtate populi terrarum principis, præmiiſque gloria gemmata, aurea, vallares, murales, roſtrata, ciuica, triumphales poſt hanc fuere.* Atqui vnde fit vt tantus honos & tanta auctoritas ſurdis & ignobilibus rebus vt pote herbis perhibeatur? Verum hoc non vim herbæ demonſtrat ſed Symbolum tuendæ Maieſtatis in cuius conſeruatione ſalus eſt Reip. Nam ex arce gramen ſimul cum ſua terra euellebatur in quo eſt nota patrij ſoli à quo nutriti & educati ſumus & in quo eſt quoddam principium noſtræ originis: tum etiam initium quoddam humationis & ſepulcri. Nam vt ex ea terra noſtri corporis ſubſtantia quodammodo coaluit, ſic in eam diſſoluenda eſt ita vt mutui lex ſeruetur reddendo non idem numero quod acceptum eſt ſed idem genus l. 2. §. mutui ff. de reb. cred. hinc ſumpta parœmia qua victus herbam victori porrigit, eo ſigno fatens ſe totum dedere arbitrio victoris eique cedere vitæ amorem & mortis honorem, quod ſic Plinius docte notat ibid. *Namque ſummum apud antiquos ſignum victoriæ erat herbam porrigere victos hoc eſt terra & altrice ipſa humo & humatione cedere quem morem etiam nunc durare apud Germanos ſcio.* Hæc ſalutis & mortis ratio apud omnes gentes obſeruatur, non tamen ſub eodem ritu & ſigno: ſoli Romani hoc argumento vſi ſunt ad conſeruandam tutelam Maieſtatis ſuæ, ne bello laceſſatur iniuſte, tum vt bellum inferendo vincant, iniuriam ſibi factam, vlciſcentes. Sed quid ſi ciuis in hoſtili ſolo exercitum ſeruauerit, non poteſt ex Capitolio ſumi corona graminea ſed ex hoſtili vbi parta eſt ſalus, vnde ille

Signum tutelæ publicæ non conſtat loco. ibid. *Dabatur hæc viridi è gramine decerpto inde vbi obſeſſos ſeruaſſet aliquis.* Nam hoc ſignum non loco ſed deſtinatione principis aut populi diſtinguitur. Signum enim ciuile eſt & ex propoſito publico conſtitutum ideoque eodem modo reſoluitur, quo conſtituitur: at ratio ſigni, gentium iuris eſt, ideoque communis, nec ex voto

Signum & ratio ſigni diuerſi iuris. huius, aut illius Reip. mutari poteſt l. eas ff. de cap. minut. Igitur non mirum ſi ſeruatoribus Reip. tantum graminea corona decerneretur quoniam ſoli Maieſtati conuenit & proinde fecialibus qui

regium

regium ius in bellis habebant: Vnde eæ notæ numquam committebantur in publicum niſi rebus deſperatis aut in legationibus ſacris. Plinius ibidem cap. 2. *Non aliunde* (inquit) *ſagmina in remediis publicis fuere & in ſacris legationibus quam verbenæ*: Certe vtroque nomine idem ſignificatur hoc eſt gramen ex arce cum ſua terra euulſum: hac ſemper & legati quum ad hoſtes clarigatumque mitterentur vſi id eſt res raptas clare repetitum: vnus itaque verbenarius vocabatur: eſſe enim quędam vis in ea mali depellendi credebatur, ita vt hac, Iouis menſa verreretur, domus purgarentur, luſtrarenturque. Plinius 25. cap. 9. luſtralia ſemper vim auertendæ cladis habuere: hinc fit vt verbenæ pro caduceo ſumantur (quamuis forma vtriuſque diuerſa ſit) eo ſolo quod eadem ratione & pari virtute geritur. Nonius, *Caduceus* (inquit) *pacis ſignum varro pronunciat de vita Pop. Rom. libro 2. Verbenarius ferebat Verbenam id erat caduceus pacis ſignum, nam Mercurij virgam poſſumus exiſtimare.* Ergo licet ratio vtriuſque eadem ſit, eadem tamen figura non erat nec eadem res, quod patet ex d. l. 8. d. §. 1. Caduceus ergo à Varrone virga Mercurij dicitur, nam in Mercurio ſignum eſt diuinum & diuinitatis quia Mercurius Deus eſt; & legationis quia eſt nuncius & interpres deorum. Eſt quidem Deus, ſed ordinis medij & ſic diuinitatis huius ſpecies recte reſpondet officio legati ſeu interpretis quum ſit mediator inter Deum & hominem: vt Angelus media eſt inter Deum & hominem natura, idemque Dei nuncius vt hęc vox ſonat. Mercurij autem virga ſummæ poteſtatis eſt: Virgil. 4. Æneid.

Vis Verbenæ.

Mercurius & legatus, ſunt mediatores.

Virga Mercurij ſumma poteſtatis.

Tum virgam capit, hac animas ille euocat Orco
Pallentes, alias ſub triſtia tartara mittit
Dat ſomnos, adimitque & lumina morte reſignat
Jlla fretus, agit ventos & turbida tranat
Nubila.

Vbi Seruius, *Huius* (inquit) *Virga hac ratio eſt: Mercurius & orationis Deus dicitur & interpres deorum vnde virga ſerpentes diuidit id eſt venena: nam bellatores interpretum oratione ſedantur* &c. Euocare Manes ex inferis & ad inferos mittere, lumina morientium reſignare ſunt diuinæ poteſtatis effectus: quæ alio modo in Mercurio eſt, alio in Ioue. Iupiter enim eam à ſe ipſo habet: Mercurius à Ioue: quod iuri fecialium conuenit qui poteſtatem ſuam à rege accepere. Sed ſi in hoc ſigno eſt tantæ poteſtatis imago & hoc vim orationis oſtendit, videbitur in oratione vitæ, mortiſque poteſtas eſſe & dominatio aduerſus inferos: quaſi vero imperia lingųę artificio, non conſilio armiſque quærantur. Verum intelligo orationem cum iudicij conſiliique excellentia coniunctam vt λόγος Grǣce accipitur cuius ſpeciem gerit lignū illud rectum circa quod inuoluūtur angues qui duorum exercituum ſimilitudinem gerunt. Thucididis Scholiaſtes, καὶ οὐκ ἐξῆν αὐτοῖς ἀδικεῖς παρ' οὓς ἀποσ-ταλῇ· σύμβολον δὲ ἦν κηρύκιον τὸ μὲ ὀρθὸν ξύλον τοῦ ὀρ· τοῦ λόγου: τὰ

Ratio virgæ.

Lignū eſt orationis imago.

δὲ παρ' ἑκατέρων ἕδος τὴν ὄφεων τὰ ἀντιταιαζόμενα στρατόπεδα: ὁ γὰρ ὀρθὸς λόγος δὲ ἀμφοτέρων χωρεῖ. Hęc mihi videntur prorſus à veritate aliena: nam ſerpẽtes quorũ ora mortiferis venenis turgent longè diſcrepant ab oratione recta. Ego vero aſſero cauſam huius argumenti dæmonum callidate obſcuratam fuiſſe, ne ſi patefacta fuiſſet, homo diſcuſſis animi tenebris, originem ſui exitij animaduerteret, & fabulam Mercurij ex eo fonte defluxiſſe, qui quum virga ab Apolline accepta incidiſſet in duos ſerpẽtes inter ſe pugnantes, inter eos proiecifſe eamque circumplexos ſeſe arctiſſimo amoris nodo deuinxiſſe. Verum eſt caduceum eſſe inſigne legatorum & maxima religione conſecratum: at illud verum à fabulis petendum quum aliude ſumi non poſſit: cogentur fateri extorquente veritate ſe ignoraſſe principium huius cærimoniæ. Eſt enim à ſerte Diabolo qui cruentę victoriæ quàm ſub imagine anguis, homini eripuit ſigna ſuis ſacris quaſi triumphator imponit, præ ſe ferẽs, hominem, qua parte erat infirmior expugnaſſe nimirum ab Eua cuius infirmitas hoc angue tentata legem æterni patris violauit. Vnde celebrantes orga Bacchi coronabantur ſerpentibus clamantes Euam: cui conuenit etiam vox Hebraica quæ ſerpentẽ fœminam ſignificat, Clemens Alex. καὶ τελίσκουσι τὰς κρεονομίας τὴν φόνων ἀνεστεμμένοι τοῖς ὄφεσιν ἐπολολύζοντες εὐαν. Εὐαν ἐκείνην δι' ἣν ἡ πλάνη παρηκολούθησε: καὶ σημεῖον ὀργίων βακχικῶν ὄφις ἐστὶ τετελεσμένος: αὐτίκα γοῦν κατὰ τὴν ἀκριβῆ τὴν Ἑβραίων φωνὴν τὸ ὄνομα τὸ Εὐια δασυνόμενον ἑρμηνεύεται ὄφις ἡ θήλεια. Quod Horatius oſtendit 2. Carm. ſic alloquens Bacchum.

Vnde angues caducei.

Eua quod Hebræis.

> *Nodo coërces viperino*
> *Biſtonidum ſine fraude crines*

Sed paulo ante vocem Euoe intonat.

> *Euoe recenti mens trepidat metu*
> *Plenoque Bacchi pectore turbidum*
> *Lætatur: Euoe parce Liber*
> *Parce graui metuende Thyrſo.*

Signum eſt ergo myſteriorum Bacchi & in monumentum deceptę Euæ. In his ſacris in furorem agi ſe fingunt & cruda viſcera dilaniatorum animantium deuorant cum anguibus circumplicentur & dæmonum furiis miſerrime vexentur. Arnobius. *Bacchanalia etiam pretermittimus inania quibus nomen omophagiis Græcum eſt in quibus furore mentito & ſequeſtrata pectoris ſanitate circumplicatis vos anguibus atque vt vos plenos Dei numine ac Maieſtate doceatis caprorum reclamantium viſcera cruentatis oribus diſſipatis.* Ex huius erroris inductione, conſequentia alterius orta eſt, hinc enim factum eſt vt ſerpens in honore eſſet eoque matronæ nobiles in ſuis ornamentis vterentur; dignum ſane eſt ethnica muliere ornamentum. Clemens 2. pædag. ἤδη δὲ καὶ φανερώτατα τοῦ πονηροῦ σύμβολα οὐκ αἰσχύνονται περικείμεναι· ὡς γὰρ τὴν Εὐαν ὁ ὄφις ἠπάτησεν: οὕτω δὲ καὶ τὰς ἄλλας γυναῖκας ὁ κόσμος ὁ χρυσοῦς δελέατι περιχρώμενος τοῦ ὄφεως τῷ

σχήματι ἐξέμηνεν εἰς ὕβρεις σμυογένας τινὰς καὶ ὄρεις ἀποπλανηθείας εἰς εὐαρέτειαν. Lignum ſane caducei, non eſt imago orationis ſed arboris illius ex qua per interpretationem ſerpentis, acerbitas mortis hominem inuaſit. finguntur autem duo ſerpentes licet vna ex his mali originem induxerit. his enim ſignificatur multitudo hominum in naturam ſerpentis à prima natura degenerans. Natura ſerpentis eſt callida & prudens, boni maliquę conſcia: & is eſt fructus quem ex illa arbore, perſuadente ſerpente, contra præceptum Dei deguſtauit. igitur in ſerpente antiquiſſima erat & religioſiſſima nota paganæ ſanctitatis & poteſtatis, ideoque & in cœlis, & in inferis & in terris Deum ſub hoc ſigno dominari credere. Ideo tribus foliis conſtat quo Dij felicitate & opibus cumulantur perfectione verborum & operum virtute: quod Apollo ait ſe ex arcano Iouis conſilio didiciſſe: vt teſtatur Homerus in hymno in Mercurium.

Virga tribus foliis cõſtans vt trina poteſtas deſignetur.

> Ὄλβου καὶ πλούτου δώσω περικαλλέα ῥάβδον
> Χρυσείην, τριπέτηλον ἀκήριον ἥ σε φυλάξει
> Πάντας ἐπικραίνουσα θεοὺς ἐπέων τε καὶ ἔργων
> Τῶν ἀγαθῶν ὅσα φημὶ δαήμεναι ἐκ Διὸς ὀμφῆς.

Ait hanc virgam dari etiam in cuſtodiam Mercurij ſeu legati. Hæc trina poteſtas ligno & duplici dracone deſignata, ſancta eſt & inuiolabilis: ideo reges inter inſigina dracones habebant. Themiſt. orat 6. τίς ἀληθινῶς βασιλεὺς καὶ τίνα σημεῖα αὐτοῦ καὶ γνωρίσματα· ὅτι οὐ χρυσὸς ἀετὸς οὐδὲ δράκοντες λεπτῶν ὑφασμάτων. &c. Idcirco mortales vt ab iniuria hominum tuti atque defenſi ſint hoc ſignum præ ſe ferunt vt nuncij non tantum humanæ poteſtatis, ſed etiam diuinæ, quod non ignorauit Homerus ſic enim ait Iliad. A.

Inſignia regũ, dracones.

> Χαίρετε κήρυκες Διὸς ἄγγελοι ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν.

Hæc diuinitas Libero patri attributa eſt cui ſicut Dianæ triplex poteſtas attributa eſt, vt Acro aſſerit in hos verſus Horatij.

Liber pater trinæ poteſtatis ſub quo dæmon humanitatem Chriſti cum diuinitate coniũctam eſt ementitus.

> *Te vidit inſons Cerberus aureo*
> *Cornu decorum leniter atterens*
> *Caudam & recedentis trilingui*
> *Ore pedes tetigitque crura.*

Hic patet Diabolum ſibi filij Dei gloriam affinxiſſe vt iam de Minerua notatum eſt. Vere enim Chriſtus Deus eſt in cœlis & fuit, & erit: in terris vixit, in humana ſubſtantia: & deſcendit ad inferos. Sed hoc ſibi plagiarius ille vindicat ſub ſigno ſerpentum; & in nomine & numine Bacchi ſe auctorem pacis & belli mentitur: idem.

> *Pacis eras mediuſque belli.*

Multum poteſt inter diſſentientes ratio & oratio ad pacem inter eos componendam: ſed inter æquales parum operatur niſi ex Deo ſit, id eſt niſi Mercurio interprete eodemque Deo & filio Dei. Plin. 29. cap. 3. *Hic* (inquit) *complexus anguium & efferatorum concordia cauſa videtur eſſe quare exteræ gentes caduceum in pacis argumen-*

Quid in caduceo angues agant.

tum circumdata effigie anguium fecerint. Æquales diſſentientes duplici ſerpente ſignificantur quia eiuſdem Naturæ ſunt. Igitur apud omnes gentes perſona legati ſacroſancta eſt. Quare Athenienſes parum videntur reſpexiſſe ad iuſgentium quum legatos à rege Perſarum interfecerunt, & ei qui literas regis interpretatus fuerat pœnam capitis inflixerunt, de quo ſic Ariſtides in Panathen. λέγω ψήφισμα προπάντων κρεῖττον εἰς μνήμην ἥκειν ἅμα λόγῳ καὶ ἔργῳ νικῆσαν· οὐδεὶς γὰρ ἐν χερσὶν κύριον ἦν, οὐ τῇ χειροτονίᾳ μόνον ὡς νόμος, ἀλλὰ καὶ τῷ διαφθεῖραι τοὺς ἀγγέλους τῷ δ' ἑρμηνεύσαντι τὰ γράμματα διὰ χειροτονίας μὴ ἀποδοῦσαν, ἵν' ἐπειδήπερ Ἕλλην ὢν ἔχοι πλέον τὴν τοῦ κρείττονος εἰκόνα: ἀπέκτειναν δὲ καὶ τοῦτον ὡς οὐδὲ ἄχρι φωνῆς διακονῆσαι προσῆκον τοῖς βαρβάροις. Inepte aſſentatur leuiſſimo populo qui legatos regis violare non debuit, licet vel explorandi vel nouandi gratia acceſſerint: hoc enim comperto poſſunt expelli, non tamen ſine piaculo interfici. lex de non violandis legatis ſacra dicitur à Dionyſio 2. quod iure diuino ſancita ſit. Redeo ad verbenarios & feciales noſtros. Inter hos erat Paterpatratus qui ad patrandum iuſiurandum id eſt ſanciendum fit (inquit Liuius 1.) Plutarch. ſcribit in quæſtionib. Rom. ideo patrempatratum dici quod viuo patre ſuo liberos haberet, quod falſum eſt: Nam pater ab imperio, honore & dignitate dicitur non à Natura ita vt Senatores patres vocarentur etiam ſi liberos, non haberent: vox eſt publicæ poteſtatis quaſi vero eligerentur feciales ij qui patre viuo liberos ſuſcepiſſent. Iſte autem Paterpatratus erat fecialis & erat princeps non fecialium collegij ſed à verbenario in ſe præſenti creabatur vt iuſiurandum conciperet & ſanciret, quo peracto ceſſabat officium non fecialis quia perpetuus eſt ſed patrispatrati. Hoc enim aliter fieri non poteſt. Nam nec Rex, nec populus, nec Senatus hunc patrempatratum conſtituit, ſed ſola nominatio verbenarij. Hoc autem ex Liuio patet 1. *Fecialis* (inquit) *regem Tullum rogauit Jubeſne me Rex cum patrepatrato populi Albani fœdus ferire? iubente rege Sagmina inquit te rex poſco: rex ait puram tollito: fecialis ex arce graminis herbam puram attulit: poſtea regem ita rogauit. Rex facisne me tu regium nuncium Pop. Romani. Quiritium? vaſa comiteſque meos? rex respondit quod ſine fraude mea populique Romani Quiritium fiat, facio, fecialis erat M. Valerius: is patrempatratum SP. Fuſium fecit, verbena caput, capilloſque, tangens, fœdus multiſque id verbis quæ longo effata carmine non opera eſt referre, peragit.* Hic fecialis petit à principe ius feriendi fœderis: at hoc lex dat feciali vt ſit iudex fœderis non interpres. Verum in hac forma rogationis regem agnoſcit vt auctorem ſuæ Iuriſdictionis: petit etiam ius legationis id eſt vt regis vicem ſuſtinere poſſet: Et hoc quoque oſtendit ius fecialis ex regis conſtitutione pendere, quoniam hæc iura, Romuli lege regi ſunt maxime propria. Sed quid opus eſt vt fecialis ille alium ex ſuo collegio faciat patrempatratum? Quia fecialis fit nuncius tantum voce regis, (non fit fecialis quia idem

Athenienſium culpa.

Lex ſacra.

Paterpatratus quis.

Error Plutarchi.

Differūt fecialis & paterpatratus.

Cur fecialis à rege petit ius feriendi fœderis & legationis.

Cur fecialis facit patrempatratum.

habet à lege) vt det auctoritatem ſacri & diuini iuris peragendo negotio; quia princeps, ſacrorum habet poteſtatem Romuli lege. Igitur fecialis auctor eſt fœderis vt Dei nuncius & Regis, ſeu populi. in hoc enim auctoritas eſt neceſſaria, non quod Rex vel populus ſit inſtar pupilli: eſt enim ignominioſum hoc genus exceptionis in perſona eius qui legem omnibus imponit: Sed quod Maieſtatis ius quatenus ſpirantem Dei imaginẽ habet niſi iure diuino in effectu obligari non poſſit: ideo in cõceptione harũ ſolemnitatum Deus teſtis & auctor eſt. Nec me mouet quod etiã Reſpublicę reſtitui poſſint l. 3. C. de iure reſ. 4. C. quibus ex cauſ. maior l. 22. §. vltimo ff. ex quib. cauſ. maior: quæ loco priuatorum habentur l. 16. ff. de verb. ſig. Nam ſi ciuitas aduerſus Romam vellet reſtitui iure priuati vteretur, ſecus ſi contra municipem ſuum. At ciuitas imperans aduerſus æqualem pari iure vtitur, & vere etiam ſine ſolemnitate obligatur l. conuentionum ff. de pact. Sed conuentio illa ſeu obligatio infirma eſt niſi religione, auctoritate, & timore Dei muniatur: Et ideo hic, auctor fœderis adhibetur vt diuino iuri pareat qui humano non cogitur obtemperare. Idem autem non poteſt concipere obligationem in quam auctor eſt datus. Semper enim contrahentium perſona alia eſt à perſona auctoris: vnde dicitur tutorem in rem ſuam, auctorem pupillo eſſe non poſſe, quia auctoritas deſideratur ad hoc vt præſens negotium confirmetur l. 1. ff. de auctoritat. præſt. Ergo fecialis non poteſt ſancire iuſiurandum quum auctor ipſius ſit: & proinde patrempatratum facit qui vicem regis & populi tenet in fœdera deſcendentium. Et recte fit à feciali non à rege quia & ſanctio fœderis in ius diuinum concipitur cuius in hac re feciales ſunt antiſtites: Et ſic differt fecialis à patrepatrato at in indicendo bello fecialis idem eſt & paterpatratus, quia non deſideratur auctoritas vbi non contrahitur obligatio l. 1. C. de elictor. præſt. Igitur fecialis facit in aliis cauſis patrempatratum etiamſi à rege hanc poteſtatem non petierit: quoniam in hoc ius regium non eſt ſed proprium collegio vt concipiantur formulæ, ritus & cærimoniæ ex inſtitutis antiquis: quod ad ſummi imperij partes non pertinet. Sed quis erat ille verbenarius penes quem tanta erat poteſtas? qui ſuffragio collegij conſtitutus erat quo caſu erat etiam paterpatratus. Dionyſ. 2. εἷς μὲν ἐκ τῶν εἰρηνοδικῶν ὃν οἱ λοιποὶ προχειρίσαιντο κεκοσμημένος ἐσθῆτι καὶ φορήμασιν ἱεροῖς &c. Exactis regibus iura illa belli ad Senatum deuoluta ſunt, ita tamen vt bellum Senatuſconſulto decretum populi ſuffragiis confirmandum eſſet: ideoque quum bellum indiceretur, fecialis non Senatus tantum ſed populi nomine indicebat quod Cincius apud Gellium 16. cap. 4. in hac forma docet. *Quod populus Hermundulus, hominesque populi Hermunduli aduerſus populum Rom. bellum fecere deliquereque, quodque Pop. Romanus cum Pop. Hermundulo hominibuſque Hermundulis bellum indico facioque.* Ergo non tantum populus bellum indicit & facit ſed & ipſemet fecialis. Nam telum ſta-

Reſpublica in reſtitutione iure vtitur pupilli licet pupilla non ſit cur.

Quomodo Maieſtas obligatur.

Alia eſt perſona auctoru, alia contrahentium.

In indicendo bello idem eſt fecialis & paterpatratus.

Quis verbenarius.

Forma indicẽdi belli.

tim in agrum hoſtilem iaciebat vt ille ait non vt eo, aliquem ex hoſtibus læderet aut locum in quem mittebatur occuparet iure belli, ſed ominis cauſa. Varro in Caleno, duces quum primum hoſtilem agrum introirent ominis cauſa, prius haſtam in eum agrum mittebāt vt caſtris locum caperent. Ominis ratio erat in euentu victoriæ quam ſub imagine teli præripere hoſti videbantur. in haſta autem ſeu telo veteres ſignum iuſti dominij & iuſta parti victoriæ poſuiſſe (ſi ſupereſt Lacheſi quod torqueat) edocebo in 3. libro huius operis. Ab hoc omine principium auſpicantur pugnæ: quem morem Virgilius 9. Æneidos ita eleganter expreſſit.

Telū in hoſtilem agrum iaciebatur, ad quid.

Ecquis erit mecum ô Iuuenes qui primus in hoſtem
En ait & iaculum intorquens emittit in auras
Principium pugnæ & campo ſeſe arduus infert.

Vbi Seruius. *Hac* (inquit) *de Romana ſolennitate tractum eſt: quum enim volebant bellum indicere Paterpatratus hoc eſt princeps fecialium proficiſcebatur apud hoſtium fines & præfatus quedam ſolennia clara voce dicebat ſe bellum indicere propter certas cauſas aut quia ſocios læſerant, aut quia nec abrepta animalia, nec obnoxios reddiderant: & hac clarigatio dicebatur à claritate vocis poſt quam clarigationem haſta in eorum fines immiſſa indicabatur iam pugnæ principium.* Iam dictum eſt Patrempatratum non eſſe principem collegij niſi in hac re tantum nimirum in feriendo fœdere, & indicendo bello & cæteris ſimilibus quæ extra vrbem Patrari & perfici debent, nam ſiue fiat à Verbenario qui collegij decreto conſtitutus eſt videlicet in ſanciendo Iureiurando; ſiue ex collegij ſententia quum mittitur ad bellum indicendum, neutro caſu vel ſacerdos vel magiſtratus magis eſſe potuit, quum ſoli Maieſtati fas ſit hęc iura condere aut mutare in hoc fœdere Iupiter inuocatur ſubindeque porcus mactabatur poſt ſolitas execrationes. Liuius eodem. *Legibus deinde recitatis, audi inquit Iupiter audi Paterpatrate populi Albani, audi tu populus Albanus vt illa palam poſtrema ex illis tabulis ceraue recitata ſunt ſine dolo malo tu illo die Iupiter Populum Rom. ſic ferito vt ego hodie hunc porcum feriam tantoque magis ferito quanto magis potes polleſque, id vbi dixit porcum ſaxo ſilice percuſſit* Hoc notauit Virgilius libro 9. Æneid.

Cur paterpatratus in eo actu non eſt magis ſacerdos aut Magiſtratus.

Poſt iidem inter ſe poſito certamine reges
Armati Iouis ante aram pateraſque tenentes
Stabant & cæſa iungebant fœdera porca.

Et hac ratione porci effigies erat inter militaria ſigna: Feſtus ait quintum inter ea locum obtinere: quia confecto bello inter quos populos pax fiebat, ea cæſa, fœdere firmari ſolet porca. in bello indicendo aliæ ſeruantur cærimoniæ quas Liuius ita deſcribit. *Legatus vbi ad fines eorum venit capite velato, audi Iupiter* (inquit) *audite fines. audiat fas ego publicus nuncius Populi Rom. iuſte pieque legatus venio verbiſque meis fides ſit: deinde poſtulat, inde Iouem teſtem facit: ſi ego iniuſte impieque illos homines, illaſque res dedier populo Rom. mihique poſco, tum patriæ compotem me nunquam ſinas eſſe; hac quum fines*

Cur porcus erat inter ſigna militaria.

ſupra ſcandit, hac cuicumque ei primus vir obuius fuerit, hac portā ingrediens, hac forum ingreſſus &c. deinde: *audi* (inquit) *Iupiter & tu Iuno, Quirine, Diiq; omnes cœleſtesvoſq; terreſtres voſque inferni audite: ego vos teſtor.* Hic obteſtatur omnes deorū ſpecies vt intelligatur caduceum horum imaginem præ ſe ferre ex ſententia Grecorum. Quare quamuis non idem ſignum ſit omnes diuinitates ad hanc ſuperſtitionem aduocantur; idem fere Dionyſ. 2. in hac religione ſumma eſt iuſtitia: nam debitor primo interpellandus eſt alioquin in mora non erit l. mora ff. de vſur. deinde iudicari aut conuinci debet iuſtis probationibus, nec ante poſſeſſione pellendus eſt l. vnica C. de prohib. ſeq. pecun. l. 2. C. de prob. condemnationem non ſtatim ſequitur executio ſed datur tempus quo commodé poſſit ſatisfacere: & hoc tempore elapſo, iam ſatis luſum eſt in vmbratili prelio & quaſi velitatum: ad manum militarem veniendum ſi prætoris auctoritas contemnitur l. qui reſtituere ff. de rei vindic. Igitur tria hæc fundamenta ſtatus bené compoſiti hic obſeruata ſunt primum religionis, ſecundum iuſtitiæ, poſtremum armorum violentiæ ad quam princeps nunquam confugiet niſi duobus prioribus inſtructus: vt hic. Nam primo poſtquam rex, vel Senatus ad collegium fecialium retulit de iniuriis acceptis ab altera gente decernit collegium res eſſe repetendas: deinde vnus ex illo collegio mittitur vt repetat ablata, aut deditionem obnoxiorum expoſcat, ſi expoſtulationi ſatisfiat, vterque populus conciliatur Dionyſ. ibidem: ſed ſi hoſtis diem petat intra quam conſtituat quid fieri oporteat Senatus dat decem dies idem, εἰ δὲ χρόνους εἰς βουλὴν αἰτήσαιντο δέκα δίδους ἡμέρας παρεγίγνετο πάλιν καὶ μέχρι τρὶς αἰτοῦντας ἀνεδέχετο. Hic eſt terminus qui legatis dabatur vt ſuas poſtulationes expoſcerent etiam apud veteres Grecos, quod docet Homerus in perſona Bellerophontis ad Prætum miſſi à quo interrogatus eſt quid veniſſet petiturus Iliad. Z.

> Ἐννῆμαρ ξείνισσε καὶ ἐννέα βοῦς ἱέρευσεν
> Ἀλλ' ὅτε δὴ δεκάτη ἐφάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς
> Καὶ τότε μιν ἐρέεινε καὶ ᾔτεε σῆμα ἰδέσθαι.

Nouem diebus quieuit ſed decimo legationis ratio expetita eſt ab eo vbi Euſtathius, ἀρχαῖον ἔθος φασὶ τὸ τῇ δεκάτῃ ἐρωτᾶσθαι τοὺς ξείνους, ὃ καὶ ἐπὶ Ἀλεξάνδρου γενέσθαι φασὶν ὅτι τῷ Μενελάῳ ξενωθεὶς ἀφήρπασε τὴν ἑλένην: Et hoc etiam tempus datur debitori l. promiſſor §. 1. ff. de conſt. pec. Sed ex æquitate & humanitatis ratione tempus aliquando prorogatur etiam ſupra menſem vſque ad 33. dies. Dionyſius ait elapſis 30. diebus, διελθουσῶν δὲ τριάκοντα ἡμερῶν εἰ μὴ παρέχοιεν αὐτῷ τὰ δίκαια ἡ πόλις, ἐπικαλεσάμενος τούς τε οὐρανίους καὶ καταχθονίους θεοὺς ἀπῄει. Plenus eſt numerus 30. dierum & iuſtus (vt oſtendam in tertio libro huius operis ſi curſum laboris mei fata non præuertant.) Sed quia ter deni dies dati ſunt & vnumquodque tempus decem dierum ſolutioni præſtitutum eſt, non continetur nec numeratur dies

quo ſatiſfactio fieri debet nimirum vndecimus:dies enim ſolutionis, gratia debitoris eſt l. cum qui 41. §. 1. ff. de ver. oblig. ita vt toto die in quem concepta eſt ſolutio, peti non poſſit debitum l.ſequenti ff. eod. hoc ipſum obſeruari in his obligationibus publicis iuſtitiæ ratio poſtulat:Liuius 4. ſi non deduntur quos expoſcit diebus tribus & triginta, tot enim ſolennes ſunt, peractis; bellum ita indicit.Obſtat quod in hoc caſu idem in ſua cauſa iudex eſt & ius ſibi dicit,quod iuſtitiæ non conuenit toto tit. Cod. ne quis in ſua cauſa. Verum quis erit iudex inter eos qui nullum ſe ſuperiorem agnoſcunt?eritne iudex qui diliquit ſeu reus? minime.

Quis iudex inter gentes contendentes.

Nam in dubio potius eſſet actori credendũ l.inter ſtipulantẽ §.1. ff. de verb.oblig.nec tamẽ eo caſu rex ſeu Populus ſuiipſius eſt iudex ſed ſolus Deus: neque enim eſt in arbitrio regis aut populi quid iudicent ipſi feciales. Quia eorum decreto Maieſtas ipſa reluctari non audeat : quod nefas fuit etiam regibus exactis à quibus hæc ſanctio promanauit.Dionyſ. ididem. εἰ δέ τι μὴ γένοιτο τούτων, οὔτε ἡ βουλὴ κυρία ἦν ἐπιψηφίζεσθαι πόλεμον οὔτε ὁ δῆμος. Igitur in hoc capite bellorum iudices ſunt feciales non ipſa Maieſtas ne ſibi ipſi ius dicere videatur:iidem ſententiam ſuam denunciant iudicatis, bellum iis indicunt, vt ore Dei condemnati videantur.

Cur de bello ſuſcipiendo Rex conſulit Senatum.

En patent vndique regum antiquorum ludibria quibus populos ſuos obligant ad tuendum & propagandum imperium ſub ſpecie fictæ pietatis. Poſtquam vero fecialis Romam reuerſus eſt refertur ad Senatum ex collegij auctoritate quid actum ſit,nihilque amplius impediri per deos quo minus bellum ſuſcipiatur. Rex Senatum conſulebat & qui primus ſententiam rogabatur aiebat puro pioque Duello quærendas res cenſeo,itaque conſentio,conſciſcoque. Sed quid prodeſt regi Senatum conſulere de bello gerendo quum iam hoc feciales iudicauerint? Verum fecialium decreto gens peregrina Romanis iudicatur obnoxia & proinde res repeti poſſe, deinde bellum indici. Hoc tamen Maieſtati non imponit neceſſitatem billi gerendi. in quo ergo tantam vim habet collegium? in

An Rex deteriorẽ regni ſtatum facere poſſit.

primo iudicio repetendi, ſine quo nec regi, nec populo, nec Senatui fas eſt bellum gerere: & hoc maximum pondus habet quo libertas Maieſtatis extenuatur. Atqui potuitne Numa deteriorem imperij conditionem facere? non videtur potuiſſe mutare naturam ſummæ poteſtatis. Verum ſibiipſi legem impoſuit, non poſteris regibus niſi eam colere & obſeruare voluerint. Quinimo nec ipſe auctor legis eam obſeruare cogitur iure,ſi eam immutare voluerit; quod & in priuatis cauſis veriſſimum eſt. Nemo enim ſibi poteſt eam legem dicere vt à priore ei recedere non liceat l.ſi quis in principio de legat. 3.l.quod autem § penult ff. de donat. inter vir redeo ad feciales: hic in indicendo bello quum haſtam ferratam ſanguineam aut præuſtam ad fines obnoxiorum ferebat & non minus tribus teſtibus præſentibus eam iaciebat. dico haſtam ſanguineam. Nam tincta erat ſanguine vt futuræ pugnæ effectus oſtenderetur

Ammianus

Ammianus hunc ritum etiam à barbaris vſitatum fuiſſe ſic docet lib. 19. *Grumbates haſtam infectam ſanguine ritu patrio noſtrique more conſecrans fecialis.* Quid ſi non ſit locus vbi hæc ſolemnitas per fecialem poſſit celebrari, veluti ſi aduerſus hoſtem transmarinum, bellum gerendum ſit: dictum eſt in ſacris quum quis religioni ſatisfacere non poteſt ficta pro veris accipi: ſic & in hac religionis ſpecie veteres cenſuere: nimirum in agro Romano hæc ſolennitas celebratur & haſtæ iactus: Feſtus, *Bellona* (inquit) *dicebatur dea bellorum ante cuius templum erat columella quæ ærea vocabatur ſupra quum haſtam iaciebant quum bellum indicebatur.* Bellonæ templum erat extra vrbem Liuius 8. decad. 3. hic locus hoſtilis fingitur, vt imago indicendi belli à veritate aliena non ſit: quod in vrbe fieri non poteſt vbi Dij ſunt imperij & vrbis tutelares: huc pertinet quod ex Vitruuio dixi deos noxios etſi cœleſtes extra vrbem conſtitui. Nunc per partes legis interpretationem aggrediamur fœderum, pacis belli, induciarum. An hæc omnia in idem recidunt? minime. Nam fœdus eſt ſolennis conuentio religione conſecrata inter duas gentes vt certo iure coniungantur: pax eſt publica pactio qua populi diſſidentes conueniunt & conciliantur: bellum eſt duarum gentium rite ſuſcepta contentio: induciæ ſunt pactio qua certi temporis datur ab armis intermiſſio. Horum ſunt iudices iſti legati & ſtatuunt quomodo ſint concipienda eorumque interpretandi facultatem habent: conditiones pacis an iuſtæ ſint, bella an iuſta: an concedi debeant induciæ, fœdera vt componenda: quæ omnia inter ſe differunt. Fœdus enim poteſt eſſe inter eos populos inter quos nullum exarſerit bellum: pax & induciæ non item: pactio publica eſt genus quo hæ ſpecies continentur. Quid ſi dux exercitus nimirum magiſtratus vt Conſul, Proconſul &c. paciſcantur cum hoſtibus, aut peregrinis? pactio quam iniit Mancinus Conſul cum Numantinis, fœdus Numantinum appellatur, licet nec iuſſu populi nec Senatus auctoritate firmata ſit: At hoc fœdus improbatum eſt: valuit tamen, ab initio. Sed poſtea infirmatum eſt ſine piaculo: nam deditione Conſulis diſſolutum eſt vt in auctorem poſſent animaduertere hoſtes, nec ſit inter ciues, qui hoſti ex conuentione obſtrictus eſt. in hoc enim eſſet piaculum, violato gentium iure quod in pactionum fide dominatur l. 1. §. 1. ff. de pact. quid eſt ſponſio? differt enim à fœdere. Liuius 9. in his verbis, non fœdere ſed per ſponſionem. Eſt conuentio inter exercitus prætorem, & hoſtium ducem quæ fit obſidibus datis. Obſides obligantur ſponſione; alioqui merito detineri non poſſent; nã eo tempore dantur hoſti, quo duces belli paciſcuntur inter ſe, & ideo ius violentiæ ceſſat interim. Spondent ergo hoſti ſponte: quia magiſtratus ne in bello quidem dedere ciuem poteſt niſi ex crimine. horum feciales ſunt iudices non delegati ſed propriam iuriſdictionem habentes: hoc enim habent principaliter à lege & quatenus ſunt etiam magiſtratus l. 6. ff. de iuriſdict. Eam

Si non poſsit in agrum hoſtilem haſta proiici quid agendum.

Quid fœdus: quid pax, quid bellum: quid induciæ.

Horum differentia.

Differentia inter ſponſionem & fœdus.

Cur ſponſione obſides obligãtur.

tamen mandare non poſſunt quia in mero imperio conſiſtit & regij iuris partem aliquam continet. Imo mandatur quia fecialis facit Patrempatratum, & collegium facit Verbenarium & Patrempatratum. Verum is cui mandatur hæc iuriſdictio eam iam legis vi & poteſtate habebat licet nō actu adhuc: idcirco non mandatā ſed propriam habet iuriſdictionem quum Paterpatratus factus eſt ſeu à Verbenario ad ſanciendum iuſiurandum ſeu à collegio ad bellum indicendum non vt Paterpatratus aut Verbenarius ſed vt fecialis ſicut de legato Procos dictum eſt in cap. conſtructa. Suo igitur iure non alieno beneficio notionem & iudicandi poteſtatem habēt: vt cognoſcant non tantum de iniuriis illatis Populo Rom. ſed etiam de querimoniis aliarum gentiū quæ ſe leſas querantur; compertaque iniuria iubent noxæ dedi reos criminis: iudicant & de iniuriis quæ illatæ ſunt legatis: deinde cōditiones fœderum tuentur non ſecus ac Prætores, priuatarum conuentionum l. 7. §. ait Prętor ff. de pact. pacis pactiones componunt eamue male conceptam irritam faciunt. Denique cognoſcunt & de imperatorum factis ſi quid deliquerint contra iuſiurandum, illudque prout videtur expiant: de his ſic docte Dionyſ. 2. φυλάττειν ἵνα μηδένα Ῥωμαῖοι πόλεμον ἐξενέγκωσι κατὰ μιᾶς ἐνσπόνδου πόλεως: ἀρξάντων δὲ παρασπονδεῖν εἰς αὐτοὺς ἑτέρων, πρεσβεύεσθαί τε καὶ τὰ δίκαια αἰτεῖν, πρῶτον λόγῳ: ἐὰν δὲ μὴ πείθωνται τοῖς ἀξιουμένοις, τότ' ἐπικυροῦν τὸν πόλεμον: ὁμοίως δὲ κἂν ἀδικεῖσθαί τινες ὑπὸ Ῥωμαίων ἔνσπονδοι λέγοντες τὰ δίκαια αἰτῶσι, τούτους διαγινώσκειν τοὺς ἄνδρας εἴτι πεπόνθασιν ἔκσπονδον, καὶ ἐὰν δόξωσι τὰ προσήκοντα ἐγκαλεῖν, τοὺς ἐνόχους ταῖς αἰτίαις συλλαβόντας, ἐκδότους τοῖς ἀδικηθεῖσι παραδιδόναι: τὰ δὲ περὶ τοὺς πρεσβευτὰς ἀδικήματα δικάζειν καὶ τὰ περὶ τὰς συνθήκας ὅσια φυλάττειν, εἰρήνην ποιεῖσθαι, καὶ γεγενημένας ἐὰν μὴ κατὰ τοὺς ἱεροὺς πεπρᾶχθαι νόμους ἀκυροῦν καὶ τὰς τῶν στρατηγῶν παρανομίας ὅσαι περί τε ὅρκους καὶ σπονδὰς ἐπιτελοῦνται διαγινώσκοντας ἀφοσιοῦσθαι. Quod ſi ſunt belli iudices vt patet ad quid hęc ſequuntur, *Bella diſceptanto*, nam diſceptator, eſt iudex. Tullius in partit. *Aut auſcultator eſt* (inquit) *qui audit, aut diſceptator id eſt rei ſententiaque moderator.* Verum diſceptator plus eſt quam iudex nā ab omni iudice & magiſtratu lege Valeria prouocatio eſt l. 2. §. exactis ff. de orig. iur. Sed hęc lex lege Valeria multo antiquior eſt. Verum ante legem Valer. Conſules ſine prouocatione iudicabant quia regio in imperio erant vt in 2. huius operis libro apparebit. Sed quum Roma regia Maieſtate regeretur ſoli regi competebat hoc ius non Tribuno celerum qui ſecundum à rege locum obtinebat d. l. 2. §. iiſdem: probatur ex l. vnica §. 1. ff. de offic. præf. præt. vbi præfectus prætorio ad vicem magiſtri equitum qui ad vicem Tribuni Celerum conſtitutus eſt d. l. 2. §. & his dictatoribus ſed poſtea præfecti prætorio auctoritas in tantum meruit augeri vt ab eo appellari non poſſet: Ergo quum ab origine ſua prouecta hoc iure aucta fuiſſet ſequitur ab aliis à quibus originem ſumpſit

Feciales Iuriſdictionem habent ſuo iure.

Inter iudicē & diſceptatorem quid interſit.

An eſſet prouocatio ab omni magiſtratu.

appellari potuiſſe: dictatori datum eſt ſpecialiter vt ab eo non eſſet prouocatio d.l.2.§. populo ergo ab eo potuit prouocari qui infra dictatorem cōſtitutus eſt: quæ eſt ratio regis ad dictatorem eadem eſt Tribuni Celerum ad magiſtrum equitum: & proinde ſub regibus ab omni magiſtratu appellari poterat. Summe regi cauendum eſt ne vnicum creet magiſtratum penes quem ſit ſumma poteſtas: nam facilis eſt volatus ſecundi gradus ad primū nullo intercedente. Secus ſi plures ſint: nam ſe mutuo impediunt prius molientes excellere in illo gradu ſupra conſortes quam ad primum apicem aſpirent tum quod multitudo ab vnitate Maieſtatis abſit: quod ſapientiſſime notauit Ariſtoteles 3. pol. cap. 11. κοινὴ γὰρ φυλακὴ πάσης μοναρχίας τὸ μὴ ἕνα ποιεῖν ἕνα μέγαν ἀλλ' εἴπερ πλείους: τηροῦσι γὰρ ἀλλήλους. Et in hoc Monarchia Romana peccauit quod vnicum Tribunum ſuis militibus præfecit quum plures creare potuiſſet & ſic conſeruatum fuiſſet regis imperium, & merces virtutis aucta plures in Rep. viros cingulo dignitatis exornaſſet: igitur feciales non tantum ſunt iudices ſed & diſceptatores bellorum: Alioqui nec regium ius habuiſſent in his cauſis ſi ab iis fuiſſet prouocatio: Nec tamquam internuncij Iouis haberentur qui iure diuino hæc negotia peragerent: hoc autem ius diſceptandi bella & ad cętera de quibus diximus extenditur, vt ad fœdera licet ſine bello eſſe poſſent. Nam & in his celebrantur hæ conuentiones euitandi belli gratia & communis amicitiæ ſanciendæ aduerſus aliarum gentium iniurias. In præcedenti capite haruſpici datur quædam poteſtas publica quæ tamen exerceri non poteſt niſi Senatus iuſſerit. An & hoc in hoc cap. debet intelligi? minime. Nam poteſtas fecialium non ex Senatus auctoritate dependet cui vt & regi in hac cauſa ius dicere poſſunt. Nec me mouet quod fecialis ſtipulatur à rege vt ius nuncij accipiat & ab eo ſagmina poſcat: hoc enim fit vt confirmetur in eo actu auctoritas fecialis ab eo penes quem ius religionis eſt: nec mutat quod eam auctoritatem iam habet à lege: Ea enim dedit ius omnibus fecialibus & vni collegio dedit hoc munus quod cum ab vno feciali exercendum ſit, merito ab eo confirmandum eſt à quo collegij poteſtas emanauit.

Quid maxime regi cauendum.

Fecialis poteſtas, etiam ſine Senatus auctoritate exercetur.

Cur à rege fecialis poſcit quod habet à lege.

AXIOMATA.

BELLA ſunt neceſſaria ad expianda ſcelera & comprimendam ferociam hominum: eaque à natura ſunt quatenus ea, inculpatam ſui defenſionem induxit: & contra Naturam, quatenus violentia Naturæ repugnat. Feciales autem qui

fidei publicæ præſunt, bella concipiunt iuſta: eorum iura partem regij imperij continent: quod male inſtitutũ eſt quũ bellorũ diſceptatio & tractatio ſoli Maieſtati debeat competere: dicti ſunt autem à faciendo quia fides circa quam verſantur in facto non in opinione conſiſtit.

FECIALIVM ius à Numa primum inſtitutum eſt, poſt ab Hoſtilio debilitatum reparatur ab Anco, non vt à Numa repetitum ſed vt à peregrinis, & manſit vſque ad Marij & Syllæ tempora, poſt quos iſti Sacerdotes iidemque perpetui Magiſtratus, iure ſui imperij reciderunt, relicta eis tantum conceptione fœderum, belli, pacis, induciarum & interpretandi poteſtate. Origo huius officij à Græcis ducta eſt, qui tamen iis vt Sacerdotibus non etiam vt magiſtratibus vtebantur: poſtea tamen apud Græcos Magiſtratus pacis Præſides à Proconſule nominabantur, vnus ex decem à tota Prouincia electis, quem ipſe Proconſul non creabat ſed princeps aut Senatus, cuius conſtitutione id agebat, ſoli enim Maieſtati fas eſt magiſtratẽ aut Sacerdotem facere, Græci autem liberi erant ſub Romanis, ſed iura Maieſtatis non habuere.

IN Collegio fecialium 24. erant quorum 4. mittebantur inter quos princeps erat verbenarius hique oratores vocabantur (qui apud omnes gentes Sacroſancti ſunt, nec violandi etiamſi mala fide acceſſerint, ſed expellendi ne quid moliantur) hi primum ex patriciorum, deinde ex omni ordine electi fuere. Verbenis erant coronati, quibus ſignificatur tutela Maieſtatis, patrij ſoli conſeruatio & honos ſepulcri (eſt enim

herba cum terra auulſa: herba alimentum quod ex ſolo natiuo haurimus, terra humationem in quam reſoluimur qui ex ea nutriti fuimus, indicat, lege mutui ſeruata quo redduntur accepta in eodem genere, non eadem ſpecie) ideo corona graminea niſi ei qui laborantem iuuiſſet Maieſtatem numquam decernebatur.

EADEM ratio eſt in caduceo quo legati Græcorum inſigniti erant non idem ſignum, in quo latet verum Symbolum humani exitij ſub ſerpentum imagine: vnde homo deceptus ex Natura integra in corruptam degenerauit: lignum autem eſt illius arboris ſimulacrum in qua venenata fera peſtiferum virus execrandis ſibilis effudit: hoc argumento Ethnici notant vim poteſtatum cœleſtium, terreſtrium, & infernorum: tum concordiam inter ęquales inter quos niſi vis quædam diuinitatis media ſit futura ſunt bella & ſtrages ſub ſpecie diuini iuris & gentium.

REX aut populus leſi ſeipſos facile reſtituunt, niſi Deo auctore, mediante ſacerdote obligentur non quod ſint inſtar pupilli, furioſi, minoris ſed quod Maieſtas obligata ſe ipſam poſſit exoluere at obligatione ec reuera difficilime patiatur ſe quum liberrima ſit deuinciri niſi iure diuino: ideo in fœdere cóponendo: rex autp opulus fecialem interponit penes quem iuris diuini regimen & auctoritas in obliganda Maieſtate, ſed quia fecialis iſte idemque auctor in hác rem, non poteſt ipſemet obligari ne idem in rem ſuam auctor ſit, ideo ex eodem collegio creatur à feciali paterpatratus qui in concipiendo ſeu ſanciendo iureiurando vicem regis aut populi teneat: quo

caſu fecialis non creat Magiſtratum : quia iam erat fecialis.erant autem duę ſpecies patriſpatrati: vnus enim à verbenario conſtituitur ad ſacrandum fœdus: alter à collegio ad indicendum bellum cum tribus fecialibus vterque tamen fecialis eſt: quo patet vtramque ſpeciem non creari à collegio vel verbenario ſed ad hanc partem huius muneris ſpecialiter alligari quod generaliter omnibus datum eſt.

BELLVM indicens clara voce repetebat ablata & deditionem obnoxiorum vnde clarigatio dicitur: quod ſi non obtemperaretur, haſtam in fines eorum iaciebat in omen futuræ victoriæ: ſi haſta mitti non poſſit in hoſtilem agrum, ſolennitas in agro Romano celebratur ad imaginem veræ miſſionis non in vrbe in qua Dij tutelares, hoſtili quidem etiam vmbra polluerentur. Iuris ordo poſtulat vt prius interpelletur debitor, deinde, ſi probatum ſit debere condemnetur, tum vt ad ſatisfaciendum legitimæ dentur induciæ: legato 10. dies dabantur vt exponeret rationem ſui muneris: hoſti tempus hoc in triplum prorogabatur vt 30. dies ad ſolutionem indulgerentur: vnus tamen dies ſingulis decem addebatur. quia dies in quem ſolutio concipitur eſt gratia debitoris, ideo totus relinquendus eſt eius arbitrio rei, & ſic 33. dies prorogabantur.

CONVENTIO publica continet fœdus, pacem, inducias, ſponſionem: fœdus ſine bello eſſe poteſt, non pax, non induciæ: ſponſio fit non auctoritate Senatus aut populi ſed Magiſtratus, datis obſidibus qui ſponte per ſponſionem hoſtibus obligantur: alioqui iure non poſſent de-

tineri: quia tum dati ſunt quum ius capiendi non erat, nimirum inter inducias, nec deditio ducis quicquam ex hoſtium mutat libertate quia dedendi ſui militis poteſtatem non habet, niſi ex cauſa criminis in hoſtem commiſſi contra ius gentium.

FECIALES ſunt iudices iure ſui magiſtratus: ſunt & diſceptatores, ita vt ab iis appellari non poſſet quod vice regis iudicarent: quamquam in Monarchia ab omni magiſtratu fuerit prouocatio: & recte ne penes vnum ex ſubditis aut ciuibus ſumma poteſtas eſſet. Hoc enim ſumme eſt periculoſum Monarchiæ: quia vnius ad vnum facilis eſt aſcenſus & pronum ad apicem deſiderium nullo intercedente, ſecus ſi plures ſint, quia ſe mutuo impediunt. Non eſt autem opus iuſſu Senatus aut regis vt collegium de bello cognoſcat: quia etiam non iubentibus iis ita conſtituunt de his rebus vt nec regi, nec Senatui, nec populo bellum inferre fas ſit: Senatus tamen de iniuriis ad eum relatis iubere poteſt & ſolet vt ad collegium referatur.

NOCTVRNA MVLIERVM SAcrificia ne ſunto: pręter olla quę pro populo rite fiant: neue quem initianto, niſi vt aſſolet Cereri Gręco ſacro.

CAP. XIII.

SACRA quæ fiunt noctu auguſtiora videntur & ſanctiora quia nox σεμνότητ' ἔχει, vt ait Euripides dieque ſtatum habet tranquilliorem, eaque dea eſt quietis humanæ, ſeu in ſomnum declinemus, ſeu in mortem: vtriuſque enim nutrix fingitur teſte Pauſania Eliac. 1. Quinetiam die eſt antiquior. Nam primum erant te- *Cur ſacra nocturna ſanctiora.*

nebræ 1. Genes. & poſtea dies factus eſt. quod etiam intellexerunt ethnici Ariſtophanes in Auibus.

Nox prior die & eſt priuationis Symbolũ.

Χάος ἦν καὶ νὺξ: ἔρεβός τε μέλαν πρῶτον καὶ τάρταρος εὐρύς.

Hoc ita ex prouidentiæ lege factum eſt vt oſtẽderetur noctem eſſe indicem quietis & ſtatus, diem actionis & laboris: prior autem eſt ſtatus motu, quia omne quod fit neceſſe eſt fieri ab aliquo principio immobili: nam ſi moueatur non erit principium quia id ab alio moueri neceſſe eſt: loquor de ſenſibilibus vt eſt dies & nox. deinde in nocte eſt quædam imago priuationis idcirco inferis aſcribitur, in quibus vmbræ tantum non eſſentiæ credebantur ſeu vt ille ait fabulæ manes: inter priuationem & eſſentiam infinitum eſt: & in hoc immenſa creatoris poteſtas agnoſcitur, qui ex nihilo creauit omnia etiam ſpiritus angelicos & ſic noctis quaſi primogenitura in ſe Symbolum habet huiuſce poteſtatis, vnde Orpheus noctẽ antiquam vocat, diem vero Luciferum, ſic enim ait ad Muſæum.

Νυκτά τε πρεσβύς ἦν καλέω καὶ φώσφορον ἦμαρ.

Ariſtotel. 11. Metaphyſic. cap. 6. καίτοι εἰ ὡς λέγουσιν οἱ θεολόγοι καὶ οἱ ἐκ νυκτὸς γεννῶντες ἢ ὡς οἱ φυσικοί, ἦν ὁμοῦ πάντα χρήματα φασὶ τὸ αὐτὸ ἀδυνάτον. Ait eſſe hoc impoſſibile vt ex nocte nata ſint omnia & omnia ſimul fuiſſe confuſe ab initio: ſi nulla fuerit actu cauſa quę omnia in lucem diſponeret ſed vere fuit Deus ab ęterno à quo actu puro, hæc ex nocte id eſt ex nihilo in actum, lucem, & eſſentiam prodiere: omnia autem confuſe fuiſſe oſtendit cap. 1. Geneſ. ſed illa moles rudis & indigeſta tenebroſa ex nihilo etiam creata eſt ab eodem actu æterno. Nam per ſe nõ extitit quum in ea tantum eſſet potentia quæ actu ſeu intellectu diuino poſterior eſt Natura & perfectione, quia eſt principium motus, quum tamen ipſe immobilis ſit eodem auctore: At in iis quæ mouentur de potentia in actum, verum eſt potentiam actu eſſe priorem: Sed eo caſu de actu puro & vero principio non agitur, vt idem teſtatur 9. Metaphyſ. quum igitur ſimpliciter actus prior fuerit potentia ſic concludit ὥστε οὐκ ἦν ἄπειρον χρόνον χάος, ἢ νὺξ &c. Atqui mundum ab æterno eſſe dixit Ariſtot. 1. de cœlo cap. 10. mundus autem non eſt intellectus diuinus; nam ſeparat mundum Ariſtot. ab illa ſubſtãtia quæ ſemper actu eſt quum ait in d. cap. 6. tres eſſe ſubſtantias quarum duæ ſunt naturales vna incorruptibilis vt mundus, altera corruptibilis vt plantæ & animalia: at tertia in natura non eſt quia eſt Deus. Mundus igitur quum ſit ſubſtantia naturalis, compoſitus eſt ex materia & forma: nam hęc ſunt principia ſubſtantiarum naturalium vt paſſim docet Ariſtot. materia eſt cœlum, terra, & quæ ex iis naturis facta intra eam continentur, idem de mundo cap. 2. forma eſt ordo & diſpoſitio eorũ omnium ad ſimilitudinem Dei ibidem. Atqui quæ compoſita ſunt neceſſe eſt ex præexiſtente aliquo ſubiecto generentur vt infra ex eodem oſtenditur: Ergo ſi mundus eſt æternus neceſſe eſt vt ante ſeipſum factus ſit, aut non ſit naturalis ſubſtantia: quod ſi non ſit naturalis

Intellectus diuinus eſt principium.

Potentia quomodo prior actu eſt.

Tres ſubſtãtia.

naturalis ſubſtantia, non erit compoſitus. quod falſum eſt: ſi enim eſt ſimplex, erit aut materia, aut forma, non eſt materia quia eſt actu non potentia & agit in creaturas natura ſui: non eſt ſimplex forma quia ex mente Ariſtotelis nulla eſt per ſe, huc ergo redeundum eſt vnde omnia orta ſunt mundum ex Deo eſſe qui ex nō ente creauit omnia: Et ſic immerito reprehēdit veteres Theologos quod aſſeruerint omnia fuiſſe ex nocte id eſt ex nihilo. Ex hoc tamen non ſequitur noctem die eſſe pręſtantiorem licet antiquior ſit: ætatis acceſſio reuerentiā habet ſub ſpecie paternitatis non tamen virtutem ex neceſſitate conſequentiæ. in die eſt lucis gloria quæ Dei ſimilitudinem habet: in nocte priuationis enormitas vt vmbra mortis. Lactantius in Statium 2. Achilleid. ait Dianam creatam fuiſſe ante Apollinem quia matri Apollinem parturienti præbuit obſtetricis officium. *Nam conſtat* (inquit) *primam noctem fuiſſe cuius inſtrumentum eſt Luna* &c. Eſt tamen Sol Luna præſtantior: Dies autem antiquior eſt homine & propter hominem creata eſt. Nocturna autem Sacra prohibentur hoc cap. non quod nox rebus diuinis minus auſpicata videatur, ſed ne mulierum pudicitia polluatur nocturnis & obſcuris virorum congreſſibus. in hac enim lege non prohibentur virorum nocturna ſacra ſed ea tantum quibus mulieres cum viris noctu verſarentur: quæ lex eſt regia & à Romulo ſancita Dionyſ. 2. οὐδ᾽ ἂν ἴδοι τις παρ᾽ αὐτοῖς καίτοι διεφθαρμένων τῶν ἐθῶν ἤδη, οὐ διαπαννυχισμοὺς ἐν ἱεροῖς ἀνδρῶν σὺν γυναιξὶν οὐκ ἄλλο τῶν παραπλησίων τούτοις τερατευμάτων οὐδὲν ἀλλὰ εὐλαβῶς ἅπαντα πραττόμενά τε καὶ λεγόμενα τὰ περὶ τοὺς θεοὺς ὡς οὔτε παρ᾽ Ἕλλησιν οὔτε παρὰ βαρβάροις. Hic notandū quod ait moribus Romæ labefactatis hanc legem locū habuiſſe: Et hoc ne impingerent Romani in errores quibus alias gentes illidi animaduertebant. Myſteria enim apud Græcos noctu celebrabantur; hac ratione quod anima ſenſuum motu & officio liberata & expedita ad ſe ipſam reuoluta quieſcit & ſanctius puriuſque in Dei adoratione quieſcit Clemens ſtrom. 4 ἐπειδὴ τηνικάδε ἡ ψυχὴ πεπαυμένη τῶν αἰσθήσεων συννεύει πρὸς αὑτὴν καὶ μᾶλλον μετέχει τῆς φρονήσεως, διὰ ταῦτ᾽ καὶ αἱ τελεταὶ γίνονται νυκτός· μάλιστα ἐνδύουσι τὴν ἐν νυκτὶ τῆς ψυχῆς συστολὴν ἀπὸ τοῦ σώματος. An idcirco ſacra Bacchi noctu celebrantur in quibus arcana ſunt paganæ ſuperſtitionis myſteria? hanc ſane rationem præ ſe ferunt, ſed verum eſt ideo noctu celebrari, ne lucis officio prodantur quæ ne cogitari quidem fas ſit. Neque vero ſoli Græci & Thraces hoc ſacrorum genere imbuti ſunt, ſed & Indi ad quos Dionyſius fertur perueniſſe: Et alij vt Amnitę quorum mulieres tota nocte bacchabantur clamantes Euoi Euan teſte Dionyſio de ſitu orbis & Euſtathio in eūdem, quod maxime conuenit iis quæ dixi de Eua in præcedente cap. hinc & Dionyſius ipſe à Papinio Euan appellatur. quo magis confirmatur id quod aſſerui dæmonem ſui creatoris ſpeciem & diuinitatem humanitati coniunctam, tum mortem & reſurrectionem, deinde in cœlos

Probatur mūdum æternum non eſſe.

Aetatis acceſſio nō habet incremētum virtutis ex neceſſitate.

Cur nocturna ſacra prohibentur.

Cur Græci myſteria noctu celebant.

Cur myſteria Bacchi noctu celebrarentur.

Aſcenſum ementiri, imo & ipſam Natiuitatem ex Ioue & Semele, idque teſtimonio Diui Iuſtini Martyris ad Tryphonem confirmatur. Διόνυσον μὲν υἱὸν τοῦ Διὸς ἐκ μίξεως τὸ μεμίχθαι αὐτὸν τῇ Σεμέλῃ γεγενῆσθαι λέγουσι καὶ τοῦτον εὑρετὴν ἀμπέλου γενόμενον καὶ διασπαραχθέντα καὶ ἀποθανόντα ἀναστῆναι, εἰς οὐρανόν τε ἀνεληλυθέναι ἱστοροῦσι. Non idem in Pallade finxit quia ſolum filij Dei diuinitatem in ea ſimulauit vt oſtendi ſupra, cui etiam draco conſecratus *In Baccho & Minerua dæmõ ementitus filium Dei.* eſt, non vt illi volunt in argumentum perpetuæ vigilantiæ, ſed ementitæ diuinitatis, & tyrannidis ſub hac ſpecie in humanum genus occupatæ: idcirco quum Maieſtas Iouis gigantum armis peteretur angues dea illa violentiæ illorum oppoſuit.

Hinc Phœbi pharetras, hinc torua Palladis Angues.

Mineruæ draco. (Inquit Statius 2. Thebaid.) hoc patet ex fabula quæ de Ericthonio fertur. Quum enim Vulcanus Mineruam violare voluiſſet, tamen non potuit virginem maculare ſuo ſemine, ſed in terram illud decidit ex quo natus eſt Ericthonius qui draconis virtute in ſpeciem eandem mutatus eſt vt Deus fieret. Ouid. 2. Metamor.

Infantemque vident adporrectumque draconem.

Ideo pedibus Palladis appingitur draco ſub nomine Ericthonij. Pauſanias in Atticis, εἰ δὲ τῇ χειρὶ δόρυ ἔχει καί οἱ πρὸς τοῖς ποσὶν ἀσπίς τε κεῖται καὶ πλησίον τοῦ δόρατος δράκων ἐστίν. εἴη δ' ἂν Ἐριχθόνιος οὗτος ὁ δράκων. Ideo Ægyptij apud quos Minerua eſt Spiritus ille æternus qui hoc vniuerſum mouet & permeat, omnipotentiam indicant ſub imagine ſerpentis Orus Apollo, παντοκράτορα ἐκ τῆς τῶν ζώων τελειότητος σημαίνουσι τὸν ὁλόκληρον ὄφιν ζωγραφοῦντες οὕτω παρ' αὐτοῖς τοῦ παντὸς κόσμου τὸ διηκόν ἐστι πνεῦμα. Nec moueor de ſententia eo quod ait Plutar. in Iſide draconem eſſe Palladi conſecratum quod virginitas cuſtodia egeat accuratiſſima. Nam eo animo & ſenſu potuit ei à quibuſdam vigilantiſſimum animal affin-*Furiarũ angues.* gi aut alia qualibet ratione: Sed hoc primum ex ſpecie diuinitatis emanauit. habent & furiæ angues ſuos quibus diuinæ iuſtitiæ executio ſignificatur iam in præcordiis impiorum inchoata. igitur Romulus vetuit mulierum cum viris nocturna ſacrificia. Sed an mulierum ſine viris prohibentur? verum nulla ſunt mulierum nocturna ſeorſum à viris Romæ, excepto illo quod in hoc cap. ſpecialiter excipitur. quum ergo Romæ ſolum hoc ſacrũ mulieribus tantum iniunctum eſſet, cur generaliter mulierum nocturna ſacra prohibentur? vt ab his in poſterum caueretur. quid de nocturnis ſacris virorum? hic de his nihil ſancitum eſt, nec in his legum regiarum fragmentis quicquam de nocturnis virorum ſacris cõſtitutum eſt: tum etiam de diurnis mulierum ſacris nihil cautum eſt. Sed cui nã diuinitati exceptũ in hoc cap. ſacrũ debetur? *Cui debetur hoc ſacrum.* Bonæ deæ ſcilicet quæ fœminarum præſes exiſtimabatur: hæc multo prius quam Roma conderetur, in Italia adorabatur. Vnde ferunt Herculis ſacro mulieres non intereſſe quod quum boues Geryonis per Italiæ agros duceret & ſiti premeretur mulier aquam dene-

gauit quod fœminarum dies celebraretur, nec ex eo apparatu viris guſtare fas eſſet Macrob. 1. ſap. cap. 12. Ergo cultus huius numinis in ea regione antiquiſſimus eſt. Romæ autem receptus eſt regum conſtitutionibus quibus apud Romanos, nullum eſt ius antiquius: Tullius de haruſp. reſp. quum Hetruſci conſulti de prodigiis & portentis reſponderunt. *Sacrificia vetuſta, occultaque minus diligenter facta pollutaque*, ſic ait *Et enim quod ſacrificium tam vetus eſt quam hoc quod à regibus æquale huic vrbi accepimus.* Ergo primum à Romulo inſtitutum: deinde à cæteris regibus obſeruatum eſt: alioquin vrbi Romanæ æquale nõ eſſet ſi à Numa vel ſequẽtibus regibus introductũ eſſet. Hoc autẽ publicũ eſt quia fit pro vniuerſo populo: non tamen populare eſt. Nam popularia ſacra apud Feſtum ex ſententia Labeonis ſunt quæ omnes ciues faciunt: at hoc à ſolis mulieribus celebratur & publicum à Tullio in huius legis expoſitione vocatur quod fiat pro populo vt eſt in hoc cap. *Idem credo eum te audiuiſſe quum apud Cæſarem pro populo fieret veniſſe eo muliebri veſtitu virum* (inquit ille) idem de Haruſp. reſp. *quod fit per virgines veſtales fit pro populo Romano fit in ea domo quæ eſt in imperio: fit incredibili cærimonia: fit ei deæ cuius ne nomen quidem viros ſcire fas eſt:* Quod poſtremum etiam de antiquiſſimo & ſummo omnium deorum cuius nomen enunciare nefas eſt qui cœlis, terris, & inferis dominatur Papinius 4. Thebaid. canit.

Bona dea ante Romam conditam in Italia celebratur.

Roma bona dea culta à Romulo.

Dei ſummi & Bona deæ nomẽ ſcire nefas.

Et triplicis mundi Dominum quem ſcire nefaſtum
Illum ſed taceo: prohibet tranquilla ſenectus.

Id ex Hetruſcorum diſciplina ſumptum eſt quod ibidem ita confirmat Lactantius, *Hetruſci confirmant Nympham (quæ dum nupta non fuerit) prædicaſſe maximi Dei nomen exaudire hominem per naturæ fragilitatem pollutionemque fas non eſſe quod vt documentis aſſereret in conſpectu cæterorum ad aurem tauri, Dei nomen nominaſſe quem ilico vt dementia correptum & nimio turbine coactum exanimaſſe*: Hunc Demogorgonem vocat ille, quem ſecutus eſt Bocatius in Genealogia deorum. Græca eſt hæc vox quæ idem ſonat ac populi terror: nec male Gorgonis horrendum nomen ei tribuitur, eſt enim & in illo dæmonio ſignum illud diuinitatis arcanum nimirum ſerpens de quo ex hiſtoria antiqua quædam ſic refert Euſtathius in Iliad. Θ· τεράςιόν τι χρῆμα καὶ δεινὸν τὴν γόργονα οἶδε καὶ ὀφεωπλόκαμον· ἡ δὲ ἱςορία σεμνά τινα περὶ γοργόνων λαλεῖ. Quamquam vero nefas eſt viris ſcire nomen bonæ deæ non ipſis mulieribus, religionis tamen maieſtas æque vetat nomen eius efferre vtrique ſexui non ſecus ac Dei illius antiqui Plutar. in Iulio ἔςι δὲ Ῥωμαίοις θεὸς ἣν ἀγαθὴν ὀνομάζουσι, ὥσπερ ἕλληνες γυναικείαν, καὶ φρύγες μὲν οἰκειούμενοι Μίδα μητέρα τοῦ βασιλέως γενέσθαι φασὶν, Ῥωμαῖοι δὲ νύμφην Δρυάδα φαύνῳ συνοικήσασαν· ἕλληνες δὲ τῶν Διονύσου μητέρων τὴν ἄρρητον. Male Phryges ariolantur eſſe matrem Midæ quia in eo nihil eſt quod ſapiat originem tantæ diuinitatis. Nec fides habenda eſt Romanis in eo quod aiunt eſſe nympham

Gorgon habet angues.

Quæ ſit Bona dea.

vxorem fauni aut ſecundum Varronẽ filiã, cuius nomen in publico non eſt auditum, nec virum vmquã viderit nec à viro viſa ſit. Hæc nimis ſunt pueriliа. Nymphæ ſunt in infimo gradu numinum: imo nec vere ſunt numina quia tandem aliquando poſt multas annorum periodos fata etiam ſua patiantur: Virgil. in Epigrammate de ætatibus animalium.

Nymphæ, mortales

Quam vos perpetuo decies præuertitis æuo
Nymphæ Hamadryades quarum longiſsima vita eſt.

Statius 6. Theb. de Sylua loquens.

Stat ſacra ſenecta
Nomine, nec ſolos hominum tranſgreſſa veterno
Fertur auos, Nymphas etiam mutaſſe ſuperſtes
Faunorumque greges.

Heſiodus ante Virg. & Statium.

Τρεῖς δ' ἐλάφους ὁ κόραξ γηράσκεται: αὐτὰρ ὁ φοῖνιξ.
Ἐννέα τοὺς κόρακας δέκα δ' ὑμεῖς τοὺς φοίνικας
Νύμφαι εὐπλόκαμοι κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο.

Quod & Plutar. confirmat de defectu oraculorum. Nec ideo nomen eius ſciri aut euulgari nefas quod nomen eius in publico auditum non ſit: nam ne in priuato quidem nomen eius enunciari fas eſt quod abſolute hoc prohibitum ſit: nec ideo viri arceantur ab eius ſacris quod virum numquam viderit quum in domo in qua vir dominatur ei ſacrum fiat, ab iis quæ ſunt in manu virorum & fiat pro viris maxime tum pro mulieribus An eo quod vt ait Macrob. ea ſit à patre violata quum ſe in ſerpentem transfiguraſſet Clemens Alex. in protrep. ad Greços. μίγνυται δ' αὖθις ὁ γεννήσας οὗτος Ζεὺς τῇ Φερεφάττῃ τῇ ἰδίᾳ θυγατρὶ μετὰ τὴν μητέρα τὴν Δηώ, ἐκλαθόμενος τοῦ προτέρου μύσους: πατὴρ καὶ φθορεὺς κόρης ὁ Ζεὺς καὶ μίγνυται δράκων γενόμενος ὃς ἦν ἐλεγχθείς. Hoc licet vt fabuloſum adducat veriſſimum tamen eſt in eo quod Diabolus ſub ſpecie ſerpentis innocentiam Euæ violauit. Hæc à Græcis vna ex matribus Bachci dicitur cuius nomen eloqui nemini fas eſt, vt mox ex Plutar. dictum eſt: At Macrobius ait ex Cornel. Labeone eam in Pontificum libris indigitari bonam, faunamque, opemque, & fatuam: Sed hæc nomina propria non ſunt huic deæ quæ aliud ſecretum nomen habet quod ne Pontificum quidem libri prodidere, auctore principia ſuæ machinationis occultante: ſed ſatis eſt proditum in ſignis myſticis, vocibus etiam ipſi pagano incognitis: nam in eius templo ſerpentes, nec timentes, nec terrentes indifferenter apparent vt ille teſtatur: quod maxime congruit cærimoniis Bacchantium in quibus hoc animal vt ſanctum quoddam myſterium adhibetur: tum etiam quod Bacchus filius eius appellatur & Euam & Euoi. Non mutat quod vini inuentio multo ſi poſterior ipſa Eua. Filius enim dicitur non ſenſu naturali ſed myſtico: ideo non dicitur abſolute mater Bacchi ſed vna ex matribus eius eaque arcana. Myſticus ſenſus in fictione diuinitati

Pater ſpecie draconis filiam violat.

Myſtica Bacchi mater, Eua, cuius nomen proditum non eſt, cur.

Vinum, Symbolum libertatis.

eſt ſub eodem ſigno latente: tum in imperio & libertate ſui ipſius: hoc enim tamquam organo ſui ſceleris abuſus eſt ſerpens, hominem, fore Deum, ſi ex fructu arboris deguſtaſſet in contumeliam creatoris & ſic fore liberum ab eius dominatione. hinc natus eſt Liber pater id eſt effrænatus ad omne flagitium impetus. in notam huius libertatis quæ vera eſt ſeruitus animi. vitis ſupra caput bonæ deæ extenditur qua maxime eam pater decipere tentauit (inquit Macrob.) id eſt deitatis & libertatis turpiſſimæ prætextus quæ ſub ſigno vitis oſtenditur. Ergo vinum non ſignificat ſolam libertatem ſed & diuinitatẽ. nunquid dæmõ peruerſus eſt imitator Dei? Deus ex omni arbore ſolam ſibi vitem elegit Eſdras 4. cap. 5. adeo vt in templo Iudęorum vitis aurea poſita fuerit quam Ariſtobulus ad Pompeium dono miſit. Ioſephus antiquit. 14. Chriſtus ſe viti comparat in Euangelio & ſanguis eius comparatur cum ſanguine vitis apud Diuum Iuſtinum Martyrem ad Tryphonem: quia ſicut ſanguis vitis non eſt ex homine ſed ex Deo ſic ſanguis Chriſti non ex ſemine hominis eſt ſed ex virtute Dei. Veteres theologi Bacchum non vino tantum ſed & humori pręfecere. Plutarchus id probat ex ſententia Pindari in Iſide: eodem ſenſu Ægyptij Oſirim venerantur apud quos non licet ea ratione arborem perdere aut fontem obſtruere vt idem refert. vnde patet in ipſo Baccho poſitum fuiſſe rerum principium quod in aqua plures cenſuerint vim eſſe generandi maximam, ideo in pompa Oſiridis præfertur vas aquarium vt ibidem ait & Homerum & Thaletem laudat auctores huius ſententiæ. aptius tamen erat Symbolum in vino quam aqua ratione libertatis illius effrænatæ & lætitiæ quam habet & largitur quę per aquam non proprie ſignificatur licet aqua ferociam, impetum & inconſtantiam repręſentet, igitur Bacchus eſt bonæ deæ myſticus filius. Quum autem hunc diem feſtum agerent mulieres tentoria Pampinis contegunt. Plutar. ὅ ἐν ἀμπελίνοις τε τὰς σκηνὰς κλήμασιν ἑορτάζουσαι κατερέφουσιν καὶ δράκων ἱερὸς παρακαθίδρυται τῇ θεῷ κατὰ τὸν μῦθον: ἄνδρα δὲ παρελθεῖν οὐ θέμις οὐδ' ἐπὶ τῆς οἰκίας γενέσθαι τῶν ἱερῶν ὀργιαζομένων: αὐταὶ δὲ καθ' ἑαυτὰς αἱ γυναῖκες πολλὰ τοῖς ὀρφικοῖς ὁμολογοῦντα δρᾶν λέγονται περὶ τὴν ἱερουργίαν. Hæc quum ſimilia ſint Orpheicis orgiis neceſſario ad ſacra Bacchi proxime accedũt: hic etiã notandũ quod ait prope Bonã deam ſacrũ draconẽ fuiſſe vt falſam diuinitatẽ argueret; vt autem Bacchi & Bonæ deæ coniũctio ſeruaretur, vinũ in templũ eius ferebatur, nõ vini ſed lactis nomine, & vas quo inferebatur mellariũ appellabatur, & vinũ lactis nomine libabatur vt teſtis eſt Macrob. Cuius rei rationẽ Plutar. in quæſt. Rom. quęſtione 20. Eam affert quod Faulij cuiuſdam Haruſpicis vxor quum vinum bibiſſe à marito deprehenderetur virgis myrteis cæſa eſt & ideo nec vinum nec myrtus infertur. Vel quod mulieres hoc ſacrum agentes quum ab aliis rebus puræ tum maxime à re venerea eſſe debeant: hinc fit vt omnes viri ab hoc remoueantur: quod ita religioſe ſeruatum eſt vt ne qui-

Vitis, Dei eſt.

Bacchus aquæ præeſt.

Draco bonæ deæ.

Viro nefas hæc videre etiam imprudenti.

dem ei ſacra videre viro fas ſit etiam imprudenti: Tullius de Haruſp. *Quod autem tam occultum quàm id quod non ſolum curioſos oculos excludit ſed etiam errantes, quo non modo improbitas ſed ne imprudentia quidem poſſit intrare.* Ideo myrtum tunc abominantur quod veneri ſacra ſit. At ſanè à Baccho myrtus aliena nõ eſt, eſt enim Deus libidinis ideo ſacris eius initiati myrto coronabantur & Theſmothetę vt ſacroſancta eorum perſona iutelligeretur perinde ac ſi initiati eſſent Ariſtophanis Scholiaſtes, μυρσίνης στεφάνῳ ἐστεφανοῦντο οἱ μεμυημένοι οὐχ ὡς τινὲς νομίζονται κισσίνῳ· ὁ δὲ Ἀπολλόδωρος καὶ τοὺς θεσμοθέτας φησὶ διὰ τῆς μυρσίνης στέφεσθαι ὅτι οἰκείως ἔχει πρὸς τὸ φυτὸν ἡ θεὸς καὶ ὅτι τοῖς χθονίοις ἀνιέρωτο. Ait gratam eſſe myrtum Proſerpinæ & inferis ſacram credo quod fructũ non ferat: Sed prius Veneri conſecrata eſt quod ſemper viridis. Sed redeo ad bonam deam. an etiam vinum non debet nominari quod Venerem

Bona dea nec temulenta nec cæſa.

moueat? prior ratio Plutar. ineptiſſima eſt & à Maieſtate deæ aliena vt eſt ſit temulenta & vxor vani homunculi & virgis lacerata tanti tamen honoris magnitudine cumuletur poſterior

Cur vinum hic non appellatur ſuo nomine.

accommodatur huic rei. Nam licet à venereis rebus abhorreant, vinum tamen adhibent & libant non vt vinum ſed vt ſignum libertatis, id eſt non cõſideratur in eſſentia vini & ideo ſuo nomine non vocatur: Arnobius ex ſexto Clodio vini amphoram obtectam ſignum monſtrari ait. vocatur ergo alieno nomine nimirum lactis. Ea quæ libantur vt primitiæ, non ſigni ſed ſubſtantiæ nomine Diis offeruntur: licet hæc ſubſtantia ſignum etiam contineat, quo Deum principium ſubſtantiarum agnoſcimus & auctorẽ omnium

Cur lac appellatur.

bonorum ſed hoc ſignum veritatis eſt non fictionis: vt hic vinum fingitur eſſe lac, quum verum vinum ſit, ne ſi vt vinum accipiatur pollueret hoc ſacrum ex quo veneris irritamenta pelluntur: at in lacte nihil eſt quod venerem poſſit excitare, ſed verum eſt Symbolum principij quo alitur homo. Nam antequam naſcatur, ſanguine paſcitur incluſus cæco lateri, deinde in lucem prodiens eodem alimento ſuſtentatur, mutato tantum colore, quia ſanguis in vaſculis naturalibus dealbatur. Recte deæ mulierum quæ prima omnium fuit lac accomodatur quæ principium naturæ dedit cæteris ho-

In ſemine matris eſt etiam principiũ agentis motionis.

minibus. Eſt enim in ſemine matris principium vt vult Simplicus non tantum patientis ſed etiam agentis motionis: Lac ergo fingitur quia Eua dedit principium huic ſexui cuius eſt caput & primum alimentum. At nonne vir quoque ſine quo mulier eſt ſterilis vt materia ſine forma eamdem debet auctoritatem? Maiorem ſed alia eſt eius ratio. Neque enim vir prima cauſa fuit huius libertatis & defectionis à Deo ſed ipſamet mulier, quæ venenum quod hauſerat ex ore draconis, in virum effudit & immundi ſpiritus cõtagione labefactauit. Sed cur lac vero non offertur? Quoniam

Eua non eſt principium verum.

doctiſſimus auctor huius ſuperſtitionis intellexit in Eua non eſſe principium generationis niſi nomine tenus. Id enim principium eſt quod ex ſe non aliunde pendet: quia principium principij eſſe

non poteſt Ariſtot. 1. Phyſic. cap. 6. At Eua ex viri corpore edu- *Vxor viro loco*
cta eſt propemodum vt filia quæ ex ſemine parentis naſcitur, ita *filiæ.*
vt non mirum ſi iure ciuili vicem filiæ ſuſtineat l. 1. ff. rerum amot. quinetiam nec alimenti principium in Eua eſt quatenus alimentum eſt. Omnis enim mater à ſeipſa lac habet quatenus mater, id eſt non habet vt deſcendens ab Eua ſed vt mater. Nec me mouet quod Eua prima lactauerit liberos, hoc enim non tamquam prima omnium mulier ſed tamquam mater. Habet tamen nomen principij quod lactis voce repræſentatur, non ipſius generationis ſed ſeruitutis illius pernicioſiſsimæ quam nomine libertatis inuoluebant. Igitur Bonæ deæ vt libertatis principi vinum libatur ſub nomine lactis ne polluatur ſtimulo veneris, quia lactis nomen ei conuenit ob rationem principij falſi quod tamen à dæmone vt verum inductum eſt quo verum principium ignoraretur. Sed cur *Cur vinum li-*
libatur ex vaſe quod nec vini nec lactis ſed mellis nomine ap- *batur ex vaſe*
pellatur? Nihil enim fruſtra iſte conſtituit in hoc ſacro: hic tria *mellario.*
ſunt mendacia, tribus verbis à patre mendacij conficta, vinum, lac dicitur, & lac vinum, & vtrumque mellario vaſe incluſum quod vinum continet. Nec abs re dulcedinem libertatis eo modo ſignificauit: mel enim dulciſſimum eſt, ideo vaſe mellario vinum infuſum, dulcedinis illius eſt indicium: Tullius contra Rull. probat etiam à brutis libertatem expeti & ab omnibus animantibus anteponi cæteris rebus: & ita ſub fictione lactis & mellis id eſt linguæ blandientis lenocinio & oblata imagine ſeu vmbra libertatis quam etiam auſus eſt impoſtor ſpeciem diuinitatis appellare quam captans homo in ſeruitutem ferream præcipitatus eſt & mortem qua, diuinitati nihil eſt pugnantius. Hinc patet ratio qua Diis nefas eſt libare vinum niſi ex polluta vitæ aut impura vt ſupra oſtenſum eſt. Nam in eo ſignum falſæ libertatis dæmon conſtituens oſtendit tacite veræ libertatis violationem & pollutionem vinum pollutum ſibi poſtulans. Mellarium ergo vas oſtendit dulcedinem rei quæ per vinum in eo contentum indicatur. Neque vero pugnat huic religioni natura mellis, quia vino contraria eſt quod in eſſentia nefas eſt admoueri: Et hac ratione Plutarch. 4. Sympoſ. ait Iudæis non adhiberi Mel in ſacrificiis: quo probare tentat illos Bacchum præcipue adoraſſe quod falſum eſt. Non ignoro hanc *Mel contrariũ*
deam exiſtimari Proſerpinam à quibuſdam ſeu terreſtrem Heca- *vino.*
tem, Diis autem Manibus quorum hæc regina eſt offerri mel lac & vinum: quod licet à ratione huius ſacri alienum non ſit, ab iis tamen intellectum nõ eſt, non ſemper eſt bona Proſerpina quę caſſis lumine præeſt & omnium bonorum communione priuatis: rapit Iuuenes & ſenes indiſtincte. Poëta.

Miſta ſenum & iuuenum denſantur funera nullum
Seua caput Proſerpina fugit.

Ita dicitur non bona. Nec ratio lactis, mellis, & vini vlla eſt. Nam Proſerpina longe alia eſt à Diis Manibus; quia hæc, dea nata

Primæ materiæ non datur vinũ lac & mel in ſubſtantia.

eſt, illi Dij facti, hæc potentiſſima in inferis, illi ſubiecti ſunt: addo nec vere lac bonæ deæ, nec mel eſſe tribuendum, quum materia prima nihil adhuc procreauerit, quæ ſane ſub nomine Bonæ deæ intelligitur. de ea hic agitur quę ſine compoſitione manet in imperio ſuiipſius: At quum formam accepit, tunc vere eì & mel & fruges, & lac libantur atque etiam vinum non vt ſignum libertatis ſed vt vinum in ſubſtantia. Statius 8. Theb.

Tellurem placare parat nec futile mœſtis
Id viſum Danais, geminas ergo ilicet aras
Arboribus viuis & adulto ceſpite texi
Imperat, innumeroſque deæ ſua munera flores
Et cumulos frugum & quicquid nouat integer annus
Addit & intacto ſpargens altaria lacte.

Potẽtia cum fictione confertur.

Ergo offeruntur imaginarie: quia eorum procreandorum vim habet adhuc in potentia tantum quæ cum fictione quandam habet analogiam. Deinde Bonæ deę virtus à Proſerpinæ qualitate diſtinguitur. Sed hæc quę alioquin obſcuriſſima ſunt in altera parte huius cap. exponentur, nonnullorum opinio eſt quam plerique ſequuntur Bonam deam eſſe terram, Maiam, Opem: Semelem Boeoti eſſe aſſerunt: At Semele ſub fulmine Iouis periit: ergo dea non eſt: aut ſi eſt non eſt nata ſed facta: Maiam autem natura deam non conſtituit quum ex Atlante nata ſit, homine non Deo: terra autem ſub nomine Opis, Telluris, Rheæ, & matris Deûm adoratur; quæ ſententia inter doctiores magis recepta eſt, hac ratione quod ædes

Bona dea à docto pro terra colitur.

Kalẽdis Maiis Maiæ id eſt terrę dedicata ſit ſub nomine Bonę deæ quod Macrob. ait ex Cornel. Labeone, tum quod eidem Maię eodem tempore ſus prægnans mactetur quę hoſtia terræ propria eſt. At mox dixi Maiã non fuiſſe natura deam. Verum Maia vocatur vt curioſitas excludatur eorum qui nomen myſticum inquirere vellent. Nam Maiæ nomen vt ea eſt Atlante nata notum erat vulgo, nec prohibitum efferri: ideo in hoc ſacro nomen eſt qualitatis nimirum quod maior ſit & antiquior: vel à Maieſtate quia imago eius ſceptrum tenet regale manu ſiniſtra eodem auctore: Vtraque ratio huic rei aptiſſima eſt. Nam Maieſtas ſpeciem habet principij (quo nihil eſt vetuſtius) quum ſupra eam nihil ſit & ex ea pendeant omnia, & ad eam referantur vt ad originem. Vnde Piſone

Maia, dea Maieſtatis cur vxor Vulcani.

teſte apud Macrob. Maieſtas dea, vxor Vulcani dicitur, quod principium generationis ſit forma, & materia; forma per Vulcanum ſeu ignem: materia per Maiam ſeu Maieſtatem oſtenditur, quæ Maia vocatur à magnitudine quod potentia infinita ſit Ariſtot. 5. Phyſic. cap. 6. & prior natura quam forma, vt ſic verum ſit priorem eſſe in rerum natura noctem die quia omnia ex nihilo creata ſunt & ipſa materia ex nihilo eſt licet prima fuerit in natura in quo peccauit Ariſtot. exiſtimans eſſe ab æterno hunc mundum: minus tamen grauiter accuſari debet, quam qui Euangelij Lucem intuiti quaſi caligantes vt noctuæ ad ſolem, ſuſtinuerũt materiam prim[illegible]

Deo eſſe coæternam vt Marcion & Hermogenes Hæretici quos Tertullianus appellat materiarios. Ergo dea Maieſta à magnitudine dicta eſt non molis ſed temporis. Nam quo quiſque vetuſtior, eo maior eſt & honore dignior. non quod ex neceſſitate, ætas cumulum virtutis adaugeat ipſo actu, ſed quod poſſit adaugere id eſt ſenior licet inſanior iuniore non tollit honorem Senectuti debitum, quia ſanior eſſe potuit, & ita præſumitur (niſi manifeſta ſit inſania). Quod conuenit materiæ quæ prior eſt forma, quatenus in potentia eſt, non in actu: & quia diuturnitate temporis magnitudo prudentiæ comparatur qua ſola ciuitates recte gubernantur vt de Pallade ſupra dixi non immerito Maieſtas vetuſtati data eſt & proinde Bonæ deæ quam primam omnium mulierum eſſe dixi: licet doctiores ethnici veritatis ignoratione in eius nomine lapſi ſint; quinimo nec naturam eius intellexerunt. Nullus enim piaculum contrahebat in efferendo nomine Terræ, Telluris, Rheæ, Cybeles &c. licet hęc propius quam cætera numina ad hanc Bonam videatur accedere. Nam fingitur ab Ægyptiis quinque deos peperiſſe quinq; mūdorū ſpecies ex vna materia obſcure adūbrantibus Plutar. teſte de defectu oracul. vnde patet eam pro prima materia ſumi. Sed quæ mox dicta eſt Vulcani nunc Saturni vxor appellatur, eique conſecratur feſtum quod dicitur Opalia quę Decembri menſe celebrantur. Macrob. 1. Satur. cap. 10. Atqui non December ſed Kalendę Maij Maiæ ſeu Maieſtæ ſacræ ſunt. Si eadem dea eſt cur duobus iungitur, cur eiuſdem Feſtum diuerſis temporibus aſſignatur? Verum Kalendę Maij non vt Feſtum Solenne celebrantur Maieſtæ, licet eo tempore flamen Vulcanalis ei rem diuinam faciat quod eo menſe magiſtratus olim inirentur in quibus erat Maieſtatis adminiſtratio Liuius 4. *Idus tum Maiæ ſolennes ineundis Magiſtratibus erant.* Ideo ante colenda erat Maieſta quā miniſtri eius officio fungerētur. Nec obſtat quaſi duplex matrimoniū: nam Saturnus nō eſt naturalis maritus Rheę, ſed myſticus vt oſtenderetur omnia cum tempore eſſe creata: Saturnus enim ab illis doctoribus pro tempore accipitur. Nec nos moueat Vulcanum fingi multo iuniorem Saturno vtpote Nepotem. hoc enim pertinet ad fulmina & Manubias non ad naturam rerum primigeniam. probaui Idibus Maij initos fuiſſe magiſtratus: ſed ante, initium anni erant Kalēdæ ſextiles quibus inibantur magiſtratus. Liuius libro 3. *Creati Coſſ. L. Ebutius, P. Seruilius Kalendis ſextil. vt tunc principium anni agebatur Conſulatum ineunt.* Vnde patet Numæ conſtitutionem qua anni initium in Iano ſtatuit lege tribunitia abrogatam fuiſſe. Ergo terra ab antiquis Maia, Maieſta, Rhea, mater magna, tellus, & mater deorum vocatur & muliebris dea quod materiæ ſpeciem mulier habeat ideoque materia fœmina appellatur à Plotino 3. Ennead. 4. cap. 14. magnam intelligo à potentia, illi male à corporis mole aſcripta. Nam maior eſt aqua; maior aer ita vt quatuor elementorum ſit minima: nec terræ magis conuenit no-

Maia à magnitudine temporis non molis.

Cur Maieſtas vetuſtati datur.

Quo tempore tribuantur magiſtratus, & initium anni regibus exactis.

Materia fœmina.

men Maieſtæ ſeu antiquitatis, quum prima materia non in terra ſola ſit, & ſit antiquiſſima. Veteres in grauitate Senectutis poteſtatem regendi poſuere adeo vt prudentiam capillo cano tribuerint, Tyrrhenus, Tarcon, & Troianus Cycnus ab ortu ſuo cani finguntur quod prudenter imperauerint perinde ac ſi ſeniores fuiſſent: ideo apud Homerum ſenes vocantur non ab ætate ſed à dignitate & imperio vt principes, hoc enim proprium eſt Senectuti Euſtath. in Iliad. B. γέροντας φασὶν οἱ παλαιοὶ παρ' Ὁμήρῳ τοὺς ἐντίμους λέγεσθαι ἐν οἷς οὐ μόνοι γέροντες τῇ ἡλικίᾳ καὶ ποτὲ ὄντες ἀριστεῖς, ἀλλὰ καὶ νέοι ἐνεργοῦντες ἄρτι τὸ ἀριστεύειν, οὐ μόνον διὰ τὸ ἄξιον εἶναι μακροβιότητος, ἀλλὰ καὶ διὰ φρόνησιν δι' ἣν καὶ ὁ τύρσηνος, ταρχὼν, καὶ ὁ τρωικὸς Κύκνος πολιοὶ ἐκ γενετῆς φημίζονται. Male pingunt Suſannam à Senibus rapi vt violetur: illi enim erant populi Magiſtratus ideo Seniores dicebantur ſed cedamus pictoribus, quibus idem quod poëtis licet. Sancta eſt Senectus non eo quod mollius dormiat, lauetur, & viuat, ſed quod regiũ in ciuitate munus obtineat: & hic eſt fructus illius ætatis qui decerpitur tãquã ex arbore ſero pariente, quẽ ſummo labore natura parturiens producit vt bonum ipſi domeſticũ & perfectiſſimum Plutar. σεμνὸν ἀπὸ τῶν γερόντων γενόμενον διαμένει, οὐχ ὅτι θερμολουτοῦσι καὶ καθεύδουσι μαλακώτερον, ἀλλὰ ὡς βασιλικὴν ἐχόντων τάξιν ἐν ταῖς πόλεσι κατὰ τὴν φρόνησιν ἧς καθάπερ ὀψικάρπου φυτοῦ τὸ οἰκεῖον ἀγαθὸν καὶ τέλειον ἐν γήρᾳ μόλις ἡ φύσις ἀποδίδωσι. Homerus ſummum imperium Ioui tribuit primum quod ſit antiquior, tum ſapientior.

Principes nõ ab ætate ſed ab imperio & prudentia dicũtur ſenes.

Fructus Senectutis imperiũ.

Η μὰν ἀμφοτέροισιν ὁμὸν γένος ἠδ' ἴα πάτρη
Ἀλλὰ Ζεὺς πρότερος γεγόνει καὶ πλείονα ᾔδει.

Ariſtot. in polit antiquiori defert imperium familiæ. πᾶσα γὰρ οἰκία βασιλεύεται ὑπὸ τοῦ πρεσβυτάτου, quod natura conſtituit in patre, quũ propter amorẽ genitoris in genitũ, tum propter ætatẽ, quod imperium regiũ & naturale eſt, vnde ille 1. polit. cap. 12. diſtinguens imperiũ mariti in vxorem & patris in liberos quorum prius eſt ciuile poſterius naturale ait aptiorem eſſe ad imperandũ ætatẽ fortiorẽ infirmiore tũ ſubiicit, ἡ δὲ τῶν τέκνων ἀρχὴ βασιλική τὸ γὰρ γεννῆσαν καὶ κατὰ φιλίαν ἄρχον καὶ κατὰ πρεσβείαν ἐστὶν ὅπερ ἐστὶ βασιλικῆς εἶδος ἀρχῆς· διὸ καλῶς Ὅμηρος τὸν Δία προσηγόρευσεν εἰπὼν·

Naturale imperium, & ciuile.

Πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Τὸν βασιλέα τούτων ἁπάντων· φύσει γὰρ τὸν βασιλέα διαφέρειν μὲν δεῖ, τῷ γένει δ' εἶναι τὸν αὐτὸν ὅπερ πέπονθε τὸ πρεσβύτερον καὶ ὁ γεννήσας πρὸς τὸ τέκνον. In oratione dominica Deus pater adoratur in principio tum paulopoſt regnum eius inuocatur. Cur igitur ſceptrum regale manu gerit bona dea? non quod Iunonis potentiam habeat ſed potius Iuno eius imperium vſurpat, quæ ſæpe pro Maieſtate ſumitur teſte Euſtathio in Homerum vtpote filia antiquæ Maiſtæ, non iure ſucceſſionis: nefas enim mortuam fingere deam ſed participatione cuiuſdam diuinitatis. Sceptrum apud Ægyptios potentiam ſignificat auctore Plutar. in Iſide Symbolum re-

Cur Bona dea ſceptrum tenet

Sceptri & caducei differentia.

giæ poteſtatis maius virga Mercurij: nam hoc non ex ſomno ſed ex morte reſuſcitat, id eſt hominem dignum capitali ſupplicio ſoluit à morte Themiſtius ad Theodoſium, oratione 5. σὺ δὲ τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἐν τῷ σώματι μετεμόρφους· καὶ τὴν σὴν ἂν ἔγωγε ῥάβδον οὐχ ἧττον ἂν εἴποιμι χαλκῆν καὶ χρυσῆν ἢ τὴν τοῦ Ερμοῦ φησὶν Ὅμηρος, ἐνεγείρει γὰρ αὐτὴ οὐκ ἐξ ὕπνου ἀλλ' ἐκ θανάτου. Quod huic Maieſtati conuenit quæ non ex terrore gladij aut ſecuris ſed amore & benenolentia regit populos non vt ſubiectos ſed vt liberos. Sceptrum autem eſt tamquam paternæ poteſtatis ſignum quod idem ibidem paulo poſt oſtendit. Eritne ergo conſtans & verum bonam deam eſſe terram & matrem deorum? licet hoc apud antiquos conſtiterit, falſum tamen eſt. Nam nomen illarum vulgare eſt: Deinde Bona dea ab vrbe condita culta eſt: at mater deorum *Bona dea non* longè poſt Romulum ſuſcepta eſt: quinimo nec Maia mater deo *eſt terra.* rum eſt: nam Maiæ Kalendis Maij; at matri magnæ initio veris res diuina fit vnde magis Bona dea ad Maiam accedit quam ad cæteras deas non vt filia Atlantis ſed vt Maieſta: vtcumque tamen intellexerint pro materia ſeu matre rerum eam videntur accepiſſe. Ego ſub ſenſu à dæmonibus inuento dixi Euam eſſe quæ quamuis non fuerit materia, vicem tamen & ſpeciem præbet materiæ quatenus mater eſt. idq; oſtendunt huius ſacri leges quibus viri etiā imprudentis oculus has cærimonias polluit: aiunt hoc inſtitutum vt puræ ſint à re venerea mulieres: & hoc verum eſt non per ſe ſed per *Cur oculo viri* accidens, non quia virum abominata ſit quia mater ſine viro eſſe *polluitur hoc* non poteſt ſed quia materia, accedente forma principatum amit- *ſacrum.* tit & quaſi moritur aut ſaltem ſeruit potentiori principio per regulam Naturæ qua deteriora cedunt melioribus, quam Epictetus ait legem Dei eſſe & potentiſſimam & iuſtiſſimam: idque non ſeparatim ſed in concurſu. Idcirco vis Lunæ infirmiſſima eſt quandiu ſoli iungitur eoque infirmior quo propior eſt: ſic materia accedentis formæ poteſtati cedit quaſi vi maiore victa: ſed ſeparatim à forma domina eſt & vere Maieſta ideoque eſſentia dicitur. Philo Iudæus. ἀγαθὸν εἶναι τὸν πατέρα καὶ ποιητὴν οὗ χάριν τῆς ἀρίστης αὐτοῦ φύσεως οὐκ ἐφθόνησεν οὐσίᾳ μηδὲν ἐξ ἑαυτῆς ἐχούσῃ καλὸν δυναμένῃ δὲ γενέσθαι πάντα. Ariſtot. 1. Phyſic. cap. 9. merito reprehendit veteres Philoſophos quod materiam abſolute priuationem di- *Materia nō eſt* xerint, quum ſit priuatio tantum per accidens: at ipſa priuatio *priuatio per ſe.* eſt per ſe priuatio, ideo ait materiam prope & quodammodo ſubſtantiam, eſſe priuationem, nullomodo è 7. Metaph. cap. 3. aſſerit materiam eſſe ſubſtantiam quodammodo. Plotinus contra 5. Ennead 2. vbi omne ens actu eſt, at materia actu nihil eſt. Verum propoſitio illa eſt de ente formali, præter quod eſt ens materiale vt Natura ipſa nos docet & paſſim aſſerit Ariſtot. ſi ergo vt Philoſophi & Theologi ſentiunt fœmina materiæ rationem habet, mas formæ: & materia per ſe & ſola tantæ ſit ditionis vt potentia ſit omnia, non immerito mater prima, maris aſpectum, nedum congreſ-

Materia nō eſt abſolute deformis.

ſum abominabitur: Atqui turpis vocatur materia & deformis: cur ergo imperio digna iudicatur, quum hoc potius ad formam pertineat quam Philoſophus ait imperio dignam eſſe. Verum hoc intelligendum eſt habita ratione ad formas quæ rebus ſingulis imprimuntur, id eſt relatiue, non abſolute. Nam deformis dici abſolute nō poteſt, quum nec formam habeat nec debeat habere, nec ad eam referatur. Forma tamen eſt quid diuinius vt ibidem tradit Ariſtot. quia dat eſſe rei vt idem ait 2. Phyſic. cap. 3. ergo & potentius ipſa Materia. Sed ſemper obſtabit quod materia ſeparata ſemper appetat formam, vt fœmina marem, & turpe pulcrum Ariſt. τοῦτ' ἔστιν ὕλη ὥσπερ ἂν εἰ θῆλυ ἄρρενος καὶ αἰσχρὸν καλοῦ. Verum appetit per accidens non per ſe. Quum enim forma ſit quid diuinius appetitur ab eo quod eſt minus diuinū vt perficiatur. At is appetitus non eſt in priuatione quia non ens non habet qualitates, ergo quum priuatio non appetat ſed materia, eaque ſine illo appetitu ſubſiſtat in eſſe indefinito & vniuerſali neceſſe eſt vt ſit hic appetitus in materia non per ſe ſed per exellcētiam formæ à qua proprium & ſingulare eſſe accipiat ipſo actu vnde ille ſubiicit. πλὴν οὐ καθ' αὑτὸ αἰσχρὸν ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός οὐδὲ θῆλυ, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός. Ergo appetit perfectionem, non quod ſit per ſe imperfecta ſed per accidens nimirum quod non habet formam: & hac ratione materia dicitur priuatio non per ſe ſed per accidens, quam vt fugere poſsit quum bono ſit contraria, appetit formam

Materia appetit formam per accidens.

Materia per ſe eſt incorruptibilis & immortalis.

Et ſic apparet materiam per ſe imperfectam non eſſe. Nam per ſe incorruptibilis & immortalis eſt, id eſt ſeparata ab altiori principio per accidens corrumpi poteſt nimirum hæc; id eſt quę in compoſito partem facit, idque propter priuationem formæ quam patitur & proinde quum non corrumpatur, nec gigni poteſt: idque ita probat Ariſtot. Materia in qua eſt forma, non eſt talis per ſe ſed per accidēs: Ergo quū forma recedit mutatur & corrūpiturper accidens. φθείρεται δὲ καὶ γίγνεται ἔστι μὲν ὡς, ἔστι δὲ ὡς οὔ: ὡς μὲν γὰρ τὸ ἐν ᾧ καθ' αὑτὸ φθείρεται: τὸ φθειρόμενον γὰρ ἐν τούτῳ ἐστὶν ἡ στέρησις: ὡς δὲ κατὰ τὴν δύναμιν, οὐ καθ' αὑτό, ἀλλὰ ἄφθαρτον καὶ ἀγένητον, ἀνάγκη αὐτὴν εἶναι. Intelligit Materiam in compoſito per ſe corrumpi, vt pars compoſiti: ſed in potentia nec naſci nec mori poſſe: at falſum eſt hoc poſtremum quo ait materiam ortum non habuiſſe vt ſupra probatum eſt: nec obſtat quod ille ait: ideo non poſſe gigni quia quod gignitur neceſſe eſt ex aliquo fieri pręexiſtēte ſubiecto, ideo ſi nata eſt materia fuit antequam eſſet, quia nullum aliud ſubiectum præceſsit præter ipſam; quod ſi corrumpitur deſinit tantum in ipſam materiam, vnde ſequitur prius eam corrumpi quam corrumpatur. Hoc vltimum verum eſt ex quo arguitur contra. Ariſtot id quod natum eſt non eſſe ex neceſsitate morti obnoxium: ignorauit iſte genius naturæ vim Creationis. Olim in hoc nobiles inſtituebantur vt ad res gerendas inſtructi Philoſophię præceptis accederent, quod illuſtris ille & perditus adoleſcens irridet apud Perſium.

Priſca Philoſophia docet ex nihilo, nihil fieri poſſe.

Ægroti veteris meditantes ſomnia, gigni.
De nihilo, nihil; in nihilum nil poſſe reuerti.

Ergo ſeparata materia dea eſt paganis, quum ſit incorruptilis: ſed formæ ſubſternitur in compoſito: ſed antequam perficiatur adhuc ſuum imperiũ quodámodo retinet, tũc enim eſt principiũ rei ſimul cum forma perinde ac mater. Vnde ille. ἡ μὲν γὰρ ὑπομένουσα συναιτία τῇ μορφῇ τῶν γινομένων ἐστὶν ὥσπερ μήτηρ. Nam quod fit non eſt quod erit, quum perfectum erit idem de interpret. cap. 8. neque enim forma plenum in re dominium quouſque compoſitum perfectum fuerit: Sed in ipſo actu componendi, materia principium vilius eſt & infirmius per accidens id eſt ob acceſſionem & concurſum formæ. Hæ rationes fluunt ex naturæ principiis quæque à Iuriſconſultis in ſua reſponſa traductæ ſunt: apud quos, is iure naturali dominium acquirit qui formam dedit licet materia fuerit aliena §. quum ex aliena inſtit. de re. diuiſ. ſcilicet ſi ſuo nomine id fecerit l. adeo §. quum quis ff. de acquir. rer. dom. Nam non ſolo actu corporis ſed etiam animi dominium quæritur & iuſta etiam poſſeſſio vtrumque deſiderat l. quemadmodum ff. de acquir. poſſeſſ. At animum acquirendi aut iuſte poſſidendi non habet qui alieno nomine poſſidet aut facit, & ſic intelligitur l. quicquid §. 1. ff. de acquir. rer. dom. quod locum non habet in perſona prædonis cui ratio ſeu formæ dominatio non dat dominium l. de eo §. ſi quis ex vis ff. ad. exhibend. ne contra naturæ æquitatem: naturæ ratio proſit iniuſto, & innocenti noceat: ſi enim hoc liceret, quiſque impune, materiam alienam forma impoſita raperet, huic deciſioni obſtat §. ſi tamen inſtit de rer. diuiſ. Vbi quis alienam purpuram furto ſubtraxit quam ſuo veſtimento intexuit, eius tamen ſit Dominus, iure acceſſionis. Verum aliud eſt ius formæ in quo eſt principium ſpecialis eſſentiæ fortius aliud ius acceſſionis. Nam in ſpecie compoſita ex forma & materia ſemper materia partem facit quo caſu cedit pars illa formæ vt patiens agenti quorum vtrumque vere eſt: at acceſſio cedit principali vt accidens ſubſtantiæ quod numquam partem facit: Nam pars ſubſtantiæ ſubſtantia eſt, nec eſt in ea vt accidens eſt in ſubiecto, ſed vt pars in toto auctore Ariſtot in categor. at quis dicet accidens eſſe ſubſtantiam? partem ergo non facit ſed qualitatem quæ per ſe nihil eſt ſed per ſubiectum cui accidit: At materia etiamſi ſit in compoſito per ſe eſt aliquid quia eſt pars eaque eſſentialis. Ideo in iure acceſſionis non eſt inſpiciendum vtrum bona, an mala fide quid adiectum ſit vt accidens non vt pars: conſumitur enim honore & poteſtate ſui principalis, ita vt vindicari non poſſit ab eo cuius erat ante l. gemma ff. ad exhib. l. quum aurum §. perueniamus ff. de aur. & arg. licet vtrumque maneat integrum l. rerum §. quid ergo ff. de vſucap. at materia poteſt vindicari ſi poſſit ad rudem naturam reuerti; acceſſio non item. Sed obiicietur eum qui formam impoſuit licet res ad priſtinam naturam reuerti non poſſit

Quod fit, non eſt quod erit.

Qui dat formã alienæ materiæ fit Dominus.

An hæc regula in prædone locũ habeat.

Aliud eſt cum materia cedit formæ, aliud cũ acceſſio principali, cur.

tamen vindicare non poſſe ſi mala fide fecerit: minus ergo formę poteſt quam accidens. Verum dominium quod forma quæritur ſimile eſt creationi quæ verum, primum, & æternum dominium conſtituit, vt is ſit Dominus rei quam fecit quæ ſine ſuo opifice eſſe non poſſet, ideóque niſi iuſto poſſeſſori non prodeſt, in ea re in qua Domini ſeu iuſti creatoris imaginem non habeat: igitur hoc dominium eſt ex natura rei: at iure acceſſionis dominium ex accidente producitur: neque enim rei cui acceſſio fit natura mutatur: deinde accidere poteſt vt acceſſio multo ſit præſtantior & pretioſior ſuo principali & tamen cedat l. ſi in emptione in princ. ff. de contrah. empt. quia acceſſiones pendent ex deſtinatione dominorum d. §. perueniamus: forma vero neque minus neque magis ſuſcipit & natura ſemper eſt excellentior accidentibus ſubiecti & partibus. Atqui vtrumque dominium Iuris eſt naturalis, cur ergo diuerſum ius eſt? quia in iure naturali, infinitæ pene ſunt rerum ſpecies quæ propriis reguntur differentiis. Quod enim ius acceſſionis dominium naturale producit hoc fit quod accidentia cedunt ſubſtantiæ: quod autem forma producit fit poteſtate & vi ſubſtantiæ ſingularis: Pręterea antequam accidens ſubſtantiæ accideret nihil erat: at materia antequam eſſet in compoſito plus erat multo: quia principium erat per ſe ſubſiſtens: ideo forma qua vincitur multo eſt pręſtantior quam accidens. docte Theophilus in d. §. ſi tamen, δοκεῖ γὰρ ἡ πορφύρα τρόπον τινὰ ἀποσβέσθαι τῷ μὴ εἶναι αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν ἀλλ' ἑτέρᾳ ἐσθῆτι συνενωθῆναι. Sed quomodo ait extinctam eſſe purpuram, quod per ſe ipſam non ſubſiſtat ne quidem vt pars, quum in veritate ſubſiſteret ante. Verum vicem nunc accidentis obtinet, quia partem non facit neque formæ neque materiæ. Itaque in compoſito ex forma & materia ius creationis, eſt ius ſubſtantiæ in quo & animus facientis & bona fides deſideratur: at vbi de dominio accidentis agitur ſufficit perfectio principalis vt acceſſionem iure ſuo non ſubſiſtentem abſumat. in his omnibus nulla fit iniuſtitia ei cuius erat vel materia, quia in factum agitur vel forma quia pretium manus æſtimatur vel acceſſio quia condictio datur. Quod autem bona fides neceſſaria ſit in dominio naturæ & ſubſtantiæ Paulus ſupra docet in d. l. de eo tum Vlpianus in l. ſi quis vxori §. ſi quis maſſam ff. de furt. at in acceſſione ſecus obſtat tamen l. 23. §. penult. ff. de rei vindic. vbi tignũ alienum ædibus meis ſciens appoſui, in me ad exhibendum agi poteſt, ergo non videor Dominus acceſſionis. Verum actio ad exhibendum non ſemper pręſupponit dominium agentis, quia datur etiã non Domino l. 3. §. 1. & §. ſequẽte ff. ad exhib. quinimo ei datur, cui vindicatio non poteſt competere l. gemma ff. eodem: nec obſtat lex. 2. ff. de tigno iniuncto vbi pręter actionem de tigno iniuncto, extrinſecus etiam competit vindicatio. Nam ea non datur ad eximendum tignum nec vt reſtituatur petitori ſed ad æſtimationem perinde ac ſi dolo diſiiſſet poſsidere, quę ratio etiam in actio-

Dominium ex forma ſimile creationi.

Dominium ex acceſſione.

Vtrumque ex naturali ratione eſt.

Actio ad exhibendũ aliquando competit nõ domino.

ne ad exhibendum datur l. 1. §. vlt. ff. eod. vnde potius probatur eum qui iniunxit factum eſſe Dominum iureacceſsionis perinde ac ſi rem ſuo dolo extinxiſſet, quia ſciens appoſuit; quum ſit eo caſu vindicatio vtilis & prętoria l. 3. §. vlt. ff. de alien. iudic. mut. l. electio §. item ſi expluribus ff. de noxal. act. vbi autem dominium aliquis acquiſiit nunquam ei datur prętoria vindicatio l. in rem ff. de rei vindic. l. 1. ff. de publiciana: ne actionum ordo violetur quo prius directæ & ciuiles tum prætoriæ & vtiles exercentur l. Iuris gentium §. ſed & ſi in alium ff. de pact. At fortaſſe tignum non cedit iure acceſsionis ſed quia lex 12. tab. ſolui vetuit d. l. gemma. Verum ad exhibendum agitur etiamſi Dominium ſit poſſeſſoris vt in principio d. l. gemma: ad hoc vt acceſsio ſeparata poſsit vindicari: & ideo quandiu cohæret non poteſt: at eo modo ratione tigni agi non poteſt vt ſeparetur quia lex 12. tab. id impedit igitur in dominio tigni ratio eſt ex iure acceſsionis: ſed quod ſeparari non poteſt lex. 12. tab. id facit. Imo eximitur tignum aut quod plus eſt deponitur ædificium quod quis in alieno ſolo poſuit l. Iulianus 37. ff. de rei vindic. Verum tollitur voluntate Domini. Nam Domino ſoli, dominium ſuperficiei quęſitum eſt, ita vt tolli non poſsit ab eo qui ædificauit quia nõ eſt Dominus; modo velit dominus offerre æſtimationẽ eius quo locupletior factus eſt l. ſequẽte ff. eod. itaq; reddẽda eſt ſumptuũ æſtimatio ædificatori, quod & in prędone naturalis æquitas ex benignitate recepit l. plane ff. de petit. her. & hoc in ædificio; quid in tigno quod iã cõſtructo ędificio iniũctũ eſt? cedit tignũ, nõ tantũ ſolo ſed toti ædificio: & hoc ne volẽte quidẽ Domino domus (niſi hoc etiã prior Dominus tigni maluerit) eximitur ſed actione de tigno iniuncto in duplũ tenetur: ſed ſciens etiã ad exhibendum vel vtili vindicatione tenetur. Videtur obſtare d. l. adeo §. quum in ſuo vbi etiam conſtructo ædificio materiæ dominium non alienatur. Verum aliud eſt ædificium, aliud materia l. eum qui ff. de vſucap. manet Dominus materiæ qui erat in potentia tantum non actu quia tignum quod erat ſubſtantia fit accidens iniunctione aut ædificatione & ideo eius fit Dominus qui eſt dominus ædificij non vt materiæ ſed vt acceſſionis d. l. in rem. §. vlt. ff. de rei vindic. in voce prior Dominus, & aperte Iulianus tradit in l. habitator ff. eod. dico manere in potentia prioris Domini: quia hęc materia reduci poteſt ad priſtinam naturam vt ibidem ait Iulianus. Atqui ſi hæc ratio locum habet cur cedet tignum ædificio quum materia poſſit reduci ad initia ſua vt aurum meum eſt licet Scyphus maneat: & quum ſcyphus à Domino materiæ poſſit vindicari cur non poterit domus. Verum differt ſubſtantia domus à natura Scyphi: Nam Scyphus non eſt vniuerſitas, ſed vnum corpus ſingulare: at ædificium eſt vniuerſitas ex diuerſis, ſed cohærentibus partibus compoſita d. l. eum qui & l. qui vniuerſas ff. de acquir. poſſeſſ. materia in ædificio abſcumitur poteſtate ſoli ſeu principalis in quo eſt non eſt pars ſed in toto ſed vt accidens in

Tigni dominiũ acquiritur acceſsionis iure: quamdiu nõ eſt ſeparatũ at non debet ſeparar lege 12. tab.

Differentia ædificij & materiæ.

Differt ſubſtãtia domus à natura Scyphi.

ſubiecto : at materia in Scypho pars eſt à obſtat l. ſolum ff. de rei vindic. vbi area partem ædium conſtituit, ergo non eſt principale ſeu ſubiectum. Verum pars eſt ædium non ideo ſequitur materiam eſſe alteram partem : quia ædium vnum eſt corpus non ex vna materia ſed ex multis partibus cohærens quarum potiſsima eſt ipſum ſolum : quæ in principio ſubiectum eſt non pars : licet poſt perfectionem, partis loco ſit. Hic lubet expendere rationes iuriſconſultorum qui in hac quęſtione diſſentiunt. Nerua & Proculus cenſuere eum qui ſpeciem fecit Dominum fieri materię alienę quia id quod factum eſt, antea nullius fuerat, ergo eſt eius qui ſpeciem fecit: inepta videtur illatio: neque enim fit Dominus occupatione quę ius dominij tribuit in iis rebus quę nullius erant l. 3. ff. de acquir. rer. dom. Sed propter formam ſine qua materia, hanc non habuiſſet eſſentiam : Sabinus contra ſenſit, formam cedere materię quia ſine materia non fuiſſet: quę ratio non ſatisfacit, nam ęque defendit ſententiā Neruę & Proculi quod ſine forma res illa nō extitiſset. Verū forma non erat actu antequan imponeretur nec per ſe, at materia per ſe ſubſiſtebat: nec ideo Sabini ſentētia verior eſt. Nā quū agitur de cōpoſito ex materia & forma, materia victa cedit poteſtati maiori nec habetur ratio materię, quatenus erat ante compoſitionem quum ſit pars non formę ſed compoſiti. Media ergo ſententia vera eſt. Nam quoties poteſt materia ad priſtinam naturam reuerti non poteſt dici victa imperio formę, tunc enim vincitur quum ſit priuationi obnoxia & corruptibilis: at hoc caſu incorruptibilis manet in cōpoſito ideoq; naturā ſuā nō mutauit nec amiſit ſuū imperiū, propter infirmitatē formę : ideo manet priſtini Domini l. lacus §. vlt. ff. eodē d. l. adeo §. quum quis ex aliena: Paulus doctiſsime in l. quęſitum §. illud de legat 3. vbi argenti appellatione etiam factum comprehenditur, *Quippe ea quæ talis naturæ ſunt vt ſæpius in ſua redigi poſsint initia, ea materiæ potentia victa numquam vires eius effugiunt* : Sed obſtat d. l. adeo §. voluntas vbi ſi ex auro meo & argento tuo, electrum fiat, vel ex melle meo & vino tuo mulſum licet noui corporis ſint species nec ad rudem materiam reuerti poſsint non cedunt formę ſed materię, ita vt eorum ſint communes quorum erant materiæ, ſeu voluntate eorum factum ſit ſeu caſu §. ſi duorum inſt. de rer. diuiſ. verum non eſt locus huic regulę niſi nomine ſuo aliquis ſpeciem fecerit. At quum voluntate dominorum aut caſu contigit non poteſt dici nomine alicuius factum ſed communi. Videtur obſtare l. Minicius ff. de rei vindic. vbi materię Dominus ex qua nauis facta eſt remanet Dominus non ſi refecta ſit ex aliena materia, nam materię dominium acceſſione conſumitur ob carinam cuius proprietati cedit quod ex alieno adiectum eſt: ea enim eſt principalis pars nauis & quaſi ſubiectum ſine quia nauigari non poteſt, quum ſit fundamentum nauis. Vnde patet in naui facta ex alienis tabulis materiā dominari, quum tamen nauis ad arborē reuerti nō poſsit. verum diſtingue: aut nauis

Quomodo area ſit pars ædium

Sententiæ veterum Iuriſconſultorum refelluntur.

Mediæ ſententiæ defenſio.

Dominium ex forma non quæritur niſi nomine ſuo qui fecerit.

facta

facta eſt ex tabulis iam cæſis & fabrefactis, nondũ in vnũ compoſitis: aut adhuc in rudi arborum cęſarum materia: priore caſu ad priſtinam materiam reuerti poteſt nimirum ad tabulas & tunc locum habet ſententia Minicij & Iuliani: ſed poſteriore, reduci non poteſt l. ſed ſi meis in princ. ff. de acq. rer. dom. quod probatur his verbis quia cupreſſus non maneret: & hoc demõſtrat exemplum ibi adductum de veſte ex lana aliena facta, ea non eſt Domini lanæ quia veſtis ad lanam reuerti non poteſt: ſed ſi ex panno conſuta fuiſſet ad pannum diſſuta reuertitur. Nec mutat quod in forma veſtis multum ex panno minuitur, augmentum enim aut diminutio, quantitatis eſt, non formæ aut ſubſtantiæ & ſic non deſinit eſſe eadem res l. & an eadem ff. de except. rei iud. probatur etiam hæc diſtinctio ex l. ſi conuenerit §. penult ff. de pig act. & idem ait l. in omnibus ff. de acquir. rer. dom. ex qua pendet. d. l. ſed ſi meis vbi exceptio regulæ non traditur ſed alia ſpecies compoſitionis exponitur. Sed huic ſolutioni obſtat quod ait Meis tabulis: ſi enim meæ ſunt tabulæ quæ ex mea arbore factæ ſunt, hæc regula frangitur: nam tabulæ ad arborem reuerti non poſſunt. Verum formæ imperio non cedit materia niſi ex mente facientis quę conſiderari debet l. inter ſtipulantem §. ſacram ff. de verbo oblig. ergo quum ea mente ex arbore mea tabulæ factæ ſint non vt maneant in forma tabularum ſed vt ex iis nauis fiat, tabulæ non deſinunt eſſe meæ, niſi poſtquam propriam qualitatem acceperunt. propria qualitas eſt totius compoſiti vna ex pluribus partibus d. l. ſed ſi meis §. 1. quæ in tabulis eſſe non poteſt, quum ex iis non tantum nauis, ſed & horreum & aliud ſimile poſſis fabricare l. Titius ff. eod. igitur vbi materia, formæ potentia non vincitur, dominium eius non mutatur niſi conſenſu Domini; ſi enim conſentiat vt alius ex ſua materia, nomine tertij ſpeciem faciat licet ad initia ſua reuolui poſſit non manet Domini ſed eius cuius nomine facta eſt l. niſi ff. eod. non vi formæ, alioqui cederet opifici ſed ex conſenſu Domini alienantis. Nam poſſeſſio eius voluntate per opicem ei quęſita eſt cuius nomine facta eſt & ex conſequentia dominium. Dictum eſt materiam quaſi extingui ſi accedat ædificio quia ſolum (ſicut carina nauis) domus eſt fundamentum & quaſi ſubiectum. Area legata, legatario debetur licet inędificata ſit l. fortum §. ſi areę de legat. 1. quinimo & ipſum ſuperficium debetur l. ſi areæ de legat. 2. nec pugnat Celſus in l. ſi Chorus §. penult. de leg. 3. vbi ait aream legatam quæ medio tempore inędificata eſt, ſi rurſus ad aream redacta ſit licet tunc peti non poſſet, nunc poteſt. Verum ſi legata ſit per vindicationem; rei legatæ dominium directo trãsfertur in legatarium ſine facto heredis l. à Titio ff. de furt. l. legatum 8 o. de leg. 2. Ergo quum area quęſita ſit ipſo iure legatario, ex neceſſitate etiam id quod ei inędificatum eſt acquiritur: at in legato per damnationem, dominium non acquiritur, niſi ex facto & traditione heredis: Eſt enim Dominus rei legatæ, heres

Animus formantis inſpicitur.

Si materia redire poſsit ad ſua initia manet, eius cuius erat, niſi velit ad eum qui formã dedit pertinere.

priuſquam eam tradat : ergo medio tempore & areę & ſuperficij
dominium ad eum pertinuit, non ad legatarum, nec me mouet
quod ait Celſus tunc peti non potuiſſe aream inædificatam : nam
forma rei mutata legatum perimitur : quum enim ſolum eſſet ſub-
iectum incipit pars eſſe: non obſtat quod ad priorem naturam redi-
re poſsit. Nam hæc ratio locum habet quum petitor materiæ aut
ſoli Dominus fuit: at eo caſu legatarius non fuit Dominus: & pro-
inde ei non debetur area inædificata nec peti poteſt: hoc ex religio-
ne iuris reſpõdet Celſus in legato per damnationem ſicut in lega-
to per vindicationẽ rectiſsime Vlpianus & Iauolenus contrarium
aiunt Sed Iuſtinianus ſublata legatorum differentia l. 1. & 2. Cod.

Aedificium ſoli conditionem ſequitur iure ſubiecti cui accedit.

comm. de legat. Celſi ſententiam infirmat. Ex his patet ædificium
ſoli conditionem ſequi l. penult. ff. comm. prędio. Nec obſtat
quod qui in litore ædificat, Dominus fiat ædificij licet ſolum eius
non fuerit l. in tantum in princ. ff. de rer. diuiſ. hoc enim non fit
iure ſubiecti aut ſoli aut principalis, ſed occupationis: quia quæ nul-
lius ſunt primo occupanti conceduntur vt litus l. 3. ff. de acquir.
rer. dom. non ſecus quam feræ, aues, & piſces quæ nullius ſunt
ideoque occupatione quęruntur l. quod in litore ff. eod. Nec om-
nino ſolum illud iure gentium commune, alienum eſt ab occupan-

Ius occupationis aliud eſt à iure ſubiecti.

te quum proprietas ſit communis : at quum iure ſoli dominium
acquiritur, non habet locum occupatio; quia nullius non eſt ſed
ſubiecti poteſtas dominatur ſine quo res eſſe non poſſet d. l. adeo
§. quum in ſuo l. ſi ſupra in fine ff. eod. non obſtat d. l. Titius eod.
ibi enim dici non poteſt ſolo inędificatum quod mobile eſt, ideoq;
partem immobilis facere non poteſt : ſecus ſi defixum & defoſſum
in terra ſit l. granaria ff. de act. empt. l. 2. in fine Cod. de ſeruit.
obſtat. d. l. ſolum in princ. ff. de rei vind. vbi ſolum partem ædium

Pars parti non cedit niſi vim totius habenti ſi ſit in eo propria qualitas.

facit : at pars parti non cedit ſed toti l. in rem §. ſi quis ff. eod. quod
fit ob pręualentiam d. l. in rem §. in omnibus. Verum iam dixi in
compoſito facere partem idque per accidens quia neque forma eſt
neque materia: in componendo ſubiecti ius & naturam habet. Di-
xi toti partem cedere non parti : nec obſtat. d. l. in rem §. item, vbi
minor pars conſumitur vnitate maioris partis : ibi enim maior pars
dicitur quia non eſt integrum totum, vere tamen vim totius obti-
net vt eſt in ſtatua cui deficit brachium, cuius propria qualitas ſpe-
ctatur non certæ partis, ideo cedit pars minor maiori non vt parti
ſed vt toto d. l. ſed ſi meis d. §. 1. obſtat huic propoſitioni d. l. adeo
§. 2. quod ſi vis fluminis ex tuo prędio partẽ detraxerit & meo prę-
dio attulerit, tua remanet neq cedit toto cui adiecta eſt. Verum in
fundo, totum non habet propriam qualitatem ſeu formam, cui cę-
dat pars minor vt ſtatua &c. quia quęlibet pars fundi certa & di-
ſtincta, eſt fundus l. plane §. vlt. de leg. 1. l. locus ff. de verb. ſig.
Cur ergo ſi longiore tempore fundo meo hęſerit tua eſſe deſinet?
quoniam non poteſt amplius pars adiecta diſtingui à meo fundo,
iamque non poteſt per ſe totus fundus intelligi imo nec pars certa,

quia diſtingui non poteſt ideoque pars illa quæ per alluuionem acceſsit ſimilitudine ſui toto cedit l. ſi ego §. quod tamen ff. de publiciana: Ergo pars parti non cedit vt parti. Nec me mouet quod materia, in ſpecie partem facit & quatenus pars vilior cedit formæ. Nam cedit formæ non vt parti ſed vt toto quia toto ineſt: at materia non ineſt formæ nec eius partem facit ſed compoſiti. igitur materia pars eſt compoſiti non formæ quæ per ſe indiuidua eſt. Nec obſtat l. cui inſulæ ff. de vſuf. vbi quamdiu quęlibet portio inſulæ fructuariæ ſupereſt, vſusfructus totius ſoli retinetur. Nam forma non eſt conſumpta quamdiu pars quędam ipſius remanet: formæ enim ea natura eſt vt tota ſit in toto, & in qualibet parte totius: quod eſt intelligendum ſi poſt perfectionem compoſiti partes rei defecerint l. ſicut §. pen. ff. quod cuiuſque vniuerſ. vbi vniuerſitas hominum manet licet pręter vnum omnes defecerint, quum tamen ab initio tres eſſe neceſſe ſit l. deteſtatio §. vlt. & l. neratius ff. de verb. ſig. obſtat l. quid tamen §. vlt. ff. quib. mod. vſuſ. amit. vbi quadrigæ vſusfructus extinguitur ſi vnus ex equis moriatur modo is ſit qui quadrigam demonſtrabat l. peculium §. 1. de leg. 1. verum non vna eſt quadrigæ vt collegij forma; quia non eſt vniuerſitas in eſſentia ſed in quantitate, nam numerum habet definitum quaternitate: at non eſt numerus certus in eſſentia collegij: nec obſtat quod non poſsit incipere à numero minore quã terno: hoc enim nõ definit abſolute collegiũ, ſed negatiue: vult enim hoc numero non includi quin eũ poſsit excedere ſed minorẽ negat eſſe poſſe. obſtat l. ſi grege de leg. 1. vbi grex ab initio perfectus ſi ad vnum caput deuenit grex eſſe definit. Verum deſiit quidem eſſe vniuerſitas ſicut deſiit domus eſſe cuius quęlibet pars vel minima ſupereſt, quia in veritate extincta eſt forma, licet fictione & analogia adhuc manere intelligatur: & hoc, vt ius quod competit non extinguatur, ideoque illud vnum caput ex grege poteſt vindicari, quod fieri non poſſet, ſi rei legatæ forma omnino extincta intelligeretur, etſi vere extincta eſt. Hoc autem fit quum forma perfecta fuerit: tunc enim ſibi in rem dominium acquiſiuit forma: ſecus ſi ante: ideoque ſi cui relictus ſit vſusfructus inchoati ædificij nec perficere poteſt nec ei vſusfructus debetur l. vſufructuarius ff. de vſufr. quia nondum forma principatum in rem obtinuit: neque inchoatum ædificium, ædificium eſt: quod autem ait conſummari non poſſe à fructuario, hoc, non tantum quia non debetur, ſed etiam quia naturam rei mutare nõ poteſt licet ita, ſit rem meliorem facturus l. 7. §. vlt & l. 8. ff. eod. hoc in ſubſtantia rei ſeu in partibus; at in qualitate poteſt meliorem facere l. 13. §. vſufructuarius eod. accidens enim non mutat rei ſubſtantiam. Igitur licet aliter vti non poſſit legato vſufructu quam ſi perficiat, non poteſt tamen. Obſtat l. Diuus ff. de vſu. & hab. vbi ſi aliter vſuarius vti non poſſit quam ſi contra naturam vſus vendat, ei vendere licet: Verum hoc eſt quidem contra naturam vſus vt ei fructus accedat

Forma eſt in toto.

Non eſt numerus certus abſolute in eſſentia vniuerſitatis.

Manente parte vna ex toto ante perfectio licet forma extincta ſit tamen intelligitur ſubſiſtere.

Fructuarius eſſentiam rei non poteſt mutare.

ſed hoc fit non ex natura ipſius ne vſus cum vſufructu confundatur ſed ex decreto principis. Atqui cur non idem decernetur in vſufructu inchoati ædificij? quia quod relictum eſt non debetur. Nec poteſt ſubſiſtere quum ius in eam rem relictum ſit quę non eſt,

Vſus Syluæ cæduæ cum fructu eſt.

At vſus in Syluam cæduam relictus ſubſiſtit: nec omnino eſt inutilis etiam ſine fructu ſed hoc ſentit iuriſc. parum vtilitatis perceptum iri ita vt legatarius nihil fere ſibi relictum exiſtimet: ſed tamen ius ſeruitutis manet, ſaltem vt ligna cædere poſſit ad vſum ſuum vbi ſubiectum eſt, ibi ſuſcipiuntur accidentia vel incrementi vel diminutionis. at vbi non eſt quo poſsint ſubſiſtere, euaneſcunt.

Inter formam naturalem & artificialẽ differentia.

Dixi formam ab initio perfectam poſtea permanere etiam in parte quod ſit tota in toto & in qualibet parte totius (materia vero licet in toto ſit non eſt tamẽ tota in qualibet parte, nec eſt in diuidua vt forma) accipiendum eſt de formis veris & naturalibus: in aliis hoc ſit non in veritate ſed in fictione, & analogia ducta à veris ad artificiales. Ars enim inquantum poteſt naturam imitatur non aſſequitur omnino. Nam in brachio ſtatuæ non eſt tota forma ſtatuæ: at in minima parte plantæ eſt tota forma eius interior quæ vera eſt & eſſentialis. at quis pictor animabit hominẽ at herbam, aut beluam quam finxit? Natura quidem arti dedit originem vt exteriora poſſet effingere non interiora vt auctor eſt Ariſtides: tum Iulianus deſertor. & ſic ἀναλογικῶς minima parte domus remanente totius manet vſusfructus; eadẽque eſt ratio ſi per partes refecta ſit;

Quod per partes reficitur, idẽ habetur.

quia ſemper vna pars remanet, aliis in locum deficientium ſuccedentibns. Nam eo caſu res eadem manet quæ ante erat l. proponebatur ff. de iudic. Sed ſi tota ſimul deſtruatur etiam legatum proprietatis extinguitur l. ſi ita §. vlt. de leg. 1. obſtat de l. ſi grege in fine eod. vbi inſula legata combuſta eſt, area tamen vindicari poteſt. Verum ſi teſtator formam deſtruxerit ademiſſe videtur quia res

Inter fortunam & voluntatem differentia.

periiſſe videtur eius conſenſu conſumpta: at vbi fortuna non volũtas Domini id egit quod ſupereſt debetur: aut alia forma in quam res legata mutata eſt, valde obſtat d. l. ſeruum §. ſi pocula & duobus ſequentibus vbi licet ipſe teſtator mutauerit formam nihilominus debetur. Verum quod attinet ad §. ſi areæ in d. l. ſeruum patet non extingui legatum ſed potius ampliari, teſtator enim in area legata ædificans videtur etiam ædificium dare quia ſolo credere debet: quæ ratio ceſſat in domo legata: ſed in poculis & veſte, voluntas teſtatoris intuenda eſt: nam ſi ipſe fecit non intelligitur mutaſſe voluntatem ne in veſte quidem quæ ad lanam reuerti non poteſt quia lana penitus non eſt extincta: ſed mutata: at domus omnino deſtructa, funditus periit. Nec obſtat quod remanet area l. ſeruitutes §. ſi ſublatum ff. de ſeruit. vrb. præd. Eſt enim pars ædificij quum conſtat ædificium, idque ex accidente ipſius ædificationis quo ſublato priſtina redit natura ſoli: Ergo non reſtat area ex ædificio nec vt pars nec vt reliquiæ: alioquin peti poſſet. Nam ſi reſtat aliquid ex re legata hoc facto teſtator tacite legatum non ade-

Intereſt vtrum teſtator rem à ſe legatam deſtruat an alius.

mit ſed minuit, ſi vero auxit mutãdo nõ ademit, ſed ampliauit: at in domo legata, ab eodẽ deſtructa, tantũ abeſt vt augeat quũ tollat. His caſibus nõ habetur ratio formæ vel priuationis ſed volũtatis. At ſecus vbi ab alio quã teſtatore, res mutata eſt; tunc enim valet diſtinctio formæ de qua ſupra. quod etiam probatur ex l. lana de leg. 3. vbi lana legata aut arbore ex qua nauis vel armariũ factum eſt nec veſtis nec armariũ debetur quia ad priſtinã naturã reuerti nõ poſſunt: at ſecus in maſſa reſpõdet ex qua Scyphi facti ſunt d. l. lana §. vlt. Ergo in teſtamento non eſt locus huic diſtinctioni fortunæ & voluntatis quũ ab alio forma ſuo nomine bona fide facta eſt quia ſibi dominiũ acquiſiuit non hæredi nec legatorio ſi forma vicerit materiam. Sed cur ibi ait naue legata diſſoluta neque nauem neque materiam deberi. Verum quum res in forma legata eſt, ſublata forma, definit res eſſe eadem ita vt ex ea nulla pars ſupereſſe videatur: nec me mouet quod area inſulæ combuſtæ debetur: nam quum legata eſt inſula, ſolum eius partem faciebat: at quum legata eſt nauis, tabulæ non faciebant partem quia forma nauis ineſt ſimul omnibus tabulis l. naue ff. de euictio l. 7. §. ſed in cæmentis ff. de except. rei iud. vbi non facit differentiem in naue & domo: quod non videtur conuenire iis quæ dicta ſunt: nam ſi area inſulæ combuſtæ debetur: cur non debebuntur tabulæ nauis diſſolutæ? redde analogiam cuique in d. §. ſed in cæmentis recte cæmenta & cæteræ partes materiæ ſuperficij comparantur tabulis diſſolutis, nam nec iſta materia domus partem ædificij facit nec tabulæ partẽ nauis: ſed hoc nihil ad aream quæ quum tempore legati partem faceret rei legatæ ex iudicio teſtatoris debetur: at tabulæ numquam fecerunt partem: Res autem legata debet præſtari habita ratione eius temporis quo legabatur l. 116. §. vlt. de legat. I. ſed quæ ergo ſunt partes domus: quæ nauis? domus pars potiſſima cui altera cedit eſt ſolum, altera eſt ſuperficies. at hic pars parti cedit. Verum iam demonſtraui eſſe ſubiectum & totum in ſolo naturâ ſed per accidens partem eſſe: fortior eſt accidente natura: partium nauis vna, eſt ipſa materia quæ fit ex tabulis ſimul non ſeparatis & ex forma: quo caſu non vt tabulæ conſiderantur ſed vt vnum corpus cui forma nauis impoſita eſt. obiicietur ex iis tabulis iterum nauem fieri poſſe, cur ergo non debebuntur ei cui nauis eſt legata? Verum hæc potentia conſideratur quum teſtator ipſe id fecit: quo caſu nulla eſt inter domum & nauem differentia ſed ſi conſtet eo animo deſtruxiſſe aut diſſoluiſſe vt materia in alium vſum conuerteretur non debetur etiamſi fuerit reformata. (Nam ſi non fuerit refecta ademiſſe videtur) quod tam in contractu quam in teſtamento ſeruandum eſt: vt ſi promiſſa nauis vel domus diſſoluta ſit aut depoſita & iterum ex eadem materia reparata ſit, ſpecies eadem ſit, niſi probetur alia mente id factum fuiſſe d. l. inter ſtipulantem §. ſacram in fine ff. de verb. oblig. idem Iuriſc. in l. qui res §. arcam ff. de ſolut. videtur à ſeipſo diſſentire: vult enim aliud eſſe in naue aliud in domo nam in naue diſtinguit

Inter nauem & domum differentia.

Nauis diſſoluta, aut domus depoſita, à Domino, reparata ex eadem materia eadẽ intelligitur niſi probetur alia mẽte deſtructã aut diſſolutam fuiſſe.

quo animo diſſoluta ſit, non in domo. Verum in d. §. aream, non eſt promiſſa domus ſed area, cuius forma non ita facile vinci poteſt vt nauis: vnde idem in area reſpondet vt peti poſſit etiamſi ædificata ſit quia manet nunc vt pars potiſsima: ſecus eſt ſi alienus homo promiſſus ſit quem poſtea Dominus manumiſerit: ſi enim rurſus lege aliqua ſeruus efficiatur, non poteſt peti: quia manumiſsione ſemel extincta eſt obligatio quum ſit alius homo: contra Celſi ſententiam cuius opinio non eſt recepta d. §. aream l. Seruus §. vlt. ff. de adim. leg. opinio Celſi eſt in d. l. ſi chorus §. vlt. de leg. 3. ratio Celſi natura nititur qua omnes homines ſunt iidem ſpecie, & liberi l. quod attinet de reg. iur. is enim æquo & bono iuris eſſentiam definit l. 1. in princ. ff. de iuſt. & iur. ſed hoc ineptum eſt, quum de ciuili obligatione agatur; in iure autem ciuili ſerui pro nullis habentur d. l. quod attinet. Sed obſtat l. ſeia ff. de auro & arg. vbi ipſa teſtatrix mutauit formam rei legatæ, eo caſu legatum extinguitur: quod pugnat d. l. ſeruum de leg. 1. verum diſſolutio vnionis non tantum formam ſed & materiam ipſius quodammodo extinguit & aceti aſperitate in tabem reſoluit. Plinius 9. cap. 35. & ideo in hac ſpecie voluntas teſtatricis mutata videtur quum nihil prope ex prima ſpecie relictum ſit; non ſecus ac in acceſsione probatũ eſt quæ indiſtincte cedit principali quia nec pars eſt nec principium rei. At vbi materia eſt non acceſsio licet reuerti non poſsit intuendum eſt propoſitum opificis. Nam ſi ſit teſtator quum pars adhuc rei legatæ remaneat in ſpecie, non videtur totum ſuſtuliſſe & ideo ratione partis, totum debetur ex coniectura voluntatis: ſed ſi ſit alius, non intelligitur reſeruaſſe partem quam non intellexit. quid de reliquiis rei legatæ? Si in perſonam agatur ex teſtamento reliquiæ non pertinẽt ad legatarium ſed ad Dominum ſeu heredem l. mortuo ff. de legat. 2. & Dominus eas repetit condictione furtiua l. ſi ſeruus §. pen. ff. de condict. furt. vindicatione; quia quod ex re mea ſupereſt meum eſt d. l. ſolum §. vlt. ff. de rei vind. nec ad eas tenetur heres licet eius facto res extincta ſit ſed ad pretium rei l. quid Ergo §. ſi heres de leg. 1. hoc in proprietate. at in vſufructu domus legato, conſumptis etiam fortuna ædibus, ne areæ quidẽ vſuſf. debetur; quia rediit area ad naturã ſuã l. repeti §. rei mutatione ff. quib. mod. vſuſf. amit. nec eſt eadẽ ratio in proprietate legata; quia, quod debetur area ex teſtamẽto nõ fit ob id quod tãquã pars ſuperſit ſed quod ita voluerit teſtator quod præſumitur ex eo quod quũ legaretur partem faceret: quæ ratio ceſſat in vſufructu domus legato: quo caſu ſoli vſuſf. non manet: ſolũ enim in cõpoſito pars eſt proprietatis non ſeruitutis. Solũ eſt ſubſtantia ergo qualitas accidentalis, eius partẽ facere non poteſt l. quotiens §. vlt. ff. de vſufr. nec obſtat l. ſi Ego §. vlt. ff. de publiciana vbi area etiã poſſeſsionis partẽ facit. Verum publiciana imitatur ciuilẽ vindicationem, & poſſeſsio ex qua ius Publicianæ naſcitur, proprietatẽ quũ iiſdem titulis acquiratur l. 1. & ſequentibus eod. quid ſi vſuſfructus areę conſtitutus ſit: eo caſu

Seruus poſt manumiſsionẽ alius homo eſt.

Intuendũ propoſitũ opificis.

Reliquiæ rei legatæ.

Vſuſfructus inſulæ legatus perit ea ad aream redacta.

Publiciana imitatur vindicationem.

qualitas illa non eſt impoſita formę artificiali quæ aut deleri poſsit facile vt domus, ſed naturali quę niſi vi maiore deleri aut conſumi nō poteſt vt inundatione d.l.quid tamē §.agri l.ſi ager & l.ſequenti quib.mod.vſuſf.amit.ergo opificio hominis ſuperficiem imponētis vſuſf. ſoli non omnino tollitur ſed impeditur: nam interim vti frui non poteſt quum area occupata ſit:ideo ſublato ædificio intra tempus quo perire ſolet non vtendo l.ſi in area ff. de vſuſ. reſtituitur non à magiſtratu quia non periit, ſed ipſo iure quaſi dicat redire ad eamdem cauſam quam habuit ante ædificium: quod ſi poſt tempus ſtatutum quo vſusfructus amittitur ſublata ſit ſuperficies, perit vſuſf.non impoſitione ſuperficij ſed non vtendo per tempus legitimum .obſtat l. quid tamen §. non tamen vbi Syluæ vſuſf. relictus eſt eaque cæſa, illic ſationes factę ſunt, eo caſu vſusfructus ſyluę extinguitur quæ tamen in ſolo eſt non in ſuperficie. Verum licet ſylua in ſolo ſit, non tamen ſolum eſt vt domus quæ in area poſita eſt. Nam omnino idem ius eſt in planta & cæteris quæ ſeruntur quod in ædificio: ſolo enim vtrumque cedit l. qua ratione ff. de acquirrer. dom.ideoque cęſa ſylua & ſationibus factis, omnino forma ſyluæ conſumpta eſt: Cur ergo ſecus eſt in iis rebus quarum vſuſf. non extinguitur ſi ad aruum redactæ ſint: vt in vitibus:quas eſſe arbores iam demonſtraui. hunc nodum ſoluit l. certo ff. de ſeruit ruſt. vbi ſeruitus impoſita vineis, remanet etiam illis euulſis, quia hæc ſeruitus magis ad ſolum quam ad ſuperficiem pertinet: nec mutat quod ſunt arbores: hac enim ſpecie non mutatur forma ſoli quia ſemper aruum remanet id eſt locus qui arari poteſt:at ſyluæ naturâ non arantur:ideo alia eſt natura ſoli cui ſylua aut innata aut inſita eſt, alia vineæ. Magna eſt ergo differentia inter formam naturalem & artificialem:ſoli forma naturalis eſt; ſuperficiei artificialis:propterea Africanus in l. qui vſumf.in princ. ff. de vſuſf. paucis hanc differentiam notat:hac ſpecie: inſula ædificatur in area cuius vſuſf. legatus eſt, ea viuo teſtatore decidit, deberi vſumf.reſpondet: contrarium ait in inſula cuius vſusfructus relictus eſt, licet poſtea reparata ſit:idem ſi ſcyphorum vſuſf. relictus ſit; quia eadem eſt ratio. Nam forma deſtructa prope interimitur ſubſtantia rei licet ea ſit quæ materiæ non penitus imperet l. Iulianus §. ſed ſi quis ff. ad exhib. ſed cur ait Africanus *Viuo eo*? quia ipſemet ędificauerat & ſic tacite videbatur ademiſſe,ſed noua volūtate tacite rediđiſſe videtur: quum enim ſciret eam eſſe exuſtam & rediiſſe ad eam naturam in qua erat quum legauit eam videtur ademptionem tacitam, tacite reuocaſſe: tacita voluntas,tacito iudicio reſoluitur l. quod ſi iterum ff. de adm. leg. at eo mortuo ſi inſula exuſta eſſet,mutatio voluntatis & rei extingueret vſumf. areæ. an ipſo iure?Nam nuda voluntate legatum adimitur, non ipſo iure ſed per exceptionem l. 3. §. vlt. ff. eod.hic tamen ipſo iure extinguitur, non nudo conſenſu ſed mutatione formę d.l. repeti §. vlt: nec obſtat quod dictum eſt occupari ſolum non mutari: hoc enim valet in

Vſuſf. area non extingu. ſed impeditur ædificio impoſito.

Syluæ vſuſf. extinguitur factis ſationibus.

Inter ſyluā & vineam differentia.

Inter areæ & ſuperficiei formā differentia.

An nuda voluntate legatum adimatur.

proprietate, tum in vſufructu areæ qui poſtea ſublata ſuperficie reſtitutus eſt:ſed quandiu manet effectus ſeruitutis impeditur imo & tollitur ipſa ſeruitus. Quum enim reſtituitur vſuſf. in eo caſu retro fingitur area non occupata : quia ſuperficie ſublata perinde eſt ac ſi non extitiſſet : ſed ſi legitimum tempus quo perit, tranſactum ſit, ſi proprietarius id fecerit actione ex teſtamento vel de dolo tenetur, vt ceſſione renouet vſumfructum extinctum d. l. repeti §. vlt. & l. niſi ff. eodem non obſtat d. l. ſeruitutes §. ſi ſublatum de ſeruit. vrb. vbi ſeruitus quę in ſuperficie conſiſtit ſublata & iterum reſtituta, non videtur extincta: cur ergo vſuſf. ædium extinguetur ſi demolitę ædes poſtea reparentur? Verum ibi Paulus ait aliud eſſe in ædium vſuf. nam etſi renouentur interit vſuſf. quod & probat Vlp. in d. l. quid tamen §. 1. in ſeruitute reali fingitur idem eſſe quod non eſt, videlicet ædificium renouatum cum veteri; idque vtilitatis gratia : ideo non mirum ſi idem det vtilem actionem, quia directa defecit l. ſi teſtamento ff. de ſeruit. vrb. ſed cur ratione eiuſdem vtilitatis fingentis non dabitur vtilis actio ad vſumfr. quia omnes ſeruitutes prædiorum etſi in ſuperficie conſiſtant habent cauſam ſua natura perpetuam l. foramen ff. eod. ita vt nec ex tempore nec ad tempus iure ciuili conſtitui poſſint l. 4. ff. de ſeruit. natura perſonalium alia eſt nimirum temporaria, ne inutilis eſſet proprietas ſemper abſcedente vſufructu l. 3. §. pen. ff. de vſuf. vnde ex die poteſt conſtitui l. 4. ff. eod. & ad diem l. & puto §. vſuſf. ff. fam. Erciſc. itaque vſuſf. extinctus renouari non debet quia naturali morte interemptus eſt; non prædialis: quam ideo renouare cogitur vtili actione Dominus prædij, cui libertas acquiſita erat etiam vi maiore l. ſi locus ff. quemad. ſer. am. redeo ad regulam principiorum qua dixi materiam alienari ſi non poſſit redire ad initia ſua l. idem Pompon. §. 1. ff. de rei vind. ſecus ſi poſſit. l. item legato §. ſi vxori de l. 3. reſtant duntaxat duo ſcrupuli: primus in d. l. qua ratione §. ſed non vti vbi pictura non cedit tabulæ, licet tabula manente deleri poſſit & ſic ad priſtinã reuerti naturam idque propter pretium picturæ d. l. in rem. §. ſed & id, aut propter excellentiam eius §. ſi quis in aliena inſtit. de rer. diuiſ. contra ſentit Paulus in d. §. ſed & id & Caius iunior 2. inſtit. tit. 1. non tantum quod forma tolli poſſit ſine corruptione materiæ ſed quod ea eſſe non poſſit ſine tabula. prima ratio non conuenit huic exemplo: nam pictura non cedit tabulæ vt forma dominanti materiæ ſed vt acceſsio ſubiecto idemque eſt quod in plantis quæ iure acceſsionis cedunt ſolo d. l. qua ratione §. 1. ſine quo eſſe non poſſent l. quum principalis ff. d. reg. iur. picta imago non eſt forma tabulæ ſed rei fictæ. Atqui aliæ formæ, poſſunt ne ſine materia ſubſiſtere? poſſunt quidem in intellectu, non in re? non in actu, ſecundum ethnicos ſed re vera ſubſiſtunt in Deo in quo ſunt rerum omnium quæ ſunt, vera exemplaria & quaſi Archetypi creaturarum omnium quas & Theologi & Philoſophi ideas vocant initio nominis à Platone ...

Differẽtia ſeruitutis perſonalis & realis.

An pictura cedat tabulæ.

p.o.

pto. Idea deſcribitur à Seneca epiſt. 66. forma rei ad quam reſpiciens artifex efficit id quod animo deſtinauerat: hæc eſt deſcriptio generalis quæ etiam artificialibus conuenit. At ſpecialis eſt exemplar æternum rei ad quod reſpiciens Deus rem ipſam efficit ſibi quodammodo ſimilem : Et hoc nec Plato ipſemet nec Ariſtoteles intellexit. Plato credidit ideas eſſe quidem æternas, ſeparatas à ſingularibus, ſed extra intellectum ſubſiſtere per ſe & agere in materiam non ſecus ac ſigillum in ceram. Hoc ita ſenſiſſe eum ait Ariſtot. 1.3. & 7. Metaphyſ. in quo inſimulatur Ariſtot. ambitioſi & calumnioſi mendacij quaſi præceptorem ſuum de induſtria accuſauerit ignorãtię, vt ſibi ſingularẽ gloriã vindicaret : ſed hoc à veritate alienum eſt. Nam opera Ariſtotelis edita ſunt viuis multis Platonis diſcipulis qui mortuo Ariſtotele hanc calumniam impune non tuliſſent. Extiterunt enim qui gloriæ eius inuidentes nihil in ſcriptis eius, non viſum, non intractatum reliquere. Deinde eamdem tribui Platoni ſententiam aſſerunt Didymus apud Euſebium 1. de præpar. euang. & Iuſtinus martyr. in parænet ad Græc. & innuit Diuus Auguſtinus 83. quæſtionum, quæſtione 46. vbi hanc opinionem reprehendit, ſacrilegium eſſe exiſtimare quod Ideæ ſint extra mentem diuinam : ſi Plato (inquit) ideas in ipſa mente diuina poſuit, veras eum ideas aſſeruiſſe, in Deo enim rerum omnium exemplar erat ab æterno Ioannis 1. quod factum eſt, in ipſo vita erat, id eſt erat Deus : apud eumdem ita Dominus loquitur: Ego ſum via, veritas & vita: nam nihil eſt in Deo quod non ſit Deus vt aſſerunt Theologi. Apoſtolus ad Hebręos 11. fide intelligimus aptata eſſe ſecula verbo Dei vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent. Boetius 3. de conſolatione. *Quid ſit idea.* *Idea in Deo ſunt.*

Pulcrum pulcherrimus ipſe
Mundum mente gerens, ſimilique in imagine formans.

Syneſius hymno 2. hoc ſanctæ Theologiæ ſecretum ita eleganter exprimit.

Ἰδεῶν ἰδέα
Βύθιον κάλλος
Χρύφιον σπέρμα
Πάτερ αἰώνων
Πατερ ἀφθύκτων
Νοερῶν κόσμων
Ὀ͗θεν ἀμβροσία
Σταλάοισα πνοᾶ
Σώματος ὄγκοις
Επινήξαμένα
Δεύτερον ἤδη
Χόσμιον ἀνάπλει.

At Ariſtot. credidit ideas meras eſſe nugas poſterior analyt. 1. cap. 9. quas de induſtria impugnat 12. Metaphy. cap. 4. & 5. obſtat quod illc ait 1. magnorum moral. cap. 1. ἡ μὲ γὰρ ἰδέα χωριστὸν καὶ αὐτὸ καθ᾽, *Error Ariſtotelis.*

αὐτό. Ait ideam eſſe ſeparabilem per ſe. Verum ipſum Platonem ex ipſius arguit ſententia: voluit enim ſummum bonum eſſe in idearũ cognitione: Eth.1.c.4. quod ſi ita eſt, in idea nõ erit bonum cõmune quod omnibus ineſt, at idea & ſeparata eſt à rebus & per ſe ſubſiſtit non communicata. Et in hoc ſane errauit Ariſtoteles qui voluit formas rerum exemplares non ſubſiſtere per ſe ſed ſolo intellectu. Errorem inepta defenſione tuentur aliqui. Quod licet Ariſtot. Deum vnum agnouerit in metaphyſicis, ſub nomine principij, hoc non incluſit in rerũ natura quia claudi non poteſt quod terminum non habet quo poſſit definiri, quod omnia ſua vi ac poteſtate definit: idcirco libro 7. docet aliud eſſe ſubſtãtiã aliud principiũ ſubſtantiæ: Ergo quũ idea ſit ipſemet Deus, ſeu rerum principiũ, nõ mirũ ſi eã non eſſe ſubſtantiã dixit ſcilicet naturalẽ. Nã ſubſtantia principij eſt actus purus ideæ Metaphy.1.cap.5. Sed hoc non cogitauit: neque enim animus Ariſtotelis qui finitus erat potuit vmquam infinitum Deum comprehendere: nec ſibi potuit perſuadere in principio quo nihil quicquam poteſt eſſe ſimplicius tot rerum ideas exiſtere poſſe: Deus quia principium, vnus eſt: ideoque ſimpliciſſimus: quomodo ergo tot exemplaria in eo ſuſcipiuntur? verum vnum eſt illud exemplar, vna idea re ipſa, æterna, infinitæ perfectionis qua ita repręſentat vnamquamque rem ſingularem ac ſi illius eſſet in compoſito forma ſingularis. Redeo ad picturam quæ cedit tabulæ ex mente Pauli & Caij iunioris: at contra, ſecundum alterum Caium quem Iuſtinianus ſecutus eſt: & male. Nam ob pręſtantiã artis non eſt violenda Naturæ lex per quam non fit arti iniuria quia poſſidenti pictori datur exceptio qua pretium artis integre ſeruetur: non poſſidenti datur actio in factum à Prętore in ſubſidium d.l. in rem §. item. iura generaliter conſtituuntur non ſpecialiter gratia alicuius l.3.4.5.6.8.ff. de legib. Alter ſcrupulus in §. quum ex aliena inſtit. de rer. diuiſ. vbi frumentum alienum excuſſum ex ſpicis, fit excutientis. quia ad ſpicas reuerti non poteſt: At contra Caius in d.l. adeo §. quum quis, quia qui excuſſit, non mutauit formam frumenti ſed eam quæ eſt detexit. Nihil eſt ineptius quam dicere ſpicã eſſe formam frumenti; frumentum enim eſt, etiam ſine ſpica: at vinum ſine vua, oleum ſine oliua non eſt: quia vinum & oleum ex ſubſtantia vini & oliuæ eſt: at frumentum ex frumento eſt, non ex ſpica, quæ non plus ad eſſentiam eius facit quam putamen ad eſſentiam nucis aut cortex arboris. Melius ergo ſenſit Caius quam Tribonianus aut Theophilus. ſuperatis his difficultatibus vnum hoc erit expendendum an ideo formæ poteſtas ſit diuerſa, quod modo materiam vincat, modo ab ea vincatur: quod ſi admittas idem erit potens & impotens: forma enim quatenus forma eſt vna eſt in ſubiecto: quia duo, actu, in eodẽ ſubiecto ſimul eſſe non poſſunt Ariſtotel.7. Metaphy. verum vera forma rei dominatur & materiam ſuo domat imperio, alioqui vera forma nõ eſt ſed qualitas tantũ ſeu paſſio materiæ, quo caſu manet

Is perperam defenditur.

Idea vna perfectiſſima.

Frumentum ex alienis ſpicis excuſſum cuius ſit.

Vera forma vincit materiã alioqui non eſt forma ſed paſſio materiæ.

materia in natura principij quod oſtendit eodẽ libro cap.vlt. in fine vbi ſic cõcludit, ἐπεὶ δ' ἔνια οὐκ οὐσίαι τῶν πραγμάτων ἀλλ' ὅσαι οὐσίαι κατὰ φύσιν καὶ φύσει συνεστήκασι. φανείη ἄν τισι καὶ αὕτη ἡ φύσις οὐσία, ἥ ἐστιν οὐ στοιχεῖον, ἀλλ' ἀρχή: στοιχεῖον δ' ἐστὶν εἰς ὃ διαιρεῖται ἐνυπάρχον ὡς ὕλην οἷον τῆς συλλαβῆς τὸ A. καὶ τὸ B. Reſoluit quod dixerat elementum non eſſe ſubſtantiam ſed principium ſecundum materiam: carnem eſſe ex igne & terra: aliud tamen eam eſſe ab eis elementis: quia eſt ſubſtantia ex iis compoſita: nec idem eſſe in ſyllaba quæ quamuis habeat quandam analogiam ad ſubſtantiam eo quod hæc ſyllaba Ba. alia eſt ab A. & B. elementis vnde compoſita eſt: non tamen eſt ſubſtantia quia rei formam intrinſecam non habet: nam nec quum perfecta eſt ſecundum naturam conſtituta eſt, nec quum perficitur, natura perficitur, ſed ope manus aut linguæ eam componentis, ideoque facile reſoluitur in ſua principia ſeu elementa ſine vllo detrimento literarum. Ergo artificio compoſitæ res non ſunt ſubſtantiæ nec habent intrinſecum formale principium: vnde qualitas dicitur non ſubſtantia d.l. ſed ſi meis §.1. doctiſſime Plotinus ennead 2. lib. 6. ὅσα οὖν συμβέβηκε καὶ μὴ ἐνέργειαι καὶ εἴδη, οὐσιῶν μορφὰς τινὰς παρεχόμενα ποιὰ ταῦτα οἷον καὶ ἕξεις καὶ διαθέσεις ἄλλαι τῶν ὑποκειμένων ποιότητες: τὰ δὲ ἀρχέτυπα αὐτῶν ἐν οἷς πρώτως ἐστὶν ἐνέργεια ἐκείνων καὶ οὐ γίνεται: ταὐτὸ ποιότης καὶ οὐ ποιότης, ἀλλὰ τὸ ἀπηρημωμένον οὐσίας ποιὸν: τὸ δὲ οὖν ταύτῃ οὐσίαι, ἢ εἶδος ἢ ἐνέργειαι λεκτέον: οὐδὲν γάρ ἐστι ταὐτὸν ἐν αὐτῷ, καὶ ἐν ἄλλῳ μόνον ἐκπεσὸν τοῦ εἶδος καὶ ἐνέργεια εἶναι. ὃ μέν τοι μηδέποτε εἶδος ἄλλου, ἀλλὰ συμβεβηκὸς ἀεὶ καθαρῶς ποιότης καὶ μόνον τοῦτο. Paulo ante eam qualitatem vocat vmbram, veſtigium, ſeu imaginem eſſentiæ non characterem animatũ vt eſt forma naturalis. Igitur huiuſmodi characteres quaſi mortui non inſunt ſubiecto ſed adſunt nec ſunt formæ quum ſint affectiones & diſpoſitiones materiæ: alioquin vnum idemque erit forma, & non erit; qualitas, & non qualitas: quod eſt abſurdum: hoc recte intellexit Heſiodus qui finxit Pandoram deorum donis ornatam fuiſſe vbi Tzetzes interpretatur ornatum & excellentiam artium quibus ipſa fœmina ſeu materia genus humanum decorauit. Obſtat l. mulieris §. 1. ff. de verb. ſig. vbi res abeſſe videntur quæ transfiguratæ ſunt: quia plerumque plus eſt in manus pretio quam in re: Ergo etiamſi forma non ſit naturalis rei tamen eſſentiam facit quandiu manet, & quum receſſit, priuationem. Verum videntur abeſſe, non tamen abſunt: ſed officio iudicis continetur vt pretium manus æſtimet perinde ac ſi perempta res eſſet. Igitur quia hæc non inſunt intrinſece nec ab initio: erunt accidentia, non ſubſtantiæ. Dico ab initio: nam principia, primum rei inſunt id eſt in componendo ſeu vt Philoſophi aiunt in fieri. Nam poſt rei perfectionem quæ accedunt non inſunt ſed accidunt: quod etiam in formis non naturalibus intelligitur vt in contractibus: quorum forma non ex ſolemnitate legis aut formu-

Aliud eſt principium aliud ſubſtantia ex eo compoſita.

Qualitas materiæ opere artificis impoſita, ſi ſublata ſit nõ tollit rem: ſed tollere fingitur ob pretiũ artis.

Bonæ fidei contractus.

la conſiſtit ſed ex conſenſu partium: qui vocantur bonæ fidei: non quod alij ſint malæ fidei: nam in omnibus bona fides eſt ſeruanda l. bonam fidem C. de oblig. & act. ſed quod abſolute non pendeant ex bona fide partium id eſt ex mutuo conſenſu etiam tacito cuius interpretatio eſt in poteſtate & arbitrio iudicis de contractu bonę fidei cognoſcentis non de ſtricto & ideo in bonæ fidei lata eſt poteſtas iudicis §. in bonæ fidei inſtit. de act. fides in hac parte legem

Dolus dãs cauſam vitiat contractus bonæ fidei, non ſtricti iuris.

à contrahentibus datam ſignificat l. 1. ff. de conſtit. pec. nec ſufficit fidei nomen niſi bona etiam dicatur vt intelligatur dolum malum qui eſſentiæ contractus bonæ fidei omnino repugnat, huius eſſentiam vitiare l. & eleganter ff. de dolo: quum tamen in ſtrictis iudiciis dolus non reddat inutilem obligationem ipſo iure ſed ope tantum exceptionis l. pen. C. de inutil. ſtip. itaque quodcumque conuenerit ab initio in contractu bonæ fidei, format ipſam actionem id eſt formam dat: ita vt quamuis pactum ex continenti appoſitum ſit etiam præter naturam contractus tamen agitur ad fidem pacti tuendam, non ex pacto nudo ſed ex eo contractu quoniam forma illius etiam ex pacto illo conſiſtit l. iuriſgentium §. quinimo ff. de pact. hoc ex forma non naturali quæ in cuiuſque arbitrio ab initio poſita eſt: ſed vbi forma aliunde pendet, ſecus eſt, vt in literarum obligatione in verborum, in mutuo &c. Quia forma iam aliunde conſtituta non poteſt extrinſecus aliquid ſuſcipere: ne quod omnino vnum eſt & ſimplex, ex diuerſis rebus

Pactum in initio contractus bonæ fidei appoſitum forma, & parit actionem non ex ſe ſed ex forma contractus ſecus in ſtricti iuris: cur.

componatur: forma non generatur: ergo non componitur. Ariſtot. 11. Metaphy. cap. 3. nam proprium formæ eſt cõponere cum materia, ergo non componi: quia componere eſt agere: componi eſt pati: actio & paſſio in vna re ſimul eſſe actu non poſſunt Ergo quum forma obligationis literarum ſit ſcriptura: ſtipulationis autem, conceptio verborum; mutui, proprietatis tranſlatio: &c. pacto in initiis eorum interpoſito actio non datur l. ſi tibi in prin. ff. de pact. ſed tantum exceptio l. 29. ff. eod. Ergo quum ob pactum datur actio appoſitum in bonæ fidei contractibus l. in bonæ Cod. eod. non datur ex pacto ſed ex forma obligationis. At in ſtrictis iudiciis ex forma quidem datur actio ſed ea forma non pendet ex conuentionibus & conſenſu non ex bona fide partium, ſed

Aliud forma aliud natura in iis qua pendent aliunde quã ex ſua ſubſtantia.

ex natura & ſubſtantia ſua. In bonæ fidei, aliud eſt forma, aliud natura: nam forma etiam præter naturam eſſe poteſt ſi ita conuenerit in initio d. §. quinimo verſiculo idem reſponſum, vbi ſi quid extra naturam contractus poſt emptionem conuenerit, ineſſe non poteſt ex parte actoris id eſt actionem non parit: & paulo ante dixerat informare actionem ſi ab initio: tunc enim formam dat: at non dat naturam; quia natura eſt ex eodem contractu vt ait d. l. Iuriſg. §. adeo: id eſt non ex placito, ſed ex ipſamet eſſentia con-

Pactum detrahens, & adders.

tractus: quo caſu idem operatur pactum ex interuallo, quia eſt ex natura quod ex continenti, quia eſt ex forma. Adde quod forma ab initio imponitur: natura ſemper manet quouſque totum diſſo-

luatur. Ad hęc Papiniamus in l. pacta ff. de contrah. empt. pacta quæ detrahunt ineſſe creduntur quia ſunt circa naturam, quæ adiiciunt non inſunt modo verſentur circa adminicula, veluti, vt cautio duplæ non pręſtetur, vel fideiuſſor detur; ſed ſi adiiciat naturæ; veluti circa rem aut pretium, ineſt quia vtrobique eadem eſt ratio. igitur in his differt forma à natura & eſſentia; quia forma vera non eſt, ſed affectio & qualitas quędam rei quæ agitur iure naturali introducta, iure ciuili ſuſcepta; vnde ciuiles obligationes enaſcuntur d. l. Iuriſg. §. 1. Sane etiam in naturalibus formis aliquando diſtinguimus eſſentiam à natura rei ex proprietatibus quæ inſunt: vt riſus, hominis ex ſubſtantia non eſt ſed ex natura: quia proprietas inſita & innata fluit ex duobus principiis eſſentialibus, genere ſimul & differentia: eſt tamen etiam in hac re differentia: nam in naturalibus ab initio ineſt, omnis proprietas naturalis ita vt poſtea nihil naturæ adiiciatur ſecus in aliis. Dixi in ſtrictis nec ab initio pactũ ineſſe ad actionẽ quia forma eorũ ſtricta eſt nec pẽdet ex placito partiũ ideo mutari pactione nõ poteſt quæ eſt placitũ l. 1. § pactũ ff. de pact. nec ex interuallo: quia natura eorum non eſt in nudo conſenſu ſed in certis modis, qui certis etiam modis diſſoluuntur l. obligationum §. 1. ff. de oblig. & act. obſtat l. lecta ff. de reb. cred. vbi pacta incõtinenti appoſita ſtipulationi ineſſe creduntur. Verũ inſunt, ſed ex parte rei, ad exceptionem. Male obiicitur l. petens C. de pact ibi enim non agitur ex pacto, ſtipulationi adhibito ſed ex ipſa ſtipulatione. debuit potius obiici l. frumenti Cod. de vſur. vbi pactum nudum in mutuo adhibitum parit actionem. Verum ibi non poteſt agi ex mutuo ad acceſſionem frumenti quæ non eſt mutuo data ſed ex ipſa conſtitutione Alexandri: ſicut & Philippi in l. oleo Cod. eod. in aliis enim rebus ſtipulatio neceſſaria eſt l. ſi ex pretio in fine Cod. ſi cert. pet. l. 3. Cod. de vſuris ratio harum conſtitutionum eſt in incertitudine pretii d. l. oleo: cuius ratione ſolui poteſt etiam plus quam fert modus & æſtimatio vſurarum legitimarum: nec ad rem pertinet l. pro auro C. eod. vbi Conſtantinus ſtatuit vſuras peti poſſe quæ chirographo continentur, vel quæ promiſſæ ſunt auri, argenti, & veſtis. Dubitandi ratio in eo eſt quod vſurę, tantum debentur ex pecunia numerata quia vſura eſt fœtus pecunię numeratæ. Verum hę debentur ibi non ex nudo pacto, ſed ex ſtipulatione, quod arguit hęc vox *Promitti*. Chirographum autem inſtrumentum eſt cautionis quę, quid aliud eſt quam ſtipulatio in ſcriptis redacta (niſi animo paciſcendi partes id ſcripſerint d. l. iuriſg. §. quod fere) l. ſi vt certo §. quinimo ff. commod. igitur condictione ex dictis reſcriptis agitur ad acceſſiones illas & proinde dici non poteſt pactum mutuo adhibitum formare actionem. Obſtat l. auia C. de iure dot. vbi auia dotem dedit nepti eo pacto vt ad ſe rediret ſoluto matrimonio, competit eo caſu præſcriptis verbis actio quæ condictio dicitur in l. legem C. de pact. nimirum incerti quæ eadem eſt cum præſcriptis

In naturalibus diſtingui poteſt forma à natura & proprietate.

Pacto in ſtrictis indictis actiones nõ pariuntur niſi ex reſcripto.

verbis l. duo §.vlt.§. de precar:incerti (inquam) quia id quod intereſt incertum eſt quia in facto conſiſtit l. quatenus ff. de reg. iur. actio autem præſcriptis verbis datur in id quod intereſt l. ſi tibi ff. de præſc.verb. Verum ibi pactum in datione appoſitum efficit & format contractum innominatum; manet tamen in nomine pacti; quo caſu pactum pro conuentione ſumitur: conuentionum enim quædam manent in ſuo nomine vt pacta: quædam tranſeunt in aliud nomen, vt omnes cõtractus qui à iure ciuili nomen habẽt ſpeciale l. 1. §. vlt. & d. l. iuriſg. in princ. de pact. ergo quum innominati non tranſeant in aliud nomen, conuentiones recte dicentur d. §. ſed & ſi; an & pacta? non abſolute: quia contractus eſſentia differt à pacto: ſed relatiue nimirum ratione habita ad initium quia à pacto inchoatur hæc cõtractus ſpecies & ſic ſoluitur nodus l. legẽ & l. quũ res C. de donat. vbi donatur alicui vt creditoribus donatoris ſatisfaciat, ex eo pacto agitur præſcript. verb. incerto iudicio, quæ actio nũquã datur niſi ex negotio geſto cui nomen non eſt l. 3. & 4. ff. de præſcript. verb. Ergo eſt contractus do vt facias qui ſi placito non pareatur, parit etiam certi condictionem quæ dicitur ob rem dati l. 2. C. de cõdict. ob cauſ. dat. Electio autem competit actori vtrum malit incerti agere in id quod intereſt, an certi condicere quod dedit ſi res repeti poſſit l. 1. in fine C. de rer. permut. igitur in non naturalibus compoſitis quædam ſunt quorum natura & eſſentia & forma ſimul ſunt; vt ſtricti iuris obligationes, quædam quæ arbitrio partium ſubiiciuntur: vtraque autem in ſua principia reſoluuntur, id eſt iiſdem modis diſſoluuntur quibus ſunt conſtituta, conſtat ex iis quæ tam in naturalibus quam artificialibus dicta ſunt, materiam ipſam aut vinci omnino, aut ſaltem detineri & quaſi deuinciri formis. Quia forma abſoluta ſui perfectione multo eſt antiquior & perfectior ipſa materia quod & ex opificio diuino poteſt intelligi: voluit enim Deus prius virum quam mulierem creare, quam ex corpore ipſius tamquã partum ex matre eduxit: Vir ſpeciem formæ, mulier materiæ habet: Et in hoc quoque latet aliud myſterium: nimirum ex Adamo & Eua, tamquam ex principiis naturalibus cętera quæ inde fluxere, eiuſdem naturæ extitiſſe; idcirco quum ab initio ſceleris labem contraxerint, eamdem poſteris influxere. petenda fuerunt noua principia quibus & antiqua labes emendaretur & rei ſceleris illius, ſeruarentur: Nouus Adam in Chriſto natus eſt, & noua Eua in Virgine Maria: meliori & ſanctiori lege. Nam Eua peperit viri congreſſu deflorata, non ſecus ac materia virgo, accedente forma quaſi florem virginitatis amittit: at virgo mater facta eſt flore virginitatis intemerato, ante partum, in partu, & poſt partum. Sunt ſane hæc noua principia non humani generis ſed ſalutis humanæ, in quibus Deus ipſe ſuæ diuinitati veram humanæ naturæ ſubſtantiam adiunxit. Materia ergo prima virginis habet ſpeciem: an & Maieſtatis? dixi bonam deam Maieſtam etiam appellari: quod conuenit huic cęrimo-

Innominati cõtractus originẽ habent à pacto.

Præſcriptio verbis agitur ex innominato.

Eligit actor vtrum agat præſcritis verbis an condicat quod dedit.

Cur noua ad hominis ſalutẽ principia neceſſaria fuerint.

niæ qua viri tam religioſe & curioſe arcentur ab hoc ſacro ſicut olim apud Græcos ſolis mulieribus fas erat Rheæ acellum ingredi quod erat in Arcadia teſte Pauſania in Arcad. non quod virgo ſit ea quæ mater tantæ multitudinis extitit, quam etiam Mercurius per adulterium polluit vt ſubtiliſſimi Theologorum Ægyptij fingunt auctore Plutar. in Iſide cur ergo tantopere virum abominaris O Bona Dea? Quia Maieſtas communicata polluitur & diuiſa diſſoluitur hinc eſt ratio qua teſte Lucano.

Maieſtas communicati non debet nec amor.

Primi fraterno maduerunt ſanguine muri.

Quis audeat ſolem diuidere? quis vnitatem? quis punctum hæc quamuis contra naturam ſui veniat in communionem, cauendum tamen eſt non ab impietate regnantium ſolum, ſed à natura regni quæ vel cruore ſociorum ſeipſam redimit & liberat à multitudine vt amor qui ſolus pingitur; in quo ſocius ſibi cauere debet non à ſocio ſed à natura rei communicatæ, contra conditionem ſuam Seneca.

Nec regna ſocium ferre nec tedæ ſciunt.

Poetice ludimus. Cauendum enim eſt à ſcelere & perfidia. Nam qui adulterium committit non plectitur à nuptiis quum à marito deprehenſus occiditur; ſed meritas dat pœnas ei cuius familiam perpetui dedecoris nota polluit. At in regno timenda diuiſio ne inde deſolatio ſequatur. Ideo nemo cum rege inuito audeat regnare tunc enim ſocietas periculoſa eſt & ruit fides, in naufragium præceps.

Nulla fides regni ſociis omniſque poteſtas
Impatiens conſortis erit.

Idcirco imperium merum, ne maioribus quidem magiſtratibus competit iure ſui magiſtratus, quia ſoli Maieſtati proprium eſt in quo eſt vitæ neciſque poteſtas, nimirum ius de capite decernēdi l. imperium ff. de iuriſd. omnis poteſtas ſumma à Deo eſt ſine medio: magiſtratus poteſtas ex Deo quidem eſt etiam ſed cum medio: pendet enim ab humana Maieſtate. Seneca de Diis regnantibus ſic ait in Thyeſte.

Cur Maioribus magiſtratibus non competit iure ſuo merum imperiū.

Vos quibus rector maris atque terræ
Jus dedit magnum necis atque vitæ.

Non eſt igitur communicanda Maieſtas, nec ſol è cœlo deripiendus eſt, quum radiis ſuis ſine vlla vi mundum elementarem illuminare poſſit: his radiis lucent mediæ & infimæ poteſtates; non propria luce quod ſi, quid imperij meri tribuatur magiſtratui id ſpecialiter à Maiſtate debet attribui l. 1. ff. de offic. eius cui mand. quod tunc etiam obtinuit quum Populi dominatio vigeret auctore Feſto in voce cum Imperio. Ergo bona materiæ Dea, virorum aſpectum perhorreſcit quia coniunctione aut ſocietate polluitur aut periclitatur. Plutarchus in Iulio, ait hoc ſacrificium noctu peragi in domo imperantis à matronis ludentibus & ad muſicam ſaltantibus: ludunt mulieres ſolutæ imperiis maritorum in ſignum

Ludus eſt nota libertatis & imperfectionis materiæ.

iam dictæ libertatis: & eſt nota imperfectionis materiæ, à forma ſeorſim acceptę, vt quadam imagine pulcritudinis ornetur (vt eſt ludus) quod vera pulcritudine caret: recte Syneſius in Enconio caluitij. περιγινομένου δὲ τούτου πάντα καὶ ἀπόῤῥυη τῆς ὕλης τὰ παίγνια: ὡραϊσμοῦ γὰρ οὐ δεῖται τὸ τέλειον. Loquitur de forma quam negat egere ornamento: at in materia ludum eſſe ad concinnitatem neceſſarium, quia deformis eſt res reſpectu formæ quæ diuinitus accedit. Vide quam ſubtiliter in his tenebrarum myſteriis, partim Naturæ principia & effectus, partim humani ſceleris initia & progreſſus detegantur. Nec iſta ſic inter ſe pugnant quin facile concilientur. Nam in libertate nulli ſunt termini, nec in ludo ſic in materia nullus eſt terminus quia per formam determinatur. Igitur Natura ludit in materia imperfecta id eſt quæ formam nondum accepit vt in floribus & iis quæ fœtum ſeu fructum antecedunt &

Muſica ſignum eſt cœleſtis etiā diuinitatis.

comitantur. περικάρπια (inquit idem) παίγνια φύσεως, ὕλης ἀτελοῦς ἐξαθύρματα. Idque luditur in nocte: vt origo rerum oſtendatur: Muſica adhibetur vt appareat cœleſtem eſſe diuinitatem non infernalem tantūm: licet poëtæ finxerint deos inferorum aliquando muſica Orphei cōmotos fuiſſe vt decreta ſua quæ omnino irreuocabilia ſunt reſcinderent: hoc tamen non probat deorum Manium ſacris muſicam conuenire ſed hoc tantum magicis artibus euocari poſſe dæmones vel tamquam deos vel tamquam animas defunctorum iis artibus carmina quidem componuntur quaſi cantilenę quibus deliniantur duritates illæ infernales aut certe cogantur quaſi maiori imperio: fingunt ſe demulceri & cogi. deinde muſica adhibetur, ad maiorem in ludo voluptatem. At quomodo

Nox eſt nomen myſterij.

poteſt nox eſſe cœleſtis, quum in cœlo lux ſit perpetua? Verum nox, myſterij nomen eſt in quo intelligitur materia ex qua etiam cœli compoſiti ſunt & ideo cœleſtis eſt ſecundum principium ex quo omnia facta ſunt. Igitur conſtat in domo eius penes quem ſunt iura Maieſtatis, Deę Maieſtę ſacrum fieri: in ea domo ara ei Deo extructa eſt Propertius.

Interdicta viris metuenda lege piatur
Quæ ſe ſummato vindicat ara caſa.

Materia prima & Maieſta.

Ex his patet materiam primam adorari & Maieſtatem ſub nomine Bonæ Deæ: Quod aperte confirmat Verrius antiquiſſimus auctor in hæc verba: *Mater matuta, manes, mane, matrimonium, materfamilias, matertera, matrices, materie dicta videntur quia ſunt bona.* Cur

Dij cur boni dicuntur.

bona? quia beat l. bonorum ff. de verb. ſig. Dij Boni à Græcis dicuntur. ἀγαθοί quia ſunt ἀγαθῶν δοτῆρες (inquit Pauſanias in Arcad.) id eſt principia & noſtræ eſſentiæ & eorū quibus eam tuemur & conſeruamus: quod prius à materia petendum deinde à forma.

Societas Bonæ deæ & Cereris.

Hęc ad primam partem huius capitis pertinent. *Nunc* ad poſtremam accedo in qua prohibetur ne quis initietur niſi Cereri Græco ſacro. At quid habet commune Ceres cum bona Dea? Quid initiatio cum ſacro Maieſtæ? imo maxima eſt inter hæc ſocietas di-

uini

uiniiuris. Nam bonæ Deæ rem diuinam porcâ faciebant teſte Macrobio quod ſegetem quam Cæres mortalibus tribuit porca depaſcatur: Addo duo alia: primum quod fœcundiſſimum ſit animal, ideoq; conueniat materiæ matri: deinde quod ſit expiatrorium. Eſt autem neceſſaria expiatio quod pura eſſe debeant hęc initia ab omni pollutione: vt dæmon abſconderet veritatem originalis peccati quo genus humanum ab ipſis initiis temeratum eſt, finxit hæc initia ſancta eſſe, detegit tamen quod verũ eſt: nã vbi adhibetur expiatio ibi prçceſſit pollutio. Deniq; & in orgiis Bacchi filij magnæ matris porculus à myſta lauatur cuius ſanguine fiebat expiatio vt ait Plutarc. in Phocione: Denique nemo poterat initiari niſi porcum immolaret. Scholiaſtes Ariſtophanis in pace, τοῖς μυουμένοις ἔθος χοιρίδιον θύειν ἐξ ἀνάγκης, nec ſufficiebat vnum pro omnibus mactare: quia ſinguli pro ſe ſeparatim mactabant vt idem docet in Acharnais. ad hæc ſicut Bonæ deæ ita & Cereris ſacra nocturna erant nox. in Cerere etiam quædam eſt ratio principij, ſed hęc cauſa aliam ad ſe trahit per accidens: quod in his myſteriis tot tanteque ſpecies turpitudinum exprimerentur, tot monſtra libidinum excitarentur vt ſilencio noctis quaſi ſepeliri debeant: Clemens Alex. in protrept. πάλαι μὲν ἀνθρώποις σώφροσιν ἐπικάλυμμα ἡδονῆς νὺξ ἦν σιωπωμένη, νυνὶ δὲ τοῖς μυουμένοις ἡ ἱερὰ τῆς ἀκρασίας νὺξ ἐστι λαλουμένη. Adhibetur tamen ignis in hac ſacra nocte qui hęc ſcelera arguit quæ aliquando puniturus eſt: idem paulo poſt, τὸ πῦρ ἐλέγχει τὰ πάθη δᾳδουχούμενον· ἀπόσβεσον ὦ ἱεροφάντα τὸ πῦρ· αἰδέσθητι δᾳδοῦχε τὰς λαμπάδας· ἐλέγχει σου τὸν Ἴακχον τὸ φῶς· ἐπίτρεψον ἀποκρύψαι τῇ νυκτὶ τὰ μυστήρια, καὶ σκότει τιμάσθω τὰ ὄργια: τὸ πῦρ οὐχ ὑποκρίνεται ἐλέγχειν καὶ κολάζειν ἃ κελεύεται. Nocturna igitur ſunt hæc ſacrificia Eleuſi primum inſtituta vt ſingulis menſibus celebrarentur.

Pura debēt eſſe initia ideo per eo tollitur omnis pollutio.

Ignis adhibetur in his initiis

Eleuſi quot menſibus coluntur.

Et non aſſuetis pernox vlulauit Eleuſis
Menſibus.

Non tamen erant illa ſolennia de quibus hic agitur; ſed hęc circa finem cuiuſque menſis fiebant vt infra docebitur at ſacra Phrygia, nono die menſis agebantur in honorem Cereris cui nomen Rheæ erat vt imperitum vulgus ſub diuerſitate nominum ſacrorum diuerſitatem crederet: & ſic ex multitudine deorum prçſumpta, populi terror increſceret. Nicander Alexiphar.

Phrygia nono die cuiuſque menſis.

Ἠ ἄτε κερνοφόρος ζάκορος βωμίστρια Ῥείης
Εἰνάδι λαοφόροισιν ἐπιχρίμπτουσα κελεύθοις
Μακρὸν ἐπιμβοάᾳ γλώσσῃ θρόον.

Eadem ſane eſt Ceres, Rhea, mater magna, licet diuerſis temporibus, diuerſis ſacris, diuerſis locis, adoretur ſub diuerſis etiam ſimulacris, nam illud ſimulacrum quod ex Phrygia Romam aduectum eſt non idem eſt cũ eo quod Eleuſi colebatur: ſed idẽ eſt numen licet varios ſuæ poteſtatis effectus producat. Varro 4. de ling. Lat. *Terra, ops, quod hac omne opus & hac opus ad viuēdũ: & ideo dici-*

Ceres ſub diuerſis nominibus diuerſe colitur.

Clamores editi furales.

tur Ops mater quod terra nutriat : hæc enim terreis genteis omnes peperit & reſumit denuo qua dat Cibaria vt ait Ennius qua quod gerit fruges, Ceres. Ex Nicādro Apparet morē fuiſſe vt clamores ederētur quaſi furentium & Bacchantium:. quod & Bacchi ſacro conuenit ne inter hæc ſacra vox mali ominis exaudiri poſſet. Apollonius primo Argonaut. in ſacro matris Deum ait heroes Græcos ſtrepitum feciſſe percutientes clipeos gladiis ſuis vt ex funere Cyſici voces lamentabiles in aerem vaneſcerent.

Καὶ σάκεα ξιφέεσσι ἐπέκτυπον ὥς κεν ἰωὴ·
Δύσφημος πλάζοιτο δι' ἠέρος, ἣν ἔτι λαοὶ
Κηδείῃ βασιλῆος ἀνέστενον

Hinc ſcholiaſtes ibi : deducit cauſam qua Phryges in ſacro eius deę Tympanis & cymbalis vtebantur. ὅθεν καὶ φρύγες κυμβάλοις καὶ τυμπάνοις τὴν Ῥέαν ἱλάσκονται. Addit Apollonius turbinem ad ſtrepitum augendum, ſubiicit enim.

Ἔνθεν ἐς αἰεὶ
Ῥόμβῳ καὶ τυπάνῳ Ῥείην φρύγες ἱλάσκονται.

Ait turbine & Tympano Rheam à Phrygibus propitiari quod non eſt intelligendum tantum ne vox mali hominis audiretur, ſed etiam quod hæc ſint ludicra quæ & in orgiis Bacchi adhibentur. Quum enim eſſet infans puerilibus quibuſdam ludicris deceptus à Titanibus & diſcerptus eſt hæc ludicra ſunt, pinea, nux, turbo, talus, poma aurea quæ à vigili dracone aſſeruabantur, Sphæra, ſpeculum, vellus, Clemens Alex. ad Græcos δόλῳ δὲ ὑποδυόντων τιτάνων ἀπατήσαντες παιδαριώδεσιν ἀθύρμασιν· οὗτοι δὴ οἱ τιτᾶνες διέσπασαν ἔτι νηπίαχον ὄντα ὡς ὁ τῆς τελετῆς ποιητὴς Ὀρφεὺς ὁ Θρᾴκιος.

Κῶνος καὶ ῥόμβος καὶ παίγνια καμπεσίγυια.
Μῆλά τε χρύσεα καλὰ παρ' ἑσπερίδων λιγυφώνων.

Καὶ τῆσδε ὑμῖν τῆς τελετῆς τὰ ἀχρεῖα σύμβολα οὐκ ἀχρεῖον εἰς κατάγνωσιν παραθέσθαι, ἀστράγαλος σφαῖρα στρόβιλος μῆλα, ῥόμβος, ἔσοπτρον πόκος. Vellus primum in compoſito materiæ effectum oſtendit vt pilus in hominis capite, pluma in aue : nam excrementa ſunt corporis in quibus indicium eſt, creſcentis aut patientis materiæ quum contrarij rationem ſubit : ſemper enim mutatio è contrario fit: execrementum autem eſt id quod ſupereſt ex priori Ariſtot. de longitudine & breuitate vitæ cap. 3. Idcirco primitiæ Cereri offerebantur, non tantum frugum ſed etiam lanarum quæ vt magis redolerent naturam materiæ : nondum ad lanificium purgatæ ſed ſordibus animantis adhuc refertæ erant. Pauſanias in Arcad. τὰ δὲ ἀπὸ τῶν δένδρων τῶν ἡμέρων τά τε ἄλλα καὶ ἀμπέλου καρπὸν καὶ μελισσῶν τε κηρία, καὶ ἐρίων τὰ μὴ ἐς ἐργασίαν πω ἥκοντα, ἀλλὰ ἔτι ἀνάπλεα τοῦ οἰσύπου ἃ τιθέασιν ἐπὶ τὸν βωμὸν οἰκοδομημένον πρὸ τοῦ σπηλαίου. Vnde animaduerti poteſt etiam ex vitis fructu qui Baccho ſacer eſt Cereri libari ob mutuam vtriuſque principij cognationem. Lana autem Deæ frugum offertur : nam ea quoque in fru-

ctu eſt l. in pecudum ff. de vſur. Igitur arborum fructus & frumentorum & lanarum primitiæ gratæ ſunt Cereri. Quia ſunt primi fœtus materiæ laborantis ſub imperio formæ: ad hæc Arnobius 5. *Quid lanarum vellera quibus arbores colligatis & circumuoluitis & ſtipitem? nonne illarum repetitio lanarum eſt quibus iam deficientem contexit, & teporis aliquid rata eſt ſe poſſe membris conciliare frigentibus? quid compti violaceis coronis. Et redimiti arboris ramuli?* Hic inſectatur ſenſū literalē narrationis fabuloſæ: myſticus tamen eſt in effectibus materiæ in quibus fœturæ etiā imperfectæ vitā animantis quodāmodo ſpirāt. Speculum autē eſt formæ Symbolū quod veræ formæ repręſētat imaginē: cætera ludorū ſunt inſtrumēta: ludū cū libertate coniungit Syneſius in Dione. ἀφέλεια γὰρ αὐτῇ τῶν παιζόντων ὁρμαὶ, τοιοῦτόν ἐστιν ἀγχοῦς καὶ ἐλευθερία. Hæc etiam Arnobius teſtatur libro 5. Luditur animis otio diffluentibus & nimia libertate luxuriantibus. Sub ſpecie illorum ludicrorum Titanes filium Iouis deceperunt: id eſt ſub imagine quaſi pactæ licentiæ, de qua dictum eſt. Titanes ſunt illi gigātes quorum corpus immane in caudam draconum deſinebat, quique ſuis confiſi viribus auſi ſunt Iouem ipſum ſolio cœleſti deripere: id eſt ipſi ſpiritus cœleſtes quos ſuæ formæ mirabilis pulcritudo decepit, & inde ſuperbia perdidit, ita vt cœlo deturbati ruerent obruti montibus quos ipſi ſuper impoſuerant id eſt ſuis ipſi viribus afflicti. Nam quo maior eſt eorum natura eo grauior eſt eorum pœna eiſque profuiſſet mortales fuiſſe. Sunt igitur in æternum exilium amandati & quaſi deportati: nec amplius Dei filij ſed terræ vocantur ſub qua immortalem pœnam paterentur. Nec immerito anguium caudæ eis appinguntur; nihil eſt enim cauda ſerpentis tetreſtrius; at ipſi lingua etiam & ore ſerpentis vſi ſunt quo nihil eſt pernicioſius. Deceperunt ergo infantem id eſt hominem recens creatum. quo ludicri genere? pomis aureis pulcris quę draco ipſe ſeu Titanum princeps cuſtodiebat. Vide quam aperte Diabolus veritatem ſuæ ruinæ & humani lapſus qui contigit eiuſdem inſidiis, fabularum cæcis ambagibus inuoluit. At hic non eſt immorandum ſcrutemur altiora huius adulterinæ & inceſtæ religionis arcana. hic Dionyſius non ex Semele natus eſt, ſed ex inceſto & nefando Iouis patris, cum filia Proſerpina concubitu & hic vocatur Sebazius cuius myſteriorum ſignum eſt Deus qui ſinum initiatorum peruadit, tum ex ſinu trahitur in ſpecie Draconis Arnobius 5. *Ipſa* (inquit) *nouiſſime ſacra & ritus initiationis ipſius quibus ſebadiis nomen eſt teſtimonio eſſe poterunt veritati in quibus aureus coluber in ſinū demittitur conſecratis & eximitur rurſus ab inferioribus partibus atque imis*, Clemens Alex. Σεβαζίων γοῦν μυστηρίων σύμβολον τοῖς μυουμένοις ὁ διὰ κόλπου θεός· δράκων δέ ἐστιν οὗτος διελκόμενος τοῦ κόλπου τῶν τελουμένων, ἔλεγχος ἀκρασίας Διός· κύει καὶ ἡ Φερέφαττα παῖδα ταυρόμορφον· ἀμέλει φησί τις ποιητὴς εἰδωλικός· ταῦρος πατὴρ δράκοντος καὶ πατὴρ ταύρου δράκων. At qui fieri poteſt vt draco generet taurum quum ſint diuerſę ſpecies:

Quid vellus ſignificat in his ſacris.

Quid ſpeculū.

Quid per gigātes ſignificetur.

Cuſtos pomorū draco.

Sebazij myſteria.

Denique ſi taurus eſt filius draconis, Quomodo draco filius tauri eſſe poterit? Ludit in fabulis auctor mendacij & ſub vmbra myſticæ ſuperſtitionis torquet animos infelices in illius interpretatione, aut illius reuerentia detinet. Draco (inquã) violauit virginitatem id eſt innocentiam Euæ vt iam dictum eſt, eamque filiam ſ. am eſſe mentitur quia ſibi ius diuinitatis & proinde creationis impoſtor aſſerit. Draco non ſignificat ſpeciem ſubſtantiamque ſed Dei figuram: vt ideo taurum produxit non vt draco: ſed vt Deus. Tauri autem forma eſt ſignum libertatis illius ad omnem impietatem, eſt enim Symbolum veręintẽperantię ſub quo Iupiter virginem Europam rapuit. Iulius Firmicus libro 8. cap. 20. ait eos in quorum horoſcopo fuerit ſexta vel decimaquinta vel viceſima pars tauri, cinædos, irrumatores, miſeris libidinibus ſeruientes, edaces & gulæ deditos eſſe. his obſtant hieroglyphica Ægyptiorum apud quos Taurus eſt ſymbolum fortitudinis & temperantiæ quia robuſtiſſimum eſt animal, tum quod fœminam nunquam póſt conceptum ineat Orus Apollo libro 4. Ibi temperantiam fingunt vbi eſt ſatietas: nam ad alias non deſint accedere quæ prægnantes non ſunt: quinetiam tanta libidinis rabie cietur vt in ſocios, iugi concordia ſimul paſcentes inuadat, eo modo vt vterque ſimul in certamine pereat vt auctor eſt Ariſtoteles de hiſtoria animalium 4. cap. 18. Leo quidem rex eſt ferarum; taurus quadrupedum quę gregatim paſcuntur. Eſt enim animal gregale, vt ibidem docet Ariſtot. ideoque magis quam Leo ad humanę majeſtatis imaginem accedit: quia rex eſt princeps ſocietatis, hoc eleganter oſtendit Dio Chryſoſtomus oratione 2. de regno: Leo tantum abeſt vt ſit princeps ſociabilis quum ſanguine eorum paſcatur in quos incurrit ſeu ſint ferinæ ſeu gregalis naturæ: magis tamen accedit ad ſpeciem diuinę Maieſtatis quia terribilis eſt & ſolitarius. Taurus ergo hominis regnantis imaginem habet Statius libro 8. Thebaid.

Draco ex filia ſuſcepit Dionyſium.

Error Aegyptiorum.

Leo eſt ſymbolũ diuinæ taurus humanæ Maieſtatis.

Magnus ſanguis in quo.

Magno furor eſt in ſanguine mergi
Nec niſi regnantis ceruice recumbere tauri.

Magnus ſanguis eſt ſolius tauri vel hominis, Lactantio auctore in hunc verſum Statij.

Magnique etiamnum ſanguinis inſons.

Quamobrem Tauri nota regem & proinde libertatem ſignificat non continentiam: nec me mouet quod poſt conceptum cum prægnante non coeat: nam hoc ei proprium non eſt quum etiam ceruis idem accidat. Ceruæ enim & vaccæ raro ſuos mares patiuntur propter rigorem nimiamq; tentiginem membri genitalis, ideoque ſubſidentibus clunibus ſemen excipiunt, auctore Ariſtotele 5. de hiſtor. animal cap. 2. id Ægyptij docent in figura Apidis bouis quem adorant. Nam eadem omnia faciunt quę Gręci in Orgiis Bacchi auctore Plutarcho in Iſide. Bacchus igitur Deus eſt incontinentiæ & intemperantiæ: vnde ſub forma Tauri vel bouis fingitur Antipater in libro de Hiſtoria animalium apud Scholiaſtem

Taurus intemperantiæ ſignũ.

Apollonij in 1. Argonaut. ait. τὸν ἀλκιμώτατον ἐν τῇ ἀγέλῃ ταῦρον μίγνυσθαι πάσαις ταῖς βουσίν: μὴ ἐπιτρέπειν δὲ ἑτέρῳ. An poteſt taurus dici temperans qui omnibus armenti ſui iuuencis miſcetur nec permittit alium in eas inſilire. ideo recte ſub tauri ſpecie libidinis pater oſtenditur: quod Greci etiam intellexere eum ſub ſpecie hirci adorantes & hircum appellantes. Phurnutus ait ideo hoc animal ei immolari non tantum quod vitem ei ſacram abrodat ſed etiam quod ipſemet hircus ſit. τὸν δὲ τράγον Διονύσῳ θύουσι διὰ τὸ λυμαντικὸν δοκεῖν τῆς ἀμπέλων καὶ τῆς συκῶν εἶναι τὸ ζῶον τοῦτο. τάχα δὲ χαίροι τοιούτῳ θύματι ὁ Διονύσιος διὰ τὸ ἑαυτὸν εἶναι τὸν τράγον Igitur in hac fabula taurus eſt ſignum intemperantiæ quod Arnobius 5. ſic oſtendit, *fit ex Deo taurus & ſub pecoris ſpecie ſubſeſſoris animum atque audaciam celans, in ſecuram & neſciam, repetentina immittitur vi furens, agit inceſtus res ſuas & produta per libidinem fraude, intellectus & cognitus euolat* &c. Eleorum mulieres inuocant Bacchum vt veniat pede bubulo quia tauro natus eſt, & taurus auctore Plutarcho in quęſtionib. Gręcis quęſtione 36. Draco igitur id eſt dęmonum princeps congreſſus cum ea quam ſuam filiam vocari iubet eam peperit licentiã ex qua viciſſim draco natus eſt. homo enim ſacris paternis abſolutus gloriam ereptam Deo patri eidemque creatori, indigniſſimę tribuit creaturę: ſic quaſi peperit ſerpentis adulterinam diuinitatem: ſi vero intra cancellos à vero Deo pręſcriptos manſiſſet homo ſupra angelos illos extitiſſet vt vere exiſtunt qui legem Domini venerantur & colunt. Hæc ita expoſui quia maxima ſocietate tenentur Ceres Proſerpina & Bacchus maximeque in ſacris Eleuſiniis. Nam die viceſimo menſis quem vocant. Βοηδρομιῶνα celeberrimum feſtum & antiquiſſimam ſolennitatem agunt in honorem Iacchi, quo die ſanctiſſimis cærimoniis Deum ex vrbe deducunt in ciuitatem Eleuſin quod illis eſt ſanctiſſimum myſterium quo filium mater poſt tot labores, reſtitutum Iouis beneficio recipit Plutar. in Phocione εἰκάδι γὰρ ἡ φρουρὰ Βοηδρομιῶνος εἰσήχθη μυστηρίων ὄντων, ᾗ τὸν ἴακχον ἐξ ἄστεος ἐλευσινάδε πέμπουσιν: Quæ vocat paulo poſt antiquiſſima ſacra. Erat Iacchus in loco qui Ceramicus dicebatur & credebant Deum inde educi deſiderio viſendæ Cereris vt Ariſtophanis ſcholiaſtes in ranis docet & ipſemet auctor oſtendit.

> Ιακχέ πολυτίμητε μέλος ἑορτῆς
> Ἥδιστον εὑρὼν δεῦρο συνακολούθει
> Πρὸς τὴν θεὸν καὶ δεῖξον ὡς
> Ἄνευ πόνου πολλὴν ὁδὸν περαίνεις.

Nunc accingor ad myſteria, opus ſummi laboris & animi. Prohibibet lex initiari quemquam vllis ſacris excepto Græco quod in honorem Cereris celebratur. Nec immerito. Nam initiatio diuerſis ſacris inſtituta, nouas parit religiones quæ lege regia maxime prohibentur: quod etiam à Græcis obſeruatum fuiſſe ſic docet hic Tullius: *Atque omnia nocturna ne nos duriores forte videamur Dia-*

Ceres Proſerpina, & Bacchus ſociantur.

Cur vna tantũ permittitur initiatio.

gonidas Thebanus lege perpetua ſuſtulit : nouos verò deos & in his coe lendis peruigilationes, ſic Ariſtophanes facetiſsimus poëta veteris commœdiæ, vexat, vt apud eum Sebazius & quidam alij de peregrinis indicati, è ciuitate eiiciantur. Quamquam vero initiorum myſteria videantur omnibus communia propter vnitatem & cognationem rerum omnium huius vniuerſi partibus ingenitam, licet ob multitudinem & diuerſitatem formarum inter ſe diſcrepent, tamen ciuili lege naturalis hæc communio prohibenda eſt quod rectiſſime Syneſius ita docet. τὸ μὲν δὴ πλάτος εἴτε μαντείαις καὶ τελεταῖς ἡ τῶν ἐν κόσμῳ πλῆξις καὶ συγγένεια παρέχεται, διεστώτων μὲν, εἰ δὲ ὄντων συγγένεια. καὶ τελετὰς μὲν ἀλλὰ μηδὲ ὁ λόγος κινείτω νόμῳ πολιτείας πειθόμενος. Vbi Nicephorus Gregoras τελετὴν δέ φασι τὴν τῶν μυστηρίων μετάδοσιν ὡς τελειοῦσαν τοὺς μυουμένους, ἔτι δὲ τοὺς εἰς ἕξιν ἐλθόντας τῆς παραδόσεως ταύτης τετελεσμένους καὶ τελείους φασί. Sed ſi hæc myſteria ad perfectionem deducunt initiatos, cur lege ciuili prohibentur? ſane hoc intendit Syneſius myſteria ne ratione quidem aut oratione eſſe mouenda licet ſumpta ſint ex communione principiorum & cognatione tamen quia quæ ex his orta ſunt (licet vnum videatur principium) diſcrepant inter ſe, aliis non eſſe tribuenda; nec extra ciues mouenda vt ad peregrinos ferantur lege ciuili cauendum eſt: Proinde ſi peregrini arcentur à ciuilibus myſteriis ciues pari ratione à peregrinis abſtinere debent.

Naturalis initiorũ communio ciuili lege prohibetur.

Sed quænam eſt illa perfectio quam initiati recipiunt? Eſt reductio ad primum ſtatum, à quo naturæ poteſtas incœpit, id eſt ad puritatem & ſimplicitatem principij ex quo creatus eſt homo vt fiat tamquam Deus quod initiorum auctor promittit ſub conditione peccati I. Geneſeos quia Deus eſt ipſum principium. prius tamen purganda eſt materiæ colluuies. Nam ſenſus per inſtrumenta ſua in animam inſinuauit exteriores quaſdam ſordes quibus vtpote materiæ agnatis & quaſi domeſticis, ipſius corporis potentia delectata & delinita tranſmiſſis quaſi iure ſocietatis ad animam connectitur ipſe cum ea, tandemque in eam deſcendens efficit vt aſſentiatur & quaſi conſpiratione ſui, eiuſdem mali participatione polluitur. Quod fit per imaginationem quę eſt quaſi proxeneta huius cõiurationis, & ſe ante adulterium perpetratum lenocinio polluit: ideoque illę inſinuationes extrinſecus à ſenſibus ad animam irrepentes, prius ex ſenſu communi per luſtrationes expellendę ſunt vt Deus per eumdem ſenſum animam ſubeat expiaturus; ita vt cedant prius neceſſe ſit quam ſemina mentis exſuſcitentur: Syneſius ad hæc. ἥτις δὲ αὐτοῦ νόσος καὶ οἷς λημᾷ καὶ παχύνεται, καὶ καθαίρεται καὶ ἀπειλαμενεῖται, καὶ εἰς τὴν φύσιν ἐπάνεισι τῆς ἀπορρήτου φιλοσοφίας πυνθάνου, ὑφ' ἧς καὶ καθαιρόμενον διὰ τελετῆς ἔνθεον γίνεται αἵ τε εἰσκρίσεις πρὶν τὸν θεὸν ἐπεισαγαγεῖν τὸ φανταστικὸν, ἐκθέουσι: Ibi docte Nicephorus Gregoras ὡς ἐντεῦθεν καὶ τὰς διὰ τῶν ὀργανικῶν αἰσθητηρίων γινομένας εἰσκρίσεις ἐκθέειν καὶ ὑποχωρεῖν πρότερον πρὶν τὸν θεὸν ἐπελθεῖν εἰς τὸ φανταστικόν, ὡς ἔρατον. φθάνουσι

Quæ ſit illa perfectio quam initia operantur.

Per ſenſus intrat in animam colluuies & quomodo.

γὰρ ἐνθάδε αἱ τοιαῦται εἰσκλείσεις περὶ τοῦ εἰσκληθῆναι τὸν θεὸν παρὰ τοῦ φανταστικοῦ: ἐκ θύσει δὲ διὰ καθάρσεως πνευματικῆς. Iam demonſtratum eſt Roma, expulſa fuiſſe nocturna Bacchi myſteria quibus etiam ſolebant initiari nonnulli auctore Tullio ibidem. *Quo in genere ſeueritatem maiorum, Senatus vetus auctoritas de Bacchanalibus, & conſulum exercitu adhibito, quæſtio animaduerſioque declarat.* Sunt & Samothracum initia quę Eetion inſtituit teſte Clemente Alex. in protreptico: hęc ſanctiſſima habebantur quia qui iis initiantur quaſi comendantur Diis principibus Varro 4. de ling. Lat. *Principes Dei cælum & terra: hi Dei iidem qui in Ægypto Serapis, & Iſis & ſte Harpocrates digito ſignificat qui ſunt Taautes & Aſtarte apud Phœnicas, vt idem princeps in Latio Saturnus & Ops: terra enim & cælum vt Samothracum initia docent, ſunt Dij magni, & hi quos dixi multis nominibus. Nam neque quas Ambracia ante portas ſtatuit duas viriles ſpecies aheneas Dei magni, neque vt volgus putat hi Samothraces Dij qui Caſtor & Pollux: ſed hi mas & fæmina & hi quos augurum libri ſcriptos habent ſic, Diui potes: & ſunt pro illis qui in Samothrace* θεοὶ δυνατοί*: Hæc duo cælum & terra quod anima & corpus humidum & frigidum.* Hos Phœnices Cabiros vocabant ad quorum templum nemini patebat acceſſus niſi ſacerdoti Herodotus 3. Gręci non videntur Varroni conuenire: neque enim duos tantum horum ſacrorũ deos conſtituunt ſed quatuor quorum tamen poſtremus priorum trium miniſter eſt: Prima Ceres, ſecunda Proſerpina, tertius Pluto poſtremus Mercurius quem Caſmillum vocabant: Varro 6. de ling. Lat. hinc Caſmillus nominatur in Samothracum myſteriis Dius quidam adminiſter Diis magnis: huius miniſterio initiationes agebantur vt colligi poteſt ex ſcholiaſte Apollinij in 1. Argonaut. μυοῦνται δὲ ἐν τῇ Σαμοθρᾴκῃ τοῖς Καβείροις, ὧν Μνασέας φησὶ καὶ τὰ ὀνόματα· τέσσαρες δὲ εἰσι τὸν ἀριθμόν: Ἀξίερος, Ἀξιόκερσα, Ἀξιόκερσος: Ἀξίερος μὲν οὖν ἐστιν ἡ Δημήτηρ: Ἀξιόκερσα δὲ ἡ Περσεφόνη Ἀξιόκερσος δὲ ὁ Ἅδης: ὁ δὲ προστιθέμενος τέταρτος Κάσμιλος: Ἑρμῆς ἐστιν ὡς ἱστορεῖ Διονυσόδωρος. Non tamen vſque adeo diſſentiunt iſti auctores inter ſe, quin facile concilientur, ſed hoc infra declarabitur. Hic auctor Græcus voce Romana vtitur: nam vox Caſmilli Latina eſt: at Græci dicunt. καδούλους Dionyſius halic. 2. ὅσα δὲ παρὰ Τυῤῥηνοῖς καὶ ἔτι πρότερον παρὰ Πελασγοῖς ἐτέλουν ἐπί τε κουρήτων καὶ μεγάλων θεῶν ὀργιασμοῖς οἱ καλούμενοι πρὸς αὐτῶν κάδουλοι, ταῦτα καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον ὑπηρετοῦσι τοῖς ἱερεῦσιν οἱ λεγόμενοι νῦν παρὰ Ῥωμαίων κάμιλλοι. Vult ea myſteria quæ apud Pelaſgos & Hetruſcos in Curetum & magnorum deorum myſteriis fuerant penes Cadolos eadem Romanis penes Caſmillos fuere. Initia ſunt principia in compoſitum venientia ab ineundo dicta Varro ibidem. *animæ & corporis diſceſſus quod nateis ſit exitus: vnde exitium vt quum in vnum ineunt initia:* Hæc ſunt materia & forma, fœmina & vir vt recte ſenſit Varro, ita vt nomine terræ materia, nomine cœli forma in-

Repudiata Bacchi initia Romæ.

Samothracum initia quæ.

Qui ſint Dij magni & Penates.

Qui ſit Caſmillus.

telligatur. Non tamen idem eſt initium & principium : Nam initium in ineundo, principiũ etiamſi non ineat per ſe manet quia ſimpliciſſimum eſt ſæpiſſime tamen vnũ cum altero confunditur: quia initium ex principio eſt. At quæ nam ſunt principia hominis? Deus, à quo eſt vita, eſſentia, & mens: Syneſius de regno vbi etiam vult reliquarum rerum principia à Deo eſſe vt primo, idem hymno 1.

Οντων σπέρμα
Πάντων κέντρον.

Ex teſtimonio paganorum probatum iam eſt Deum eſſe centrum rerum omnium quod hic Syneſius confirmat, & hymno 50. tamen à quibuſdam veterum dubitatum eſt, Dei opificio eſſet homo conditus an ex terra emerſiſſet ab ęthere recens deſiuncta vnde cœleſte quoddam lumẽ acceptum in illius corpus effudit: Ouidius libro 1. Metamorphoſ.

Sanctius his animal mentiſque capacius altæ
Deerat adhuc & quod dominari in cætera poſſet
Natus homo eſt, ſiue hunc diuino ſemine fecit
Ille opifex rerum mundi melioris origo
Siue recens tellus ſeductaque nuper ab alto
Æthere cognati retinebat ſemina cæli.

Hominis principium. Hanc dubitationem omnino tollit fides noſtra & veritatis cognitio. Vere enim Deus ex terra corpus hominis formauit & in os eius vitæ ſpiraculum inſufflauit 1. Geneſ. quod Dei ſemen dicitur & ſcintilla mentis nobilis quaſi in ſpecum materiæ ſeu carnis inclinata, quod doctiſſime notat Syneſius hymno 1.

Σὸν σπέρμα φέρω
Εὐγενέος
Σπινθῆρα νοῦ
Ες βάθος ὕλας
Καταχεχυμένον.

Anima hominis inter Deum & brutum media. Homo igitur eſt compoſitus ex corpore & anima, partim ex brutæ natura partim ex diuina quodammodo participans tamquam media. Claudianus Mamertus *Pati (inquit) non eſt niſi paſſibilis createque ſubſtantiæ quæ quoniam à ſumma eſſentia quæ Deus eſt vt exiſteret vocata de nihilo eſt inter illud de quo facta eſt & illud à quo eſt media.* Horatius ait Prometheum principi limo id eſt homini particulam ex brutis vndiq; collectam addidiſſe vt demonſtraret ſenſuales affectiones in limo eſſe & eidem dominari. Poëtice non vere Turpillius in Demetrio homo (inquit) vnica eſt natura & ſingularia id eſt ſingulari vt ait. Nonius Nam verum eſt hominem ex principiis eſſe contrariis Iulianus in hymno ad ſolem regem. δίττη γὰρ ἐστὶ μαχομένη φύσις εἰς ἓν κρεμαμένη ψυχῆς καὶ σώματος, τῆς μὲν θείας τοῦ δὲ σκοτεινοῦ καὶ ζοφώδους, ἔοικέ τε εἶναι μάχη τις καὶ στάσις. *Homo compoſitus ex principiis contrariis.* Ait etiam in homine ſtatum eſſe ſicut eſt motus & pugna: quia contraria hęc, mentis imperio diriguntur, vbicumque iuſta voluntas impulerit

impulerit ita vt non abſurde dicatur in homine eſſe imaginẽ multitudinis alio atque alio motu tumultuantis; ſed mens regis vicem ſuſtinet & hos motus compeſcit & punit tumultuantes Syneſius de regno, εὖ γὰρ ἴσθι τοῦτο ὡς οὐχ ἁπλοῦν τι χρῆμα οὐδὲ μονοειδὲς ἄνθρωπος, ἀλλὰ συνῴκισεν ὁ θεὸς εἰς ἑνὸς ζώου σύστασιν, ὄχλον δυνάμεων παμμιγῆ τε καὶ πάμφωνον καὶ ἔστι μὲν ὕδρας οἶμαι θηρίον ἀτοπώτερον καὶ μᾶλλόν τι πολυκέφαλον: οὐ γὰρ ταὐτῷ δή που νοοῦμεν καὶ ὀρεγόμεθα καὶ λυπούμεθα, οὐδὲ ταὐτῷ καὶ θυμούμεθα, οὐδὲ ὅθεν ἡδόμεθα καὶ φοβούμεθα: ἀλλ' ὁρᾷς ὡς ἔνι μὲν ἄρρεν ἐν τούτοις, ἔνι δὲ θῆλυ: καὶ θαρραλέον τε καὶ δειλόν: ἔνι παντοδαπῶς ἀντικείμενα: ἔνι δέ τις ἡ μέση διὰ τῶν πάντων φύσις, ἣν νοῦν καλοῦμεν ὃν ἀξιῶ βασιλεύειν, &c. Igitur eſſentiæ ſummum & ſupernaturale principium, vnus eſt Deus: & quia non eſt in naturæ terminis hoc principium, ad naturæ principia veniendum. Terra, materia, Bona dea, Ops Rhea, mater magna, eſt hominis principium ſecundum corpus, idcirco dicitur homo quia ex humo eſt ſeu ex limo id eſt terra humore tẽperata quo facilius rudis illa moles flecteretur ad figurã effingendam quæ poſſet & operi id eſt homini & opifici ſeu Deo ſeruire. Neque enim corpus, animæ poſſet obtemperare ſi ſiccum eſſet & frigidum tantum: humor igitur ſecundum corpus eſt ex eſſentia hominis: nam humore deficiente & calor deficit, quia nihil amplius habet quo poſſit conſtruri: neque enim in frigido poteſt cõſiſtere quia calori contrarium eſt; non in ſicco quia alimentum calori ſuppeditare non poteſt. Cur ergo homo dicitur ex terra formatus? quoniam ex ea, aqua naturalibus venis abundat & manat: ideoque in terra, humor contineri videtur: tum quod in compoſito plus ſit terræ quam cuiuſuis elementi: deinde quod nomine terræ, materia ab antiquis intelligeretur quod ex ea tãquam ex centro cætera elementa ducta crederentur, quum illud immenſum Chaos nondum diſtinctis regionibus ordinatum eſſet & digeſtum. Ouidius 1. Metam.

Terra, hominis principium ſecũdum corpus, in qua humor intelligitur.

Cætera elemẽta ad terram vt ad centrum referuntur.

Denſior his tellus elementaque grandia traxit.

Trahuntur ad terram quaſi ad ſuum centrum. Eſt enim huius vniuerſi centrum ſecundum Mathematicos. iſti ergo ſub terra aquam etiam comprehendunt. Arcades Cererem venerantur ſub Veneris ſpecie cui caput eſt equi circumludentibus draconibus & feris; veſtitu nigro & longo, vna manu Delphinum tenens, altera, columbam. Equus eſt animal Neptuno ſacrum; quod controuerſia inter eum & Mineruam oſtendit de nomine Athenis imponendo in qua vt vinceret, terra percuſſa equum excitauit. Virgilius.

Equus Neptuno ſacer.

Tuque ô cui prima frementem

Fudit equum magno tellus percuſſa tridenti.

Vnde in ludis publicis erant miniſtri quidam qui aquam equis ſpargerent l. athletas in princip. ff. de his qui not. infam. ad quod vtebantur certo genere vaſis quod Naſſiternam appellabant teſte feſto. equus ergo Deo aquæ ſacer ob aſſiduum currendi ſtudium, inſtar aquæ quæ natura ſua iugiter defluit; tum ob inconſtantiam &

ferociam animalis parem mari: Statius ſic interpretatur hanc conſecrationem 3. Theb.

Neptunus equo (ſi certa priorum
Fama patet) primus teneris leſiſſe lupatis
Ora & littoreo domitaſſe in puluere fertur
Verberibus parcens: etenim inſatiatus eundi
Ardor & hyberno par inconſtantia ponto.

Quod autem vna manu Delphinum gerit & caput equi ſatis demonſtrat aquæ imperium; quod feras, terræ, quod columbam aeris & in hac parte Iuno aliquid ex Bonæ deæ Maieſtate tenet.

Ceres à terra ratione non re diſtinguitur. Sunt qui Cererem à terra diſtingunt: & diſtinguitur quidem ratione non re: ratione: quia alia eſt qualitate quum partem in compoſito facit: & alia antequam componat: & alia quum ex ſe producit quo conſeruetur & alatur compoſitum. Compoſitum alit & conſeruat pro portione ſui principij. Nam alimentũ dat ei parti quam dedit nimirũ corpori. conuenit enim vnumquodque ab eo ſuſtentari vnde eſt: Artifex enim ſuo operi noxam defendit ne pereat. Synesius hymno 1.

Opifex ſuo operi noxã defendit.

Τὶ δὲ θαῦμα, θεὸν
Τὸν κοσμοτέχναν
Ἰδίων ἔργων
Κῆρας ἐρύκειν.

Dij etiam ex materia nati. Quidam ex antiquis credidere terram non tantum ad fabricanda corpora materiam præbuiſſe, ſed etiam deorum & hominum animas procreaſſe Pindarus Nem. oda 6.

Εν ἀνδρων ἓν θεῶν γένος: ἐκ
Μιᾶς δὲ πνέομεν
Ματρὸς ἀμφοτεροι.
Διείργει δὲ πᾶσα κεκριμένα
Δύναμις.

Nos à deis ſola poteſtate diſtinguit non natura. Apollonius 1. Argonaut: Rheæ tantum tribuit vt ex ea pendeat compages vniuerſi & eius vi mare ventos terram & cœlum contineri & colligari eique cedere Iouem ipſum alioſque deos.

Ἐκ γὰρ τῆς ἄνεμοί τε, θάλασσά τε νειόθι τε χθὼν
Πᾶσα πεπείρηνται, νιφόεν θ' ἕδος οὐλύμποιο
Καί οἱ ὅτ' ἐξ ὀρέων μέγαν οὐρανὸν εἰσαναβαίνῃ,
Ζεὺς αὐτὸς κρονίδης ὑποχάζεται· ὧς δὲ καὶ ὧλλοι
Ἀθάνατοι μάκαρες δεινὴν θεὸν ἀμφιέπουσιν.

Ibi Scholiaſtes ait Rheæ nomine terram intelligi eamque Saturno ſeu tempori nupſiſſe vnde omnes dij nati ſunt: μετὰ γὰρ τὴν τῶν στοιχείων θέσιν καὶ σύνδεσμον σύνεβη καὶ θεοὺς καὶ θεῶν δυνάμεις καὶ διαφορὰς μαθεῖν τοὺς ἄνδρας καὶ τιμῆσαι. Hic rationem reddit qua Dij ex terra ſeu materia nati finguntur, nimirum quod poſt diſpoſitionem quatuor elementorum & ordinem partium huius vniuerſi genus humanum didicerit deos & deorum differentias & poteſtates

eoſque adorare cœperit. Ergo Dij nati ſunt ex adoratione & cultu gentium aut ex materia, hoc non ſenſit Plato nec Ariſtoteles quia nihil ea opinione eſt abſurdius. rudis & deformis ſubſtãtia ex ſe rem omnino ſibi contrariam produceret: informis formam & quod infirmiſſimum, eſt potentiſſimum, quod immobile, velociſſimum; quod corporeum, corporis expers. Mouebat eos illorum vanitas qui nihil eſſe credebant niſi corporale: tum quod videant ex terræ viſceribus naſci vermes, mures, ranas in quibus ſenſibilis eſt anima, deinde arbores, herbaſque in quibus eſt vegetatiua: Denique omnia ex ea ali & conſeruari: poſtremo in eamdem redire & reſolui. Vnde ſic Papinius 8. Theb. ſacerdotem ita preces concipientem introducit.

Incipit, ô hominum Diuûmque æterna creatrix.
Quæ fluuios ſyluaſque animaſque & ſemina mundi
Cuncta, Prometheaſque manus Pyrrhæaque ſaxa
Gignis, & impaſtis quæ prima alimenta dediſti
Mutaſtique viros quæ pontum ambiſque vehiſque
Te penes & pecudum gens mitis & ira ferarum
Et volucrum requies, firmum atque immobile mundi
Robur, inoccidui te velox machina cœli
Aere pendentem vacuo, te currus vterque
Circuit: ô rerum media indiuiſaque magnis
Fratribus, ergo ſimul tot gentibus alma, tot altis
Vrbibus ac populis, ſubterque ac deſuper vna
Sufficis, aſtriferumque domos Atlanta ſupernas
Ferre laborantem nullo vehis ipſa labore.

Sed hæc omnia creationis animarum argumenta diſſoluuntur vno verbo quod materia aut terra nihil quicquam pariat ſola ſed accedente ſole à quo motus eſt, non à terra quam ipſi fatentur immobilem, quod poeta doctiſsimus intellexit qui 1. Georg. Cererem pro Luna & Liberum pro Sole accipit. *Materia ſola nihil producit ſed agente & mouente ſole.*

Vos ô clariſſima mundi
Lumina labentem cœlo quæ ducitis annum
Liber & Alma Ceres.

Vtrique enim hæc initia ſacra ſunt, licet ſeparatim alia Baccho attributa ſint. idcirco minus recte propria hæc dicuntur Cereri & Proſerpinæ non Libero vt infra patebit licet in aliis ſeparatim adorari videatur. ibi Seruius, diſſerit eamdem eſſe Cererem & Proſerpinam *Stoïci* (inquit) *dicunt non niſi vnum Deum & vnam deam eamdemque eſſe poteſtatem quæ pro ratione officiorum noſtrorum variis nominibus appellatur: vnde eumdem Solem, eumdem Liberum, eumdem Apollinem vocant: item Lunam, eamdem Dianam, eamdem Cererem, eamdem Iunonem, eamdem Proſerpinam dicunt, ſecundum quos pro Sole & Luna Liberum inuocauit.* Et recte, in eo quod duo tantum principia diuerſis nominibus conſtituit; non tamen ideo Cererem & Liberum pro Sole & Luna accipit quod duo tantum ſint

numina, potuit enim aliud nomen diuinitatis eis aſcribere ex tot nominibus deorum, ſed hoc innuit ex prima materia Solem & Lunam originem ſumpſiſſe, imperfecte tamen vt pote nondum materia imperio formæ ſuperata, in quam tamen primum effectum

Origo Solis & Lunæ.

impreſſerat iam in vtero ipſius quaſi conceptis Solē & Luna, qui effectus primæ materiæ inuolutus erat. Principiis duobus materia & forma non perfectis, materia adhuc appetente perfectionem formæ; forma nondum iure proprietatis agente in materiam, enatus eſt ſenior mundus, huiuſce mundi imago quædam & Idolum quod ex ſacra ſcriptura quodammodo videtur adumbratum. Prius enim cœlum, & terra abyſſus erant ſuper cuius faciem tenebræ erant: tum lux creatur: deinde lux à tenebris ſeparatur & hoc eſt opus primi diei in quo materia prima continetur, habens tamen iam aliquid inchoatæ formæ: vnde Rhea dicitur concepiſſe Iſidem & Oſiridem, ex iiſque adhuc in vtero matris latentibus natum eſſe Apollinem ſeu Orum quem ſeniorem mundum appellabant: nam

Senior mundus, quis.

Quarto die naſcitur Iſis & Oſiris.

poſtea quarto die nata Iſide & Oſiride nimirum dato motu proprio Lunæ & Soli, perfecta forma vero mundo tributa eſt. hoc non miror ab Ægyptiorum ſacerdotibus emanaſſe auctore Plutarcho in Iſide: iis enim non erat penitus ignota ratio creationis. in hoc tamen errauere quod Solem & Lunam ex eadem materia eſſe credidere ex qua cœlũ & terra. lux enim poſt materiã creata eſt, vt aperte oſtendit initiũ 1. Geneſ. & hoc cōuincit natura materiæ qua nihil eſt tenebroſius, quia nec cauſã vidēdi diſtribuit, nec videri poteſt per ſe, ſed per officiũ lucis. in materia nihil eſt quod Deo poſſit comparari: at in luce verum eſt Symbolũ diuinitatis. Lux ergo in vtero adhuc & antequã naſceretur peperit filiũ id eſt mundũ ſeniorē verũ phātaſma, qui Rheæ ſeu materiæ primæ filius eſt & proinde frater illius lucis ex qua natus eſt: ergo idē pater & frater eſt eadem mater & ſoror, & hoc non in eſſentia ſed in ratione. Impuri iſti ſa-

Plagium Dæmonis.

cræ religionis interpolatores & in diſciplina Diaboli veteratores ſibi vindicare conantur quod ſpiritui ſancto tribuitur. Syneſius hymno 1.

Αυταμάτηρ
Αυταγνωτὰ
Αυταθυγάτηρ
Μαιωσαμένα
Χρυφίαν ῥίζαν.

Igitur falſo crediderunt ex materia ortam eſſe Lucem videlicet Lunam & Solem, ideo male Cererem & Bacchum vt eoſdem cum

An luna ex ſe lumen habeat.

Luna & Sole ex prima materia natos eſſe. Luna autem loco materiæ intelligitur quod lumen habeat non à ſe ſed à Sole ſicut cætera aſtra. Atqui quomodo id fieri poteſt vt Deus vocauerit Lunam, magnum luminare ſi à ſole lumen habet non à ſe? an Deus hoc corpus quod tantum poteſtatis habet in inferiora corpora, imperfectum condidit vt ab alio corpore penderet? nonne lunæ influentia diuerſas & contrarias habet motui ſolis functiones, quali-

tates & effectus? nonne ſanctius videri poſſet incrementa & decrementa Lunæ non ex ipſius corporis augmento & deminutione procedere (ſubſtantia enim non recipit intentionem aut remiſſionem) ſed à receſſu aut acceſſu ſolis cuius quum ſit lumẽ maius quid mirũ ſi minus pro portione alterna receſſus aut acceſſus augeatur aut minuatur? Verum, lumen non eſt ex Natura neque ex ſubſtantia lunæ cæterorumque aſtrorum, ſed eſt accidens & qualitas quæ etiam corpori incorruptibili contingere poteſt, quia non eſt deſtructiua ſed conſeruatiua ſubiecti & verum Symbolum diuinarum poteſtatum quæ ſecundum diuerſas intellectualis lucis conſtitutiones diuerſe mouentur & funguntur officiis ſuis per imperium quod ab ea concepere. Igitur omnia aſtra lumen accipiunt à ſole. nec obſtat quod ſole abſente & noctu luceant. hoc enim fit ex ſecundo vt vocant lumine auctore Aphrodiſæo. Ex his contendo non eſſe aliud bonam deam aliud Cererem, diuerſo tamen coli reſpectu. Plutarchus ex doctrina Ægyptiorum in Iſide. στολαὶ δὲ αἱ μὲν Ἴσιδος ποικίλαι ταῖς βαφαῖς· περὶ γὰρ ὕλην ἡ δύναμις αὐτῆς πάντα γινομένην, καὶ δεχομένην φῶς σκότος, ἡμέραν νύκτα, πῦρ ὕδωρ, ζωὴν θάνατον, ἀρχὴν, τελευτήν. Veſte induitur variis tincta coloribus non vt apud Arcades pullata: quia nondum luget Proſerpinam quum ſit adhuc in potentia formæ ſuſcipiendæ: At quatenus parata eſt, diuerſa eſt: quia appetit & reſpicit formam quam non habet: formarum autem innumera fere ſunt genera quorum omnium vna eſt idea ſimplex & intellectualis de qua dictum eſt an hoc non intellexerunt Græci qui Mineruæ quam Dei ſapientiam eſſe volebant vrbium cuſtodi peplum diuerſi coloris attribuerunt Ariſtophanis Scholiaſtes in Auibus. τῇ Ἀθηνᾷ πολιάδι οὔσῃ πέπλος ἐγίνετο παμποίκιλος ὃν ἀνέφερον ἐν τῇ πομπῇ τῶν Ἀθηναίων? Verum Mineruæ certa ratione vis tribuitur materiæ cum pro Iuſtitiæ principio ſumitur vt infra. Sed quum materia per ſe ipſam conſideratur vt de Bona Dea dixi non eſt multiplex ſed vna: quia tunc non conſideratur in potentia ad actum futuræ formæ, ſed in ſe: hęc plura quidem habet nomina, verum tamen & arcanum vnum eſt: At materia quæ ſecundum potentiam accipitur, Ceres, Iſis & Proſepina eſt, Iuno, Latona, Diana, Venus & cætera. Quæ omnia diſtinctas habent rationes prout materia varias formas ſuſcipere deſiderat, & poſtquam ſuſcepit diuerſas, veraſque habet ſubſtantias diuerſæ poteſtatis & naturæ, de quó ſic Plutarchus ibid. diſſerit. ἡ γὰρ Ἶσις ἔστι μὲν τὸ τῆς φύσεως θῆλυ καὶ δεκτικὸν ἁπάσης γενέσεως καθὸ τιθήνη καὶ πανδεχὴς ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος ὑπὸ δὲ τῶν πολλῶν μυριώνυμος κέκληται διὰ τὸ πάσας ὑπὸ τοῦ λόγου τρεπομένη μορφὰς δέχεσθαι καὶ ἰδέας. Quinimo bona etiam dici poteſt ſicut prima materia non eadem tamen ratione. Nam in prima materia bonũ eſt per ſe, in altera, per accidens, videlicet per formæ virtutẽ ad quam parata eſt. Huic differentiæ obſtat quod in priori parte huiuſce capitis dixi Bonam dici primam materiam quod beet homines quod

Idem eſt Bona Dea & Ceres.

Cur veſte diuerſi colorũ induitur.

Græcorum in peplo Palladis conſideratio.

Materia ſuſceptiua omnium formarum.

Bonum & Bona Dea aliter, in Cerere aliter accipitur.

fieri non poteſt niſi ad formam accedat quæ verum eſt bonum aut ſaltem boni imago cuius amore quaſi inſito ducta quamlibet impreſſionem ſuſcipit: obſtat præterea quod bona ſunt mixta malis maxime in materia quæ eſt commune receptaculum omnium qualitatum: ſed hoc poſtremum dubium, ex mente Ægyptiorum tollitur teſte Plutar. ibid. qui volūt materiam magis in bonum vergere à malo declinantem & quantum in ſe eſt excutientem malum tamquam iugum violenter impoſitum. Soluamus primum nodum quum bonum hoc Iſidi tribuatur, cur bonæ Deæ quatenus per ſe ſola conſideratur tribuis? Verum, in Bona Dea bonum non refertur ad formam.ſed ad compoſitum in potentia eſſentiali: In Iſide bonum eſt,in potentia propria ipſi materiæ. Sed ſi in vtraque bonum eſt,cur potius bona Dea dicetur bona, quam Iſis aut Ceres quæ bonæ non dicuntur? quia id quod per ſe eſt, magis eſt quam quod per accidens tale eſt:quod inter ſubſtantias locum non habet ſed inter qualitates licet eſſentiæ etiam ſint ſed non per ſe. Omnis quidem ſubſtantia, eſſentia eſt;ſed omnis eſſentia non eſt ſubſtantia:quia quædam eſt accidentalis,quæ ideo intendi aut remitti poteſt quia afficit materiā quæ ſua natura capax eſt quantitatis & proinde pluris & minoris. Itaque non mirum ſi Ceres quæ ſui proprietate & qualitate quaſi agnata,bonum appetit, Bona non dicitur quum ſui eſſentia boni appetitus ei non inſit. Nam ſine illa inclinatione & propenſione naturæ,non deſineret eſſe materia.ſed occurrunt duo alia. Primo ſi tantus amor formæ, innatus eſt materiæ,cur dixit Ariſtoteles materiā appetere tātū per accidens poſtremo ſi prima materia ratione potētiæ quæ infinita eſt ſummā habet rerum omniū,cur idem de Iſide dicimus quæ tantū abeſt vt formam fugiat quum eam perſequatur? Verū duobus modis quædam ineſſe dicuntur aut ex ſubſtantia aut ex Natura: ex ſubſtantia eſt id ſine quo res eſſe non poſſet, vt ratio in homine,ſenſus in bruto, vegetatio in planta. Ex natura eſt quod ſubſtantiæ quaſi agnatum eſt, vt lactucæ refrigandi potentia, Aquilæ acutiſſime videndi & volandi altiſſime,ſerpenti veneni effundendi, homini gloriam appetendi;ſine his res eſſe poſſet. latior eſt ſignificatio Naturæ quam eſſentiæ. Nam quæ ſunt ex eſſentia, ex natura etiam ſunt: At non omnia quæ ex natura ſunt,ex eſſentia ſunt vt patet ab exemplis hic adductis.Potētia ergo materiæ,eſſentia non eſt licet illi quaſi agnata ſit;cum reſpectum habet ad formam, & proinde eſt inter relata quæ à prædicamento ſubſtantiæ diſtinguntur, at materia eſt ſubſtantia. Videtur tamen probari poſſe potentiam eſſe ex eſſentia materiæ. Nam materia formæ ſubſtantiali vnitur immediate per potentiam quam habet ad formam,at per accidens ſubſtantia immediate produci non poteſt Ariſtot. 2. de anima cap. 1. 8. Metaphyſ. cap. 6. Ergo potentia non eſt accidens materię ſed eſſentia: Verum tunc ex eſſentia eſt quum conſideratur vt principium rei ſubſtantiale ex cuius vi & potentia componitur accedente forma:

Quod per ſe eſt magis eſt quam quod per accidens.

Inter eſſentiam & ſubſtantiā differentia.

Differunt Natura & ſubſtantia.

An potentia ſit ex eſſentia materiæ.

Et ſic bonam Deam accipimus potentiſſimam, in principij natura & eſſentia: ſed obſtat quod ait Auerroes potentiam eſſe accidens, ergo neutro modo poſſet eſſe materiæ eſſentia, ſi enim potentia eſſet materiæ eſſentia accedente forma, materia tolleretur quia ſublata eſt potentia. Verum potentia poteſt etiam cum forma ſubſiſtere 8. Metaphy. cap. 3. nec mutat quod formam fugit: neque enim vere fugit, ſed fugere videtur quia eam non admittit ne imperium amittat: non tamen declinat à compoſito: quia primo in compoſitum tendit per ſe: & per illam potentiam principij ſubſtantialis, & ex conſequentia in formam incidit: non quia eam per ſe appetiit, ſed per compoſitum: & in illo appetitu formæ eſt altera ratio potentiæ quam agnatam eſſe dixi non tamen ex eſſentia: & eo modo Ceres accipitur vt appetitiua boni & ſuſceptiua omnium formarum, propria non eſſentiali potentia & bonitate. Bona Dea prior eſt Cerere: potentia principij ſubſtantialis, prior eſt, potentia ad formam relata: quia hæc ex illa naſcitur, vnde dixi eam eſſe agnatam: naſcitur autem per accidens. Igitur ad primum dubium reſponderi debet materiam primam appetere formam per accidens id eſt ex conſequentia propenſionis qua tendit in compoſitum: ad alterum vero Bonam Deam vt principium conſiderari: Cererem vero vt potentiam illam quæ appetit formam naturali inſtinctu. Atqui cur tantum bonum eſt in forma, quæ morte compoſiti tollitur. & perit, materia redeunte ad ſuum principium. At forma prorſus extinguitur. Numquid inſaniunt Ægyptij qui fingunt Iſidem quaſi percitā amore dilacerati principis Dei Oſiridis errantem quęrere corpus eius à Typhone diuulſum, rurſuſque inuentum componi? quaſi vero materia inſaniat amore boni corruptibilis & vere non boni, quum tamen ipſa materia incorruptibilis ſit. Verum hæc aut illa forma facile diſſoluitur, facile eſt animal occidere, plantam conſumere &c. ſed eo caſu idem quoque patitur ipſa materia: nam corrumpi eam neceſſe eſt, hanc aut illam, non illud principium vnde manauit: nec plus virtutis habet materia quod reuolutione ad primam immortalis manet: licet enim forma non redeat, non eſt tamen inferior materia ſed excellentior quia eſt primæ formæ ſeu ideæ character animatus id eſt Dei qui deleri non videtur, ſubſtitutione vicaria immortalique decedentium mortem reparante quod Plutarchus ibidem confirmat. Et hoc à Syneſio doctiſſime expreſſum eſt hymno 1.

Materia vere non fugit formam ſed fugere videtur.

Duplex potentia una formæ appetens altera tendēs in compoſitum.

Cur bonum in forma.

Forma in compoſito character Dei.

Τὸ δὲ ταχθὲν ὤλως
Ες χορὸν ὄντων
Ουκ ἔτ᾽ ὀλεῖται
Αλλο δ᾽ ἐπ᾽ ἄλλυ
Διὰ δ᾽ ἀλλήλων
Πάντ᾽ ἀπολαύειν
Εξ ὀλλυμένων
Κύκλος αἴδιος
Ταῖς σαῖς ποιαῖς.

Phœnicis natura.

Non ſecus ac Phœnix ſpirans Dei imago in ſenſu impreſſa qui in momento mortis ſubinde & ex ſeipſo ad priſtinam vitam reparatur & quaſi in morte ſua iam iam renaſcitur, ex ſeipſo inquam non ex concepto ſemine vt verum ſui ipſius principium oſtendatur ita vt ſit ſibi pater & filius, Claudianus.

Hic neque concepto fœtu nec ſemine ſurgit
Sed pater eſt proleſque ſui, nulloque creante
Emeritos actus fœcunda morte reformat
Et petit alternam totidem per funera vitam.

Formale principiũ eſt Symbolum diuinitatis.

Vnde hoc, niſi hanc vel illam formam in compoſito non vmbram Dei habere ſed viuam notam, cuius vi poſſit reparari. Ergo naturale principium Symbolũ eſt diuinitatis, ita vt non videatur extingui, vi illa adhuc remanente ex potentia primæ & vere viuentis Ideæ de quo dici poteſt quod idem ait de Phœnice.

O ſenium poſiture rogo falſiſque ſepulcris
Natales habiture vices, qui ſæpe renaſci
Exitio, proprioque ſoles pubeſcere letho.

Secus eſt in materiali.

Ergo omnis forma eſt idolum viuum ſui principij, at materia nullam habet notam diuinitatis, niſi quatenus eſt principium: at forma principium quoque eſt & prætertea imago ſui archetypi. Nunc igitur à principio Bonæ Deæ, ad initia Cereris veniamus, quibus tanta vis ineſſe credebatur vt initiati & commendati iis ſacris, gauderent in Inferis loci prærogatiua, & in Elyſiis tranquillitate pleniſſima fruerentur, ſed hoc & ipſi pagani deriſere. Spem illam initiatione concipiunt etiam. ſe cum lætitia vitam tranſacturos Tullius

Initiati Cereris ſacro viuunt felicius, cur.

hic. *Neque ſolum* (inquit) *cum lætitia viuendi rationem accepimus, ſed cum ſpe meliore moriendi.* Quod attinet ad ſpem melioris vitæ hanc habet rationem quod ab ea Dea vitæ principium ſumpſimus ideo ei ſanctius inhærentes quaſi ſacris eius inſiti vel adoptati felicius viuunt tamquam filij inter paternas maternaſque diuitias inuiolabili ſub tutela conſtituti. Varro 3. de re. ruſt. *Nec ſine cauſa terram eandem appellabant matrem & Cererem & qui eam colerent piã & vtilem agere vitam credebant, atque eos ſolos reliquos eſſe ex ſtirpe Saturni regis, cui conſentaneam eſt quod initia vocantur potiſſimum ea quæ Cereri fiunt ſacra.* At quod attinet ad ſpem meliorem moriendi, quæ poteſt eſſe ratio qua materia dominatur in inferis? quaſi vero animæ ſint materiales. Hoc tamen ſine cauſa non eſt inſtitutum. tentemus ergo tationem huius antiquiſſimæ ſuperſtitionis. Dixi ſub Iſide ſignificari materiam: ſub Oſiride, formam. Sed hoc ita debet accipi vt eius ſit natura duplex, vna corporis, altera animæ: prior in compoſito ſępius deletur aut frangitur: poſterior incorruptibilis eſt Plutarch. ὅθεν οὐκ ἄπο τρόπου μυθολογοῦσι τὴν Ὀσίριδος ψυχὴν ἀΐδιον εἶναι καὶ ἄφθαρτον, τὸ δὲ σῶμα πολλάκις διασπᾶν καὶ ἀφανίζειν τὸν Τυφῶνα. Prior, eſt forma in compoſito: poſterior Idea prima & ſumma. Et ſic Oſiris anima eſt principium formarum id eſt Deus. Nam hæc nomina ὅσιος ἱερὸς ex quibus Ὄσιρις componitur

Duplex forma vna fluxa altera manens.

Oſiris principiũ formarum.

componitur ſacroſanctum ſignificant. Hic inferis prǽeſſe credebatur ab Ægyptiis: hic eſt triplicis mundi rector, idem Iupiter, idem Pluto, idem Sol, idem Serapis teſte oraculo quod adducit Iulianus deſertor, ad Solem.

Εἷς Ζεύς, εἷς Ἀΐδης, εἷς ἥλιός ἐστι Σάραπις.

Neque ideo ſub terras ſedem habet quod mortuis præſit: longè enim abeſt à terra, manens impollutus & intactus ab omni materia. quinetiam nullum habet cõmercium cum anima humana quandiu materiæ vinculis implicata eſt niſi per inſomnia ſed ſoluta, vnitur ſuo principio à quo pendet contemplans illud abſque vlla ſatietate: quia in eo pulcritudo eſt incomprehenſibilis cuius amore antiqua Iſis rapta in ſequitur, & viuam eius imaginem amplectens, materiam implet omnibus bonis & pulcris & hoc in arcanis Ægyptiæ Theologiæ Plutarchus recenſet quod ſacerdotes cum ſummo honore occultant. Idem ille eſt qui à Clemente filius draconis dicitur nimirum Bacchus cuius corpus diſcerptum eſſe ait à gigantibus, Ægyptij à Typhone. hic ille eſt apud ethnicos, formarum & animarum princeps quas purgat poſt diſſolutionem compoſiti ea ſorde quam contagione corporis contraxerant idem Sol cui maxime conuenit officium luſtrationis quod agit in ſoluenda anima ab ipſo corpore: Iulianus in hymno ad Solem, ἀπολύει παντελῶς τῆς γενέσεως τὰς ψυχάς, οὐχὶ δὲ λυθείσας αὐτὰς σώμασιν ἑτέροις προσηλοῖ κολάζων καὶ πραττόμενος δίκας, ἀλλὰ καὶ πορεύων ἄνω καὶ ἀνατείνων τὰς ψυχὰς ἐπὶ τὸν νοητὸν κόσμον, id eſt vt ipſe paulo poſt interpretatur erigens animas ad ſibi cognatas ſubſtantias. Lex Dei eſt vt omnia quaſi per circulum ad ſuum principium ſeu centrum reuoluantur, & is diſſoluat qui compoſuit & in eadem diſſoluat in quæ ab initio compoſita ſunt: ideo non immerito Bacchus cum Cerere; Liber cum Libera: Iſis cum Oſiride: materia cum forma: Pluto cum Proſerpina in initiis coniunguntur. obſtant figmenta poëtarum quibus Solem, Liberum, Bacchum, beneficos faciunt erga humanum genus: at Plutonem & Proſerpinam implacabiles iudices & miſerarum vmbrarum ſeueriſſimos vindices. Verum in his veritatis vmbraculis deliteſcunt aliquando cauſæ myſticæ & naturæ principiis non diſſentientes. Nam benignum eſt numen iis qui quum in materia mouerentur penitus ei non ſunt immerſæ & tamquam in luto volutatæ, ei tamquam ſcopulo naufragoſo non adhæſerunt. iis enim Themis hanc legem præſcripſit vt poſt fati munus impletum, ei principio tamquam iure proprietatis addicantur quod ante coluerunt & tamquam Dominum agnouerunt idque neceſſitas diuinæ iuſtitiæ flagitat & euincit: At contrarium eſt in iis qui in carnis ſpecu quaſi conſtricti paruerunt ei Nam rapiuntur in tenebras exteriores. Syneſius 1. de prouidentia, κεῖται δὲ θέμιδος νόμος ἀπορρεύσαν ψυχαῖς ἥτις ἂν ὁμιλήσασα τῇ τῶν ὄντων ἐσχάτῃ τηρήσῃ τὴν φύσιν καὶ ἀμόλυντος διαγένηται, ταύτην δὲ τὴν αὐτὴν ὁδὸν αὖθις ἀναρρυῆναι καὶ εἰς τὴν οἰκείαν ἀναχυθῆναι πηγήν· ὥσπερ

Nullum habet cõmerciũ cum anima impura.

Soluit animas à corpore eaſque purgatas ad ſui principiũ reducit.

Sceleratas animas punit, bonas beat.

γε καὶ τὰς ἐκ τῆς ἑτέρας μερίδος τρόπον τινὰ ἐξορμησαμένας φύσεως, ἀνάγκη εἰς τοὺς συγγενεῖς αἰῶνας ἀνιέναι κευθμῶνας.

Ἔνθα φόνος τε κότος τε καὶ ἄλλων ἔθνεα κηρῶν
Ἄτης ἐν λειμῶνι κατὰ σκότον ἠλάσκουσιν.

Igitur Pluto nõ eſt acerbus abſolute nec dirus nec crudelis ſed placidiſſimus bonis, malis iuſtus & implacabilis vltor poſt decretum à morte datum. Dixi tamen maculas animarum expiare in ipſa diſſolutione. Nam quoties quiſque eſt qui ex viliore principio ex quo eſt, nihil vilitatis conceperit? quis partem ſuæ naturæ non ſentiet? quis à ſeipſo fugere poterit? humanum ab homine alienum non eſt. non cenſeo naturam ex compoſito reſultantem vt ſunt paſſiones amputandam eſſe etſi id fieri poſſet; ſed temperamento mentis moderandam & corrigendam. iram & miſericordiam ſi tollas, radices charitatis & pietatis exſcindes: emendato, pius eris & miſericors.

Paſsiones non amputandæ ſed temperandæ.

Sed in hoc vitæ curriculo ſunt certa piacula quibus hominum maleficia luſtrantur in quibus ſpontanea pœna, Deo eſt amantiſsima vt acerbitas animæ pœnitentis, ſeipſam & corpus affligentis, κάλλιον τῆς ἀδικούσης δοῦναι τιμωρίαν αὐθαίρετον, inquit ille in epiſtolis. quum enim vltro ſibi ipſi pœnam infligit ſupplex eſt eius quem offendit, ſupplici autem non eſt deneganda miſericordia, vnde idem, ἱκέτης αἰδέσιμος ὅστις ἑαυτὸν τετιμώρηται. Sed ſi crimen atrocius cõmiſſum ſit quam poſſit occulta & priuata pœna emendari, tutius eſt publicas ſubire animaduerſiones vt Syneſius conſulit Ioanni cuius conſilio nefanda cædes Æmilij viri boni perpetrata erat: melius eſt pati ab homine, quia manus Dei potentiſſima eſt. qui homini quem offendit pœnam non dat, dabit Deo. res enim humanæ ſunt vmbræ diuinarum quibus tamen ira Dei pacatur ſi volũtas obnoxij recta ſit. quod carnifices ſunt in Rebuſpub. legum manus, id ſunt dæmones in altero mundo qui lege Dei mitius agunt cum eo, qui iam humanum ſupplicium ſponte ſubiit & tantum animam purgant celerius vt pote iam ante exceſſum à corpore recens tinctam & lauatam nouiſſime; nec plus in eam poſſunt quam fullo in veſtem maculis leuioribus inquinatam Syneſius, ἐν καλῷ σοι κεῖσθαι παρὰ τοῖς κάτω δικαστηρίοις τὸ προεκτεθηραμένον ἀπελθεῖν. Et hoc ille vult eſſe ſummum arcanum ſacræ Philoſophiæ id eſt Theologiæ ſic ille, κινδυνεύω τι καὶ τῶν ἀπορρήτων εἰπεῖν ὡς ἀνόμοιόν ἐστιν ἐν παχεῖ σώματι καὶ ἐν εἰδώλῳ δοῦναι τὴν δίκην. ἰσχυρότερος μὲν γὰρ ἀνθρώπου θεός: τοῦ δὲ θείου παντὸς διακόσμου σκιὰ τὸ ἀνθρώπινον: ἀλλ' ὥσπερ εἰσὶν ἐν ταῖς πολιτείαις οἱ δήμιοι χεῖρες τῶν νόμων, τὴν αὐτὴν αἱ ποιναὶ χρείαν τῇ φύσει τοῦ κόσμου παρέχονται, δαίμονες εἰσὶ καθαρτικοὶ τέχνην ἔχοντες ἐπὶ ταῖς ψυχαῖς ἣν οἱ κναφεῖς ἐπὶ ἱματίοις τοῖς πιναροῖς: ἀλλ' εἴ τις ἱματίοις αἴσθησις ἦν τί ἂν ᾤετο πάσχειν αὐτὰ λακτιζόμενα καὶ νιτρούμενα καὶ πάντα τρόπον ἀναπλυνόμενα. διὰ πόσων δ' ἂν ὀδυνῶν ἐκπεπλῦσθαι κηλῖδας ἀρχαίας καὶ προεστηκότα ἀμόργματα: tum pauló poſt. ἀλλ' ἐν ᾧ γάρ τις ἡμαρ-

Spontanea pœna, gratiſsima Deo.

Publica pœna atrociora ſcelera emẽdantur.

Carnifices in humanis dæmones in diuinis.

τῷ βίῳ δίκας διδοὺς, οὐ πάνυ προσεκτικὸς ἔχει καὶ προσοιζήσουσι τὸ πάθος· ἀλλ' ὡς ἂν εἴποι τις ἀρτιβαφὴς οὖσα ψυχὴ τάχιστα πλυνόνται. Alioqui ſi neque hic voluntarias pœnas reus patiatur ſeu publicas ſeu priuatas, & ſcelera aut atrociſſima ſint at innumera, neceſſe eſt in pœnam diuinam incidere lege Themidos: quo caſu iam non eluuntur ſordes quia non poſſunt quum in naturam tranſierit vitium. Natura autem animæ immortalis eſt & proinde pœnæ, vnde ille. πολλοῖς ὁ ῥύπος οὕτως ἐνέφυ σφόδρα διὰ τοῦ βάθους ἀναπάλλακτος εἶναι καὶ φθάνει διαφθαρέντα πρὶν εἰς τὴν φύσιν ἐπανελθῇ, ὅτι τὸ πάθος αὐτοῖς γέγονε φύσις, ἢ διὰ χρόνου πλῆθος ἢ διὰ μέγεθος. οὕτω δὲ ἐχούσῃ ψυχῇ καλῶς ἂν εἶχεν εἶναι φθαρτῇ: νῦν δὲ τὰ μὲν ἁμαρτήματα λόγον ἔχει πρὸς ἀνεκπλύτους κηλίδας. ἡ ψυχὴ δὲ οὐκ ἔτι προσθόσιματιον ἐκεῖνο τὸ παρὸν καὶ οὐκ ἀντέχοι, ἀλλ' ἀθάνατος οὖσα τίνει δίκην ἀθάνατον ὅταν ἁμάρτῃ δύσοπατε καὶ ἀναπόνιπτα. Doctiſſime ait purgari non poſſe animam ab atrocioribus quia profundius inhæſere, eique melius fuiſſet mortalem fuiſſe. Igitur ſacroſanctus iſte Deus animas purgat vt eas ſibi poſſit coniungere, à quo non eſt aliena Bacchi diuinitas cui etiam inſtrumenta Cereri propria tribuũtur vt vannus ſeu cribrum areale naturali ratione, quæ conuenit principiis humanæ vitæ vt purgentur tamquam grana vanno aut cribro emundata: Eſt & ratio myſtica quæ ad ſolam animam refertur quod intellexit. Virgilius 1. Georg.

Et myſtica Vannus Jacchi.

Vbi Seruius *myſtica* (inquit) *Jacchi ideo ait quod apud antiquos Liberi patris quẽ nũc Jacchũ vocat ſacra ad purgationẽ animæ pertinebãt, & ſic homines eius myſteriis purgabãtur ſicut vannis frumẽta purgãtur.* Hinc eſt quod dicitur Oſiridis mẽbra à Typhone dilacerata Iſis cribo ſuperpoſuiſſe: vt idolũ animæ viuũ purgetur ſicut anima ipſa. Itaq; liber pater vt forma cũ Cerere ſeu Libera iũgitur vt puriora fiãt initia: quod Græci ab Ægyptiis, Romani à Græcis accepere Tullius 2. de Nat. deor. *Hunc dico Liberum Semele natum, non eum quem noſtri maiores auguſte ſanctèque Liberum cum Cerere & Libera conſecrauerunt.* Idem in expoſitione huius capitis, *Quid ergo aget Iacchus Eumolpidæque noſtri & auguſta illa myſteria ſi quidem ſacra nocturna tollimus?* Recte Iacchum Eumolpidis iungit. Nam ab Eumolpo ritus initiandi inuentus eſt ſacris Eleuſiniis de quibus hic agitur & proinde Iacchi myſteriis: quia illa partim Iacho aguntur communi iure quod habet cum Cerere & Proſerpina. Sacra tamen Bacchi deabus non ſunt communia. quia formæ perfectio nihil deſiderat: at materia parata imperfecta eſt ob defectum actus ſingularis. Idcirco in initiis his deſiderat id quo poſſit ad perfectionem rediici: & proinde commune eſt numen Bacchi Eleuſiniis quia communi quaſi voto & propenſione appetitur. Nunc videamus originem huius Græci ſacri id eſt Eleuſinij ſeu attici. Athenienſes illud admiſerunt ob vitæ ſuæ principia quæ ab Iaccho & Cerere ſe accepiſſe profitentur primum ratione ſubſtantiæ ex ma-

Cum vitium in naturam tranſit inexpiabiles ſunt ſordes.

Sacra Bacchi animã purgãt

Eumolpus.

Cur ſacra Bacchi nõ ſint deabus communia licet deorũ ſacrum ſit commune Baccho.

Origo ſacri Eleuſinij.

teria & forma. Tum ex inuentione frugum quibus ea ſubſtantia melius ſuſtineri & conſeruari poſſit. Poſtremo ob leges & inſtituta quibus humanum genus ab immani & impolita viuendi ratione ad humaniorem & cultionem reuocauit. Ex tribus his cauſis, Tullius poſtremam tantũ intellexit. *Mihi* (inquit) *quũ multa eximia diuinaque videntur Athenæ tuæ peperiſſe atque in vita hominum attuliſſe tum nihil melius illis myſteriis quibus ex agreſti immanique vita exculti ad humanitatem & mitigati ſumus initiaque vt appellantur ita reuera principia vitæ cognouimus.* Eumolpus autem hæc initia introduxit:

Triptolemus. ſed ante eum Triptolemus ſacra Cereri inſtituerat in ciuitate Atticæ quæ Eleuſis vocatur: Quod Lactantius in Papinium ita narrat, *Ceres quum Proſerpinam filiam ſuam quæreret venit ad Eleuſinum regem cuius vxor Cothonea puerum peperit Triptolemum ſeque nutricem ſimulabat: hanc regina libens nutricem filio ſuo recipit, datque ei nutriendum: Ceres dum alumnum ſuum vellet immortalem reddere interdiu lacte diuino nutriebat: noctu clam, igne eum obruebat: itaque præter quam ſoliti erant mortales, creſcebat: quum hoc pater miraretur, nocturno tempore obſeruauit & quum Ceres puerum igne obrueret pater exclamauit: illa irata Eleuſinum exanimauit: ac Triptolemo alumno ſuo beneficium contulit. Nam fruges ei propagandas & currum Draconibus iunctum tradidit, quibus ille vectus orbem terrarum frugibus obſeuit: poſteaquam domum rediit cepheus rex, eum, tamquam æmulus interficere conatus eſt: ſed re cognita, iuſſu Cereris Triptolemo regnum tradidit. Ibique oppidum conſtituit quod ex patris ſui nomine Eleuſinum appellauit: Cereri ſacra primus inſtituit quæ θεσμοφόρεια appellantur.* Hactenus Lactantius. Quæ dixi oſtendunt horum originem ab Ægyptiis deduci & confirmat Clemens Alex. in protrep. Μελάμποδα δὲ τὸν Ἀμυθάονος ἄλλοι φασὶν ἐξ Αἰγύπτου μετακομίσαι τῇ Ἑλλάδι τὰς Δηοῦς ἑορτὰς πένθος ὑμνούμενον. Apud eumdem Clem. aliter hæc fabula refertur. Ceres errabunda quærebat Proſerpinam & circa Eleuſim vicum Atticæ defeſſa & mœſta conſedit ſuper puteum. Tunc Eleuſim incolebant terræ filij id eſt indigenę, Baubo, Dyſaules, & Triptolemus, Eumolpus & Eubuleus. Eumolpum tamen indigenam non fuiſſe alij narrãt, quippe qui ex Thracia in Atticam venit doctus in religionibus Orphei à quo genus Eumolpidarum & ſacrorum præconum extitit. Sed quia obſcura eſt apud Græcos & incerta gentis illius origo, conſtat tamen Eleuſiniis non initiari niſi indigenas. Baubo Cererem excepit hoſpitio & potionem variis compoſitam rebus ei obtulit: quam quum recuſaret vtpote mœrore affecta ſua pudenda Baubo ob hoc indignata detexit: Dea hoc tam infami ſpectaculo delectata & exhilarata potionem ſumit

Potionis myſterium. quod Clemens ex Orphei verſibus oſtendit. Huius potionis myſterium quis eſt qui intellexerit? dæmon. Hoc tamen à Chriſtiano intelligi poteſt. Quum enim tanta ſit inter animam & corpus differentia, inter formam & materiam. Nec facile poſſit id quod per ſe bonum & beatum eſt ad inferiora deduci, viſum eſt dæmo-

nibus materiæ præpoſitis per inſidias allicere formam, ad materiam: à qua multum aliena eſt id eſt illecebrā aliquam inſerere materiali potentiæ per quam ex ipſa coniunctione & compoſitione vtriuſq; principij (erat enim hæc potio mixta) non tantum materia gaudeat ſed etiam forma ipſa: hoc dicitur obliuionis poculum. Igitur deſcendenti animæ in materiam poculum illud porrigitur vt & ſuæ patriæ & excellentię oblita, materiam ipſam amplectatur vt perficiat eam quæ imperfecta erat; & ſic forma quaſi mercenaria ſub mercede inſidioſæ voluptatis ſerua eſt: non tantum diuinæ prouidentiæ quæ vtriuſque domina eſt ſed & materiæ: quia Deus ipſe ſanxit materiam dominio formæ conſummandam eſſe: ſed ineſcatam deliciis ipſius & ei quaſi adglutinatam ſimilem fieri liberæ perſonæ quæ capta forma alienæ ancillę tempore tanto ſeruit domino peregrino quantum conuenerit. Forma enim eſt libera reſpectu materiæ, non Dei à quo eſt ſcilicet: at materia omnino ſerua eſt: quod confirmat de inſomniis, διὰ τὰς πολυθρυλλήτους εὐτυχίας οἴεσθαι δεῖ λόγον ἐπὶ ψυχὰς ἐξευρῆσθαι τοῖς ἐφόροις τῆς κάτω: ὡσθ᾽ ὅπη μὲν ἂν ἐξέλθωσιν. γένοιτο πόμα ληθαῖον ἄλλος εἰπάτω. εἰσελθούσῃ δὲ εἰς τὸν βίον ψυχῇ ληθαῖον ὀρέγεσθαι πόμα τό τε ἡδὺ καὶ μειλίχιον. θῆσσα γὰρ κατιοῦσα τὸν δεύτερον βίον ἐθελοντὶς, ἀντὶ τοῦ θητεῦσαι, δουλεύει: ἀλλ᾽ ἐκεῖνο μὲν ἦν λειτουργίαν τινὰ ἐκπλῆσαι τῇ φύσει τοῦ κόσμου, θεσμοὺς Ἀδραστείας ἐπιταττόντων. γοητευθεῖσα δὲ ὑπὸ τῶν δώρων τῆς ὕλης πάθος πέπονθε παραπλήσιον τοῖς ἐλευθέροις ἐπὶ συγκείμενον χρόνον μεμισθωμένοις, οἳ κάλλει θεραπαίνης ἐνσχεθέντες μένειν ἐθέλουσι, τῷ κυρίῳ τῆς ἐρωμένης δουλεύειν ὁμολογήσαντες: Ibi Nicephorus interpretatur dona materiæ, quinque ſenſus quibus animal delectatur & demulcetur. in interpretando autem obliuionis poculo vult fatali lege neceſſitatis animam cœlitus deſcendere vt mercenariam vt in materia perfecto generationis opere, redeat ad cœlum; ſed eluſa, ſuauitate materiæ & quaſi inebriata dulcedine huiuſce liquoris ignorat fraudem qua nectitur. & quoniam ſenſitiua hæc facultas, eſt idolum intellectualis ideo anima noſtra hoc idolo coniuncta maxime delectatur: ſed ſi amor iſte profundius penetrauerit & ſic in eam prę nimia voluptate ſe immerſerit vt amplius ſeſe non ſentiat, non doleat, ſui pereuntis oblita, ſpes omnis ſalutis exciſa eſt: vnde ille. τῷ δὲ εἰδώλῳ διὰ τὴν ποιὰν τότε τοῦ πνεύματος σύστασιν ἡ κάτω χώρα προσοικεῖ: ὁμοίῳ γὰρ ὅμοιον ἥδεται: εἰ δὲ ἓν ἐξ ἀμφοῖν τῷ συνδυασμῷ γένηται, καὶ οἷ τις ἂν ἐμβαπτισθείη τῷ ἥδεσθαι, καὶ τοιοῦτο κακῶν ἂν ἦν τὸ ἔσχατον, μηδ᾽ ἐπαΐειν κακοῦ παρόντος: τοῦτο γὰρ ἐστι μηδ᾽ ἀναδῦσαι ζητοῦντα, ὥσπερ ὁ σκίρρος τῷ μηκέτι λυπεῖν οὐδὲ ὑπομιμνήσκει τοῦ σώζεσθαι. Si tamen non ſit penitus infecta & contaminata anima ſordibus materię, ſed affecta tantum vi ſeminis diuinitus inſiti poteſt reſurgere ſed hoc contraria ratione cõtigit. Nam vt materia lenocinio voluptatis ad ſe formam allicit, ſic vis ſeminalis eo modo labefactata dolores in illa confuſione parturit qui-

Forma ad tempus ſeruit.

In obliuione, ſpes ſalutis exciſa.

bus quaſi excitata anima & retuſo voluptatis aculeo, ad ſe dolens redit & gemit non tantum ſe maculatam fuiſſe ſed & adhuc conſtrictam detineri quaſi in lupanari vbi ſuę virginitatis naufragium fecit: non ſecus ac qui Sirenum vocibus illuſi in vada cæca prolapſi

Dolor non eſt malum per ſe.

ſunt: Ergo dolor non eſt malum per ſe, ſed per accidens, id eſt ſi is qui patitur, eo vtatur in alium finem quam quo partus eſt videlicet ad ciendam intellectus virtutem quę voluptate propemodum ſuffocata eſt. Synesius ibid. καὶ διὰ τοῦτο τῆδέ τι χαρίεν ἐργείαν τὴν μεγίστην τε καὶ ἀρίστην τῇ τάξει τῶν ὄντων αἱ κράσεις παρέχονται, τὸ λυπηρὸν ἀντεισάγουσαι καὶ τῆς ἐμπλήκτου χαρᾶς τὴν ψυχὴν ἐκκαθαίρουσαι, ὥστε παρ' ἀξίαν καλούμεναι συμφοραὶ μέγα μέρος συμβάλλονταί πρὸς τὸ λῦσαι τὴν σχέσιν ἣν ἔχουσιν πρὸς τὰ τῇδε: καὶ ἡ πρώτη πρόνοια διὰ τούτων εἰσάγεται τοῖς ἔχουσι νοῦν, δι' ὧν τοῖς οὐκ ἔχουσιν ἀπιστεῖται ὡς οὐκ ἔστιν ὁπωσποτ' ἂν ἀποσπα-

Fructus tribulationis.

φεῖν τὴν ὕλην. &c. Vide fructum tribulationis quæ ex mixtione formæ cum materia naſcitur: demulceri voluptate eſt pati: Ergo forma tunc patitur licet eius ſit agere ſi conſpiret & cõſentiat cum infida & infirma parte compoſiti nimirum delinita meretriciis ipſius blanditiis; quo caſu degenerans à primigenia virtute in Plu-

Pluto gaudens idolo.

tonis incidit ſeueritatem qui inſanus dicitur & gaudens idolo corporis quod talis vitæ & animi homines ſuæ iuſtitiæ ſubiiciat: quod obſcuro quodam Chaldæorum oraculo apud eumdem ſignificatur.

Μηδὲ κάτω νεύσῃς εἰς τὸν μελαναυγέα κόσμον
Ὧι βυθὸς αἰὲν ἄπιστος ὑπέστρωταί τε καὶ Ἅδης
Ἀμφικνεφὴς ῥυπόων εἰδωλοχαρὴς ἀνόητος.

Idololatra homo ſui corporis.

Vbi Syneſius. καὶ τοῦτ' ἐστὶν ὃ διδίττεται τὰ λόγια τὸ νοερὸν ἐν ἡμῖν σπέρμα. Obſeruandum eſt hoc oraculum eſſe Chaldæorum quibus veritas creationis & initium peccati non erat incognitum: ideo accipiunt Plutonem non vt Deum verum vt male Grçci ſed vt Diabolum idololatriæ principem. Igitur ſemen animæ noſtrę tunc corrumpitur quum ea à deſcenſu ſuo complexa idolum ſuæ vitę, ei ſeruit, illudque non ſecus ac idololatra veneratur & colit: & hoc maximè per poculum obliuionis oſtenditur, cuius antidotum eſt afflictio. Inter auguſtiſſima huiuſce myſterij Symbola muliebre

Pudendum virile & muliebre Ægyptij veritatem fabulis inuoluerunt.

pudendum proferebatur quod vt Deum adorabant: quod reſpondet cognatis ſacris nimirum Bacchi quę phallephoria vocabantur id eſt in quibus virile membrum adorabant: ea Ægyptij Pamylia appellabant à Pamyle quadam quę quum Thebis ex templo Iouis aquam peteret vocẽ exaudiit qua iubebatur proclamare magnum regem & beneficum natum eſſe vt auctor eſt Plutarchus. Vnde animaduertitur voce demonis populo ſuperſtitioſo nuntiatam fuiſſe Ieſus Natiuitatem ſub nomine tamen adulterino vt ex rei veritate magis in errorem laberentur decepti ſua iam inueterata opinione & nominis falſitate: Et vt magis videntur illi ad cognitionem veritatis acceſſiſſe, ſic eamdem minus piè coluere, male eam

abominandis fabulis inuoluentes. Nam per Oſirim ſuum vt Græci per Liberum, filium Dei, etiam ignorantes adumbrarunt ſub execranda idolorum ſpecie vt quum in illis Pamelyis penem triplum circumferunt & venerantur, in eius diuinitate principium omnis boni & formæ agnoſcentes: in quo vim genitalem conſtituunt, cuius proprium eſt multiplicare id quod ab ea poteſtate producitur: multiplex numero ternario deſignari ſolet Plutarch. in Iſide, τὴν δὲ τῶν Παμυλίων ἑορτὴν ἄγοντες φαλλικὴν οὖσαν ἄγαλμα προτίθενται καὶ περιφέρουσιν, οὗ τὸ αἰδοῖον τριπλάσιον ἐστιν· ἀρχὴ γὰρ ὁ θεὸς, ἀρχὴ δὲ πᾶσα τῷ γονίμῳ πολλαπλασιάζει τὸ ἐξ αὐτῆς· τὸ δὲ πολλάκις εἰώθαμεν καὶ τρὶς λέγειν ὡς τὸ τρισμάκαρες, καὶ δεσμοὶ μὲν τρὶς τόσσοι ἀπείρονες. Sacroſanctam vnius Dei Trinitatem auſi ſunt ſuis inquinamentis miſcere, & veræ diuinitatis veneranda myſteria cum initiis humanæ iniquitatis confundere vt ſupra oſtendi Euam cum tauro aut dracone iungentes ſeu cum Dionyſio quem ſub forma Draconis obſeruant: vnde inuentũ eſt ſimulacrum incognitum cum Cerbero & Dracone quod Plutonis eſſe ex ſigno illo eſt iudicatum vt ibidem ait ille. vnde in ſacris Iſidis & Oſiridis ſerpens etiam ferebatur Ouidius 1. Metamorph.

Triuitatis myſterium pollutũ ab Aegyptus.

Serpens in ſacro Aegyptiorum.

Siſtraque erant numquamque ſatis quæſitus Oſiris
Plenaque ſomniferis ſerpens peregrina venenis.

Pythagorei Trinitatem iuſtitiæ tribuere propter æqualitatem quę poſita eſt in medio eorum quæ iniuſte aguntur & contra ius tolerantur quæ ab exceſſu & defectu promanant Plutarcho teſte in Iſide vbi etiam ait Ægyptios exiſtimare Iſidem in cœlo eſſe ſidus illud fixum in Zodiaco quod virginis ſpecie iuſtitiam terris oſtendit libram tenentis vna manu, altera ſpicam; vt eadem cum Cerere intelligatur: nam inter duos collocatur terminos: ideoque binis in aſtris numeratur vnde Νοτομία dicitur, non quod duplex corpus habeat ſed quod ſit media inter duo tempora, nimirum æſtatis deſinentis & Autumni ineuntis; Vnde Manilius 2. Aſtron.

Cur Trinitas iuſtitiæ tribuitur.

Virgo in cælis media inter duo extrema.

Quinetiam Erigone binis numeratur in Aſtris
Nec facie ratio duplex; nam deſinit æſtas
Incipit Autumnus media ſub virgine.

Ex hac quoque imperium naſcitur & conſeruatur & proinde non male Deæ maieſtæ coniungeretur quam eſſe primam materiam dixi: & ſic tam in bello quam in pace dominatur: enim conuenit Maieſtati vtrumque: quam etiam ſub nomine Mineruæ virginis intelligere poſſumus leges dediſſe & præeſſe bello & paci: quæ vere hoſpes Solis eſt: Manilius 4. de ea ſic loquitur Claudianus.

Iuſtitia, Maieſta, Materia & Mineruæ ſimul.

Tuque domus vere ſolis cui tota ſacrata eſt
Armorum legumque potens quæ fudit in omnes
Imperium primique dedit cunabula iuris
Hæc eſt exiguis quæ finibus orta tetendit
In geminos axes, paruaque à ſede profecta
Diſperſit cum ſole manus.

Sol eſt in iuſtitia, quomodo.

Videtur innuere parua fuiſſe initia Themidis quæ tamen principium eſt in omnibus. Verum eſt prima rerum cunabula eſſe actu pauca licet maxima ſit potentia principij. Igitur in hac Dea ſol eſt: an vt hoſpes tantum? Verum eſt ſenſu naturali quia ſol in virgine & libra tranſit vbi æquat dies & noctes. At ſenſu myſtico ſol Deus eſt cuius filia eſt Themis, Minerua, virgo, Ceres, iuſtitia Iſis quæ patris vim habet, omnia & audit & videt ſequitur impios & gigantes premens eorum veſtigia & talis inſiſtens, fulgida vt ſol Tzetzes in Lycophronem. Θέμις ἡλίου θυγάτηρ διότι καὶ αὐτὸς πάντας ἐφορᾷ καὶ πάντων ἐπακούει: ὅθεν ἰχναία διὰ τὸ κατ' ἴχνος καὶ κατὰ πόδας τῶν γιγάντων ἕπεσθαι καὶ λάμπειν δίκην ἡλίου. Virgilius

Auguſti Maieſtas.

libram Auguſto tribuit in cœlis, innuens eum eſſe plenum Maieſtatis & iuſtitiæ libro 1. Georgic.

Anne nouum tardis ſidus te menſibus addas
Qua locus Erigonen, inter chelaſque ſequentes
Panditur, ipſe tibi iam brachia contrahit ingens
Scorpius.

Cur Roma fingitur condita ſub libra.

Eſt enim in iuſtitia ſolidiſſimum imperij firmamentum. Quod vt Manilius oſtenderet fingit Romam eſſe conditam ſub libra licet omnes diem vrbis Natalem 11. Kalend. Maij eſſe aſſerant: ſed hoc diſſimulauit vt fundamentum diuturni imperij Romani in iuſtitia poſitum intelligatur: ſic enim ait libro 4.

Quod potius regat Italiam ſi ſelegis aſtrum
Quam quod cuncta regit, quod rerum pondera nouit
Deſignat ſummas & iniquum ſeparat æquo.
Tempora quo pendent, cedunt quo noxque dieſque
Heſperiam ſub libra tenet qua condita Roma
Et propriis frænat pendentem nutibus orbem
Orbis & imperium retinet, diſcrimina rerum
Lancibus, & poſitas gentes tollitque premitque
Qua genitus cum fratre Rhemus hanc condidit vrbem.

Igitur non immerito Cereri tribuerunt ſidus in quo imago eſt iuſtitiæ, ſolis contubernalis & filia principium rerum & iuris vniuerſalis quod apertius idem oſtendit.

Spicifera eſt virgo Cereris fabricataque libra
Vulcano.

Ceres & Themis idem.

Vere tamen iuſtitia illa nihil aliud eſt quam Deus quem trinum perſonis, vnum eſſentia veneramur. Hanc Deam ſub nomine Themidis veteres coluere quæ eadem eſt cum Cerere non tantũ Ægyptiis ſed & Græcis & Romanis qui eam legiferam dixere quam doctiſſime Virgil. 4. Æneid cum Phœbo & Baccho coniungit.

Legifera Ceres cur dicta.

Legiferæ Cereri Phœboque patrique Lyæo.

Vbi Seruius ſic ait. *Leges dicitur ipſa inueniſſe: nam & ſacra ipſius Theſmophoria vocãtur ſed hoc ideo fingitur, quia ante inuentum frumentum à Cerere paſſim homines ſine lege vagabantur: quæ feritas interrupta eſt inuento vſu frumentorum: poſtquam ex frumentorum diuiſione nata*

ſunt iura. Sane ex hac diuiſione, agrorum diuiſio nata eſt & nata differentia mei & tui & proinde iura. an gentium? an ciuitatis? vtraque nam ex iure gentium diſtincta fuere dominia, agris termini poſiti: Ex eodem iure regna ſunt & proinde rerumpub. conſtitutiones l. ex hoc iure ff. de iuſtit. & proinde iura ciuitatum ſingularum. Sed iura gentium ſunt à Cerere id eſt ab initiis humanæ naturæ. Nam hoc ius eſt à natura proditum ſimul cum genere humano l. 1. §. vlt. ff. de acquir. rer. dom. At iura ciuitatum ad exemplum Naturæ introducta ſunt licet in qualitate partim ab ea recedant. igitur Ceres quæ vitam dedit, dat munns & officium circa quod vita verſari debet Ouidius libro 5. Metamorph.

Ex diuiſione leges natæ.

Prima Ceres vnco glebas admonuit aratro.
Prima dedit fruges alimentaque mitia terris
Prima dedit leges, Cereris ſunt omnia munus.

Elegantius Virgil. 1. Georg.

Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Inſtituit quum iam glandes atque arbuta ſacra
Deficerent Syluæ & victum Dodona negaret.

Igitur relicta glande, à Cerere fruges acceperunt. nunquid & dederat fruges & omnia terræ germina? terræ ſunt iſthæc fœturę & proinde Cereris. Sed quoniam glandes erant communes omni homini adhuc craſſæ ignorantiæ tenebris immerſo tum brutis ipſis, idcirco non potuit exiſtimari diuinitatis beneficium quod etiam beluis terra ipſa ſponte produceret, ingratum tam excellenti corpori alimentum. Sed poſtquam inuentæ fuiſſent fruges id eſt modus arborum inſerendarum & colendarum, tum etiam frumentorum ſerendorum, melius actum eſt cum genere humano vt non tantum natura differret à brutis ſed etiam alimento, addo & lege. nam in primis illis humanæ vitæ rudimentis ius naturæ primæuum homini & bruto commune erat. Nec mutat quod mox dixi ius gentium cum ipſo genere humano proditum fuiſſe. Nam ratio infuſa eſt homini ab ipſo Naturæ principio ex qua ius illud proceſſit & in qua eſt l. omnes in fine ff. de iuſtitia: Sed hoc nec perfecte in actu nec vniuerſaliter actu. Nam more ferarum vagabantur nondum conditis vrbibus §. ſingulorum inſt. de rer. diuiſ. quod docte Seneca deſcripſit in Hippolyto.

Ceres dedit fruges.

Homo differens à brutis natura, alimento & lege.

Ius gentium à principio non perfecte actu nec vniuerſaliter actu exercebatur.

Non vaſto aggere
Crebraque turre cinxerant vrbes lacus
Non arma ſeua miles aptabat manu
Nec torta clauſas fregerat ſaxo graui
Baliſta portas, iuſſa nec dominum pati
Iuncto ferebat terra ſeruitium boue
Sed arua per ſe fœta poſcentes nihil
Pauere gentes, ſylua natiuas opes
Et opaca dederant antra natiuas domos.

Igitur leges illæ rudis & imperfectæ naturæ ſimul cum ipſis initiis

Vv

natæ ſunt & inſunt tam ipſi homini quam bruto quatenus ſenſui datæ ſunt. & ſic nullum videtur beneficium dignum Maieſtate diuina in victu glandis nec in primę Naturæ inſtitutis ſed in inuentione frugum & legibus gentium. At hic manifeſta eſt dæmonis

Plagiū dæmonum.

impoſtura, plagium patens, & crimen læſæ diuinæ Maieſtatis. quis enim inuenit frumentum? quis dedit fruges? ſolus Deus: qui primo die terram creauit quam illi Cererem ementiuntur: Die tertio ſic loquitur ſapientia: *Germinet terra herbam virentem & facientem ſemen, & lignum pomiferum & faciens fructum iuxta genus ſuum, cu-*

Verbo Dei creantur fruges.

ius ſemen, in ſemetipſo ſit ſuper terram, & factum eſt ita. Ergo verbum Dei creauit fruges & dedit terræ hanc vim vt paſſiue produceret omne genus herbæ plantæque frugiferæ, idque in eo die actu effecit. in illa creatione intelliguntur indiuidua actu formata, & in ſemine diuinitus inſito potentia vniuerſalis producendæ ſpeciei ſecundum genus ſuum 1. geneſ. & cap. 2. vbi fecit Deus omne virgultum agri antequam oriretur in terra, omnemque herbam regionis priuſquam germinaret: hoc enim refertur ad potentiam ſe-

In ſemine, eſt vniuerſalium potentia.

minis innati cuius vi vniuerſalia rerum procreata intelliguntur antequā indiuidua quędā exiſterent licet alia indiuidua in actu creata fuiſſent. Elemento paſſiuo & materiali nimirum terræ actus ſimpliciſſimi poteſtatem affingunt: & vindicant inanimatæ creaturæ quod ſoli creatori debetur. At in iura Maieſtatis inuadunt occultis inſidiis cui ſoli conuenit ex nihilo producere. Dicent fortaſſe Cererem non inueniſſe frumenta, ſed docuiſſe mortales quomodo iis vterentur. An hoc eſt opus diuinitatis? Ibis docuit alui purgationem, an ex belua Deum facies? dictum eſt Themidem deam

Θεσμοφόρια.

Θέσμος, quid.

eſſe iuſtitiæ & Cererem. nam θεσμοφόρια in honorem legiferæ Cereris celebrabant. θέσμος enim proprie legem non ſcriptam ſignificat & ſic vniuerſalem vt etiam eo nomine cōtineatur lex Dei data etiam animantibus Ariſtot. dę mundo, ζῶα γίνεται καὶ ἀκμάζει καὶ φθείρεται τοῖς τοῦ θεοῦ πειθόμενα θεσμοῖς. Eam eſſe deam etiam Symbola Myſtica oſtendunt quæ in Myſteriis Themidis adhibebantur inter quæ vt dixi pudendum erat muliebre Clemens Alex. καὶ προσέτι τῆς Θέμιδος τὰ ἀπόρρητα σύμβολα, ὀρίγανον λύχνος ξίφος κτεὶς γυναικεῖος ὅ ἐστιν εὐφήμως καὶ μυστικῶς εἰπεῖν μόριον γυναικεῖον ὢ τῆς ἐμφανοῦς ἀναισχυντίας. Quid origanum ad iuſtitiam? aliquid ſane ad notam generationis: nam naturâ ignem repręſentat: eſt enim calidum ſiccum auctore Ariſtot. problem. ſect. 21. quæſt. 35. nulla autem eſt ſine calore generatio: lucerna autem noctis eſt index &

Gladius, eſt inſigne meri imperij.

quaſi Lunæ ſimulacrum quę tenebris nocturnis pręeſt: gladius autem ſummi imperij inſigne habet & Maieſtatis quam Bonam deam eſſe probaui, quo ſignificatur mortis poteſtas vnde apud Homerum Agamemnon.

Παρ' γὰρ ἐμοὶ θάνατος.

Iupiter quum Marti vult imperium adimere, minatur ſe ei enſem adempturum in quo eſt ius meri imperij quod maxime in iure ſan-

guinis conſiſtit l. imperinm ff. de iuriſdict. Statius 7. Thebaidos.

Reddat equos enſemque mihi, nec ſanguinis vltra
Ius erit.

Vltra Pannoniam gens eſt quæ mucrones adorabat vt Deos & per eos iurabat vt numina Ammianus 17. Eductiſq; mucronibus quos pro numinibus colunt iurauere ſe permanſuros in fide. Eſt etiam in gladio publico nota publicæ expiationis ſicut vas aquariũ quod *In gladio publico vis quædam purgationis.* purgationis ergo veſtibulis templorum apponitur Syneſius in epiſtolis, ὡς ἔστι γε τὸ δημόσιον ξίφος οὐχ ἧττον ἢ τὰ ἐν τοῖς προτεμενίσμασι χέρνιβα πόλεως καθαρτήριον: Ariſtophanes in ea Comœdia quæ mulieres celebrantes Theſmophoria inſcribitur meminit & lucernæ & Strophij & ſpeculi & gladij his verſibus.

Τί. βάρβιτος
Λαλεῖ κροκωτῷ; τί δὲ λύρα κεκρυφάλῳ
Τί λήκυθος καὶ στρόφιον ὡς οὐ ξυμφόρον
Τίς δὲ κατόπτρου καὶ ξίφους κοινωνία.

Addit hic ornamenta mulierum ſine quibus materia formam allicere ad ſe non poteſt & prҫterea lyrã & barbyton vt muſica poſſit intelligi. Dixi hҫc principia indigerҫ purificatione: pudendum *Quid ſignificãt pudẽda vtriuſque ſexus.* autem muliebre demonſtrat materiam quҫ eſt principium paſſiuum generationis: atque eadem ratione membrum virile circumferebatur in argumentum principij actiui. Pari cauſa ſuperſtitionis in ſacro veneris virile membrum adoratur. per venerem generatio ſignificatur quæ ideo nata dicitur ex genitalibus Saturni in mare *Venus quid.* proiectis ex cœlo id eſt ex igne ſolis in materiam humidam agente Clemens Alex. ἡ μὲν οὖν ἀφρογενής τε καὶ Κυπρογενὴς ἡ Κινύρᾳ φίλη, τὴν Ἀφροδίτην λέγω τὴν φιλομηδέα ὅτι μηδέων ἐξεφαάνθη, μηδέων ἐκείνων τῶν ἀποκεκομμένων οὐρανοῦ, τῶν λάγνων, τῶν μετὰ τὴν τομὴν τὸ κῦμα βεβιασμένων. ὡς ἀσελγῶν ὑμῖν μορίων ἄξιος Ἀφροδίτη γίνεται καρπὸς ἐν ταῖς τελεταῖς. ταύτης τῆς πελαγίας ἡδονῆς τεκμήριον τῆς γονῆς, ἁλῶν χόνδρος καὶ φαλλὸς τοῖς μυουμένοις τὴν τέχνην τὴν μοιχικὴν ἐπιδίδοται. Signum ergo potentiſſimum initiatis in Cypri- *Membrum virile myſteriis veneris.* dos myſteriis eſt pudendum virile Arnobius 7. *Necnon & Cypriæ veneris abſtruſa illa initia præterimus quorum conditor indicatur Cyniras Rex fuiſſe, in quibus ſumentes ea, certas ſtipes inferunt vt meretrici & referunt phallos propitij numinis ſigna donatos.* Quid in illis venerandis Samothracum initiis quæ ſanctis illis Cabiris ſacra erant? nunquid & membrum virile adorabatur nimirum Dionyſij? Cabiri enim quum vnum ex fratribus ſuis parricidio mactaſſent ciſtam ſuſtulere in qua repoſitum erat pudendum Dionyſij: hanc, in Hetruriam vexere ibique cum turpiſſimo membro colendam commendauere Clemens, Καβείρους δὲ τοὺς Κορύβαντας καλοῦντες καὶ τελετὴν καβειρικὴν καταγγέλλουσιν: αὐτὼ γὰρ δὴ τούτω τὼ *In myſteriis Cabirorum adoratur membrum Dionyſij.* ἀδελφοκτόνω τὴν κίστην ἀνελομένω ἐν ᾗ τὸ τοῦ Διονύσου αἰδοῖον ἀπέκειτο εἰς Τυρρηνίαν κατήγαγον εὐκλεοῦς ἔμποροι φορτίου: κἀνταῦθα διατριβέτην φυγάδε ὄντε τὴν πολυτίμητον εὐσεβείας διδασκαλίαν αἰδοῖα:

Cur gigantes diſcerpſerũt corpus Bacchi excepto membro virili.

καὶ κίστῃ θρησκεύειν παραθέμενοι Τυρρηνοῖς. Non ergo dilaniarunt gigantes aut Typhon hanc partem, ſed reliqua membra. quid ita? capite quæſo rectam rationem ex impio & deteſtando ſigno. quoniam pereunt omnia hic indiuidua ſed ſemina manent, ex quibus ſole quaſi renaſcente ſub initium veris renaſcuntur & refloreſcunt.

Parricidiũ Cabirorum quid ſignificat.

Impij Corybantes & fratricidæ; ſemen hoc ſeruarunt, terra & cœlum ex mente Varronis: in illis duobus ſemen rerum conſeruatur. At fratrem ſuum ſimul occiderunt, nimirum priuationem, & viciſſim priuatio formam; quoniam accedente forma priuatio tollitur & vice verſa destructa forma, redit priuatio per materiæ potentiam quę omnium formarum capax eſt & ſubinde mutationi obnoxia. Ergo materia non eſt vnum principium ſed duo Ariſtot. 1. Phyſic. cap. 7. ἔστι δὲ τὸ ὑποκείμενον ἀριθμῷ μὲν ἕν, εἴδει δὲ δύο· ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπος καὶ ὁ χρυσὸς, καὶ ὅλως ἡ ὕλη ἀριθμητή· τὸ δὲ γάρ τι μᾶλλον καὶ οὐ κατὰ συμβεβηκὸς ἐξ αὐτοῦ γίνεται τὸ γιγνόμενον. ἡ δὲ στέρησις καὶ ἡ ἐναντίωσις, συμβεβηκός. ἓν δὲ τὸ εἶδος οἷον ἡ τάξις ἢ ἡ μουσικὴ, ἢ τῶν ἄλλων τι τῶν οὕτω κατηγορουμένων. διὸ ἔστι μὲν ὡς δύο λεκτέον εἶναι τὰς ἀρχὰς, ἔστι δ' ὡς τρεῖς. καὶ ἔστι μὲν ὡς τἀναντία οἷον εἴ τις λέγοι τὸ μουσικὸν καὶ τὸ ἄμουσον ἢ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν, ἢ τὸ ἡρμοσμένον, ἢ τὸ ἀνάρμοστον· ἔστι δὲ ὡς οὔ: ὑπ' ἀλλήλων γὰρ πάσχειν τἀναντία: λύεται δὲ καὶ τοῦτο διὰ τὸ ἄλλο εἶναι τὸ ὑποκείμενον, τοῦτο γὰρ ἐναντίον: ὥστε οὔτε πλείους τῶν ἐναντίων αἱ ἀρχαὶ τρόπον τινά, ἀλλὰ δύο ὡς εἰπεῖν τῷ ἀριθμῷ: οὔτε αὖ παντελῶς δύο, διὰ τὸ ἕτερον ὑπάρχειν τὸ εἶναι αὐτοῖς ἀλλὰ τρεῖς: ἕτερον γὰρ τῷ ἀνθρώπῳ καὶ τῷ ἀμούσῳ τὸ εἶναι καὶ τῷ ἀσχηματίστῳ καὶ χαλκῷ.

Tria rerũ principia.

Hęc principiorum contrarietas non ſimul cõcurrit in ſubiecto; ſufficit enim vnius ex contrariis abſentia aut præſentia ad conſtituendam mutationem vt ibidem paulo poſt Ariſtot ait. Duo tamen ſunt neceſſaria ex iis tribus, quia eſſentia duo ſunt. Nec tria illa ſimul eſſe poſſunt in ſubiecto: nam ſi forma deficiat, ſola materia & priuatio reſtant: ſi forma adſit, priuatio ex neceſſitate recedit. igitur priuatio eſt vnum ex tribus principiis quod ab initio generationis ineſt cuius virtute omnia alioqui vetuſtate labentia ex fatali lege qua termini rerum pręſcripti ſunt quaſi renouantur & renaſcuntur.

Priuatio ex tribus vnum eſt.

Ex quibus videtur male fingi materia & priuatione formam tolli in ſubiecto exiſtentem, quum priuatio non ſit principium quamdiu forma in ſubiecto eſt. Verum id Ariſtot. intelligit: per accidens, id eſt alia accedente forma: tunc enim cedit ſubiectum potentiori quaſi adultero quo corrumpente materiam quatenus in ea priuatio eſt, forma altera tollitur.

An priuatio tollat formam in ſubiecto exiſtentem.

Ergo quum eſſent tres Cabiri, duo, vnum occiderunt id eſt ipſum corpus Bacchi remanente pudendo id eſt ſemine. Cruor ex illa dilaceratione in terrã effuſus apium produxit vt Clemens ait, ideo in Samothracum myſteriis abominantur apium quia ſignum priuationis eſt: ideo defunctorum epulis adhibetur Plinio teſte. 20. cap. 11. hoc demonſtrat tantum corporis non animæ diſſolutionem: vnde ex ſanguine corporis dilacerati emer-

Cur apium à Samothracum initiis remouetur.

ſit. Sed quomodo poteſt intelligi priuationem eſſe principium quum nihil ſit? verum in eo verus opifex huius vniuerſi vnum characterem creationis reliquit quæ ex nihilo eſt productio. igitur conſtat duo eſſe principia materiam & formam re ipſa, ratione autem tria. Nam priuatio & materia vnum numero eſt id eſt eſſentia ipſa: æs enim ex quo fit ſtatua eſt priuatio & materia figuræ ipſius ſtatuæ: & ſic priuatio eſt in materia: vnde ſequitur ſine priuatione nihil materiam poſſe producere: ergo ea principium eſſe non poteſt niſi per priuationem reſpectu formæ: eſt tamen principium per ſe reſpectu compoſiti: & ſic materia differt à priuatione ſola ratione: quia materia magis accedit ad id quod vnum eſt numero id eſt ad primam ſubſtantiam quia partem facit ipſius: at priuatio non ita accedit ad vnum numero quia in re compoſita eſt accidens poteſt enim accidere vt ex ſtatua ærea fiat candelabrum, priore forma deſtructa: ſed tamen nondum partem facit candelabri quã diu aut eſt ſtatua aut æs eſt. priuatio ergo nec partem facit compoſiti nec principium ſed compoſitionis ſeu generationis: id eſt materia & forma rem generant & componunt ſed generatio eſſe non poteſt niſi præexiſtat ſubiectum in quo ſit quædam aptitudo per quam fiat id quod non eſt. Ergo ſic definiri debet priuatio principium intrinſecum generationis ſeu productionis naturalis: non tamen generati aut compoſiti. In diuinitate autem Proſerpina eſt quædam vmbra priuationis: ita vt Ceres, Proſerpina, & Bacchus, principiorum trium præſides deos ſignificent: & recte. Nam Ceres materiæ vicem ſuſtinet ex qua naſcitur potentia ſeu vis priuationis propter aptitudinem ad captum formæ accommodatam quæ ſola ratione differt à matre: quia mater & filia idem ſunt numero. At filia rapta eſt à Plutone, non Ceres. Nam forma deſtruit vim illam priuationis & aptitudinem illam extinguit manente materia quæ tunc partem facit compoſiti. At Ceres filiam raptam quærit (raptam inquam quia violentiæ locus eſt vbi pugna eſt ſed vmbratilis quia cedit minor maiori) quia materia in compoſito per accidens eſt obnoxia mutationi: ideo quærit ad initia ſua redire & ſic priuationis vim recipere & quaſi ex inferis id eſt ex interitu reuocare. Ideo luget Ceres, & mulieres ſacra lugentis celebrant. In eius templo Athenis ieiunant 16. menſis Octobris teſte Plutarcho in Demoſthene die Athenienſibus triſtiſſimo idem in Iſide & Oſiride docet Theſmophoriis Athenienſes mulieres ieiunare humi deſidentes: quia eo tempore vt ille refert fructus arborum omnino deficiunt & in locum illorum qui perierant alios ſerebant tacitæ & triſtes & terra ſemen occultabant incerta ſpe recipiendi fructus deponentes, quaſi eos cum luctu ſepelirent. Hos terræ occulte commendatos Proſerpinam ſignificaſſe certum eſt: id eſt ſemen ex terra ortum quod aliud eſt ab ipſa forma: nam in forma non eſt priuatio ſed actus: at in ſemine eſt potentia ad futuram formam accommodata ſecundum ſuum cuiuſque genus & pro-

Character creationis in priuatione.

Materia & priuatio vnum ſunt reipſa, ratione duo.

Materia principium eſt per priuationẽ ſeu per accidens reſpectu formæ at per ſe reſpectu compoſiti.

Priuatio eſt principium non compoſiti ſed compoſitionis.

Mulieres ſacra lugentis Cereris celebrant.

Semen & forma differunt.

inde priuatio Ariſtot. 1. de part. animalium cap. 1. ſic ſub terram ſemine abſcondito, imperio Plutonis potentia illa ſubiecta eſt vt formam recipiat ex qua tandem perfecta fruges efflorеſcant quod ſine corruptione & mutatione ſeminis eſſe non poteſt: Pluto ſeu ſol calorem præbet: Ceres humorem & terram: nam ſine humore nihil poteſt generari, ideo Orpheus doctiſsime ait Plutonem vexiſſe Proſerpinam per medios fluctus Argonaut.

Ἁρπάξας δ᾽ ἔφερεν διὰ κύματος ἀτρυγέτοιο.

Refragari videtur Plotinus 4. ennead. 2. οὐκ οὖν φθαρήσεται ἡ στέρησις προσελθόντος τοῦ οὗ ἡ στέρησις; οὐδαμῶς· ὑποδοχὴ γὰρ ἕξεως οὐχ ἕξις, ἀλλὰ στέρησις, καὶ πέρατος, οὐ τὸ πεπερασμένον, οὐδὲ τὸ πέρας, ἀλλὰ τὸ ἄπειρον καὶ καθόσον ἄπειρον. Vult accedēte forma nō tolli priuationē: quoniā ſuſceptio formæ non eſt forma; ideoq; priuatio illa non eſt forma & proinde nec mutata nec corrupta vt ſuſceptio termini in infinito nō eſt terminus imo nec terminatū quatenus infinitū eſt. Verū hoc pertinet ad potentiā quæ nō tollitur accedēte forma vt dixi de ea potentia quæ eſt principij non accidentis. in ea vero quæ accidens eſt materiæ, materia conſideratur vt habitudo quædam ad formam quam non habet cui tamen ſuſcipiendę parata eſt eaque vere extinguitur actu formæ. Nec me mouet quod Plotinus materiam in priuatione ex potentia accidentali conſiderat: non enim conſiderat compoſitum aut generatum ex forma & materia ſed ipſam generationem cui priuatio principium eſt non accidens, & eatenus infinitam eſſe ait nec forma accedente definiri. Quod non vno actu intelligendum eſt nec vno momento: nam poſt perfectionem compoſiti, ceſſat infinitum potentiæ & priuatio: ſed tum magis eſt quum res fit & quum vere agit forma in materiam: tunc enim nondum eſt perfecta generatio, ſed fit & magis rem in eſſe confirmat: id eſt vis priuationis tanta eſt vt efficiat ſubiectum magis eſſe quia fit quod non erat & tamen Natura ſubiecti remanet, vt ſemen quum ſeritur, & fœmina quum maſculo potitur, iam tum magis eſſe incipit, nondum tamen eſt quum ad perfectionem Naturæ perducitur: quod idem docet cap. 16. eiuſd. libri: non diſſentit ab Ariſtotele in hac parte. Vult enim materiam & priuationem idem eſſe omnino re ipſa, ratione, duo cap. 14. eiuſd. lib. docet vero infinitam eſſe materiam in cap. 15. non quatenus ſubſtantia eſt ſed habito reſpectu ad rationem formalem cui oppoſita eſt, per quam definienda eſt. Ergo generatio à Natura non fit vno memento. Nam materia eſt omnium rerum infima: idea vero ſumma: ideo huius diuini muneris non ſtatim capax eſt ſed paulatim agente ipſo principio præparatur & tandem conceptâ formâ aliquid in lucem emittit: ad hæc ſapientiſſime Syneſius in Encomio caluitij. τὰ πρῶτα τῶν ὄντων ἁπλᾶ· χατιοῦσα δὲ ἡ φύσις ποικίλλεται ἡ δὲ ὕλη τῶν ὄντων τὸ ἔσχατον ἐσταύλη καὶ ποικιλώτατον αὕτη· κἂν τι δέχηται θεῖον, οὐκ εὐθὺς ἴσον ὅσον ἐδέξατο· Δεχομένη δὲ ἐμφάσεις καὶ σπέρματα περιπλέκεταί τε αὐ-

Potentia principij materialis non tollitur accedente forma

Plotini ſententia explicatur.

Priuationis vis in actu generationis.

Quomodo materia infinita eſt

Cauſa qua generatio non fit vno momento.

τοῖς καὶ πλείοσι περὶ αὐτὰ γίνεται: τάχα μὲν οὖν ἔχει διεξιουμένη τάχα διὰ τὴν ἀναγκαίαν ἀντίθεσιν ἐν τῇ πρώτῃ συνόδῳ κατεπείγουσα τοῦ θείου πρὶν τελειωθῆναι τὴν ἔμφασιν: δύναιτο δ' ἂν καὶ ἑκάτερον. οὐ γὰρ ἔχουσιν ὥσπερ δοκοῦσι μάχην οἱ λόγοι. Ergo natura non ſtatim rem ad perfectionem deducit; ſed medium tempus eſt generationi conſtitutum vel plus vel minus, prout materia proxima magis vel minus idonea eſt ad ſuſcipiendam formam proximam quæ etiam magis vel minus agit in materiam vt lana aptior eſt ad veſtis formam quam corium bouis, non infirmitate formæ ſed materiæ: quod naturæ ſecretum alio mendacio temerarunt. Minerua, cor Dionyſij ſuſtulit & illud vibrans ad Iouem detulit vnde. παλλὰς dicta eſt à πάλλειν id eſt à vibrando Clemens Alex. ibidem. Ἀθηνᾶ ἰδοὺ οὖν τὴν καρδίαν τοῦ Διονύσου ὑφελομένη Παλλὰς ἐκ τοῦ πάλλειν τὴν καρδίαν προσηγορεύθη. Quum enim Semele cum Ioue in Maieſtate ſua congredi flagitaſſet, ſenſit fulminantem: impetum autem diuinitatis tantæ ſuſtinere non potuit, ideo extincta eſt & partus ante diē periiſſet niſi Minerua, cor exemiſſet quod vibratū à ſe, ad Iouem tulit. Nonne hoc arguit Deum agere in materiam non ſecundum magnitudinem ſuæ poteſtatis, ſed paulatim ſeſe inſinuare ei ne pereat ſub pondere tantæ Maieſtatis quæ per ignem fulminis ſignificatur, quod conceptum in vtero fœtum prorſus opprimeret & vitam id eſt principium motus in animante quod per cor demonſtratur ſuffocaret. Nam in corde eſt principium natiui ignis in quo Naturæ fomites conſeruantur. Ariſtot. de part. animalium 3. cap. 7. fons ſanguinis eod. libro cap. 4. Hoc Pallas ex abortiuo partu ſuſtulit & vibrauit: & in hoc quoque ſacrum eſt ſecretum; videlicet Mineruam quæ & virgo & ſapientia diuina eſt vitam reparare iis quibus mors decreto fatali conſtituta eſt, non matri tantum quæ peccauerat ſed & partui cui mater labem ſui ſceleris impreſſit in principio generationis: ſed principium vitæ à filio Dei ſeruatum eſt & virgini datum vt illud gereret ad hoc vt non tantum corpus quod mortuum erat perſolutis pœnis iuſtitiæ fatali, reſurgeret, ſed & anima ſalutem in filio Dei ex virgine naſcituro reciperet: quod ad Iouem patrem filius detulit vt à ſuo principio abductum hominem ad idem principium reſtituta Natura, reduceret vibratio autem Naturam humani corporis oſtendit: hoc enim ſingulare eſt in homine quod cor eius palpitat, in eo quod ſolus animalium rei futuræ expectatione moueatur idem cap. 6. eiuſd. lib. hoc Euſtathium non intellexiſſe patet ex eo quod ait in Iliad A ὅτι κεραυνῷ τῆς Σεμέλης βληθείσης καὶ τοῦ Διονύσου διεκπεσόντος ἐμβρύου παλλομένην τὴν τοῦ ἀμβλώματος καρδίαν ἤνεγκε τῷ Διΐ, μύθου ἐστὶ παραλήρημα: Ait enim eſſe fabulæ deliramentum: ſed quis eſt qui intellexerit? Nemo: præter auctorem. Me tamen hæc commenta texuiſſe non glorior, ſed vni Deo acceptam refero harum falſi- ... rum reuelationem & veritatis animaduerſionem. Ex hac autem ... bula patet hominem ſcelerum ſordibus inquinatum nullos fru-

Forma proxima plus vel minus agit in materiam non per ſe ſed per materiæ capacitatē.

Explicatur myſterium de corde Bacchi vibrato à Pallade.

Aliud myſterium ex abortiuo partu corde ſugelato.

Cor in homine ſolo cur palpitat.

Error Euſtathij.

ctus niſi abortiuos producere, qui tamen ad impſendas prouidentiæ leges conferunt. Nam improborum actionibus vtitur vt inſtrumentis iuſtitiæ & vindictæ diuinæ. Igitur Deus vno momento non agit in materiã, ſed lento motu vt imbecillitati materiæ ſe accommodet. Hunc naturæ perficientis motum ſub veneris ſpecie condiderunt: Eſt enim in coniunctione duorum principiorum ſumma conſenſio licet ante in Natura diſſentiant & quaſi pugnent. Quoniam eſt vnio vera vbi ex duobus vnum fit compoſitum ex tribus generatio. vnione nihil fortius, nihil melius, nihil pulcrius: quia propius ad vnum accedit quod potentiſſimum, bonum, & pul-

Cur in ſacris veneris non colitur pudendum muliebre.

crũ eſt: quia eſt formarũ forma. Idcirco in ſacris veneris nõ mulieris ſed viri pudendũ adorabatur, quia cũ forma coniungitur, ideoque perficitur pulcritudo id eſt generatio & in eo motu dominatur forma quæ fingitur ſub ſigno illius mẽbri. Eſt autem ſumma voluptas in illa quaſi confuſione, quæ eſt boni fruitio; fruitur bono materia quũ formam ſuſcipit, bonũ ſuſcipit & ſic in voluptate eſt: ideo pro

Venus cur pro concupiſcentia.

cõcupiſcẽtia ſumitur Tzetzes in Heſiodũ vbi explicat. ἀφροδίτην τὸ ἀφελισμὸν τῆς μίξεως· ἐκ γὰρ τῆς θαλάσσης ἡ ἀφροδίτη διὰ τὸ ὑγρόν· ἡ γὰρ ἐπιθυμία ἀπὸ τῆς ὑγρότητος γίνεται· ὅθεν καὶ ὑγροὺς καλοῦμεν τοὺς ἀσελγεῖς. Venus deperiit Adonim ſeu Ἡδονὴν id eſt voluptatem quia ex coniunctione formæ ſummum bonum ſummo ardore complexa eſt: Adonis tamen interemptus eſt furore Martis id eſt imperio formæ quod certam vim habet vt perficiat formam: poſt

Quid amor.

perfectionem cedat amor, quia eſt argumentum imperfectionis: Eſt enim deſiderium pulcri id eſt perfectionis. Atquin an ceſſat bonum an voluptas extinguitur quum in eum ſtatum res venit quo melior eſt quàm fuit. Verum non eſt res quæ erat quum fruere-

In naturalibus aliud eſt bonũ aliud eſt voluptas.

tur ſed aliud factum eſt ab eo quod tunc fiebat: Et quum amor extinguatur acquiſita rei perfectione, extinguitur voluptas quæ eſt complexio boni quod appetitur non quod appetitum eſt. Aliud eſt ergo bonum aliud voluptas: in naturalibus: in diuinis idem eſt bonum & felicitas non dicam voluptas. Quid hoc ſibi vult? voluptatem hic niſi neceſſitatis gratia captandam non eſſe & vere non eſſe boni ſed imaginis boni fruitionem. At in diuinis verum eſt bonum vera pulchritudo, animarum ſumma & æterna felicitas. at in Natura generatio eſt pulchritudo, eſt venus quia formam agentem

Proportio inter cœleſtem & terreſtrem venerem.

continet ſed hæc terreſtris eſt idolum diuinæ & cœleſtis: & ſicut ſe habet generatio in terris ad concentum & harmonicum temperamentum corporum cœleſtium & poteſtatum diuinarum ex quibus vna fit muſica compoſitio: ita ſe habet venus terreſtris ad cœleſtem. Quia illa generationi: hæc temperatæ commixtioni & harmoniæ præeſt: in illa eſt voluptas ex bono ſenſibili: in hac eſt felicitas ex bono intellectuali, Iulianus in hymno ad ſolem ſic de cœleſti. ἔτι δὴ αὐτὴ σύγκρασις τῶν οὐρανίων θεῶν καὶ τῆς ἁρμονίας αὐτῶν ἐπὶ φιλία καὶ ἑνώσεις. Vis terreſtris ex diuina pendet quamuis fluxa & caduca, tamen vi cœleſtis dominæ perempta reſurgit & rena-

renaſcitur: ſed præterea cœleſtis demulcet animas quadam lætitia diffundens in terram ex cœlis ſuauiſſimos radios & immortales quibus ad amorem diuinum accendimur idem. θέλγουσα μὲν τὰς ψυχὰς ἡμῶν συνευφροσύνῃ, καταπέμπουσα δὲ εἰς γῆν ἐξ αἰθέρος αὐγὰς ὑ-δίστας καὶ ἀκηράτους αὐτοῦ τοῦ χρυσίου στιλπνοτέρας. In myſteriis veneris, cultrices deæ certæ meretrices lugent Adonim vt ſignificent perfectionem generationis frugum Ammianus lib. 19. *Lacrymare cultrices venereæ ſæpe ſpectantur in ſolennibus Adonidis ſacris quod ſimulacrum aliquod eſſe frugum adultarum religiones myſtica docent.* Ergo mors Adonidis eſt compoſitionis perfectio. Ergo vtraque Venus cōpoſitionis eſt arbitra, non cōpoſiti nec partis eius, cuius vnum ex principiis intrinſecis eſt priuatio, alterum forma eſt: ideo Iouis filia dicitur & Iunonis Iupiter formæ, Iuno priuationis vicem habet. Huius Veneris terreſtris amor maxime mouet in homine partes terreſtres & ex conſequentia etiam cœleſtes. Nam ex pulcritudine mortali fere immortale deſiderium naſcitur in animis ſpectantium Demoſthenes in amatoria. ὁ ἀθάνατον τοῖς ἰδοῦσι ἐργάζεται πόθον καὶ ὁρώμενον οὐκ ἀποπληροῖ καὶ μεταστὰν μνημονεύεται καὶ τὴν τῶν θεῶν ἀξίαν ἐπ' ἀνθρώπου φύσεως ἔχει. Et ſic non mirum ſi materiæ tantus ſit agnatus amor vt formam eouſque deſideret quo plene per eam definita & perfecta ſit. Reſoluamus Bonam Deam eſſe materiam primam in qua ſunt duæ potentiæ vna principij quæ per ſe eſt in ipſa materia: altera qualitatis & habitudinis quæ accidit ipſi principio ſed ex eius naturali proprietate deſcendit, & hæc eſt Ceres quæ relata ad compoſitum Ceres eſt, ad formam, id eſt ſi conſideretur prout forma ad eam accedit Proſerpina eſt, quia perit à ſuo contrario rapta, ſed ex eo raptu aliud quiddam fit nimirum venus ſeu generatio: quæ nec priuatio nec forma eſt nec aliquid compoſitum ex vtroque, ſed eſt mutatio ex non ente in ens. Ariſt. 5. Phyſic. cap. 1 at ſi ſubſtantia definitur non eo modo dicendum erit. Ergo non ens eſt principium generationis (quia ſubſtantiæ non fiunt ex ſubſtantiis Metaph. 7. cap. 16.) quod recedit per acceſſum formæ ad materiam, non tamen tollitur generatio, at materia ante formam domina eſt poſt formam in compoſito non eſt domina, ſed tamē ſuę diuinitatis partem retinet, his non pugnat locus Plotini ſupra adductus: forma enim non mutat priuationem ſi vt principium generationis accipiatur, quia principium tolli non poteſt quia ſupra ſe nihil habet quo vinci poſſit, ſed ſi conſideretur vt ſupra pro qualitate materiæ ad compoſitum relatæ reuera extinguitur, idcirco in generatione priuatio tolli non poteſt licet cedat actui formæ in re generata tollitur omnino: vnde ait ſuſceptionem formæ non eſſe formam ſuſceptionem, termini non eſſe terminatum quatenus infinitum eſt. Atqui non poteſt ſumi pro infinito quod terminatum eſt, nec pro ſubiecto quod compoſitum eſt. Verum hoc intendit quatenus ſubiectum eſt aut infinitum remanere in Natura principij ſcilicet primam ipſam materiam ad

Pulcritudinis effectus.

Subſtantiæ non fiunt ex ſubſtantiis.

Priuationis duplex conſideratio.

quam ſemper vt dictum eſt æterna reuolutione,terminati aut compoſiti pars materialis reuertitur. igitur Dij potes erant tres: Tertullianus de ſpectaculis. *Ante has (columnas) tres aræ trinis Diis patent magnis potentibus:* Eoſdem Samothracas exiſtimant qui ſunt tria principia ratione.re duo Caſmillus autem ſeruit principiis illis ſpiritu quodam ſuſcitante motum vt priſca theologia teſtatur apud Ammianum libro 16. hęc Ariſtoteles ex intimis eruit philoſophiæ adytis ante eum ignorata vt ipſemet gloriatur in eod. libro: ita tamen vt dæmon Ariſtotele longe doctior hęc arcana Naturæ his fabularum integumentis obſtruxerit: quo duplici iactura mortales afficeret,ignoratione principij metaphyſici ſeu diuinitatis & trium naturalium ſub quorum imagine Deus, vnius ſubſtantiæ ſuæ triplicem perſonarum ordinem obtexit: tum calumnioſa religione quæ illis mendaciis inculcata eſt; quod vt glorioſius efficeret, immiſcuit ſuæ impoſturæ obſcura quędam ſemina, vt quum Euæ tribuit originem & principium rerum, & Bacchi originem per violentum Draconis cum filia inceſtum (quem miſeri adorauere) Vnde fingunt Cererem à Ioue impetraſſe reditum Proſerpinæ ab inferis,ſi nondum cibum ex inferis guſtaſſet, virgo ieiuna pomum ore delibauit, idcirco fatali lege cautum eſt vt media parte anni in inferis maneret altera media in cœlis de quo ita Ouidius 5. Metamorph.

Subtilitas dæmonis.

Pomo deguſtato cogitur in inferis manere filia Cereris.

Repetet Proſerpina cœlum
Lege tamen certa, ſi nullos contigit illic
Ore cibos: nam ſic Parcarum fœdere cautum eſt.
Dixerat: At Cereri certum eſt educere natam
Non ita fata ſinunt, quoniam ieiunia virgo
Soluerat, & cultis dum ſimplex errat in hortis
Puniceum curua decerpſerat arbore pomum
Sumptaque pallenti ſeptem de cortice grana.
Preſſerat ore ſuo.

Cur in Theſmophoriis nefas eſt edere granum mali

Quid apertius quam ex cauſa pomi deguſtati, manſiſſe in inferis, idque deguſtaſſe in cultis hortis quibus paradiſus terreſtris ſignificatur: hinc eſt ſumenda ratio illius myſticæ legis qua nefas erat in theſmophoriis edere granum mali punici(quod inter poma excellit) quod natum ſit ex guttis ſanguinis quæ ex diſcerpto corpore Bacchi in terram diſtillarunt Clemens Alex. ibid. ὥσπερ ἀμέλει καὶ αἱ θεσμοφοριάζουσαι τῆς ῥοιᾶς τοὺς κόκκους παραφυλάττουσιν ἐσθίειν τοὺς ἀποπεπτωκότας χαμαὶ ἐκ τῶν τοῦ Διονύσου αἵματος σταγόνων βεβλαστηκέναι νομίζουσι τὰς ῥοιάς. Figmentum eſt conuerſum vt veritas humani lapſus eclaretur. Nam corpus Dionyſij dilaniatur indeque ſanguis effunditur ob deguſtationem pomi. Non ex effuſione cruoris natum eſt pomum quia poma creata ſunt ante hominem: ſed vita quæ per ſanguinem indicatur eo modo effuſa eſt, vtriuſque hominis. ij cognito ſcelere genitalia fici foliis texere & ad generationem proceſſere; vnde vniuerſum genus humanum

Folium ficus Quid ſignificat.

emanauit ideo pudenda vtriuſque ſexus eis conſecrata ſunt, & Maieſtas eis attributa: Apud Ægyptios ſolio ficus rex pingitur & meridionale mundi clima & illud interpretantur irrigationem & fœtationem omnium: in rege Maieſtas eſt; in meridie eſt ignis imperium ſeu formæ: in forma huius ſolij membrum genitale quia Natura illi ſimile eſt vt refert Plutar. in Iſide: quod etiam Ægyptij ex ſcriptura veritatis acceptum, adulterio mendacij corruperunt: vterque enim poſt agnitum perduellionis maleficium animaduertit ſe nudum eſſe & eas partes quas pudor occultari poſtulat ſubligaculo ex foliis ficulneis obduxit, αἰνιττόμενοι διὰ τοῦ ξύλου τὸν τρόπον τῆς κακοπραγίας· ὡς γὰρ ἡδὺς ὁ καρπὸς τῆς συκῆς τραχὺ δὲ καὶ πικρότατον τὸ φύλλον· οὕτω πᾶσα ἁμαρτία ἐν μὲν τῇ πράξει δείκνυται ἡδεῖα, μετὰ δὲ πάντα ὀδύνην παρέχει τῷ πεπραχότι (inquit Cedrenus) recte ex foliis illis obſcure demonſtrarunt modum ſuæ infelicitatis. Nam fructus fici admodum ſuauis eſt ſic etiam fructus peccati quum committitur: At poſtquam commiſſum eſt ex fructu, folium fit amariſſimum & ex ſuauitate delicti, dolor & acerbitas eum qui deliquit operiunt & obruunt. Redeo nunc ad Eleuſinia. cõminiſcuntur Cererem & Liberam natas eſſe in Sicilia, ideo eam deabus illis eſſe cõſecratam. Tullius in Verrem ait omnes gentes ſic arbitari & fruges in ea terra primum repertas & raptam eſſe Liberam quam Proſerpinam vocant ex Ennẽſium nemore, qui locus quod in media inſula ſitus vmbilicus Siciliæ nominatur· tum ſubiicit: *Quam quum inueſtigare & conquirere Ceres vellet dicitur inflammaſſe tedas iis ignibus qui ex Ætnæ vertice erumpunt:* Deinde locum deſcribit vbi rapta eſt vt paradiſum depingi crederes mox ait Cererem errantem in Atticam veniſſe vbi tam pulcra initiorum ſacra fundata ſunt. faces ergo petiit ab ignibus Ætnæ, eſt enim cæca materia niſi formam habeat. Nunc igitur deſcendente priuatione mater prægnans characterem diuinitatis habet qui ardenti face ſignificatur, in qua lumen eſt ex terra ſumptum non ex ſole vt agnoſcas formas terreſtres, non eſſe diuinas ſed diuinæ imagines. huius imaginis quandam figuram refert Statius 12. Thebaidos vbi poëtice hoc myſterium adumbrat in his verſibus.

Ceres & Proſerpina nata in Sicilia.

Quid per ardentem Cereris facem oſtenditur.

Qualis ab Aethnæis accenſa lampade ſaxis
Orba Ceres magna variabat imagine forma
Auſonium Siculumque latus veſtigia nigri
Raptoris vaſtoſque legens in puluere ſulcos
Illius inſanis vlulatibus ipſe remugit
Enceladus, ruptoque vias illuminat igni
Perſephonem, amnes, ſyluæ, freta, nubila clamant
Perſephonem tantum ſtygij tacet aula mariti.

Et in hac ſpecie volunt Lunam etiam ſignificari quæ lumen ab alio corpore lucis mutuatur, non à ſeipſa habet. in Eleuſiniis geſtabant faces noctu vt illius aſtri regnum oſtendatur quod nocturnum eſt. Clem. Alex. Δηὼ δὲ καὶ Κόρη δρᾶμα ἤδη ἐγενέσθην μυστικὸν καὶ τὴν

In his facibus aura exſpirans quid ſignificat.

πλάνην καὶ τὴν ἁρπαγὴν καὶ τὸ πένθος αὐταῖν Ελευσὶς δᾳδουχεῖ: Ex his facibus aura quędam exhalabat in qua quiddam diuinitatis eſſe credebatur: quod ſic Ariſtophanes docet in Ranis.

Καὶ δᾷδων γέ με
Αὐρα τις εἰσέπνευσε μυστικωτάτη.

Vult hanc auram inſpirare myſtarum animos: & Scholiaſtes ibi id confirmat, δᾷδας οἱ μύσται ἔφερον καὶ θεία πνοή τις ἐξ αὐτῶν ἐφέρετο, Ceres à luctu ſemina dedit mortalibus. At ex 1. geneſ. oſtendi in principio mundi, Deum omni compoſito ſcintillam quandam

In ſemine eſt vltimus actus diuinæ virtutis. ſuæ virtutis infudiſſe nimirum vim ſeminis nondum actu exiſtentis, ſed perfecto fructu emergentis & tunc vltimus eſt actus diuinę illius poteſtatis;in eo tamē perinde agit ac in principio cōpoſitionis quia primis vltima reſpondent in circularibus vt ſunt diuinarum virtu-

Media in naturis compoſitis imperfecta. tum functiones:in quibus idem eſt principium vt finis: media in naturis compoſitis imperfecta ſunt & occulta,quia pendent ex principiis quouſque ad finem redigantur. Deus autem naturaque non cœpit à ſemine quia imperfectum eſt:quia non eſt actu,id quod erit: in ſemine tamen eſt quiddam diuinum quia vis eius à Deo data eſt, ab initio vt rationem principij ſuſtineret, ideoque extremum diuinæ

Cur natura nō cœpit à ſemine. virtutis appellatur à Synesio in Encomio Caluitij. ἆρ᾽ οὖν οὐχὶ καὶ τῶν καταβαλλομένων ἐν γῇ σπερμάτων οἱ λόγοι θεῖόν εἰσιν εἰ καὶ τοῦ θείου τὸ ἔσχατον: τούτων τέλος μὲν ὁ καρπὸς ἀλλὰ πρὶν ἥκειν εἰς τοῦτο θέα, τὴν πομπείαν καὶ τὰ κάλλη τῆς φύσεως, ῥίζαι, καλάμη, φλοιὸς, ἀθέρες, λέμματα, καὶ ἔτι τοῖς λέμμασι, ἕτερα λέμματα: ὁ δὲ καρπὸς ἀτελὴς ἔτι καὶ κρύφιος: Ergo vltimus actus diuinæ virtutis in ſemine deſinit: ideoque Pluto nouiſſimus mundi herès dicitur & minimus natu filiorum Saturni. Statius 11. Thebaid.

Vmbrarum cuſtos mundique nouiſſimus heres.

Ergo Deus & Natura etiam in principiis habent functiones differentes, quia Deus in ſemine deſiit at natura laborat ſemper etiam poſt ſemen vices generationis reparás, & notandum eſt quum ſemē proiectum & terra obrutum eſt: naturam occulte dominari id eſt

Priuatio in ſemine occultato terra aliquid operatur. priuationem illam quę videtur extincta quamdam tamē potentiam exercere quatenus inferorum regina Plutoni coniugata id eſt forma agenti antequam perfecta ſit generatio quod ſub hac figura Claudianus eleganter oſtendit.

Qua lampade Ditem
Flexit amor quo ducta ferox Proſerpina curru
Poſſedit dotale Chaos, quantaſque per oras
Sollicito genitrix errauerit anxia curſu.

Differētia Dei & Naturæ. Deus vno actu res cū ſuo fructu creauit: At naturā ex ſemine fructus per tempora format, & cum ſiliquis, corticibus, ariſtis, calamis: prius enim radices agit; tū occulte creſcit ſub terra: deinde paulatim ad ſolē exſurgit: & ſic Plutonis furtū reuelatur & redit ad cœlū Proſerpina. Nam ſufficit Plutoni ſemeſtre tēpus quo ſemina terræ viſceribus obruta latent & corrumpuntur videlicet per Autumnum &

hymnem,ſed verè terra germinat & ſoli patri fœtum imperfectum oſtendit per totidem menſes vt quodque ad id principium redeat vnde fluxit. Hinc patet vnde dicta ſint Cereris ἀνακαλυπτήρια. Quaſi dicas reuelamenta quæ conueniunt ſabulæ matronæ illius hoſpitis Deæ quæ detectis veſtibus pudenda deæ reuelauit quod ad vim ſeminum pertinet quum poſt corruptionem enaſcuntur è terra : vnde ille. ἐπὶ τούτοις Ἐλευσὶς ἄγει τὰ Δήμητρος ἀνακαλυπτήρια εἰ δὲ νοῦς τὸ θειότατον ἐστὶ τῶν ἄνωθεν ἰόντων σπερμάτων εἰσοικίζεται. Hoc myſterium non tantum in Natura terreſtri ait conſiſtere ſed & cœleſti nimirum in mente quæ diuiniſſima eſt omnium ſeminum quæ cœlitus emittuntur: nam mens quaſi incluſa in materiali ſubſtantia paulatim exurgens & ad alta reſpiciens tandem ad cœlum euolat vi ſeminis quod in eam effuſum eſt vnde paulo poſt ait hæc ſacra eſſe. καὶ ἐπιβατήρια quibus ad cœlum menti datur aſſenſus. Sed ſemina illa intellectus vnde ſunt ? ab anima mundi ſeu à ſpiritu ſancto. Quæ mens in vi ſua minutatim creſcit euſque quo tamquam ex ſemine fructum aliquem poſſit producere. Sed quomodo id fieri poteſt quum creatio animæ rationalis in corpore, immediate ex Deo procedat ? Dei actiones non ſunt per tempora quum per ſe agit ſed quum mediis naturæ principiis ſecus eſt. Igitur animus infunditur in corpus infantis adhuc in vtero deliteſcentis in ſua perfectione; licet infans ratione non vtatur. Nam aliud eſt res ipſa, aliud vſus rei. Si ratio potentia tantum eſt in infante, erit homo tantum potentia: nam ratio ſpeciem non tantum diſtinguit differentia maxime propria ſed etiam conſtituit, obſtare videtur Ariſtoteles libro 2. de generatione animalium cap. 3. vbi homo prius viuit vita plantæ, deinde vita animalis, poſtea vita hominis: quod intelligitur de prioritate temporis vt ex textu ibidem conſtat. igitur non vno momento perficitur hominis anima ſed per temporum gradus & momenta. Verum plantæ vitam infuſam deſtruit ſenſitiua paulo poſt accedens, & ſenſitiuam intellectiua, vt docet Diuus Thomas de anima. Nec quod ait vita plantæ hominem viuere perfectam animam vegetatiuam intelligit, alioqui homo qui à ſola anima eſſentiam habet, tunc planta vere eſſet quod falſum eſt; ſed vult embrionem ſeu fœtũ adhuc imperfectum creſcere non ſecus ac plantam ſemine motum hunc recipiente & vim vegetatiuam quæ anima dici non poteſt in embrione: quia anima eſt quid perfectum: embrion autem impreſectus eſt quinetiam nondum homo eſt actu. Quod conuenit iis quæ ſupra diximus multa cum re fieri & naſci aut ante rem quæ non ſunt ex ipſa ſubſtantia licet ad naturam pertineant. Igitur homo etiam in vtero perfectus eſt in eſſentia cum intellectum accepit vnamque tantum formam & animam habet. Cur ergo non vtitur ratione? quia vna ratio eſt ſed duas habet functiones, vna animæ altera animalis: prima ex Deo eſt poſtrema ducitur ex imaginatione quæ media eſt inter exteriora & interiora ideo communis dicitur quia vtriſque

Anacalypteria.

Vnde ſit ſemen mentis.

Intellectus in infãte eſt actu.

ſeruit: recipit enim formas à rebus ſenſibilibus extractas, eaſque quaſi more ſpeculi reflexas ad iudicium, animaduertit: quo tempore intellectus impeditur in harũ rerum cõtemplatione quas ratio ad illum eodem modo traducit: Imaginatio pueri imperfecta eſt quia nec fabrica ſenſus adhuc perfecta eſt nec vſus eius ſatis eſt idoneus ad naturales functiones at prior cognitio in eo non eſt imperfecta, quia non pendet ex imaginibus extrinſecus oblatis. Quomodo poteſt eſſe imperfectum quod à Deo in ſui exemplar factum eſt? quod ſi ſpiritus infantis non eſt imperfectus, non poteſt non agere. Neque enim torpeſcit quod celerrimum eſt ex ſe: nec dormit quod mori non poteſt, nec impediri quod liberrimum eſt, furor hominis vſum omnem rationis adimit: ſed violata imaginatione non ideo violatur intellectus, vt quum ſol nubibus obducitur non ideo minus per ſe lucet: nec me mouet quod infans non intelligit ſe intelligere, nec furioſus; nam oculus videt omnia ſe tamen videre non poteſt: nam ſentire ſeu agere pẽdet ex reflexione imaginationis ad intellectum: ergo infans intelligit: ſed quid diuina nimirum quibus proxima & recenti creatione propior eſt, tum liberior: hinc illud Euangelij puerorum angelos videre faciem ſummi patris: ſeu ſumas angelum pro ſpiritu præpoſito ad tutelam qui intellectum infantis ad Dei cognitionem erigit: ſeu pro intellectu pueri qui angelo non eſt abſimilis, ſi tamen accipiatur pro angelo tutelari, quid gratiæ ſpecialis haberent animæ infãtium longe puriores cum & angeli maiorum Deum etiam videant, igitur perfecta eſt prima intellectus actio quum ſine ſenſu medio intellectus agit; ſecus quum ex imaginatione ſeu ſenſu educta eſt: quia ſenſus nõ eſt à Deo immediate ſed ab ipſo intellectu. Philo in allegoriis. οὗ γὰρ μετέχει ὁ νοῦς παρὰ τοῦ θεοῦ, τούτου μεταδίδωσι τῷ ἀλόγῳ μέρει τῆς ψυχῆς: ὥστε τὸν μὲν νοῦν ἐψυχῶσθαι ὑπὸ θεοῦ τὸ ἄλογον ὑπὸ τοῦ νοῦ. Vult mentem à Deo inſpirari ſed ſenſum à mente imperfecte tamen: quia actio omnis creaturæ imperfecta eſt: hæc paſſim ex Plotini ſententia referuntur, ex quibus videtur in mente ſemen proprie non eſſe quia actu eſt & ſtatim à creatione agit: at ſemen habet tantum potentiam ad producendum. Verum (vt hæc difficultas explicetur) ſemen mẽtis non eſt à Natura ſed à Deo ideo ſtatum agit & verſatur cum diuinis etiam ſine ſpeculo animæ id eſt ſine ſenſu communi. Nec Ariſtoteles refragatur qui in libro de memoria negat intelligere hominem poſſe ſine phantaſmate ergo nec ſine imaginatione. Verum duplex eſt imaginatio, vna ſuprema altera infima: illa medium eſt hominis inter rationale & brutum: hæc non eſt hominis medium (cui ratio ineſt) ſed animalis: nam ab inanimatis & animatis corporibus ducit imagines ad commune compoſitum: in infante ſuprema imaginatio dominatur, quum otiatur altera, quæ eſt animalis quæque maxime tendit ad inferiora, natura ſenſus ad perfectionem properante compoſiti. Plotinus Ennead 1 lib. 1. cap. 11. Vnde patet intellectum infantis co-

Intellectus in furioſo eſt.

Quid intelligit infans.

Mẽs à Deo inſpiratur, ſenſus a mente.

Duæ ſpecies imaginationis.

gnoſcere ſicut & furioſi : quorum mentes eo liberius ouehuntur ad Deum, quo magis eorum ſenſus communis impeditus eſt. Non poteſt tamen fieri quin anima inuoluta & quaſi ſepulta monumeno corporis corrumpatur aut contagione materiæ aut vitio hominis ſed vis diuinitus inſita animæ ea eſt vt à ſuo principio creata, ad idem principium reuerſa recreetur. Hic animæ aſcenſus ad Deum ſimilis eſt ſemini in terra ſepulto & poſt corruptionem ad cœleſtem lucem reſurgente quæ vera eſt mentis reuelatio. Hæc anacalypteria Eleuſinia ſunt vt ex Syneſio ſupra liquet quæ tamen Dionyſia vocantur : quæ ſunt quaſi prælludia quædam ad Maiora Eleuſinia quæ non Dionyſia proprie ſed myſteria vocantur : illa circa veris initium prodente & quaſi detegente Naturam Cereris & Proſerpinæ, Libero patre ſeu ſole : at hæc circa Autumnum : Maximus Tyrius orat 33. καὶ διέλαχον αὐτοῖς εὗραι τὰς ἡδονὰς· ἦρος Διονύσια· μετοπώρου μυστήρια. Vnde patet myſteria non abſolute Dionyſia vocari : quia hæc pertinent tantum ad ea quæ in vrbe ineunte vere celebrabantur ; non myſteria quæ Autumno fiebant: altera etiam erant Dionyſia quæ etiam in Autumno agebantur ſed ea non in vrbe ſed in agro fiebant Theophraſtus in charactere. περὶ ἀδολεσχίας Ποσιδεῶνος δὲ κατ' ἀγροὺς Διονύσια. Et nihilhominus in vrbe eodem tempore myſteria procurabantur. At mox dixi myſteria non Athenis ſed Eleuſi celebrari. Verum myſteria vrbana ab Orpheoteleſtis peragebantur. quod vt intelligatur tenendum eſt duo fuiſſe parua myſteria : vna Bacchi : altera Proſerpinæ : bis primum initiabantur indigenæ per triennium quibus ſolis fas erat templum hoc ſacroſanctum ingredi Liuius. 1. Decat 4. *Acarnanes (inquit) duo iuuenes per initiorum diei non initiati templum Cereris imprudentes religionis cum cetera turba ingreſſi ſunt. &c.* Vnde patet initiationem non fuiſſe vnius diei, nec vnius anni aut menſis: ſingulis enim menſibus quum Cereri ſacrificaretur initiabantur in vrbe, Theophraſtus in Charactere de ſuperſtitione. καὶ τελεσθησόμενος πρὸς τοὺς Ὀρφεοτελεστὰς κατὰ μῆνα πορεύεσθαι μετὰ τῆς γυναικός. Ergo ſub ſingulorum menſium exitu vigilabant adorantes ea numina & diſcentes myſtica eorum documenta. erat autem quinquennij tempus præſcriptum vt perfecta conſummaretur initiatio. Sed cur tanti conſtat initiatio vt ſingulis menſibus agatur & vſque ad quinquennium imperfecta maneat ? reſpondetur quod ait Tertullianus aduerſus Valentinianos, *Illa Eleuſinia hereſis & ipſa Atticæ ſuperſtitionis quod tacent pudor eſt idcirco & aditum prius cruciant, diutius initiant quam conſignant quum & portas ante quinquennium inſtituunt ; vt opinionem ſuſpendio cognitionis ædificent : atque ita tantam Maieſtatem exhibere videantur quantam præſtruxerint cupiditatem.* Quid ſibi volunt iſtæ portarum inſtitutiones tragicæ ſcenæ potius quam ſacro conuenientes ? quia adytum ingredi nefas eſt non initiatis. hinc illud poetæ vetuſtiſſimi.

Θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι.

Aſcenſus animæ ſemini ſimile eſt.

Anacalypteria ſunt quaſi præludia ad Eleuſinia.

Dionyſia in vrbe, verno tempore: altera in agros Autumno: quo tempore in vrbe myſteria curabantur.

Duo parua myſteria.

In fine ſingulorum menſiū initiabantur in vrbe vſque ad quinquennium.

Portarum inſtitutiones & ſilentium.

Quod Virgilius adumbrauit 6. Æneid.

Procul ô procul eſte profani.

Vbi de Proſerpina loquitur quæ in Eleuſiniis colitur. Idcirco vt arceantur ab aſpectu ſacrorum in adyto conditorum, multiplicia vel à portis obducuntur quæ ſic ante quinquennium inſtituuntur vt perfecta imitiatione ſiparia illa ſeu vela portarum retegantur, & reuelentur pretioſa illa diuinitatis Symbola; nimirum pudenda: quod inuiolabili ſilentio conſignandum erat alioquin qui euulgaſſet capitali ſupplicio linguæ noxam expiabat vt Plutar. de Alcibiade teſtatur: & tamquam inuiſus diis & hominibus euitabatur: Horatius 3. Carminum.

Vetabo qui Cereris ſacrum
Vulgarit arcanæ: ſub iiſdem
Sit trabibus, fragilemque mecum
Soluat phaſelum: ſæpe Dieſpiter
Neglectus, inceſto addidit integrum.

Caſtus Cereris. Docte hunc inceſtum ait qui Cereris Caſtum violauerit: nam Caſtus Cereris proprie dicitur ob puritatem & ſimplicitatem principij. Tertullianus de Ieiunio. *Sed bene quod in noſtris Xerophagiis blaſphemias ingerẽs, caſto Iſidis & Cibeles eos adæquas.* Ij autẽ in Caſto Cereris eſſe dicebãtur qui operabantur Cereri vt populũ vel ciuitatem expiarent quod ad euitanda pericula fiebat. Varro. *Et religiones & Caſtus id poſſunt vt ex periculo eripiant nos.* Tunc à luctu abſtinebant, luctus enim polluit quia funeſtus. l. ſi ex re §. vlt. ff. de ſtipul. ſeru. Feſtus. *Minuitur populo luctus quum in caſto Cereris conſtitit.* Idcirco matroniæ luctum deponebant ſacra hæc celebraturæ ad ſpeciem Eleuſiniorum: Feſtus. *Græca ſacra Feſta Cereris ex Græcia tranſlata, quæ ob inuentionem Proſerpinæ matronæ colebant: quæ ſacra dum non eſſent matronæ quæ ſacra facerent propter cladem Cannenſem, & frequentiam lugentium, inſtitutum eſt ne amplius centũ diebus lugeretur:*

Luctus polluit.

Ideo nefas eſt initiatis lugere Clem. Alex. ἀλωμένη γὰρ Δηὼ κατὰ ζήτησιν τῆς θυγατρὸς τῆς Κόρης περὶ τὴν Ἐλευσῖνα· τῆς Ἀττικῆς δέ ἐστι τοῦτο τὸ χωρίον, ἀποκάμνει καὶ φρέατι ἐπικαθίζει λυπουμένη. τοῦτο τοῖς μυουμένοις ἀπαγορεύεται εἰσέτι νῦν ἵνα μὴ δοκοῖεν οἱ τετελεσμένοι μιμεῖσθαι τὴν ὀδυρομένην. Nec obſtant Ægyptiorum cęrimoniæ quibus videntur lugentes quaſi funerari Proſerpinam. luctus Eleuſi finem accepit vt mox ex Feſto docui: inuenit ibi Proſerpinam id eſt frumentum in quo ſemen, quo priuationis perpetuę ratio cõtinetur. Nam ex raptu ſeminis & corruptione dum luget Ceres fructus efformatur & poſtea prodit cum virtute ſeminis: hoc Eleuſi eſt progreſſum, ad omnes Gręcos & barbaros Ariſtides in Eleuſinio. ἐλθοῦσαν δ' εἰς Ἐλευσῖνα τήν τε ἐπωνυμίαν ποιῆσαι τῷ τόπῳ καὶ τὴν Κόρην εὑροῦσαν ποιῆσαι τὰ μυστήρια καὶ γενέσθαι δὴ τὸ σίτου παρὰ μὲν ταῖν θεαῖν τῇ πόλει τῶν Ἀθηναίων· παρὰ δ' αὖ τῆς πόλεως ἅπασι τοῖς Ἕλλησι καὶ βαρβάροις. (Hanc tamen hiſtoriam Tzetzes in Heſiodum aliter explicat) Ad hęc Arnobius. *Sit & ille qui raptam à Dite patre*

Cur luctus Eleuſi finitur.

Proſerpinam

Proſerpinam dicit non vt Cereris in turpiſſimos appetitus viraginem dicit raptam ſed quia glebis occulimus ſemina eſſe ſub terris Deam & cum Orco ſignificat fœdera genitalis conciliare fœturæ. Ergo non lugendum Eleuſiniis quia redit ad cœlum Proſerpina non in potentia nuda & nigra ſed cum actu lucis participe ideoque albis equis reuecta fingitur vt teſtatur Scholiaſtes Pindari Olymp. vbi poëta Proſerpinam vocat, λεύκιππον, id eſt quæ albis equis reuehitur. Nec obſtat quod de matronis Athenienſium dictum eſt. Nam humi deſidentes ieiunabant, non luctus ſed expiationis gratia. Eſt enim luſtrale ieiunium & oratio proſtrati ſupplicis: non tamen eſt luctus qui ab his initiis alienus eſt. Ergo ieiunio fiebat expiatio quæ fit maxime per dolorem & tribulationem cuius ieiunium indicium eſt, imo & pars. ideo panis quem in illo ieiunio mandebant dicebatur Caſtus Arnobius. *Quid temperatus ab alimonio panis cui rei dediſti nomen caſtus nonne illius temporis imitatio eſt quo ſe numen à Cereris fruge violentia mœroris abſtinuit.* Vult caſtum panem eſſe indicium mœroris deæ quum in luctu eſſet non tamen eſt luctus. Mœror enim Cereris ad luſtrationem vſurpatur non ad luctum: ideo in his myſteriis dicebant ſe ieiunaſſe Clemens Alex. τὸ σύνθημα ἐλευσινίων μυστηρίων ἐνήστευσα, ἔπιον τὸν κυκεῶνα, ieiunaui, bibi ex poculo voluptatis: præcedit ieiunium, doloris Symbolum, ſequitur integra per initiationem ſpes futuræ voluptatis tam in hac vita quam in inferis. igitur in his myſteriis omnia debēt eſſe caſta: ideo matronæ Athenienſium in Theſmophoriis, ſibi viticis foliis cubitus ſternebant (caſtitatem cuſtodientes) quam ideo illi ἄγνον vocabant id eſt puram Plinius 24. cap. 9. debet purum eſſe omne principium alioqui vel minimum vitium eius totum quod inde fit corrumpit Ariſtot. 5. polit. cap. 4. ſacerdotes Ægyptij qui Baccho & Cereri ſeruiebant ſub peregrinis nominibus in omni parte corporis erant depilati; quia pili ſunt excrementa naturæ quæ imperfecta ſunt Plutarchus in Iſide pice autem capillos euellebant: Iuuenalis de iis.

Proſerpina reuecta equis albis.

Ieiuniū eſt luſtrale.

Caſta principia.

Cur ſacerdotes Ægyptij eſſent depilati.

Reſinata Iuuentus.

Hac ratione matronæ in iis alba veſte indutæ erant: qui color ſoli maxime cōuenit & luci cuius corpus ſimpliciſſimū & puriſſimū eſt: Deinde à venere abſtinebāt per noctes nouē Ouidius 10. Metam.

Feſta pia Cereris celebrabant annua matres
Illa quibus niuea velata corpora veſte
Primitias frugum dant ſpicea certa ſuarum
Perque nouem noctes venerem tactuſque viriles
In vetitis numerant.

Quamuis enim legitima ſit viri & vxoris coniunctio, tamen quum ad ſacra accedunt impia eſt: quod Syneſius oſtendit in perſona ſua quum ſcribit ad fratrem recenſens cauſas quibus ſacerdotium detractebat inter quos hæc erat potiſſima quod vxorem dimittere nollet, ἐγὼ ταύτης οὔτε ἀλλοτριώσομαι καθάπαξ οὔτε ὡς μοιχὸς αὐ-

Vir & vxor à congreſſu debent abſtinere, acceſſuri ad ſacra.

τῇ λάθρα συνέσομαι· τὸ μὲν γὰρ ἥκιστα εὐσεβεῖ· τὸ δὲ ἥκιστα νόμιμον: quod Nicephorus gregoras ait à bonis viris ſuo tempore obſeruari in hęc verba Syneſij de inſomniis, καθαιρόμενον διὰ τελετῆς ὅσα (inquit) καθαίρεται καὶ περὶ τὴν καθ' ἡμᾶς παιδείαν, διὰ νηστείας καὶ ἀγρυπνίας καὶ τῆς ἄλλων ἀρετῆς. His etiam reſpondet habitus initiatorum qui veſte, vitta, galero candidus erat: Tertullianus de pallio. *Vel illos item habitus qui nouitate veſtitus religionem mentiuntur quum ob cultum omnia candidatum & ob notam vittæ & priuilegium galeri.* Diſtinguit hic vittam à galero non ratione coloris nam omnis habitus erat candidus ſed ratione differentis ſigni. Nam color albus puritatis eſt index quæ omnibus partibus ineſſe debet: vitta eſt ſacerdotij inſigne teſte Seruio in 3. Æneid. eſt enim ſignum conſecrationis: ideo victima vittis coronabatur Virgil.

Color albus puritatis index.

Vitta ſignum conſecrationis.

Et ſalſæ fruges & circum tempora vittæ.

Sane & ipſis Diis vittæ tribuuntur idem.

Corripuere ſacram effigiem manibuſque cruentis
Virgineas auſi diuæ contingere vittas.

Priuilegiũ galeri.

Vt eorum ſimulacra conſecrata crederentur. galerus autem non cuilibet datur ſacerdoti vt vitta, ideo priuilegium galeri dicitur non vittæ. Nam albo galero fas erat vti flamini tantum Diali apud Romanos: Feſtus albogalerus à galea nominatur: eſt enim pileum capitis quo Diales flamines id eſt ſacerdotes Iouis vtebantur: fiebat enim ex hoſtia alba Ioui cæſa cui affigebatur apex virgula oleaginea. igitur puri & caſti debent eſſe qui admittuntur in hac ſcena partes ſuas acturi multo turpiores hiſtrionicis, nam ſub prætextu Naturæ principiorum eidem conuicium faciunt vtriuſque ſexus pudendum adorantes: & ſic imaginem ſtupri Naturæ affingunt: Arnobius 3. *Habent ergo Dij ſexus & genitalium membrorum circumferunt fœditates quas ex oribus verecundis infame eſt ſuis appellationibus promere.* Per hanc ſtupri imaginem obſcuratur ſacrilegium dæmonis quo deprædatur honorem Deo debitum quem falſis & infamibus ſimulacris aſcribit Tertullianus aduerſus Valentinianos. *Iam ſilentij officium attente cuſtoditur quod tarde inuenitur: cæterum tota in adytis diuinitatis vt ſi paria portarum, totum ſignaculum linguæ, ſimulacrum membri virilis reuelatur* (addo ex Clemente vt ſupra pudendi muliebris) *Sed natura venerandum nomen allegorica diſpoſitio prætendens patrocinio coacta figuræ ſacrilegium obſcurat & conuicium falſis ſimulacris excuſat.* Verum eſt conuicium in hac ſtupri imagine ſed illud excuſatur iurato ſilentio cuius ſimulacrum ſub Harpocratis imaginibus adorarunt. Erant autem recondita hæc ſacra in ciſta vt ſupra in myſteriis Samothracum probaui. Catullus.

Pars obſcura cauis celebrabant orgia ciſtis
Orgia quæ fruſtra cupiunt audire profani.

Hæc ſacra condebantur in ciſta.

Nec contenti fuere hæc in templis colere. Nam & in ſua quiſq; domo ciſtam habebat in qua ſimulacra hæc erant abſcondita Apuleius in Apologetico. *Vel vnius Liberi patris Symmyſtæ qui adeſtis,*

ſcitis quid domi conditum celetis & abſque omnibus profanis tacite veneremini. Quod nam eſſet hoc Symbolum oſtendit Iacchus in prælio nauali quo aduerſus Xerxem Græcis opem tulit: eo enim perterritus Xerxes fugam arripuit Ariſtides in Eleuſinio, τῇ δὲ Ελευσῖνι τοσοῦτον ὠφέλει ὡς οὐκ ἀπόρρητος μόνος ὡς εἰπεῖν διεγένετο, ἀλλὰ καὶ συνειδὼς τῆς ναυμαχίας, ἐξεφοίτα μὲν ὁ ἴακχος συναυμαχήσων: νέφος δὲ ὁρμηθὲν ἀπ' Ελευσῖνος καὶ ὑψωθὲν ὑπὲρ τῶν νεῶν ἐγκατέσκηψεν εἰς τὰς ναῦς ἅμα τῷ μέλει τῷ μυστικῷ. Eſt igitur myſticum membrum. quid mirum ſi conſcius dæmon tam execrandæ turpitudinis & ſacrilegæ ſalſitatis, hæc linguæ ſignaculo conſecrauit & commiſit. Pauſanias paratus hæc myſteria deſcribere per ſomnium admonitus eſt ne hæc arcana retegeret vt ipſe teſtatur in Atticis. Numenius hæc euulgauit ſed ei in ſomniis Eleuſiniæ deæ apparuerunt habitu meretricio ante lupanar proſtitutæ admirantique & cauſas quęrenti tam indignæ turpitudinis reſponderunt iratæ, ſe ab adyto pudicitiæ ſuæ vi abreptas & paſſim prætereuntibus proſtitutas vt auctor eſt Macrobius 1. in ſomnium Scipionis cap. 2. vbi rationem reddit qua religiones iſtæ ad fabulas conuertuntur, quod ſit inimica diuinitati aperta nudaque ſui expoſitio quę ſicut vulgaribus hominum ſenſibus, intellectum ſui vario rerum tegmine operimentoque ſubtraxit, ita à prudentibus arcana ſua voluit per fabuloſa tractari figuris deſendentibus à vilitate ſecretum. Sed verius Arnobius. *Argutiæ ſunt vt apparet atque acumina hæc omnia quibus fulcire ſolenne eſt malas in iudiciis cauſas, quinimo vt verius dicam ſophiſticarum diſputationum colores, non quibus verum ſed imago & ſpecies veri ſemper atque vmbra conquiritur.* Igitur ardua eſt & laborioſa initiationis perfectio Seneca 7. nat. quæſt. cap. vlt. *Non ſemel quadam ſacra traduntur: Eleuſis ſeruat quod oſtendat reuiſentibus: rerum natura ſacra ſua non ſimul tradit: initiatos nos credimus, in veſtibulo eius hæremus: illa arcana non promiſcue nec omnibus patent, reducta, & in interiore ſacrario clauſa ſunt:* Initiati non ideo dignitatem ſacerdotij conſequebâtur; erant enim myſtæ non ſacerdotes dearum: hoc enim certis honorũ gradibus adipiſcebantur. primum enim choreas ducunt: deinde currentes, lampades geſtant Ariſtophanes in Theſmophor.

Cur fabulis hæc myſteria inuoluuntur.

Ordines initiatorum.

Ιερὰν χθονίαις δεξάμεναι
Λαμπάδα κοῦραι ξὺν ἐλευθέρᾳ.
Πατρίδι χορεύσασθαι βοάν.

Hic de pucllis loquitur idem poſt de viris probabitur. poſtremo ad ſacerdotij culmen promouebantur Syneſius in Dione, δεῖ προσόντα μικρὰ ἐπιπλεῦσαι περὶ τῶν μειζόνων καὶ χορεῦσαι, πρὶν δᾳδουχῆσαι, πρὶν ἱεροφαντῆσαι: Chorea motum ſignificat eumque circularem vt tacite intelligatur illa reductio finis ad ſua initia virtute principij ad ſe rem ex ſe procedentẽ reuocãtis: ſunt & ludi in quibus quamdam eſſe notam imperſectionis oſtendi: & lampadem eſſe argumentum formæ naturalis: ſed quod curſu tacito has faces quaſ-

Chorea quid ſignificet.

Quid curſus & taciturnitas ſignificant.

ſabant taciturnitas fidem arguit; curſus, motum quem in expoſitione fabulæ de corde Bacchi vibrato dixi conuenire formæ terreſtri. Statius 4. Syluarum.

Tuque Actæa Ceres curſu cui ſemper anhelo
Votiuam taciti quaſſabant lampada myſtæ.

His tantum ſacris initiari permittit hæc lex Græco ritu: Sed Romæ interdiu non noctu. Nam ſine ſacris initiari nemo poteſt: at ſacra nocturna prohibentur, mulierum ſeparatim à viris excepto Bonæ Deæ peruigilio, & coniunctim: quia æquæ periclitatur pudicitia matronarum. Hoc Græci non timuere ſed affectauere, deliciis fracti, & voluptatibus ita effœminati vt facile fuerit Romanis eis libertatem eripere quam diu ante vitio ſubiecerant. Romani igitur ab initio duriores ſed tandē eodē modo ſuccubuere quo alios proſtrauerūt, mollitie & diſcordia. Ergo Romæ interdiu initiabātur vt hic Tullius teſtatur. Sanctiora habebātur Eleuſinia Romanis licet idē ritus eſſet: ideo Auguſtus in Attica maluit initiari Suetonius in eod. *Nāque Athenis initiatus cum poſtea Romæ pro tribunali de priuilegio ſacerdotū Cereris cognoſceret & quędā ſecretiora proponerētur dimiſſo cōcilio & corona circumſtantiū ſolus audiit diſceptantes:* At Nero non eſt auſus accedere ad hæc initia idem in Nerone. *Peregrinatione quidem Græcia Eleuſiniis ſacris quorum initiatione impij & ſcelerati voce Præconis ſubmouerentur, intereſſe non auſus eſt.* Auguſtus ſane ad imitiationem Herculis & Caſtoris Polluciſque initiari voluit. Atqui dictum eſt ſolos indigenas his myſteriis initiari (quaſi vero religio & principij ratio alicui loco deuinciatur). Verum iis quæ Eumolpus inſtituerat non conſecrabantur extranei; ſed nouo genere myſterij inſtituto, ſuſceperunt principes quibus id negare periculum erat. Id autem eo ardentius expetebatur quo certius ex fide credebatur initiatos omni moleſtia leuari, & diſſoluto compoſito, non fieri vmbras ideoque non volutari in cœno nec in tenebris id eſt non euaneſcere ſubſtantiam redeunte parte materiali ad ſuum principium Ariſtides ibid. οὐδ' αἱ τῆς ἐκ τοῦ παρεστῶτος χρόνου δυσκολιῶν λύσεις καὶ ἀπαλλαγαὶ ἀλλὰ καὶ τὸ περὶ τῆς τελευτῆς ἡδίους ἔχειν τὰς ἐλπίδας ὡς ἄμεινον διάξοντας καὶ οὐκ ἐν σκότῳ τε καὶ βορβόρῳ κεισομένους ἃ δὴ τοὺς ἀμυήτους ἀναμένειν: De his Seneca in Herc. fur. *His datum ſolis minus vt timerent*

Sacra Cereris Eleuſi quam Romæ ſanctiora erant.

Ab Eumolpo ſacris inſtitutis ſoli indigenæ initiabantur.

Cur mors terribiliſſima.

Igne prælato reuelare noctem.

Ideo mors terribiliſſima eſt ob animalis imbecillitatem Ariſtot 3. ethic. cap. 6. quia timet in nihilum redigi quod ex nihilo factum eſt Chriſtiani credunt ex nihilo facta omnia, in nihilum tamen non redigi ſed immortale manere quod in ea natura creatum eſt: at infidæ animæ & impiæ timent primam materiam quam ſuum eſſe principium ſaltem ſuſpicantur: ideoque hęc omnia nihil eſſe pręter pulucrem hinc illud Epigramma.

Πάντα γέλως καὶ πάντα κόνις καὶ πάντα τὸ μηδέν·
Πάντα γὰρ ἐξ ἀλόγων ἐστὶ τὰ γιγνόμενα.

Ergo initiatorum animæ non grauantur, nec perenut: Crinagoras 1. Epigramm. capite. Εἰς εὐσεβείαν

Priuilegiū initiatorum.

Εμπης Κεκροπίης ἐπιβήμεναι ὄφρ᾽ ἐν ἐκείναις
Δήμητρος μεγάλας νύκτας ἴδῃς ἱερῶν
Τῶν ἄπο κἂν ζωοῖσιν ἀκηδέα κεῦτ᾽ ἂν ἵκηαι
Ες πλεόνων ἕξεις θυμὸν ἐλαφρότερον.

Quid ſibi vult quum ait magnas noctes? an ad differentiam breuium noctium? Sane differentia temporis non diſcindit hæc ſacra inter ſe nec magnum reſpondet breui ſed paruo. Quia myſteriorum alia ſunt magna & vera ab Eumolpo inſtituta: alia non Eumolpus ſed Orpheus inuenit à quo ad Thebanos à quibus ad Athenienſes peruenerunt: Vnde dicitur hæc myſteria docuiſſe, Athenieſ̃es quę nō Eleuſi ſed Athenis fiebāt Ariſtophanes in ranis.

Quędam parua myſteria Orpheus inſtituit quę non Eleuſi ſed Athenis procurabātur in honorem Bacchi.

Ορφεὺς μὲν γὰρ τελετάς θ᾽ ἡμῖν κατέδειξε.

Quamuis autem minora ſub initium veris agerentur: maiora ſub initium hyemis circa Autumni finem; non tamen eodem anno percipiebantur ſed inter vtraque ad minimum annus erat: Quia Dionyſij myſteria ſingulis trienniis celebrabantur: at Eleuſinia ſingulis annis licet non perficeretur initiatio niſi quinquennio: Audiamus Scholiaſtem Ariſtophanis qui in Pluto minora tribuit Proſerpinæ, μεγάλα καὶ μικρὰ μυστήρια ἐτελοῦντο ἐν Ελευσῖνι τῆς Αττικῆς, μὴ ὄντων δὲ πρότερον μικρῶν ἐλθόντος Ηρακλέους καὶ θέλοντος μυηθῆναι ἐπειδὴ νόμος ἦν Αθηναίοις μηδένα ξένον μυεῖν, αἰδεσθέντες τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν καὶ ὅτι φίλος τε ἦν τῆς πόλεως καὶ υἱὸς τοῦ Διὸς, ἐποίησαν μικρὰ μυστήρια ἐν οἷς αὐτὸν ἐμύησαν. ἦσαν δὲ τὰ μεγάλα τῆς Δήμητρος: τὰ δὲ μικρὰ Περσεφόνης τῆς αὐτῆς θυγατρός. Verum Eleuſi agebantur in honorem Proſerpinæ: at in arce Athenienſium Dionyſij erant: Hæc ſunt illis vetuſtiora; vt infra patebit: ſed loci ratione & numine differunt: minimum tamen quod Bacchus & Pluto idem ſit qui cum Proſerpina coniugatam habet diuinitatem: ideo Eleuſiniis Bacchi ſacerdos pręſidebat vt teſtatur idem in ranis. παρὰ ταῖς θεαῖς προεδρίᾳ ἐτετίμητο ὁ ἱερεὺς τοῦ Διονύσου.

Alia parua Eleuſi in honorē Proſerpinæ.

Hæc religioſa lex qua indigenæ tantum admittuntur per tot annos obſeruata cœpit violari primum à Demetrio Poliorcete qui voluit initiari non tantum minoribus ſed & maioribus in quibus erant recondita illa ſacra quæ ἐποπτικὰ ab ipſo arcano aſpectu dicebantur Plutarch. in Demetrio. ὁ δὲ Δημήτριος ἀναζευγνύων εἰς τὰς Αθήνας ἔγραψεν ὅτι βούλεται παραγενόμενος εὐθὺς μυηθῆναι καὶ τὴν τελετὴν ἅπασαν, ἀπὸ τῶν μικρῶν ἄχρι τῶν ἐποπτικῶν παραλαβεῖν. τοῦτο δὲ οὐ θεμιτὸν ἦν, οὐδὲ γεγονὸς πρότερον: ἀλλὰ τὰ μικρὰ τοῦ Ανθεστηριῶνος ἐτελοῦντο: τὰ δὲ μεγάλα τοῦ Βοηδρομιῶνος: ἐπώπτευον δὲ τοὐλάχιστον ἀπὸ τῶν μεγάλων, ἐνιαυτὸν διαλιπόντες. Hic manifeſtum eſt mendum. vult enim annum cedere inter ſacra parua, & epoptica & quia à paruis incipiendum eſt, certum eſt, annum non à magnis ad parua ſed à paruis ad magna computandum eſſe. Igitur legendum non μεγάλων ſed μικρῶν Hæc parua

Quis primus legem maiorū Eleuſiniorum violauit.

Emendatur Plutarchus.

duodecimo die menſis Antheſterionis erant in vrbe Thucidides.2. τὰ γὰρ ἱερὰ ἐν τῇ ἀκροπόλει καὶ ἄλλων θεῶν ἐστι καὶ τὰ ἔξω πρὸς τοῦτο τὸ μέρος τῆς πόλεως, μᾶλλον ἵδρυται· τό τε τοῦ Διὸς Ὀλυμπίου καὶ τὸ Πύθιον καὶ τὸ τῆς γῆς καὶ τὸ ἐν Λέμναις Διονύσου, ᾧ τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια τῇ δωδεκάτῃ ποιεῖται ἐν μηνὶ Ανθεστηριῶνι. Hic antiquiora vocat Dionyſia, non quod priora ſint maioribus myſteriis ſed Proſerpinæ quæ minora ſunt Eleuſinia : & tamen prius ſunt ſumenda ſacra Proſerpinę licet poſteriora ſint : an quia gratia prælustrationis aguntur ? Scholiaſtes Ariſtophanis. μυστήρια δὲ δύο τελεταὶ, τοῦ ἐνιαυτοῦ Δήμητρι καὶ Κόρῃ τὰ μικρὰ καὶ τὰ μεγάλα : καὶ ἔστι τὰ μικρὰ ὥσπερ προκάθαρσις καὶ προάγνευσις τῶν μεγάλων : Qui hoc ſentiunt cum hoc ſuo auctore labuntur : nam prælustratio non eſt quæ peregrinos admittit, non vt demum integra purificatione conſecrentur; ſed abſoluitur ibi peregrinorum conſecratio. At reuera parua myſteria per Orpheoteleſtas ſancita, quaſi præpiationes ad magna conducũt quibus nõ peregrini ſed ciues & indigenæ, nõ Eleuſi ſed Athenis, non Proſerpinæ ſed Dionyſio cõſecrabãtur. Magnis autem myſteriis initiati non tantũ animo & corpore conſecrabãtur ſed & veſtibus quibus tum induti erant vt Ariſtophanes his verſibus innuit.

Antiquiora Dionyſia.

Error animaduerſus.

Initiatorũ, non tantum animæ & corpora ſed etiã veſtes conſecrabantur.

Καρ. Τὸ τριβώνιον δὲ τί δυνάσθαι πρὸς ταῖν θεαῖν:
Ὃ φέρει μετὰ σοῦ τὸ παιδάριον τουτί: φράσον
Δι. Καὶ τοῦτ' ἀναθήσων ἔρχομαι πρὸς τὸν θεόν
Καρ. μὴν οὖν ἐμυήθης δῆτ' ἐν αὐτῷ τὰ μεγάλα

Vbi interpres παίζει πρὸς τὸν Ελευσίνιον νόμον : ἔθος γὰρ ἦν ἐν οἷς τοῖς ἱματίοις μυηθείη, εἰς θεοῦ τινὸς ταῦτα ἀνατιθέναι, ὥσπερ δηλοῖ καὶ Μελάνθιος ἐν τῷ περὶ μυστηρίων, πάτριόν ἐστι ταῖς θεαῖς ἀνιεροῦν καὶ τὰς στολὰς τοῖς μύσταις ἐν αἷς τύχοιεν μυηθέντες: Et recte ex auctoritate Melantij probat has veſtes eſſe conſecrandas deabus male tãmen ibidem paulo poſt ait ab eo tempore quo initiati ſunt myſticas illas veſtes numquam deponere. Nam aliud ſentit Poëta introducit enim quemdam cuius pallium detritum puer geſtabat vt in templo ſuſpenderetur : alter ab eo quærit num ſit initiatus magnis myſteriis quaſi hoc ſoleat ab iis fieri. In Samothracia autem initiabantur cum veſtibus purpureis vt reges aut alij cum tęniis eiuſdem coloris quibus ventrem circumcingebant : in quibus tanta vis diuinitus infuſa credebatur vt à naufragio liberarentur initiati quemadmodum Vlyſſes aut à tumultu & ſeditione furentis populi vt Agamemnon qui veſtis purpureæ ornamento cum eſſet initiatus exercitum tumultuantem compeſcuit Apollonius 1. Argonaut. refert Argonautas Orphei conſilio in Samothraciam nauigaſſe quã vocat inſulam Electrę Atlantidis vt inſtructi legibus quibus ſanctę fiunt initiationes ſecurius nauigent.

Veſtes initiatorum ſuſpendũtur deabus.

Ἑσπέριοι δ' Ὀρφῆος ἐφημοσύνῃσιν ἔκελσαν
Νῆσον ἐς Ἠλέκτρης Ἀτλαντίδος ὄφρα δαέντες.
Ἀρρήτοις ἀγανῇσι τελεσφορίῃσι θέμιστας.
Σωότεροι κρυόεσσαν ὑπεὶρ ἅλα ναυτίλλοιντο.

ſub

Scholiaſtes ibi, τὰς τελετὰς λέγει τὰς ἐν Σαμοθρᾴκῃ ἀγομένας· ἃς εἴ τις μυηθείη ἐν τοῖς κατὰ θάλασσαν χειμῶσι διασώζεται. καὶ Ὀδυσσέα δὲ φασι μεμυημένον ἐν σαμοθρᾴκῃ χρήσασθαι τῷ κρηδέμνῳ ἀντὶ ταινίας. περὶ γὰρ τὴν κοιλίαν οἱ μεμυημένοι ταινίας ἅπτουσι πορφυρᾶς. καὶ Ἀγαμέμνονα δὲ φασι μεμυημένον ἐν ταραχῇ ὄντα πολλῇ κατὰ Τροίαν διὰ ἀκαταστασίαν τῶν ἑλλήνων παῦσαι τὴν στάσιν πορφυρίδα ἔχοντα. Aptior ſane hic color eſt myſteriis Cabirorũ qui ſanguinis habet imaginẽ quẽ tãtopere ſitiebant vt ne à fratris quidã cęde potuerint abſtinere. & audent nihilominus promittere his cruentis myſteriis ſe liberaturos etiam à furore vt teſtatur Ariſtophanes & eius Scholiaſtes in comœdia cui titulus eſt σφῆκες: imo & à quocumque malo & periculo vt Scholiaſtes Apollonij teſtatur ibidem ex auctoritate Ariſtophanis, ibi citati redeo ad myſteria Attica. Ex lege religionis iſtius anno poterant Dionyſiis initiari & quinto nimirũ poſt biennium à Dionyſiis computandum Theſmophoriis Seneca vtrumque coniunxit.

Nos Cadmeis orgia ferre
Tecum ſolitæ condita ciſtis
Quum iam pulſo ſidere brumæ
Tertia ſoles euocat æſtas
Et ſpicifera conceſſa dea
Attica myſtas claudit Eleuſin.

Sed apertius de Eleuſiniis & de quinquennio iis pręſtituto loquitur, his in verſibus vbi etiam longę noctis meminit quam magnam melius appellaſſet quum hyemales ſint longiores.

Quantus Eleum coit ad Tonantem
Quinta quum ſacrum reuocauit æſtas
Quinta quum longæ redit hora noctis
Creſcere & ſomnos cupiens quietos
Libra Phœbæos tenet æqua currus
Turba ſecretam Cererem frequentat
Et citi tectis properant relictis
Attici noctem celebrare myſtæ.

Prætermittam quod ait de adoratione membri virilis ſacri Dionyſio interpres Ariſtophanis in Acharnais quia non pertinet ad hęc initia Reſoluendum eſt ex terra quã primę materię & omnium rerũ creatricis ignari iſti ἀθέολογοι nomine intellexere corpora ſumpſiſſe initia ſua & ex ſole. Iuriſconſulti in hac re legem Cereris ſeruauere. Nam terrę cedũt etiã aliena ſi ab ea ceperint alimentum vt plantę & frumenta l. qua ratione ff. de acquir. rer. dom. & ſic alieni frumenti fit Dominus is cuius eſt terra, quod ius ſoli dicitur quo fructus percipitur non ex iure ſeminis l. qui ſcit in prin. ff. de vſur. vel ius corporis id eſt ſubiecti d. l. qui ſcit. §. 1. Nam licet in ſemine ſit quædam ratio principij tamen illud eſt in priuatione ſecundum generationem, quum materia aut ſubiectum ſit ſubſtantia ſecundum compoſitum. *Ius ſoli ſeu ſubiecti.*

AXIOMATA.

NOX eſt ſignum principij, quietis, & nihil ex quo omnia à Deo creata ſunt. Et die antiquior eſt vt materia prior eſt forma naturali. mundus vero quod ſit compoſitus ex materia & forma ortum habuit ab iis principiis quæ à Deo ex nihilo facta ſunt ad hoc vt eſſent Naturæ principia.

NOCTVRNA ſacrificia Græcis & Barbaris ſanctiora ſunt maxime Bacchi cuius ſub ſpecie dæmon diuinitatem Chriſti cum humanitate coniunctam ementitus eſt, ſub Pallade vero diuinitatem tantum: vtrique angues appinxere in Symbolum fictæ diuinitatis & in hominem occupatæ tyrannidis.

NOCTVRNA ſacra Romanis propter mulierum pudicitiam ſuſpecta fuere: ideo prohibentur mulierũ ſacra nocturna excepto Bonæ Deę ſacro quæ ante Romã cõditam in Italia colebatur: tũ Romuli conſtitutione recepta eſt exploſis aliis nocturnis: hoc publicum eſt quia fit pro vniuerſo populo, non populare: quia non fit ab omnibus ciuibus ſed tantum à matronis. Nomen eius nefas eſt in vulgus efferri ſicut nec nomen Demogorgonis id eſt terroris omnium qui ſub imagine ſerpentis oſtenditur id eſt fictæ diuinitatis. Nomen myſticum Bonæ Deæ eſt Eua mater Bacchi & libertatis quæ per vini ſignum oſtenditur præcipue tamen diuinitatis: hæc male Nympha eſſe creditur, quia eſſet mortalis: male virgis myr-

teis

teis cæſa ob vini potum: Nam myrtus ob veneris impuritatem eiicitur non à Græcis qui initiatos Baccho aut Proſerpinæ coronabant myrto quod Bacchus ſit pater libidinis: Proſerpinæ autem ſacra eſt quod fructū non ferat: veneri autem quod ſemper ſit viridis. nefas autem eſt viro videre oculis ne quidem imprudentibus hoc ſacrum, quia à patre in formam ſerpentis mutato, violata eſt, id eſt à Diabolo ſub hac ſpecie, Euæ innocentia temerata eſt: ideo Draco appinguitur Bonæ deæ vt arguatur eius diuinitas quam ex illo ſcelere cōſecuta eſt.

Lactis nomen, principij fictionem habet, non veritatem: quia lac eſt principium alimenti: quod tamen in ſola Eua non eſt, ſed in qualibet matre. Eua non eſt principium quia ex viri corpore nata eſt, vnde fit vt vxor filiæ loco penes virum ſit: tamen vt verum principium inducitur non generationis ſed libertatis, quia mulier, prima cauſa eſt huius libertatis exitioſæ & defectionis à Deo: fictio autem vaſis mellarij ſignum eſt dulcedinis, illius libertatis quæ per vinum in eo contentum indicatur. in ſemine autem mulieris eſt principium non tantum patiētis ſed etiam agentis motionis. hæc Bona Dea, eſt Dea primæ materiæ & Maieſtatis: quæ omnia ab antiquitate, cui conuenit imperium ratione principij & paternæ auctoritatis vnde regia eſt cuius vis tanta eſt vt à mortis periculo hominem ſeruet: non quod ex neceſſitate tempus augeat virtutem ſed quod augere poſſit: vnde ſceptrum ei datur vt reginæ: nam regium imperium natura datur ratione ætatis & ſapientiæ: ſenectuti enim debetur honos, im-

perij ratione prudentiæ : ideo cani finguntur etiam à iuuentute qui prudenter imperia rexere & principes ſeniores dicuntur non ab ætate ſed dignitate & prudentia, vt iuuentus anticipata prudentia, pręmio fruatur Senectutis: hęc dea vxor Vulcani dicitur, quia illa materiam hæc formam ex vi ignis oſtendit : illa Maia dicitur à magnitudine potentiæ non molis; ideo Maij Kalendis ei & Vulcano res diuina fiebat, & idibus eiuſdem menſis miniſtri Maieſtatis inibant magiſtratus: ſed myſtica ratione Saturnus eius maritus dicitur vt intelligatur omnia ex materia cópoſita initium temporis habuiſſe.

MATERIA imperio formæ cedit & deſinit eſſe principium in compoſito: forma quoque in compoſito non eſt principium, pars tamen eſt imperioſa quia eſſentiam actu dat: vt materia ſic Maieſtas communicata frangitur: ſic Bona dea vt materia vel Maieſta maris acceſſum auerſari videtur. materia autem eſt ſubſtantia non priuatio niſi per accidens id eſt reſpectu formæ, nec appetit per ſe id eſt in eſſe indefinito & vniuerſali ſed per accidens nimirum ratione formæ vt eſſe ſingulare & proprium accipiat : ea extra cópoſitum eſt incorruptibilis : at hæc, id eſt in compoſito corruptibilis eſt non per ſe ſed per formæ fluxum aut receſſum. quamquam autem prima materia immortalis ſit, ortum tamen habuit quia ex nihilo facta eſt.

FORMÆ auctoritas, materiæ dominium ad ſe trahit ſi naturalis æquitas non repugnet ſcilicet ſi bona fide & ſuo nomine, poſſeſſor impoſuit formam. Nam generatio per formā ſimilis eſt crea-

tioni ideoque in ea eſt imago creatoris & naturam operis afficit à cuius lege prædo alienus eſt: tum prædoni ius naturæ contra naturæ æquitatem prodeſſe non debet,& innocenti nocere.ideo autem ſuo nomine acquirit; quia dominium & iuſta poſſeſſio acquiri debet actu corporis & animi:ideo ſi vel conſenſu dominorum vel caſu,materiæ cõfuſio alteram ſpeciẽ fecerit, eſt cõmunis, non eius qui fecit ſed eorum quorum erat ante: hæc in duobus principiis quæ partes in compoſito conſtituunt: aliud in accidente quod abſolute cedit ſubſtantiæ ſine qua nihil eſſet: at materia ſine forma ſubſiſtit; ideo acceſſiones etiam mala fide applicatæ, ſubiecto cedunt,ita tamen vt nulla fiat iniuria Domino priori: quia ei cuius erat acceſſio, datur in factum actio ad æſtimationem, vt vel adiectum corpus æſtimetur vel manus pretium,aut ſi ſeparari poſſit acceſſio condicatur vel ad exhibendum agatur vt ſeparetur à principali, vt vindicari poſſit: niſi in tigno iniuncto, quod lex xij tab. vetuit ſeparari per quam prior Dominus tigni non amittit ciuile dominium licet naturale iure acceſſionis ad Dominum principalis pertineat: tamen in eum qui ſciens iniunxit decernitur à Prętore vtilis vindicatio (non in tignũ quia etiam prędo natura Dominus factus eſt ſed ad æſtimationem) aut ad exhibendum actio quæ etiam non Domino poteſt competere.

Materiæ dominium potentia non amittitur ſed ædificium ex materia conſtructum cedit ſolo ita vt eo deſtructo poſſit à Domino vindicari niſi mala fide ædificauerit aut donauerit. cedit autem ædificium ſolo non vt materia formæ

ſed vt accidens ſubſtantiæ ideo licet reuerti poſſit ad materiam cedit ſubiecto quia non conſideratur vt materia ſed vt ſuperficies quæ multum à ſubſtantia differt, & à materia,& à forma:ſolum pars ædium eſt in compoſito, per accidens ædificationis, quæ eſt ab arte & accidente, at ſolum à natura tantum quod ante cōpoſitum,ſubiectum eſt: ſublato autem ædificio redit ad ſuam naturam, vt pars eſſe deſinat rei non exiſtentis.

IN COMPOSITO ex materia & forma, dominium eius eſt qui formam dedit ſi vera ſit & ita vincat materiam vt ad initia ſua ſine corruptione redire non poſſit, alioquin materia formæ dominatur quia tunc vera forma non eſt forma ſed qualitas quædam & paſſio ſeu diſpoſitio materiæ quæ non tollit dominium materiæ niſi conſenſu Domini: vel niſi forma perfecta ſit:nam ante perfectionem etiam in ipſo actu,materiæ dominium remanet: pars autem compoſiti, parti non cedit niſi vim totius habeat, quo caſu non cedit vt parte ſed vt toti, quod propriam habet formam ſeu qualitatem: quia tunc non poteſt niſi loco partis haberi: ſed ſi totum non habeat vim propriam & pars aliena diſtingui ab eo poſſit vtrumque remanet in eo iure in quo erat ante coiunctionem: ſecus ſi vnum ab altero diſtingui non poſſit: tunc enim pars quæ acceſſit, totius magnitudine & ſimilitudine conſumpta intelligitur.

MATERIA non cedit formæ vt pars parti ſed vt eſſentiæ totius, nec facit eius partem: quia eſt indiuidua,ſed partem compoſiti. Corporum vniuerſitas ex diſtantibus partibus compoſitorum, non habet abſolute definitum numerum, ſed ne-

gatiuè: ſi tamen ad numerum redacta ſit, à quo non poſſit incipere fingitur viuere forma in reliquiis vt ipſæ reliquiæ conſeruentur (quod etiam in vniuerſitate ex cohærentibus partibus obſeruatur) ei cui ius erat in rem integram.

Domo deſtructa qualitas, in domum extinguitur vt vſusfructus non qualitas ſoli quia naturalis eſt: manet tamen domus proprietas, quia ius eſt quo tota ſubſtantia continetur, niſi teſtator domum legatam deſtruxit: tunc enim tacite ademiſſe cenſetur: ſecus ſi caſu conſumpta ſit: vel ſi ipſe teſtator adiecerit legato: potius enim ampliaſſe videtur quam ademiſſe: vt ſi aream legatam ſpecie vindicationis, inædificauit: quia cedit areæ ædificium: at ſi per damnationem, eo quod cedit ſolo & ſolum eſt heredis antequam tradat illud legatario, peti non poteſt licet reduci poſſit ad aream, quæ ratio locum non habet in legatario quia non eſt Dominus: idem in aliis in quibus teſtator adiecit etiam naturam rei transformando, niſi non tantum formam ſed & materiam diſſoluerit & corruperit. At ſi ab alio quam teſtatore res mutata eſt, diſtinctio dominantis aut victi principij adhibenda eſt.

Servitvtes prædiales quæ in ſuperficie conſiſtunt, ſublata ſuperficie directo tolluntur: quia ſubiectum quo inhærebant ſublatum eſt: ſed per vtilem actionem reſtituuntur, per quam fingitur idem eſſe quod non eſt, ſi reſtitutæ fuerint ædes. At perſonales extinctæ non reſtituuntur: quia illæ perpetuam cauſam habent: hæ ſunt temporariæ: vt ſi domus vſusfructus legatus ſit quæ poſtea deſtructa ſit licet demum reparetur, non re-

nouatur ſeruitus,niſi proprietarius id fecerit:quo caſu nihilominus extinguitur vſusfructus ſed actione ex teſtamento vel de dolo nouum vſumfructum cedere tenetur:at ſi vſusfructus areæ relictus ſit quæ poſtea inædificata ſit, interim ceſſat vſusfructus, ſed ſuperficie ſublata reſtituitur ipſo iure non vtili ſeu extraordinem : quia retro fingitur non ædificata : differentiæ ratio eſt quod forma domus eſt artificialis ideo vt & prædialis ea ſublata extinguitur : at forma areæ naturalis ideo potius occupatur quam mutatur eius natura nó vt ſiluæ cuius natura mutatur ſi in aruũ redigatur quia licet in ſolo poſita ſit,nó tamẽ eſt ſolũ ſed multitudo arborũ ſolo inhærentiũ quæ vere ſunt ſuperficies : ideo illis ſublatis tollitur ſyluæ forma & proinde vſusfructus : vitibus autẽ licet arbores ſint ſublatis forma non mutatur, quia eadem manet natura rei quæ erat id eſt aruum: nam vineæ etiam arari poſſunt licet non aratro ſed non ſecus ac aratro terra ferro mouenda & gleba inuertenda eſt quod in ſylua non deſideratur.

PICTVRA cedit tabulæ vt accidens ſubſtantiæ: Nec obſtat eius excellẽtia quia artis pręſtãtia Naturæ legem violare non poteſt ; Iura enim etiam ciuilia non conſtituuntur gratia alicuius ſpeciei ſed generaliter in omnes ſpecies diffunduntur: pretium tamen artis à poſſidente pictore ſeruatur per exceptionem, vel ſi non poſſideat datur ei à Prætore in factum actio in ſubſidium. Spica autem non eſt ex eſſentia frumenti,nó magis quam putamen nucis:aut cortex arboris, ideo licet frumentum ex alienis ſpicis excuſſum ſit,non fit eius

qui excuſſit, licet ad ſpicam reuerti non poſſit: quia ſpica non eſt frumenti materia.

Imperivm formę ex Deo eſt quia ipſe eſt, Idea ſeu exemplar omnium formarum licet vnum & ſimpliciſſimũ ſit ſed vi infinitæ ſuæ perfectionis & Ideæ rem vnam quãque perfecte reprę ſentat ac ſi eſſet forma ipſa ſingularis in compoſito: quod nec Plato nec Ariſtoteles intellexere: ille ſentiendo ideas ſeparatas, per ſe ſubſiſtere extra Deum: hic nihil eſſe per ſe ſed per intellectum abſtrahentem ab ipſis rebus. In naturalibus autem & Artificialibus hæc differentia eſt; quod naturalia ab initio inſint: at in artificialibus in quibus forma à natura diſtinguitur, quia ex conſenſu hominis pendet, naturalia ex poſtfacto adiici poſſunt ex mutuo conſenſu, in bonæ fidei iudiciis, quæ ſic dicuntur non quod in omnibus bona fides obſeruanda non ſit, ſed quod abſolute pendeant ex mutuo conſenſu partium etiam tacito quem Iudex poteſt ex bono & æquo interpretari: at in ſtrictis iudiciis poteſtas iudicis adſtringitur formulis: in quibus forma natura & eſſentia idẽ ſunt, ideoque nec ab initio, nec ex poſt facto mutari poſſunt nudo cõſenſu: quia ex ciuilis iuris cõſtitutione, nõ ex volũtate dependent: at poſſunt lege, vel Senatuſconſulto, vel cõſtitutione quibus conſtat iuris ciuilis auctoritas: & ſic pactum appoſitum circa Naturam contractus bonæ fidei, etiam ex interuallo parit actionem ex natura cõtractus non ex ſe: idem ſi ab initio, etiam pręter naturam adiiciatur, : quia informat actionem & ſic ex forma non ex natura contractus actio naſcitur. In contractu autem innominato datio vel factum ſi-

mul cum pacto inchoat contractum; ideo ratione habita ad hoc initium, pactum dicitur ſed abſolute contractus eſt ex quo datur condictio certi ſi quid datum ſit modo reddi poſſit: aut incerti ſi non poſſit vel ſi à facto cœperit, quæ eadem eſt cum præſcriptis verbis in id quod intereſt.

LVDVS eſt ſignum imperfectionis in materia formā appetente: ludit enim Natura in floribus, foliis & iis quæ fructum antecedunt & comitantur, quæque ſemper ex cupiditate materiæ naſcũtur: ea mater ſeu matrix eſt prægnans bonorum omnium quæ beant homines vnde bona dicitur. Muſica vero cœleſtis potentiæ argumentum eſt, nó infernalis: quia infernæ poteſtates carminibus magicis moueri ſe fingunt, non muſica. Summa autem eſt inter Bonam Deam, & Cererem ſocietas: nam vtrique noctu ſacrum fiebat eadem ratione quod nox Symbolum eſſet æterni principij & nefariȩ voluptatis integumentum. Hoc vnum initiandi genus conceditur Cereri nempe primis Eleuſiniis, cȩtera prohibentur (ne prætextu diuerſæ initiationis diuerſitas religionum induceretur) Cereri etiam ſicut Bonȩ Deæ porca immolabatur quod ſit fœcundiſſimum animal ſic materiæ conueniens, tum expiatorium vt pura ſint rerum principia: in quibus tamen impuritas arguitur quia ſuperflua eſt expiatio niſi ſit contracta pollutio.

INITIA propter cognationem ſeu vnitatem principij ſummi communia ſunt: lege tamen ciuili nec ratione nec oratione mouenda, vt quæ inter ciues recepta ſunt peregrinis nó communicentur nec ciuibus liceat peregrina venerari. Vis

autem.

autem initiorum ea eſt vt perfecti reddantur initiati & ad eum ſtatum reducantur in quo erant ante corruptionem Naturæ, videlicet reſtituantur ſuo principio id eſt Deo: ſed ante purganda eſt materiæ colluuies: quia ſenſus inſtrumentis ſuis inſinuat in animam ſordes exteriores quibus vtpote agnatis materiæ, potentia corporis delectatur, eaſque quaſi iure ſocietatis ad animam tranſmittit, cum qua ita connectitur, tandemque in eam deſcendens, efficit vt aſſentiatur & quaſi conſpiret cum parte viliori in ſui perniciem & in inceſtuoſum adulterium quod imaginationis lenocinio committitur per quam vt ſubeunt in animam pollutiones ſic ineũte Deo expiationes inchoantur.

Sebazia ſunt Bacchi qui quum infans eſſet ludicris quibuſdã deceptus eſt Titanum fraude à quibus diſcerptus & id eſt homo recens natus ſub ſpecie quaſi pactæ licentiæ quæ per ludum puerilem repræſentatur. Titanes ſunt immundi ſpiritus quos in ſui pulcritudinem raptos ſuperbia perdidit, vt ex Dei filiis in terræ prolem degenerauerint: ſignum huius myſterij eſt ſerpens, dignum auctore ſuo, Titanum principe, qui & ipſe ſerpens eſt hic pater eſt Tauri ſeu Bacchi, Taurus ſeu Bacchus pater draconis: Taurus eſt ſignum libidinis & intemperantiæ: Draco diuinitatis: hic quum Deus eſſet Deum peperit ſeu Bacchum patrem libidinis ex inceſto cum filia congreſſu id eſt prima muliere quam filiam vt Deus ſuam eſſe mentitur: ex Tauro, viciſſim draco natus eſt id eſt ex peccato Diabolus, adulterinæ diuinitatis compos factus eſt & adoratus.

SAMOTHRACVM Dii ſunt cœlum & terra quæ formæ & materiæ vim habent vt principia Naturæ quæ & initia dicuntur quia ineunt compoſitum, ſed ſi vt principia ſumuntur, in ſe ſunt, non in ineundo. His duobus principiis tertium adiicitur: vnde tres Cabiri adorantur quorum vnum duo fratres occiderunt id eſt materia & forma ſimul priuationem tollunt & viciſſim priuatio formam corporis quæ obnoxia eſt interitui & priuationi, priuatio autem tollitur ratione compoſiti non ratione compoſitionis: tollitur & potentia quæ accidit materiæ vt habitudini ad formam, non ea quæ ei ineſt eſſentialiter vt principio compoſiti. Sic oſtenditur in hoc tertio principio in quo imago nihili eſt, creationis Natura, quæ ex nihilo eſt productio: Ceres eſt materia, Proſerpina eſt priuatio: Pluto ſeu Bacchus eſt forma, qui ſemen humatum rapit in quo priuatio eſt futuræ formæ: luget filiam Ceres corruptam, & eam quęrit quia ad initia ſua redire tẽtat id eſt ad alterum ſemen quod naſcitur ex perfectione compoſiti: formæ igitur diſſolutorum compoſitorum euaneſcunt, materiæ corrumpuntur, & medio corruptionis in ſui principia reſoluuntur vt poſtea ex iis aliæ eſſentiæ reparentur: ideo compoſitorum duo ſunt tantum principia, materia & forma, ſed compoſitionis principium vnum eſt intrinſecum generationi ſcilicet priuatio: accidens autẽ eſt compoſito: ideo materia magis accedit ad vnum numero quia & principium eſt ante compoſitum & poſt pars eſt compoſiti: & quoniam materia infima eſt omnium, forma ſumma & perfectiſſima: ideo non fit vno momento generatio, ſed

per tempora, non ex infirmitate formæ ſed materiæ, quæ niſi præparata, incapax eſt tanti boni: ſed hoc in naturis compoſitis in quas Deus agit per media principiorum naturalium: at in intellectualibus agit per ſe, & vno momento.

Natvræ principia & finis in ſe, perfecta ſunt, eorum media imperfecta quia pendent ex principiis & ad finem peruenire contendunt: ſemen autem eſt vltimus effectus diuinę virtutis: in mente autem ſemen non eſt ſed vis ſimilis ſemini quæ eſt à ſpiritu ſancto quo exſurgit ad intellectuale principium: mens in infante & furioſo perfecte agit: licet in puero imperfectus ſit adhuc ſenſus communis: in furioſo, temeratus: agere menti eſt intelligere quod fieri non poteſt ſine imaginatione: quæ duplex eſt, vna qua homo vi rationis ad ſuperiora conuertitur, & hæc etiam in infante eſt; ſed altera magis agere videtur quæ tendit ad inferiora ideo infima eſt & medium animalis illa autem ſuprema, medium hominis: hinc duplex ſurgit cognitio, animæ & animalis: illa eſt in eo qui conuertitur ad Deum nec miſcetur compoſito: hæc in compoſito eſt & originem habet à ſenſu licet ratione perficiatur.

Potio ex variis rebus compoſita quam Baubo Cereri obtulit eſt delicium inſitum materiæ vt eius voluptate forma capta in eam deſcendat (vt anima in corpus quæ fati neceſſitate ex cœlis in hanc materiam deuolare credebatur) in eaque detineatur ſuauitate carnis, cuius illecebris inescata, & eâ tamquam ſui idolo delectata, ſi profundius amor inhæſerit, ſui pereuntis obliuiſcitur ſuæ originis & excellentiæ (vnde poculum obli-

uionis appellatur) ſemen mentis ſuffocatur: ideo anima quæ ad cœlum redire debebat, tendit ad Plutonem Idolis gaudentem & tenebris: huius antidotum dolor eſt & afflictio cuius vi excitata retundit aculeum voluptatis & ſemen obrutum exſuſcitat: vt pura ſint hæc initia paranda eſt per dolores via: qui remouentur Eleuſiniis quæ ſunt initia auguſtiſſima quæ luctus vt & dolor antecedit, ſed is etiam remouetur quia finitus eſt his initiis quia Ceres Eleuſi filiam inuenit albis equis ex orco reuectam id eſt lucis participem, quamuis bis celebrentur indicia dolorum Deę vt ieiunium & abſtinentia veneris, quod fit expiationis non luctus gratia; quia polluit.

IN Eleuſiniis pudendum muliebre: in Dionyſiis, virile: in Pamelyis Ægyptiorum quæ eadem ſunt cum Dionyſiis, triplum penem circumferebant & adorabant vt genitalis vis in triplici mundo ſignificaretur, in quo etiam ignorantes trinæ vnitatis myſterium impiis fabulis inuoluerunt: trinus autem numerus tribuitur iuſtitiæ quia in medio duorum eſt poſita exceſſus & defectus, eaque eadem cum Iſide in cœlis regnat, inter duo ſigna Zodiaci inter tempora duo æſtatis deſinētis & Autumni incipientis ergo eadem cum Maieſta & Bona Dea cui iuſtitia in pace & bello conuenit cuius myſteriis enſis imperij ſummi inſigne tribuitur: in iuſtitia autem verum eſt Maieſtatis & imperij firmamentum: ſenſu naturali hoſpes ſolis eſt quia in ea ſol æquinoctium facit: myſtico: filia Dei & verè Deus: hinc ſacra hæc Theſmophoria dicuntur quia Ceres inuentum frumentum diuiſit, vnde agrorum diuiſio & differentia

mei & tui nata, hinc leges gentium & ciuitatum, ſed gentium leges in naturali ratione ſitæ, erant tãtum in germine, non in fruge, his veritas reclamat & pronunciat, Deum terram produxiſſe, vt paſſiue fruges produceret quas ipſe actu creauerat in indiuiduis perfectiſſimis quibus ſemen infudit, in cuius potentia vniuerſalia intelliguntur. In initiis etiam veneris ſtipes dabatur Deæ vt meretrici: & pudendum viri adorabatur in ſignum generationis, quia tunc materiæ forma coniungitur & perficitur pulcritudo vi & actu formæ vt hæc coniunctio fiat amor naſcitur, hinc voluptas vtrumque perfecto compoſito tollitur. ſic & in myſteriis Samothracum pudendum Bacchi colebatur quod in ciſta poſitum duo Cabiri fratre occiſo in Hetruriam detulere.

Initiati primum munus eſt choreas ducere, ſecundum faces ferre: tertium ſacerdotium obtinere. Initiorum autem ſeu myſteriorum, alia ſunt maiora, alia minora. Maiora ſunt ab Eumolpo Eleuſi inſtituta in honorem Cereris. Minora duplicia ſunt vna quæ Eleuſi aguntur origine poſteriora ordine initiationis priora, in honorem Proſerpinæ quibus peregrini principes conſecrabantur, altera Athenis, in honorem Dionyſij per triennium vel ad minus annum, quibus prælustrabant indigenam & præparabant in ſequens biennium ad maiora Eleuſinia, quæ eodem tempore quo minora Eleuſinia celebrabantur.

SACRVM COMMISSVM QVOD neque expiari poterit, impie commiſſum eſto: Quod expiari poterit publici Sacerdotes expianto.

CAP. XIIII.

Sacrum commiſſum quid.

HACTENVS varia ſacrorum genera expoſita ſunt & elucidata: quod tamen non ſufficit ad perfectum religionis cultum: poteſt enim jus ſacrum, aut ignorantia aut conſulto violari, quod ſacrum commiſſum dicitur id eſt in eo agendo perpetratum aliquid quo lex religionis offenderetur & ideo abſolute dicitur commiſſio contracta. vt ex Arnobio demonſtratur libro 4. *Illud ſacrilega mentis eſt & deſperata in fictionibus cæcitatis, ſi in cærimoniis veſtris, rebuſque diuinis, poſtulationibus locus eſt & piaculis dicitur contracta eſſe commiſſio*: Tullius autem ſic caput hoc interpretatur, *publicus ſacerdos imprudentiam, conſilio* (alias conſilij quod non probo quia conſilium ignorantia & errori repugnat) *expiatam, metu, liberet, audaciam in admittendis religionibus fœdis damnet atque impiam indicet*: Quod non tantum pertinet ad ſacrificiorum ritus & cerimonias ſed etiam ad omnē religionis ſpeciem & articulum, vt in diebus qui deorum cultū ſpecialiter conſecrati ſunt. Varro 5. de ling. Lat. *Quod ſi etiam imprudens id verbum emiſit (do, dico, addico) aut quem manumiſit, nihilominus eſt liber ſed vitio vt magiſtratus vitio creatus nihilo ſecius magiſtratus: prætor qui tum fatus eſt ſi imprudens, piaculari hoſtia piatur; ſi prudens dixit Quintus Mutius abnegat eum expiari & vt impium non poſſe dicebat.* Ex hoc Varronis loco colligi poteſt hoc caput eſſe canonem Pontificium: alioqui ſi eſſet ex legibus regiis non opus fuiſſet decreto vel reſponſo Q. Mutij Iuriſconſulti & ſummi Pontificis ſi id lege regia decisum eſſet. Non enim omnibus omnes leges Pōtificiæ vt regiæ patent. quod autem ait expiandum commiſſum piaculari hoſtiæ non eſt accipiendum vt priuatim cæſa hoſtia ſe ipſum expiet: impuro enim nefas eſt pura tangere & ad deos accedere Hierocles in Pythagoram, neque vero ſe poteſt ex ſe purum facere qui impuritatis vitio laborat: vnde hoc capite conſtituitur vt commiſſum expietur à publicis ſacerdotibus. cur non ait à publico ſacerdote? nonne vnius publici ſacerdotis miniſterio poteſt expiari? recte Tullius ait conſilio expiatam imprudentiam, metu liberari à ſacerdote: quoniam prius ex ſententia collegij Pontificum decernendum eſt an poſſit expiari nec

Impius ſe ipſum nō expiat.

ne: tum ſi viſum ſit, poſſe: vel vnius miniſtri ſacri officio contracta in ſacris obligatio diſſolui poterit. hęc hoſtia piacularis erat porcus Macrob. 1. Satur. cap. 16. *Præter mulctam affirmabant eum qui talibus diebus imprudens aliquid egiſſet porco piaculum dare debere: prudentem expiari non poſſe Scæuola Pontifex aſſeuerabat*: Vnde patet eum Prętorem qui imprudens die Feſto dixiſſet verba tria non tantum porcum in piaculum debuiſſe ſed & mulctam ex decreto collegij. idem etiam obſeruatur, ſi non conuenientem hoſtiam Deo quem colit immolauerit. Nam cuique ordini diuino ſpeciales attribuuntur honores auctore Hierocle: ſed ſi in eo erratum ſit non eſt inexpiabilis culpa, Ateius Capito apud Macrob. 3. Satur. 10. *Si quis forte Ioui, tauro fecerit piaculum dato*: Forte inquit, non conſulto ad hęc Macrob. *committitur ergo res non quidem impianda, inſolita tamen.* Sed quid opus eſt expiatione, ſi ſola voluntas peccat, non error, cui nihil eſt magis contrarium l. ſi per errorem ff. de iuriſdict. ſed vtrum delictum manet ex ſolo propoſito & voluntate, non eſt huius capitis oſtendere: hoc ſolum diſceptari debet an ignorantia in rebus ſacris, ſupplicio digna ſit: ex hoc canone patet & ex eo quod hic adduximus ignorantiâ cõmiſſum expiandum & eum qui commiſit multari. Nec obſtat quod iura ſacrorum non omnibus clara ſint. Nam in exponendo ſummi Pontificis officio diximus conſuli poſſe ſacrdotes publicos & ipſum etiam Pontificem Maximum: ſed venia dignus eſt poſt benignam animaduerſionem & expiationem qui errauit Polybius in fragm. τοῖς μ. γὰρ κατ' ἄγνοιαν διαμαρτάνουσι ἔφαμεν δεῖν διόρθωσιν εὐμενικὴν καὶ συγγνώμην ἐξακολουθεῖν: τοῖς δὲ κατὰ προαίρεσιν ἀπαραίτητον κατηγορίαν: Vult inexcuſabilem culpam ſcientis prudentiſque: quod & Diuus Iuſtinius matyr aſſerit in interrogationibus ad orthodoxos, ἐρωτήσει γ. in fine reſponſi, τοσοῦτον χεῖρον ἐστὶ τὸ μετὰ γνώσεως ἁμαρτάνειν, τοῦ ἄνευ γνώσεως, ὅσον τὸ ἀναπολόγητον ἁμάρτημα τοῦ ἀπολογίαν ἔχοντος. Videtur tamen in grauioribus ignorantiam defendi non poſſe ſi contra deos ipſos quidpiam admiſſum ſit, non ſi contra cultum eorum, vt ſi homo caſu inciderit in Deum aliquem quem ſuo aſpectu polluerit vt de Actęone fabulatur Ouidius.

An vnius ſacerdos poſsit expiare.

An error in rebus ſacris ſit puniendus.

Error in diuinis peccatũ eſt ſed expiabile.

Inſcius Actæon vidit ſine veſte Dianam
Præda fuit canibus non minus ille ſuis.

Itaque pereundum eſt eo caſu aut ſi leuior pœna placeat offenſo numini ea parte miſer plectitur qua peccauit: & hoc lege Saturni cautum eſt; vt ſi mortalis Deum ex improuiſo aſpexit ingenti pretio emat aſpectum vt de Tireſia finxere, qui quum Palladem forte vidiſſet lumine priuatus eſt hinc illi verſus antiqui poëtæ.

Qui caſu videt Deum lege Saturni plectitur.

Οὐ γὰρ Ἀθηναίᾳ γλυκερὸν πέλει ὄμματα παίδων
Ἁρπάζειν· Κρόνιοι δ' ὧδε λέγοντι νόμοι·
Ὅς κέ τιν' ἀθανάτων, ὅκα μὴ Θεὸς αὐτὸς ἕληται,
Ἀθρήσῃ, μισθῶ τοῦτον ἰδεῖν μεγάλω.

Sępiſſime tamen quodcumque genus impietatis orbatione luminis

vindicatur: eſt enim in lumine oculorum ſummum Dei beneficium. Venus teſte Seruio Anchiſæ loquacitatem priuatione luminis vlta eſt Apollo Phineum hac pœna afflixit auctore Apollonio Muſæ Thamirim auctore Homero Iliad. 3. Iupiter Iliad. 3. Lycurgum excęcat &c. Aglaurus & Erſe filiæ Cecropis ciſtam à Mineruą Pandroſo alteri filiæ Erſæ cōmendatam ſub lege non inſpiciendi vel aperiendi, aperuerunt & viderunt Ericthonium ſub ſpecie draconis (quem Tertullianus appellat Diabolum) id eſt diuinitatis Mineruæ; vnde in furorem actæ ſeipſas ex pręrupta rupe arcis pręcipites dederunt Pauſanias in Atticis. lenius actum eſt cum Eurypylo filio Euæmonis cui ciſta Dionyſij ex pręda Troiæ capta obtigerat ſorte: is aperta ea & inſpecto Dei ſymbolo vel ſimulacro mente captus eſt, ſed oraculi conſilio admonitus eſt ibi arcam deponere & dedicare & ſedem ſuam ibi conſtituere vbi offenderet homines peregrino ſacro Deum adorantes id eſt humana hoſtia litantes. Vento delatus Aroën incidit in aram Triclariæ ad quam puer & virgo proſtabant parati ad cędem ferendam: incolæ quibus pręedictum fuerat, regem extraneum ſe cum arca myſtica ſuſcepturos ab hoc immani ſacro temperauere, & Eurypylus furore ſolutus eſt. huic Deo nomen eſt αἰσυμνήτης, id eſt dominator quia vt ſupra dictum eſt à Gręcis pro principio rerum accipiebatur Pauſanias in Achaic. igitur crimen leſæ Maieſtatis diuinæ non habet defenſionem aut veniam, etiamſi per imprudentiam admiſſum ſit: quinimo & in iudicio leſæ Maieſtatis humanæ inſontes etiam filij quodammodo puniuntur. At Deus ad quartam vſque generationem vindictam violatæ pietatis extendit: & ſic ignorantes vltioni diuinæ tamquam obnoxij ſubiiciuntur. ad hęc Ouidius 2. Triſtium.

In crimine leſæ Maieſtatis caſus punitur.

Scilicet in ſuperis etiam fortuna luenda eſt
Nec veniam leſo numine caſus habet.

Sed hoc poteſt dici lene ſupplicium quod ſolius corporis detrimento aut diſſolutione ſubeundum eſt: ſed maxime perhorreſcenda animæ iactura quam patimur non ignorãtiã commiſſis (niſi quis ignorare ſe dicat quæ omnes ſcire debent & poſſunt in ſuæ ſalutis fundamentum) ſed conſulto vel in ſuam vel in alienam perniciem & iniuriam quæ quia ex voluntatis vitio proceſſerunt eadem voluntate ſanantur id eſt pœnitẽtia cuius fructus ſuauiſſimus eſt quamuis ex amaritudine paſcatur. Ea verum & primum eſt ſceleris piaculum quæ pręcordiis inſidens eum torquet flagranti odio & abominatione anteactę vitę quæ hominem reducit ad principem ſuum quaſi fugitiuum Syneſius, Διὸ τοῦτο ἀνάγωγον ἡ μετάνοια· ὁ γὰρ τὰ ἐν οἷς ἐστι δυσχεραίνων ψυχὴν μηχανᾶται καὶ καθαρμοῦ τὸ μέγιστον μέρος ἡ βούλησις· ταύτῃ γὰρ ὀρέγει χεῖρας τὰ δρώμενά τε καὶ τὰ λεγόμενα, ἀπούσης δὲ ἄψυχος ἅπασα καθαρτικὴ τελετή κολοβὸς οὖσα τοῦ μεγίστου συνθήματος. hic docte Nicephorus ait volũtatem eſſe principium expiationis; quia eſt principium maleficij facto ſeu dicto commiſſi: ideo reſoluit neceſſarium eſſe dolorem & pœnam in

Primum ſceleris piaculum.

hoc

hoc compoſito, voluntarie ſuſtinendam. Igitur ſacerdos publicus commiſſum impie, expiare non poteſt niſi vera & iuſta pœnitentia præceſſerit, ſi de induſtria peccatum ſit: ſed ſi imprudentia, ſufficit mulcta & miniſterium expiantis. Eſt enim in ignoratione vitium non voluntatis ſed imperfecti iudicij: cuius ſi negligatur expiatio, cauenda eſt vltio eius qui non tantum culpa imprudentiæ offenſus eſt quæ diuinitati aduerſatur ſed etiam contemptu religionis vnde creditum eſt Varronem Conſulem apud Cannas tam infeliciter pugnaſſe ob iram Iunonis quod quum ludos Circenſes Ædilis faceret in Iouis templo eximia facie puerum hiſtrionem ad excubias tenendas poſuiſſet: quod factum poſt aliquot annos memoria repetitum ſacrificiis expiatum eſt (inquit Valerius 1. cap. 2.) & hoc commiſſum eſt in Iunonem quia Iouem maritum ipſius voluit ad ſtuprum tam formoſi Ganymedis excitare eiuſdemque hiſtrionis quia eius conditionis homines venalem habent pudicitiam. At hoc abſurdiſſimum eſt: nonne cruore tot ciuium & tanta clade ciuitatis ſatis erat expiata in Iunonem admiſſa ignorantia? quid opus erat ſeris piaculis & ſacrificiis. Multo iuſtior fuit pœna quam Hercules exegit à Potitiis quibus aſſignatum erat eius ſacrum tamquam hereditarium. Hi enim ſacrorum ritum tranſtulerunt ad vile ſeruorum miniſterium auctore Appio Cenſore: omnes qui erant numero ſuper 30. puberes intra annũ extincti ſunt, noméq; Potitiũ in 12. familias diuiſum prope interiit: Appius vero luminibus captus eſt teſte Valerio ibid. Vere enim pollutus fuerat ritus Herculei ſacri, vilitate Seruilis cõditionis, & cõſtitutio eius Dei violata per quã hoc munus religioſum illi genti ſpecialiter adſcripſerat: mortis ſupplicium Potitij patiuntur, at pollutionis auctor Appius viuebat in quo ſumma eſt iniuſtitia ſi ad trutinam humanæ expendatur: niſi quis dicat Cenſorem non potuiſſe ſtatum religionis immutare, niſi eorum conſenſu quorum maxime intereat: quod in ſacro gentili conſiderandum eſt: quia non ſpectat ad vtilitatem Reip. ſed illius gentis. Neque vero Potitiam gentem, tam commouit auctoritas cenſoriæ dignitatis quam pecuniæ ſumma ex publico data Potitiis ex qua ſerui publici emerentur: Feſtus. *Potitium & Pinarium Hercules quum ad aram quæ hodieque maxima appellatur decimam boum quos à Geryone abductos abigebat Argos in patriam profanaſſet, genus ſacrificij edocuit; quæ familia & poſteri eius non defuerunt decumantibus vſque ad Appium Claudium Cenſorem qui quinquaginta milia æris grauis his dedit vt ſeruos publicos edocerent ritum ſacrificandi quo facto Potitij dum eſſent ex familia numero 12. omnes interierunt intra diem triceſimum*: Iuſte ergo periere ſed quid opus erat auctoritate Cenſoris? quia gentile eſt hoc ſacrum ſacerdotij & miniſterij tantum attributione, vt ritus & cærimoniæ per illam dumtaxat gentem celebrentur, non tamen concipitur in ſalutem aut incrementum ipſius: ſed imperij publici. Nam ſupra ex cap. Diuos, apparet, Herculem iure publico inter legitimos deos ſuſceptum fuiſſe; tum etiã

Varronis Cõſ. culpa.

Potitiorum cõmiſſum.

Cur Cenſoris auctoritas eſt neceſſaria in ſacro Herculis.

Ara Maxima Herculis. quod ei fieret ad aram Maximam quæ publica erat non certæ genti aſſignata in qua Deus ille adorabatur prope forum boarium, ſanctiſſima inter eas quæ Romæ in honore & veneratione habentur: ibi enim iuſiurandum ſancte concipitur & ſanctiores ineuntur conuentiones, & decimæ facultatum ex voto illic offeruntur Dionyſius Halic. 2. ὁ δὲ βωμὸς ἐφ' οὗ τὰς δεκάτας ἐπέθυσεν Ἡρακλῆς καλεῖται μὲν ὑπὸ Ῥωμαίων μέγιστος: ἔστι δὲ Βοαρίας λεγομένης ἀγορᾶς πλησίον, ἁγιστευόμενος εἴ καί τις ἄλλος ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων. ὅρκοι τε γὰρ ἐπ' αὐτῷ καὶ συνθῆκαι τοῖς βουλομένοις βεβαίως τι διαπράττεσθαι, καὶ δεκατεύσεις χρημάτων γίνονται συχναὶ κατ' εὐχάς. Sed hic obſtare videtur quod quamuis manifeſte violata fuiſſet hæc religio non tamen eſt expiata idem ibid. νῦν μέντοι οὐκέτι τοῖς συγγενέσι τούτοις ἡ περὶ τὰς ἱερουργίας ἐπιμέλεια ἀνάκειται. ἀλλὰ παῖδες ἐκ τοῦ δημοσίου ὠνητοὶ δρῶσιν αὐτοῖς. δι' ἃς δὲ αἰτίας τὸ ἔθος μετέπεσε &c. cauſa autem propter quam tranſlata eſt operatio huius ſacri ad ſeruos publicos, à Liuio tangitur 9. *Eodem Appio auctore* Potitia *gens cuius ad aram maximam Herculis familiare ſacerdotium fuerat, ſeruos publicos miniſterij delegandi cauſa ſolennia eius ſacri docuerat*, &c. Eo tempore ciuitas & peregrinis & inteſtinis diſſidiis grauiſſime affligebatur, & quum inter Patricios, 12. Potitiorum nobiliſſimæ familiæ huic ſacerdotio obſtringerentur, & ideo Reip. operam nauare non poſſent: ab iis ſacerdotij munus auocatum eſt: nec tamen Herculis ſacrum intermittere audebant; quia malorum depulſor credebatur. Varro 6. de ling. Lat. *Herculem quoque cognominatum* ἀλεξίκακον *ab eo quod defenſor eſſet hominum*. Nec fuit expiatio neceſſaria in hac ſpecie, quod ſublato nomine Potitiorum diuinæ indignationis cauſa tolleretur quibus tantum hoc munus à Deo iniunctum fuerat, non eſt igitur denegata eo caſu expiatio quod ſacrum non commiſſum ſit conſulto: crediderunt enim id ſine piaculo fieri poſſe; & proinde imprudentia lapſi ſunt. nam aliis Patriciorum gentibus aſcribi non debuit quod Potitiæ Deus aſſignauerat in ſalutem Reip. ideo ſeruis publicis hoc mandatum eſt. Atquin polluitur honor ſacerdotij Seruili conditione: nam non poteſt

Seruus non poteſt eſſe ſacerdos aut magiſtratus. ſeruus, eſſe magiſtratus: ergo multo minus ſacerdos: nam vtrumque munus eſt publicum, illud humani Iuris, hoc diuini. Potitij fuerunt ſacerdotes auctore Feſto & Virgilio, & Liuio, neceſſe eſt vt qui in eorum munus ſucceſſore ſint ſacerdotes. Verum hoc ſacerdotium non tãtum erat publicum ſed & gentile, licet ſacrum, tantum publicum eſſet. Atqui poteſtne ſeruus in ſacro publico operari? poteſt conſenſu Patrisfamilias aut legis quia inſtrumentum Domini eſt, eoque caſu non eſt ſacerdos ſed miniſter ſacerdotis ſicut in ſacro publico, ſerui publici conſenſu publico poſſunt operari, non vt ſacerdotes, ſed vt inſtrumenta publica miniſterium ſacerdotum exhibent: ideo hoc caſu ſacrificantes ſerui miniſtrare intelliguntur ſacerdotibus & Pontificibus. At quum Potitij hoc munus exercebant erant proprio iure ſacerdotes. Ergo eo modo Potitij ſacerdo-

tes publicum ſacrum colere poſſunt ſed hoc lege regia nimirum Romuli conſtitutum eſt qua ex priuatis publici ſacerdotes facti ſunt. igitur ignorantia poteſt expiari : prudentia non poteſt, eo ſcilicet modo quo ignorantia. Conſtantinus poſtulabat ſe à flaminibus expiari ob contemptum ethnicæ religionis : flamines ei denegauere expiationem, ſed paulo poſt veræ religionis initiis expiatus eſt Zozimus 2. Græci nihil non luſtrabile crediderunt igne & aqua, qui ſceleratiſſimos parricidas à parentum, filiorum, fratrum cæde piauerunt præſertim Eleuſiniis myſteriis. Romano more Pontifex ex collegij ſententia pronunciabat impium eſſe qui hoc commiſerat & ſacrum commiſſum expiari non poſſe. At in culpa erroris pronunciat expiandam eſſe pollutionem: gentiles cæci leuiſſimis hiſce culpis grauiſſimas ſuas calamitates imputarunt : at in grauiſſimis, interdum non puniebantur. Nam licet dæmonum religione tenerentur obſtricti, eorum tamen ſupplicia non erant in arbitrio dæmonum ſed vnius Dei qui eos ſuæ iuſtitiæ vindices & tortores conſtituit Arnobius 4. *Si per imprudentia lapſum, aut in verbo quiſpiam aut Simpuuio deerrarit, aut ſi rurſus in ſolennibus ludis, curriculiſque diuinis : commiſſum omnes ſtatim in religiones clamatis ſacras, ſi ludius conſtitit aut tibicen repente conticuit, aut ſi patrimus ille qui vocitatur puer omiſerit per ignorantiam, lorum aut terram tenere non potuit: an detis abnuere in delictis tã grauibus violari ſemper à vobis deos quum in leuioribus cauſis iraſci eos ipſi cum pernicie ſæpius confiteamini ciuitatis.* Quid ſit terram non tenere idem 7. oſtendit. *Si pauliſper* (inquit) *conſtiterit ludius, interquieuerit tibicen, feſſus puer ille matrimus decidat fortuito alicuius inſtabilitate prolapſus.* Igitur negligi non debet expiatio alioqui acerrime vindicatur vt fertur de T. Latino qui noluit renunciare ſenatui ludos Iouis Capitolini eſſe pollutos, ideo filium amiſit deinde ipſe grauiſſimo dolore correptus eſt, tandem quum à Deo in ſomniis eſſet admonitus, ſe lectica in ſenatum deferri iuſſit vbi retulit peſtem graſſari in Romanos ob indignationem Iouis Capitolini quod ei præſultator in ludis diſplicuiſſet : is erat ſeruus quem Paterfamilias damnauerat virgis cædendum, & quo pœna inſignior eſſet per medium forum aliaque publica loca agendum ſub furca conſeruis tradiderat, ducitur qua mox ludorum pompa traducta eſt. Sic miſere cæſus voces vi doloris expreſſas mali ominis emittebat, geſtuſque ad verbera indecoros. Hoc ignorãtiæ vitium primo, ſtrage pecudum, hominumque: deinde morte T. Latini filij, deinde inſtauratione ludorum expiatum ex Senatuſconſulto, duplo maioribus impenſis, & præterea Domino pœna impoſita eſt ex eodem Senatuſconſulto Dionyſius 7. Quod reprobat Arnobius 7. aduerſus gentes. *Si enim nocens ſeruus atque illa fuerat animaduerſione puniendus quî debuit Iupiter aliqua indignatione commoueri quum ageretur iniuſte? nihil. imo quum nocens caput, pœnis conuenientibus plecteretur. Sin autem immunis à ſcelere neque vlli obnoxius crimini vitioſi præſulis ipſe fuit in cauſa cui quum*

Græci à Romanis differunt in ſententia expiationis.

Quid ſit terrã non tenere.

Ludorum pollutio ob ſeruum præſultorem.

ſubuenire potuiſſet imo ipſe quaſiuit & pati quod improbabat & ab aliis pœnas ſua promiſſionis exigere. Hic mulctatus eſt Dominus qui tamen iure priuati dominij ſeruum occidere poterat illo tempore, quod longe anteceſſit principatum Antonini à quo poteſtas illa emendata eſt l. 1. §. vlt. ff. de his qui ſui vel alie(ſicut prætor qui nefaſto die quid pronuntiauit)Sed prætor mulctam Dominus piaculum etiam ſoluit hoſtia porco quam piacularem diximus quia in ea eſt quoddam Symbolum principij in quo ſolo vis eſt expiandi. Varro 2. de re ruſtica. *A ſuillo genere pecorio, immolandi initium primum ſumptum videtur: cuius veſtigia quod initiis Cereris porci immolantur & quod initiis pacis fœdus quum feritur porcus occiditur, & quod nuptiarum initio antiqui reges ac ſublimes viri in Hetruria, in coniunctione nuptiali, noua nupta & nouus maritus, primum porcum immolant.* Elienſes ſacerdotes priuſquam ad deos adirent porco & aqua luſtrabantur Pauſanias in Eliac. 1. imo aries non porcus expiat, Feſtus. *Subiici aries dicitur qui agitur vt cadatur quod fit vt ait Cincius in libro de officio Iuriſconſulti exemplo Athenienſium apud quos expiandi gratia aries inigitur ab eo qui ſcelus admiſit pœna pendendæ loco*: idem *ſubiicere* (inquit) *arietem in eodem libro Antiſtius Labeo ait dare arietem. Qui pro ſe agatur, cadatur.* Ergo & Romano & Græco more non porco ſed ariete piaculum ſoluitur, iſque pœnæ loco erat ita vt mulcta non infligeretur. Verũ hoc capite agitur de pollutione ſacri qua Deus offenſus eſt à quo & in quo rerum initia ſunt: ideo hoſtia initiationis eſt placandus. at quum agitur de ſcelere hominis in hominem, non ſunt repetenda initia, niſi ſit erga patriam & parentes. tunc enim Deus in ſui viua imagine violatus eſt. Atqui nonne homo etiam peregrinus habet imaginem Dei? habet. Sed homo homini non eſt Deus niſi ſit pater aut princeps bonus. igitur ſcelus in hominem arietis ſanguine piatur, quo animante nullum eſt purius. Vnde in ludis ſecularibus ad expiationem populi præmactari ſolebat & totum comburi Zozimus 2, quid? reus ſceleris oblato ariete pœnę loco abſoluendus erit. minime. humanam enim pœnam non effugiet prout cuique crimini conſtituta eſt. an diuinam? nihilo magis, niſi legitimis expiationibus perfectis quæ maxime conſtant pœnitentia: deinde votis, precibus & ſacrificiis abſoluuntur. ad quid ergo cruor Arietis? Vt pręparetur expiatio ſub imagine pœnæ quã videtur ſuſtinere, ſceleris auctor. Nam in eius corporis quod nocuit locum, innocens hoſtia ſubiicitur: & ſic corporis noxij ſcelus expiatur, vicaria ſubſtitutione & deditione innoxij: quod attinet ad corpus. quod huc pertinet, vt ad Deos accedere poſſit non impuro nec inceſto corpore vt prima parte religionis cauetur. *Ad diuos adeunto caſte.* Ergo imago pœnæ pro pœna eſt. quod videtur ſatisfacere legi Adraſteæ ſeu neceſſitatis, qua tres expiationũ ſpecies conſtituuntur: prima, corpus omnino de medio tollit & breuiſſimo acerbiſſimoque ſupplicio vindictam exequitur quæ vt dictum eſt ſi ſponte feratur, animam liberat: ſecunda eſt in inferis

Cur porcus eſt hoſtia piacularis.

Aries Græco & Romano more expiat commiſſum in hominẽ.

Imago pœnæ, pro pœna eſt. Tres expiationum ſpecies

eaque æterna Pindarus Olymp. od. 2.

Ὅτι θανόντων μὲν ἐν-
θα δ' αὐτίκ' ἀπάλαμνοι φρένες
Ποινὰς ἔτισαν. τὰ δ' ἐν τᾷδε Διὸς ἀρχᾷ
Ἀλιτρὰ κατὰ γᾶς δικά-
ζει τις, ἐχθρᾷ λόγον φράσαις ἀνάγκᾳ.

Poſtrema leuiſſima eſt quæ potius emendatio eſt quam pœna: pœnæ tamen imago eſt; quia corporis ſenſus cui dolor morbi vel vulneris vel cuiuſlibet infirmitatis infligitur, eſt tantum idolum eius qui peccauit id eſt animę: & hoc ſi ſcelera fuerint minus atrocia vt quæ leuiorem animaduerſionem deſiderant: vt apud Perſas qui deliquerunt plectuntur in veſtibus & tiaris quæ eis per vim auelluntur cæduntur que & flagellantur: illi autem lacrymis & precibus poſtulant vt ab his tormentis liberentur auctore Plutarcho de iis qui tardius à numine puniuntur: οὕτως αἱ διὰ χρημάτων καὶ διὰ σωμάτων κολάσεις ἀφὴν οὐκ ἔχουσι δριμεῖαν οὐδὲ αὐτῆς ἐπιλαμβάνονται τῆς κακίας ἀλλὰ πρὸς δόξαν αἱ πολλαὶ καὶ πρὸς αἴσθησιν αὐτῶν εἰσίν. Quis hanc legem ſanxerit docet Ammianus libro 30. *Artaxerces Perſarum ille rex potentiſſimus quem Macrochira membri vnius longitudo commemorauit ſuppliciorum: varietates quas natio ſemper exercuit cruda, lenitate genuina caſtigans tiaras ad vicem capitum quibuſdam noxiis amputabat: & ne ſecaret aures more regio pro delictis ex galeris fila prudentia præcidebat.* Igitur aries in ſceleris aduerſus hominem commiſſi pœnam ſubſtituitur: & in hac ſuppoſitione manifeſta eſt ſacerdotis expiantis ſimulatio. idcirco non datur hoc genus luſtrationis publico ſacerdoti ſed mulieri quæ tamen nomen ſacerdotis obtinuit ex hac cauſa: Feſtus, *piatrix* (inquit) *dicebatur ſacerdos quæ expiare erat ſolita, quam, quidam ſimulatricē, alij ſagam, alij expiatricē vocant*: Saga vt ille ait eſt mulier perita ſacrorum: recte ait ſimulatricem quia fingit immolãdo arietem ſe ſcelerati corpus immolare. At cui Deo hęc immolatur hoſtia. An Ioui qui hominū & pater & rex eſt? hęc expiatio non publice, ſed priuatim peragebatur nec diuinam pœnam tollebat, ſed viam tantum parabat ad Deos placandos. Hoc fit non propter Iouem ſed hominem offenſum: at qui in ſacrum peccat Deum offendit ideo expiatur offenſa Dei tantum cauſa. Eum autem effectum habet hæc hoſtia, vt malum omne precibus à ſaga conceptis ſeu à ſacerdote in eam conuertatur: idcirco tota aut igne cõſumẽda eſt aut in profluentem proiicitur: Agamemnus apud Homerum Iliad A iuſſit Græcis vt ſe à peſte purgarent, ſed purgamenta in mare proiecta ſunt.

Mos Perſarum in pœna leuioris delictorum.

Piatrix ſimulatrixque ſacerdos.

In hoſtiam piacularē malum omne concipitur.

Λαοὺς δ' Ἀτρείδης ἀπολυμαίνεσθαι ἄνωγεν
Οἱ δ' ἀπελυμαίνοντο, καὶ εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον.

Vbi Euſtathius. λύματα ἐλέγοντο τὰ καθάρματα οἱονεὶ λύματά τινα ὄντα, ὅπερ ἐν τῷ λύεσθαι ἀπεβάλλοντο καὶ τὸ καθαίρεσθαι ἀπολυμαίνεσθαι: εἰς ἅλα δὲ λύματ' ἔβαλλον διὰ τὸ φύσει ῥυπτικὸν εἶναι τὸ τῆς θαλάσσης ὕδωρ: διὸ καὶ παροιμία φησὶ θάλασσα

Mare expiatorium.

κλύζει πάντα τἀνθρώπων κακὰ ἡ παρ᾽ Ευριπίδῃ κεῖται. 1. Huius loci teſtimonio vtitur Pauſanias in Arcad. Vbi ait Rheam poſt partum à ſe Iouem & ſic doloribus quos parturiendo tulerat ſedatis, aqua luſtrali à Nymphis purgata eſt: flumen autem vnde aqua in vſum luſtrationis adhibita eſt. λύμαξ ἀπὸ τῶν λυμάτων. appellatur. aqua eſt elementum purgatorium quod ſua natura diſſoluit corpora: & ignis quia conſumit: quæ ad ſua principia reuocant omnia ita vt compoſiti forma redigatur ad nihilum vt ne quidem eius reliquiæ appareât vnde Tzetzes apud Lycophronem ait Locros poſt necem Aiacis tandem vix ſeruatos in ſuam patriam rediiſſe, quos tum grauiſſima peſtis inuaſit ob furias Aiacis qui templum Mineuæ raptu Caſſandrę polluerat: conſultus Apollo reſpondit Mineruam eſſe placandam quæ Ilij erat vbi per duo annorum milia ſorte ductas virgines mittebant. Troiani eas immolebant earumque membra lignis infelicibus cremabant: tum ad perfectionem expiationis cineres in mare proiiciebantur vt nihil ex inuiſa hoſtia ſupereſſet: quod Lycophron his duobus verſibus in Caſſandra inuoluit.

Nihil ex hoſtia piaculari ſupereſſe debet.

Οταν ἀκάρποις γυῖα συμφλέξας φυτοῖς
Ηφαιστος εἰς θάλασσαν ἐκβράσσῃ σποδόν.

Mitius egit Venus cum mulieribus Theſſalicis quæ homicidio Laidis templum eius polluerant: peſtis per totam Theſſaliam ob hoc facinus graſſabatur: ſed alio templo quod impiæ veneris vocauerunt in memoriam à ſe commiſſæ impietatis conſtructo patriam liberauerunt vt refert Scholiaſtes Ariſtophanis in Pluto. Patet nefas fuiſſe ex hoſtia piaculari aliquid edere quia malum imprecatione Sacerdotis in caput ipſius redundat. Eadem ratione hoſtia in cuius ſanguine iuſiurandum conceptum erat non edebatur quia execrationes fiebant, in perniciem eius redundaturæ qui iuriſiurandi religionem fregiſſet: ſed indigenæ humi defodiebant & obruebant terra at peregrini in fluctus iaciebât Euſtathius in Homerū. τὰ ἐπὶ ὅρκοις σφαγιαζόμενα, οἱ μὲν ἐγχώριοι κατορύττοντες ἔκρυπτον, οἱ δὲ ἐπήλυδες κατὰ σχῆμα σοῦντες ἀπερρίπτουν ἢ ἄλλο τι ὅμοιον ὁποῖον, ὡς ἐκ τοῦ κατωτέρου δῆλον ἐστὶν ἐν τῷ ἐπὶ ὅρκῳ σφάξει τοῦ ὁ βασιλεὺς γνώσεται δὲ ὅλως ἀπόμαστον ἦν. Ideo Tyndarus in patrio ſolo, equum ſuper quo iuſiurandum à procis Helenæ conceperat de non violandis nuptiis eius cuicumque eorum deſponderetur, eo ipſo in loco defodit teſte Pauſania in Laconis. Sed quod ait 1. Eliac. videtur obſtare vbi loquitur de iureiurando quod præſtant quidam Iudices in Olympico certamine conceptis verbis ſuper exta ſuis ad hoc immolati nefas fuiſſe veſci carnibus illius hoſtiæ ſed in mare proiici à ſacerdote, vt apud Homerum poſtquam Agamemnon iuraſſet ſuper exta ſuis Talthybius nuncius regis iecit in aquas ad paſtum piſcium membra & exta. ἐπεὶ τοῖς γε ἀρχαιοτέροις ἐς τὰ ἱερεῖα τὰ καθεστηκὸς ἐφ᾽ ᾧ τις ὅρκον ἐποιήσατο μηδὲ ἐδώδιμον εἶναι τοῦτο ἐπὶ ἀνθρώπῳ: δηλοῖ δὲ οὐχ ἥκιστα καὶ Ομηρος: τὸν γοῦν κάπρον καθ᾽ ὅτου τῶν τομίων Αγαμέμνων ἐπώμοσεν ἦ μὴν εἶναι τὴν

Templum impiæ veneris.

Ex hoſtia Iuriſiur. edere nefas.

Mos proiiciendi hoſtiam in mare aut defodiendi.

Βρισηΐδι ἑαυτοῦ τῆς εὐνῆς ἀπείρατον τοῦτον. τὸν κάπρον ἀφιέμενος ἀπὸ τοῦ κήρυκος ἐποίησεν ἐς θάλασσαν.

> Η καὶ ἀπὸ σφαγὰς κάπρου τάμε νηλέι χαλκῷ
> Τὸν μὲν Ταλθύβιος πολιῆς ἁλὸς ἐς μέγα λαῖτμα
> Ρῖψ' ἐπιδινήσας βόσιν ἰχθύσιν.

Igitur & ſi indigenæ iureiurando fidem obſtrinxerint non debet victima terra operiri ſed fluctibus dari. Nam iudices Olympici certaminis erant indigenæ vt Pauſan. ibidem teſtatur. Verum ſuper eadem victima iurabant omnes athletæ non ex ſola Elide ſed ex regionibus vniuerſæ Græciæ neque vero iudices illi ſunt agonothetæ, nec præſunt Olympico certamini ſed ad hoc dumtaxat adhibentur vt de pueris & pullis equorum iudicent qui etiam in certamen prodibant: ſed ante ab iis iudicibus explorabantur vtrũ digni eſſent qui ad hoc certamen admitterentur vt ibidem ait Pauſan. Hi autem ab agonothetis eligebantur non ex vrbe tantum ſed & ex aliis ciuitatibus Græciæ prout aptiores huic muneri videbantur. Itaque peregrini proiiciebant hoſtiam in aquas iureiurando ſacratam: indigenæ defodiebant: quia dirarum deteſtationes quæ in eam effunduntur, nulla poſtea victima expiari poſſunt Horatius Epod.

> *Diris agam vos: dira deteſtatio*
> *Nulla expiatur victima.*

Eadem prorſus eſt ratio in hoſtia expiatoria quæ morte ſua maleficij piaculum ſoluit, & ſanguinis ſui puritate, hominis impuritatem eluit, in ſe tranſcribens noxam quum ſit innoxia: pœna enim ſceleris in innocentem tranſlata non perdit innocentiam ſed vitam. Trezoenij Oreſtem à cæde matris expiauerunt & piamenta in loco proximo defoderunt Pauſan. in Corinth. quia licet Oreſtes Trezoenius non eſſet, expiationis eſſentia non eſt ab Oreſte ſed à religione ſoli Trezoenij.

Dirarum deteſtatio inexpiabilis.

AXIOMATA.

QVI ignorans vitioſum aliquid commiſit per imprudentiam, peccat: ſed hoc publici ſacerdotis officio facile poteſt expiari: hoſtia piacularis erat porcus quæ diis initiorum auctoribus ideo grata eſt quia initium immolandi ab ea ſumptum eſt: præter hoſtiæ piaculum mulctam etiã ſoluit vt humanæ iuſtitiæ ſatisfiat quæ ignorantia in deos hominum cuſtodes offenſa eſt. At

in crimine leſæ Maieſtatis Diuinæ ignorantia defendi non poteſt ſed morte, vel inſania, vel cæcitate plectitur. Aries autem expiationis viam parat & corpus noxij innocentia & puritate ſui ſanguinis liberat, non tamen eximit à diuina aut humana pœna: Immolaturque priuato ſacrificio à ſaga ſimulatrice quum ſcelus in hominem admiſſum eſt quo fingitur pati corpus ſcelerati ſub vera pœna innocentis arietis.

COMMISSA conſulto in religionem licet publici ſacerdotis miniſterio expiari non poſſint: quia impius eſt, pœnitentia tamen quæ voluntatis ex qua peccatum eſt, voluntaria vindex eſt, in hac vita ſanantur: tum adhibentur cæteræ expiationes ad miniſterium animi pœnitentis, iuſtitiæ enim diuinæ ſerius aut citius eſt ſatisfaciendum: prodeſt citius etiam acerbiſſimo mortis ſupplicio Adraſteam placare: alioquin animæ æterna pœna in inferis eſt expectanda: pœna autem morbi aut vulneris non tam pœna eſt quam emendatio, aut imago pœnæ, vt ſenſus qui patitur eſt imago animæ delinquentis: neglecta autem expiatio ciet vltionem non in eum qui errans peccauit: aut ſi ſciens commiſerit, non in ſcientem tantum ſed etiam totam ciuitatem.

SERVVS publicus ſacerdos eſſe non poteſt, multo minus quam magiſtratus, fungi tamen poteſt officio Sacerdotis vt miniſter eius.

NEFAS erat veſci hoſtia piaculari aut iureiurando ſacrata: quia noxam vel præteriti ſceleris vel futuri periurij in ſe ſuſcipit voto & conceptione ſacrifici: ſed hoſtia iuriſiurandi quod ab indigena conceptum eſt defoditur & occultatur in

terra

terra quaſi funere conſecrata vt ſit in ęternum patriæ fidei monumentum : at peregrinus ſolum alienum nec debet nec poteſt conſecrare niſi Dominus eius factus ſit bello vel alio iure dominij quo caſu ſolum illi non eſt peregrinum : alioqui piamenta debent piacularibus elementis nimirum igni aut aquæ reſtitui.

LVDIS PVBLICIS QVOD SINE curriculo & ſine certatione corporum fiat popularem lætitiam in cantu & fidibus, & tibiis moderanto : eamque cum diuûm honore iungunto.

CAP. XV.

NON Immerito ſequitur ludorum diſceptatio quoniam in ſacris erant ludicra quædam & maxime in initiis : & partem non minimam obtinent in religione publica. Cœperunt à Romulo & cum religione à qua cœperant deſinente deſiere : quod queritur Zozinus. 2. quaſi horum abolitio Romano imperio finem poſuerit. In iis autem extremum erat remedium placādæ deorum indignationis, quo etiam prodigia ſeu portenta procurantur Liuius 10. decad. 4. quod etiam ſupra probatum eſt in cap. prodigia & infra obiter oſtenditur : & ideo non male poſt titulum de expiandis in ſacra commiſſis ſubiicitur hoc caput. Dixi in ludo eſſe argumentum imperfectionis & libertatis: quod non eſt alienum ab hoc propoſito. Nam imperfectio notatur ex eo quod ad remittendum & relaxandum animum indulgetur: quia ſine quiete non poteſt ſubſiſtere: illa autem quies eſt intemperantia aut potius mollitia Ariſtoteles. 7. Ethic. cap. 8. δοκεῖ δὲ παιδιώδης ἀκόλαστος εἶναι, ἔστι δὲ μαλακός. ἡ γὰρ παιδιὰ ἄνεσις ἐστὶν εἴπερ οὖν ἀνάπαυσις. Imperfecta eſt hæc requies quia ex mollitie animi procedit (eſt etiam alia relaxatio vt ſomnus & paſtus) ſed libertatem etiam ſignificat quæ ex eadem fluit imperfectione vt in materia oſtenſum eſt. Et hos etiam effectus comprobat : ij enim qui in artibus hiſtrionicis vitæ conditionem ſtatuunt impuri ſunt & improbi magna ex parte quos vocabant

Ludi, magnam religionis partem faciunt.

Ludus eſt mollioris animi.

Qui ſint Dionyſiaci.

Dionyſiacos ab incontinentia & effræni licentia Bacchantium Ariſtot. problem. ſect. 30. quæſt. 10. διὰ τί οἱ Διονυσιακοὶ τεχνῖται ὡς ἐπιπολὺ πονηροί εἰσιν· ἢ ὅτι ἥκιστα λόγου σοφίας κοινωνοῦσι διὰ τὸ περὶ τὰς ἀναγκαίας τέχνας τὸ πολὺ μέρος τοῦ βίου εἶναι, καὶ ὅτι ἐν ἀκρασίαις τὸ πολὺ τοῦ βίου εἰσὶ τὰ δὲ ἐν ἀπορίαις· ἀμφότερα δὲ φαυλότητος παρασκευαστικά. Probat tribus rationibus hoc genus hominum deterrimum eſſe: prima quod magnam ſuæ vitæ partem in ediſcendis artibus cogantur impendere quæ quia ſunt peſſimæ neceſſe eſt earũ doctores & diſcipulos eiuſdem eſſe conditionis. Secunda quod vt plurimum verſentur circa libidines vt gulæ & Veneris viliſſima mãcipia. Poſtrema quod affligantur egeſtate. Egeſtas libido & gula matres ſunt vitiorũ fœcundiſſimæ.

Origo ludorũ.

Origo ludorum à Grçcis defluxit, in qua fuerũt quatuor ſacra certamina quorũ duo, Diis natis, duo alia hominibus, Diis poſt obitũ factis cõſecrata ſunt. Primũ ab Hercule Idæo vno ex Curetibus Olympia celebrata sũt; & quia quinq; fratres erant, quinto quoque anno ea inſtituere. Sed aliquantum intermiſſa ab Hercule Thebano & quibuſdam aliis in-

Inſtauratio ludorum Olympic.

ſtaurata ſunt. Prima inſtauratio in honorem Pelopis eſt facta. Pindarus Olymp. od. 2. ait hoc certamen à Thebano inſtitutum fuiſſe ex primitiis ſpoliorum belli quo Augeam Elidis regem deuicerat: Sed hæc inſtitutio reſtitutio eſt: nam reſtituere eſt inſtituere quod deſtitutum erat: idem confirmat Od. 10. Olymp. hæc ab Elienſibus Pauſanias ſe accepiſſe fatetur Eliac. 1. Quæ tamen paululum recedunt ab antiqua religione. Tres enim non quinque fuerunt Curetes quorum vnus à fratribus interfectus eſt vt in initiis dictum eſt. Sed quinti anni ratio non eſt in numero fratrum ſed in menſura ſolis quæ perficitur poſt quatuor annos vt demonſtraui in

Olympiades cur pro quinquennio accipiuntur.

cap. feriis. Olympia enim non conſtabant quinque annis integris ſed quatuor teſtibus Euſebio, Solino, Suida; ſed quoniam in quinquenniis ſingulis celebrabantur ideo Olympiades pro quinquenniis accipiuntur: & quia in honorem ſummi Iouis qui Olympius vocatur hi ludi ſunt inſtituti ideo Olympici dicuntur. Qui in iis

Cur oleaſtro in Olymp. coronantur.

vicerant oleaſtro coronabantur quem ex hyperboreis Idæus Hercules attulit teſte Pauſania in ea arbore ſignum eſt acerbitatis & amaritudinis: dicitur enim κότινος à nomine κότος quod idem ſignificat: & probat Ariſtophanis Scholiaſtes in hos Verſus.

> Ἵνα τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας ἀεὶ δι' ἔτους ξυναγείρει
> Ἀνεκήρυττεν τῶν ἀθλητῶν τοὺς νικῶντας στεφανώσας
> Κοτίνου στεφάνῳ· καίτοι χρυσῷ μᾶλλον ἐχρῆν εἴπερ ἐπλούτει.

Vbi ait. τῷ δὲ κωμικῷ φασιν ἥρμοττεν ἐκφαυλίζοντι τὸ πρᾶγμα λέγειν ἐκ κοτίνου ἐστεφανοῦτο ὃ δηλοῖ τὴν ἀγριέλαιον καὶ ἅμα διότι καὶ χρήσιμος αὐτῷ ἡ λέξις ἐν τοῖς ἑξῆς· καταρρητορευθεὶς γὰρ ὁ χρεμύλος καὶ ἡττηθεὶς ἐρεῖ.

> Ἀλλὰ σέγ' ὁ Ζεὺς ἐξολέσειε κοτίνου στεφάνῳ στεφανώσας.

Τουτέστι κότον σοι θέρμιος περὶ τὴν κεφαλήν. παρήχηται γὰρ ὁ κότινος τῷ κότῳ δι' οὗ δηλοῦται μεγάλη ὀργή. Hic Comicus introducit

inopiam quæ iactat etiam Ioui ſe grationem eſſe quam Plutum ſeu diuitias qui in ludis Olympicis coronam ex viliſſima arbore ſanxerit dari quæ potius ex auro dari debuerat ſi ei opes eſſent acceptiores: tum alludit ad etymũ huius arboris: Chremylus autẽ retorquens dictum à paupertate de corona Oleaſtri minatur Iouem impoſita ei corona ex eadem arbore eam perditurum: quia ſignum eſt acerbitatis & indignationis male ibidem & paulopoſt ſcholiaſtes negat ex oleaſtro coronari athletas ſed ex olea: idque à poëta dictum eſſe ad extenuandam gloriam huius certaminis: ſed verum eſt quod ait Herculem Thebanum ex olea coronaſſe victores: quę erat albis foliis extrinſecus: prope fluuium Iliſſum, cuius rami ſicut myrti ſunt coronis proportionales: pœnamque ait conſtitutam eſſe in eos qui eam tetigerint & ex ea ramum abſtulerint: ille teſtem citat Ariſtotelem quod videre eſt in libro de mirabilibus auſcult. Pindarus contra, ſcribit Herculem Thebanum ab opacis fontibus Iſtri non Oleaſtrum ſed oleam attuliſſe qua victores coronarentur Olymp. od. 3. Ergo non Idæus ſed Amphitrionis filius ex hyperboreis hanc frondem attulit quum genti illi Apollinem colenti hoc perſuaſiſſet: quod etiam Scholiaſtes ibi confirmat ex teſtimonio Pherenici: ſed oleam interpretatur oleaſtrũ quod veriſſimum eſt, nam olea in mediis niuibus & glacie concreto ſolo naſci non poteſt. diſſentiunt auctores in origine, & in auctore. alij enim volunt originem eſſe vetuſtiſſimam videlicet à Curete illo qui Deus initiorum eſt; alij longe poſt initia: & ab Hercule Thebano. Sed dimiſſo Pindaro ſequamur auctoritatem Elienſium & Pauſaniæ. quum intermiſſi ludi ab Hercule Thebano inſtaurati eſſent, mutata eſt amaritudo in dulcedinem. Olea enim eſt ſignum pacis, tranquillitatis & quietis, qui verus eſt virtutis & laboris fructus. Nec mirum ſi in his ludis mutata eſt arbor coronalis. Nam in Pythiis & Iſthmiacis mutata eſt: nec iuuat opinionem Scholiaſtis Ariſtophanes ſed deſtruit. Nam paupertas vere ait ex oleaſtro Iouem victores ſuis ludis coronaſſe: nec gloria certaminis extenuatur à poëta quod oleaſtrum maluit dicere quam oleã quæ opulentior eſt quam oleaſter. Nam ex vtraque non fructus ſed frondes tantum accipiuntur: neque enim eſt in frondibus huius aut illius plantæ plus frugis ſed quare Idæus oleaſtrum elegit, Thebanus oleam? quia ille originem boni, pacis, ſeu dulcedinis reſpexit, innuens coronam partam eſſe ex labore & dolore: hic finem ſpectauit qui origine ſua & labore ipſo præſtantior eſt: quamuis enim corona ſit indicium pręteriti certaminis, maxime tamen pręſentis boni eſt Symbolum ex conſequentia pręteriti actus. Olympia quinque diebus agebantur vt oſtendit Pindarus Olymp. od. 5. his verbis, ἀέθλοντε πεμπταμέροις ἁμίλλαις. Vbi Scholiaſtes, ἐπὶ πέντε ἡμέρας ἤγετο αὐτὰ τοῦ ἀγωνίσματα, ἀπὸ ἑνδεκάτης μέχρις ἑκκαιδεκάτης. Hęc de primo certamine. Secundum Trezœnij à Diomedo deducunt in honorem Apollinis teſte Pauſania in Corinthiac. licet alij velint ab

Error Scholiaſtu in Ariſtophanem.

Mutata corona oleaſtri in olea frondem.

cur.

Per quinque dies Olympia celebrabantur.

Eurylocho: diſſenſus iſte nihil mutat ſed controuerſia eſt de corona: plerique ex lauro eam ſumi aiunt & hoc idem ait in Phocicis vbi ait Apollinem filiam Ladonis adamaſſe nomine Daphnen ſeu laurum ideo lauream ludis Apollinis adhiberi: Euſebius melius.

In Pythicis cur laurea corona dabatur.

πεπείθεσαν δὲ αὐτῷ τὴν δάφνην τοῦτο μὲν ὅτι πυρὸς πλῆρες τὸ φυτὸν καὶ διὰ τοῦτο ἀπεχθὲς δαίμοσι. τοῦτο δὲ ὅτι λάλον χρώμενον εἰς προθέσπισιν οὗ προφητεύειν τὸν θεόν. Itaque laurea Pythionicæ datur quod ſit hęc arbor quam ideo dæmones auerſantur quos ignis vrit æternus: tum quod vim quamdam diuinationis habeat. Nam quum immittitur igni, ſtrepitum edit; quod ſi tacuerit inauſpicatum eſt.

Quum tacet extincto laurus aduſta foco.

(Inquit Propertius). non inficior quin aliquando hęc corona vſi ſint in Pythico certamine. Sed primum & originale pręmium huius victoriæ pomũ erat quod apertiſſime Lucianus oſtẽdit de gymnaſiis ibi Pythionicæ tribuit, μῆλα τῶν ἱερῶν τοῦ Ἀπόλλωνος, quod etiam Archias. 1. Epigrammatum probat.

Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα τέσσαρες ἱροί
Οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων
Ζηνὸς, Λητοΐδαο, παλαίμονος, Ἀρχεμόροιο
Ἆθλα δὲ τῶν, κότινος, μῆλα, σέλινα πίτυς.

Cur pomum in premium Pythionica datur.

Cur pomum ſacrum eſſet Apollini in his ludis ex iis quæ diximus de Oſiride, Plutone, Sole, Baccho eumdem eſſe Deum, intelligi poteſt: tum quod Proſerpina vxor Plutonis pomo deguſtato in inferis manſerit: deinde ex pomis heſperidum quæ vigilia Draconis cuſtodiebantur. ludorum inſtitutio cauſam habet à Pythone ſerpente quam iaculis ſuis confixam occidit: ſed ab ea cæde fuit expiandus Apollo ita vt tamquam fugitiuus paſſim vagaretur piacula quærens ita vt tandem à Carmanore ſit expiatus Pauſan. in Corinth. An ergo Deum homo liberauit pollutione? hoc Theologi Delphici negant: qui narrant locum vbi redduntur oracula aliquando fuiſſe obſeſſum à Dracone fœmina vt Plutarchus aſſerit de defectu oraculorum quod etiam confirmatur à Clemente Alex. vbi Euam ſerpentem fœminam interpretatur, quam Apollo venenatis ſagittis confecit & fecit vt oraculo decederet. aiunt enim eam cum Apolline de oraculo contendiſſe ſed victam occubuiſſe ſub armis ipſius Dei ibidemque vrbs eiuſdem nominis condita eſt. dicta eſt enim πυθώ quia ſerpens illa Python vocabatur quod ab ea rogarentur oracula: nam πυθέσθαι rogare eſt vel quod ibi occiſa putruerit nam πύθειν Gręci, putrefacere, Latini dicunt: Apollonij Scholiaſtes in 1. Argonaut. ait Pythonem eſſe vrbem in Phocide vbi erat locus vnde oracula ferebantur dictam ab eo quod ibi rogarentur oracula vel quod ibi draco putruerit. & male nã prior fuit draco eius nominis quam vrbs ideo à dracone nomẽ accepit & recte fingitur ibi putruiſſe vbi occiſa eſt, quia Apollo ſeu dæmon putreſcere non potuit cum vicerit, tum quod corpus non habeat obnoxium putredini vt fœmina ſerpens ab eo victa, verum illius

Cauſa Pythiorum.

victoriæ ſymbolum ſunt poma quæ etiam inter ſigna myſteriorum adhibebantur. Sed altius perſcrutemur huius Theologiæ arcana antiquiſſima Plutarchus in eodem libro, καὶ μὴν ὅσας ἐν τε μύθοις καὶ ὕμνοις λέγουσι καὶ ᾄδουσι τοῦτο μὲν ἁρπαγὰς, τοῦτο δὲ πλάνας θεῶν κρύψεις τε καὶ φυγὰς καὶ λατρείας, οὐ θεῶν εἰσιν ἀλλὰ δαιμόνων παθήματα καὶ τύχαι μνημονευόμεναι δι' ἀρετὴν καὶ δύναμιν αὐτῶν καὶ οὔτε Αἰσχύλος εἶπεν ἁγνὸν τε Ἀπόλλω φυγάδα ἀπ' οὐρανοῦ θεόν. Suboleuit huic viro errores, fugas, ſeruitutes &c. eſſe dæmonum accidentia non Dei: ſed male negat Æſchylum dixiſſe ſanctum Apollinem exulaſſe cœlis. Vere & docte hoc Æſchylus dixit ex Schola veterum Theologorum Diabolum illum qui Lucifer ante vocabatur ex regia cœli deturbatum in tenebras exteriores: ſed quod inde ſubiicit oſtendit conſequentiam. πλεῖστον δὲ τῆς ἀληθείας διαμαρτάνουσιν οἱ Δελφῶν θεολόγοι νομίζοντες ἐνταῦθά ποτε πρὸς ὄφιν τῷ θεῷ περὶ τοῦ χρηστηρίου μάχην γενέσθαι. Non recte reprehendit Theologos Delphicos quod tradiderint Apollinem cum illa ſerpente decertaſſe de loco oraculi: homo enim in iuſtitia erat quam dęmon ei eripuit & victoriam retulit cuius hęc myſteria ſunt quaſi trophæa: tamen paulo poſt agnoſcit in his ſymbolum quoddam abominandi ſceleris & audaciæ ſuſpicionem: nam aduerſus eoſdem theologos negat tabernaculũ quod per ſingulos nouem annos ædificatur eſſe ſimulacrum antiquæ ſpeluncæ draconis ſed tyrannicæ aut regiæ habitationis. in prima homine iam dixi eſſe Imaginem Maieſtatis regiæ: ſed hoc non impedit quo minus ſit tabernaculum eius ſerpentis quæ ab Apolline interfecta eſt imo magis confirmat: quod autem in tabernaculum irrumpunt cum ſilentio oſtendit inſidias ipſius dæmonis in exitium Euæ irruentis, & ſic ruina ſerpentis accelerata, inuiſum Deo facinus perpetratum eſt. Nunc quæruntur piacula quibus ipſe homicida reſoluatur; ſeu puer patrimus matrimus id eſt vtroque parente floridus cum ardentidus tedis: ſic enim expiantur loci aut ædificia licet pręter tedas alia etiam adhibeantur ſed hęc prima eſt pars expiationis in tedis Apuleius 11. Metamor. *Nauem ſummus ſacerdos teda lucida ouo & ſulphure ſolenniſſimas preces de caſto præfatus ore, &c.* Puer iſte Apollinem ſignificat à quo eſt expiatio quia Sol eſt: non tamen ita ſe ipſum expiat ſed locum & cubile in quo draconem interemit. Quum enim Sol ſit corpus incorruptibile perpetua fruitur adoleſcentia, & ideo patrimus & matrimus dicitur quia ex forma & materia compoſitus eſt quarũ neutra in ipſo corpore corrũpitur. idcirco Græci in ſacro Apollinis Daphnæi pueros candidatos ad miniſteriũ adhibebãt Iulianus in Antiochẽſi, καὶ τοὺς ἐφήβους ἐκεῖ περὶ τὸ τέμενος θεοπρεπέστατα μὲ κατεσκευασμένους, λευκῇ δὲ ἐσθῆτι καὶ μεγαλοπρεπεῖ κοσμουμένοις. Romani in ludis ſecularibus in honorẽ Apollinis pueros, & Dianæ puellas adhibebant ex gente Patricia qui carmen in honorem illorum Numinum recitarent Horatius in carm. ſecul.

Cur Apollo fingitur puer patrimus matrimus.

Pueri ſacri Apollini & puellæ Dianæ.

Quo ſibyllini monuere verſus

Virgines lectas, puerosque castos
Diis quibus septem placuere colles
Dicere carmen.

Nouenarius numerus lustralis. Ergo iisdem facibus ſuccenſum eſt antrum vt ſedes oraculo deſtinata luſtraretur. At ad quid nouennium? quia per illud tempus à cæde expiatus eſt poſt errores & ſeruitutem quam paſſus eſt: nam hic numerus expiationi legitimus eſt ſecundum religionum canones. Ternarius enim numerus ter repetitus vim habet myſticam tam ob tria principia, quam ob imparitatem numeri qui Deo amantiſſimus eſt. Virgilius Eclog. 8.

Numero Deus impare gaudet.

Ternarius eſt primus imparium numerorum qui diuiſionem non patitur: ideo immortalitati ſimilimus: par autem diuiduus eſt: diuiſio vero germana eſt corruptioni & diſſolutioni: Igitur nouem conueniunt piaculis quod probatur ex Tibullo Libro 1.

Ipſe ego velatus filo, tunicisque ſolutis
Vota nouem Triuiæ nocte ſilente dedi.

Ouidius 7. Metamorph.

Terque ſenem flamma, ter aqua, ter ſulphure luſtrat.

Arnobius 3. Nouenarium numerum tradit quod in mouendis rebus potentiſſimus ſemper habeatur & maximus: Ergo & in expiandis, quia expiatio eſt motus ſeu mutatio rei ex deteriori in meliorem ſtatum. ſed cur potius per nouem annos, quam mẽſes aut dies? quia dies Ioui; menſes Lunæ; anni ſoli ſunt conſecrati licet etiam Ioui tribuantur ſed alia ratione: quia Ioui dantur vt principio ſuper naturam mouenti: Apollini vt motum perficienti à Natura, quod autem ait Plutarch. de fugientibus ex templo nec retro reſpicientibus & de menſæ euerſione, quid aliud inuoluit quam hominis morte damnati expulſio è paradiſo ſine ſpe vmquam reuertendi ex ſe ſe, laborum ærumnarumque initium. *Euerſio menſæ quid ſignificat.* Tunc enim menſa tot fructibus inſtructa ad vſum vitæ humanæ ſine labore & ſponte fluentibus euerſa eſt. Legem huic menſæ datam Apollinis fraude ob pomi deguſtationem violarunt. Quid mirum ergo ſi in antiquis Pythiis vbi gloria huius triumphi memoratur poma victori dentur in præmium? Eſt & in iis quædam myſtica ratio principij genitalis quod in ſole conſtituunt. Vnde in myſteriis Deæ Phrygiæ pomum ex ſanguine naſcitur Agdeſtis cui abſciſſa fuerant genitalia; Arnobius 5. *Pomum ex ſanguine.* *Cum diſſidio partium ſanguis fluit immenſus rapiuntur & conbibuntur hac terra; malum repente cum pomis ex his punicum naſcitur cuius nana ſpeciem contemplata regis ſangarij fluminis filia carpit mirans atque in ſinu reponit fit ex eo prægnans. &c.* Hæc de ſecundo certamine. reliqua duo ſunt Iſthmia & Nemea. Iſthmia *Iſthmiorum locus & origo.* prope Corinthum in magno totius Græciæ conuentu celebrabantur in honorem Meliceriæ ſeu Polæmonis inſtituta à Siſypho teſte Pauſania in Corinthiac. Plutarch. in Theſeo ait hos ab initio noctu celebrari ſolitos, poſtea interdiu ſed ab iis à Theſeo inuentos eſſe

in honorem Neptuni ad imitationem Herculis qui Olympia Ioui ſacrauerat. Nemea ab Argiuis inſtituta ſunt in honorem Archemori qui ſerpentis morſu necatus eſt, vt orbitas patris quodam ſolatio leuaretur, & infantis inſontis vmbræ placarentur, tum vt auſpicij infelicitas auerteretur; tunc enim ad bellum in Thebanos proficiſcebantur. Prima Iſthmiorum corona erat ex pinu quę aquarum Deo, ſacra eſt: Melicerta autem vnus eſt ex Diis marinis: eſt autem hæc arbor mari finitima & amica & ex ea potiſſimum naues extruuntur. Larice & picea cognatis ei arboribus. tum ex pice & reſina quæ ex iis naſcuntur vnguentum fit ſine quo hæc ligna compingi non poſſunt: & quia Bacchus etiam humido & genitali principio præſidet: ideo ei quoque pinus conſecrata eſt, & huic arbori natura vini maxime amica eſt: ibique melius vinum generatur vbi terra his ſtirpibus abundat; reſinam etiam quæ ex pinu procedit vino admiſcebant vt ſuo calore, quod in vino aquoſum eſt conſumat. Igitur pinus Diis humido præfectis dicata eſt Plutarch. Sympoſ. 5. quæſt. 3. Vbi ait poſtea apium in Iſthmiis datum fuiſſe idque ex Proclo probat qui cenſuit pineam coronam ab initio vſurpatam dum hoc certamen ſacrum non eſſet ſed quum poſtea inter ſacra haberi cœpiſſet mutatam fuiſſe pinum in apium: quia mutata quoque erat certaminis natura: & quoniam Nemea homini etiam attributa erant ideo potius apij quam lauri aut oleaſtri corona ſumpta eſt. Hinc patet primam coronam Nemeorum ex apio fuiſſe: quia funeſtum eſt & ſic aptum Opheltis ſeu Archemori exequiis Scholiaſtes Pindari. ἱερὸν τὸ σέλινον τῶν χθονίων: idem ait apium ſiccum Iſtmiis viride Nemeis adhiberi; quod crederetur Nemea ab Hercule in honorem Iouis eſſe inſtituta Iſthmia vero mortuorum eſſe. Hinc fit vt qui proximi eſſent exequiis nimirum ancipiti & periculoſo morbo laborantes apio indigere dicerentur teſte Plutar. in Timoleone. Natum enim fingitur ex ſanguine Dionyſij vt ex Clemente Alex. probatum eſt Arnobius 5. *Obliuioni etiam Corybantia ſacra donentur in quibus ſanctum illud myſterium traditur frater trucidatur à fratribus, interempti ex ſanguine apium natum; prohibitum menſis olus illud apponi ne à Manibus mortui inexpiabilis contraheretur offenſio.* Sed qua ratione ex cruore cæſi Bacchi generatum eſt? nimirum ſimile, ſibi ſimile generat: Bacchus idemque ſol vitalem calorem ſignificat ex cuius reliquiis id quod producitur calidum eſſe neceſſe eſt: & præterea funeribus gratum quia corpus mortui liberat à putrefactione quamdiu apij vis remanet: eſt enim Natura calidum ideoque febres purgat & materiam quæ ſanguini noxia eſt ex venis diſcutit & deterget: An quia calidum eſt non videtur (nam ſanguis & febris ſunt calida: ſimilia autem ſunt ſimilium conſeruatiua) ſane in igne duæ ſunt qualitates caloris, vna in conſumendo quæ inferior eſt & à ſuperiori minuitur vt oſtendi in cap. Virgines, altera in ſeruando quæ maior eſt: per quam apium ſanguinem purgat & febrem minuit, quod Aphrodiſæus ita confirmat.

Nemeorum inſtitutio.

Prima Iſthmiorum corona pinea.

Pinus diis humidis ſacra.

Priuata Nemeorum corona ex apio vt ſecunda Iſtmiorum: & cur.

Apium ſanat febrẽ & purgat ſanguinem non quia ſecunda qualitate calidum eſt ſed prima vrinam etiam expellit.

τὸ σέλινον θερμὸν ὂν μειοῖ πυρετὸν οὐ τῷ θερμὸν εἶναι (τὸ γὰρ ὅμοιον αὐξητικὸν τῶν ὁμοίων) ἀλλὰ τῷ ῥύπτειν τοὺς νοσοποιοὺς χυμοὺς ἐκ τῶν φλεβῶν καὶ εἶναι διουρητικόν. Ad hæc Lactantius in 6. Thebaid. *Archemori* (inquit) *agon. apij corona celebratur : idcirco quia puer cuius memoria certamẽ Nemeũ dicatũ eſt admodũ paruus obierat. Nam humilis herba, immaturi luctus oſtendit indicium* : Quæ ratio non eſt aliena ab ea quam adduxi : quia terreſtris planta cadaueri ſimilis eſt quod terræ hęret & in terra eſt reponendum : & hoc congruit immaturo luctui infantis : imo ſane Baccho optime congruit : quia adhuc infans diſcerptus eſt. Igitur in Nemeis apio coronabãtur & ex iis ſumptum eſt ad Iſthmiacos ludos mutata pinu : idque non gratia Herculis ſed Bacchi : quamquam hoc ſuæ gloriæ vindicat Hercules apud Callimachum.

An Nemea in Herculis honorem inſtituta ſint.

Τοῦ δὲ παρ' Αἰγαίωνι θεῷ τελέοντες ἀγῶνα
Θήσουσι νίκης σύμβολον ἰσθμιάδος
Ζηλώσαντες νεμέηθεν· πίτυν δ' ἀποτιμήσουσιν
Η πρὶν ἀγωνιστὰς ἔστεφε τοὺς Ἐφύρῃ.

Sed hoc ex opinione quorumdam dictum eſt qui exiſtimauere Nemea non in honorem Manium Archemori ſed in Herculis memoriam inſtituta eſſe quod dirum Nemeæ Leonem extinxiſſet. Verius tamen eſt Bacchi cauſa aſcitam fuiſſe coronam ex apio quod magis Baccho quam Herculi conuenit : vnde olim teſtæ vini apio tegebantur & coronabantur quod indicat veteris pœtæ Epigramma apud Plutarchum eodem.

Χθὼν ἡ Πελασγὴ πυελ καταθαλλομένη
Χεύσει κελαινὸν αἷμα Διονύσου θεοῦ
Ἔχουσα χλωρὰς ἰσθμικοὺς ἀνὰ στόμα.

Prima Iſtmiacis corona ex pinu reſtituatur.

Rectè ait apium abſcondere ſanguinem Dei quod ex eodem ſanguine natum eſt poſtremo pinea corona quaſi poſtliminij iure reſtituta eſt vt ibidem refert Plutarchus quoniam immerito mutata videbatur quia non minus grata eſt Neptuno quam apium. Ratio tamen mutationis ex cærimoniis ſacrorum Palæmonis accipi debet: Nam & ei & matri Leucothoæ celebrantur vt mortuis. mouentur enim ad planctus & lamentationes. Ideo noctu primum agebantur vt dixi ideo nigra ſuperſtitio dicitur.

Iſtmia primum nocturna.

Primus Piſea per arua
Hunc pius Alcides Pelopi certanit honorem
Puluereumque fera crinem deterſit oliua
Proxima vipereo celebrauit libera nexu.
Phocis, Apollinea bellum puerile pharetra
Mox circum triſtes ſeruata Palemonis aras
Nigra ſuperſtitio, quoties animoſa reſumit
Leucothoe gemitus & amica ad littora, Feſta
Tempeſtate venit : planctu conclamat vterque
Iſthmos Echionia reſponſant flebile Thebæ.

Pinus autem non eſt funeſta ideo minus conſentanea iſtis luctuoſis clamoribus:

clamoribus: pinus tamen tandem obtinuit aduerſus apium: quia Dij quoque ſunt iſti poſt obitum quibus gratæ ſunt lamentationes quia reuocant memoriam antiquę infelicitatis quę eis exitum vitę miſerrimę finemque miſeriarum, principium autem maioris & melioris vitæ nimirum diuinitatis attulit. imo aptior eſt ludis Iſthmiacis pinus: quoniam licet funeſta non ſit, eſt tamen inſignis luctus & miſerandi funeris indicium quod locum habet in myſteriis magnæ matris Arnobius 5. *Quid enim ſibi vult illa pinus quam ſemper ſtatis diebus in Deum matris intermittitis ſanctuario, nonne illius ſimilitudo eſt arboris ſub qua ſibi furens manus & infelix adoleſcentulus intulit & genitrix Diuûm in ſolatium ſui vulneris conſecrauit?* tum paulo poſt, *nonne illud indicant vti mater primigeniis floribus adornauerit pinum miſerabilis indicem teſtimoniumque fortunæ.* tum ſubiicit, *cui ad vltimum pinus ipſa paulo ante in diuinis inertiſſimum nutans lignum mox vt aliquid præſens atque auguſtiſſimum numen Deûm matris conſtituatur in ſedibus.* Et hoc quia ſub ea arbore Atys ſibi genitalia demeſſuit: vnde idem. *Pinus* (inquit) *illa ſolenniter quæ in matris infertur ſanctum Deæ, nonne illius imago eſt arboris ſub qua ſibi Atys virum demeſſis genitalibus abſtulit? & quam memorant diuam in ſolatium ſui conſecrauiſſe mœroris.* Atys apud eos Sol intelligitur eodem auctore; qui formam in compoſito ſignificat in imagine ſui corporis quod virilitatem amittit ſeu vim agendi poſt compoſitionem ſpeciei: quæ amplius nec eſt forma nec materia ſed quid mixtum, aliud ab vtroque. quod myſterium ex natura huius arboris oſtenditur quæ licet vt aliæ ſit compoſita ex quatuor elementis, tamen calori & humori propior eſt ex quibus fit generatio. pinus etiam non commota vento quaſi ſponte tremedunda lenem ſuſurrum emittit in ſpeciem luctuoſæ lamentationis ſympathia quadam miſeriæ & doloris quem Marſyas ei arbori alligatus patiebatur: is enim vrgente cruciatu eiulabat vbi viuus excoriatus eſt Nicandri Scholiaſtes, μυθεύεται γὰρ ὡς ἐπειδὴ Μαρσύας δεθεὶς ἐκ πίτυος ἐξεδάρη ὑπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἡ πίτυς συμπαθὴς ἐπ' αὐτῷ γενομένη θρηνώδης ὑπάρχει. Vnde illa ſympathia? non ex illo gemitu Marſyæ quia ante Marſyam lugebat ſed pauore venti etiam ſine vento compulſa, de quo hæc fabula narratur à Dionyſio Vticenſi libro 11. Pityn puellam formoſiſſimam deperibant Pan & Boreas Dij. Pytis elegit Pana eique adhæſit, vnde indignatus Boreas eam deprehenſam ſaxo alliſit, tellus gremio exceptam mutauit in arborem ſui nominis quæ ſui fati recordatione pauens hoſtilem ventorum impetum perpetuo trepidat leni motu quaſi gemens quod mouit Apollinem vt Marſyam ibi plecteret non abſimilem eius dolori comitem adiungens vt diuerſa cuiuſque ſortis conditione parem lamentationem ederent. quod non immerito de Borea fingitur qui ventus frigidiſſimus eſt & proinde contrarius huic arbori quæ humido & calido ſuſtinetur. Et ſic recte ex ea datur corona in ludis Deo humoris præſidi conſecratis. In his quatuor ſacris certaminibus quin-

Pinus eſt funeſta.

Atys idē quod Sol.

Cur pinus pauore venti etiā non flantis lamentari videtur.

Quinque certamina.

que ſpecies exercebātur in quibus omnibus qui vicerat πένταθλον Græci, quinquatrum Latini dixere auctore Feſto. Erant autem hi quinque actus diſci iactus, curſus, ſaltus, iaculatio, luctatio quos Simonides hoc breui epigrammate complexuss eſt

Ισθμια καὶ Πυθοῖ Διοφῶν ὁ φίλωνος ἐνίκα
Ἅλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην.

Diaulus, dolichus, oplites. At octo à Suida enumerantur inter quos diaulus: dolichus, & oplites recenſentur: verum hi tres ſub curſu continentur: diaulus eſt curſus quo curſor in meta non quieſcit ſed ad locum vnde prodiit recurrit: dolichus maior eſt diaulo, duodecim ſtadiis conſtans, ſed ſi ſub lege diauli curratur geminantur ſtadia dolichi. oplites autem

Pancratium. eſt curſus armati. At inter hęc genera certationū non eſt Pācratium quia eſt ſpecies mixta partim ex pugillatu, partim ex lucta in quo licet omnibus viribus coactis vti legibus luctę ſimul & pugillatus Nicephorus Gregoras in ſyneſiū de inſōniis. Ολυμπιακοὺς ἀγῶνας πέντε φασὶ πυγμὴν, πάλην, δρόμον, ἀκόντιον, καὶ δίσκον: τὸ μέντοι παγκράτιον ἕτερόν τι ἦν. σύνθετον γὰρ ἐκ πυγμῆς καὶ πάλης ἦν: ἐξῆν γὰρ τῷ παγκρατιάζειν ἐθέλοντι οὐ μόνον τοῖς νόμοις τῆς πάλης, ἀλλὰ καὶ τῆς πυγμῆς χρῆσθαι πρὸς τὸ νικῆσαι. Igitur quinque fuere certamina in quibus qui vicerat viliſſimā coronā reportabat ſed ex illa ſequebantur multa priuilegia, de quibus ita Vitruuius lib.9.in procœmio.

Athletarum præmia. *Nobilibus athletis qui Olympia, Iſthmiā, Nemea, Pythia viciſſent grecorum maiores ita magnos honores conſtituerunt vt non modo in conuentu ſtantes cum palma & corona ferant laudes, ſed etiam quum reuertantur in ſuas ciuitates cum victoria triumphantes quadrigis in mœnia & in patrias inuehantur è reque publica perpetua vita conſtitutis vectigalibus*

Cur non dantur ſapiētiæ ſed virtuti corporis. *fruantur.* Præmia iſthæc debebantur ſapientiæ, non virtuti corporis; ſed quia iudices quo ad ingenium attinet vel præſtantiores eſſe debent vel ſaltem non deteriores iis qui inter ſe certant: ideo ſi ij qui excellunt ſapientia certare deberent nullos haberent legitimos iudices: ſed vbi de præſtantia corporis iudicandum quiſque ſolo aſpectu poteſt iudicare. præterea auctores certaminum animaduerterunt pręmium ſapientiæ poſſe generare inimicitias & ſeditiones grauiſſimas: Nam nullus eſt qui non ægre ferat & acerbe indignetur ſe inſipientem iudicari: eſt enim defectus in ea parte qua maxime homines ſumus nimirum iudicio: itaque odium exardeſcit in iudices quia hanc animi imperfectionem publicauere & in victores quia gloriam illam victo eripuerunt. at ſi quis in corporis viribus improbatus fuerit, non ita ſuccenſet iudici quia hoc non eſt homini natura probroſum: eſt enim malum fortunæ aut ma-

Cur præmium debet eſſe ſuo labore præſtantius. teriæ non hominis. Denique præmium debet eſſe labore ſuo præſtantius: quia præmium eſt finis & perfectio, labor eſt actio ad illam ideoque imperfecta eſt quum perfectionem appetat: At ſi de ſapientia certaretur quid præmij loco poſſet conſtitui quæ cœleſte donum eſt & ſupra omnia excellentiſſimnm? hæc eſt ſententia Ariſtotelis problemat.ſect.30.quæſt.11.lege Solonis ei qui in Iſthmiis

vicerat centum drachmæ dabantur: Olympionicę quingentæ. Plutarchus in Solone. non poſſum tamen abſtinere ab indignatione in hiſce præmiis. Nam merces proponitur cuique vulneranti, cædenti, & occidenti dant præmium; & vulneratum damnant quod in iudiciis ſingularibus gloriantur ſeſe capitali ſupplicio vindicare: At in his tantum abeſt vt cædis iniuriam vlciſcantur quum ad eam faciendam præmiis impellant: vt Philo docet, περὶ γεωργίας. Ab exemplo tam impiæ & nefariæ ſuperſtitionis educti ſunt ludi Romanorum. At quomodo Romulus id à Gręcorum inſtituto traxit qui nec in Græcia, nec inter Græcos verſatus dicitur? Plutarch. ait eum literas gabiis didiciſſe non tamen Græce didiciſſe ait. Accepit hoc ab Hetruſcis qui à Lydis originem habent vnde ludi nomen: Tertullianus de ſpectaculis: *Ab his* (inquit) *ludorum origo ſic traditur Lydos ex Aſia tranſuenas in Hetruria conſediſſe vt Timæus refert duce Tyrrheno qui fratri ſuo ceſſerat regni contentione.* Igitur in Hetruria inter cæteros ritus ſuperſtitionum ſuarum ſpectacula quoque religionis nomine inſtituunt: inde Romani accerſitos artifices mutuantur tempus, enuntiationem vt ludi à Lydis vocarentur. Primi fuerunt Cõſualia in honorem Dei Conſi qui conſilio præeſt quem alij Neptunum equeſtrem appellant & ſunt primi Circenſes qui à raptu mulierum originem habent, in quibus coronari ſolebant equi & Aſini vt dixi in cap. feriis, non quod equo ſit conſors Aſinus & proinde equeſtri Neptuno ſit ſacer, nec quod eo tempore mare ſit nauigabile, ideoque iumentis quies aliqua pariatur vt ſentit Plutarch. in quæſt. Rom. quæſt. 48. Sed quod in iis ludis primum vſi ſint (ob equorum inopiam) omnibus animalibus quibus ferri poſſent auctore Seruio in hos verſus.

Origo ludorum Rom.

Conſualiũ inſtitutio in quibus equi & Aſini coronantur.

Nec procul hinc Romam & raptas ſine more Sabinas
Conſeſſu caueæ magnis Circenſibus actis.

Magnis (inquit) *quãſi ad paupertatem priſtinam pertinet: nam legimus propter equorum inopiam, diuerſis eos tunc vſos animalibus.* Raptæ autem ſunt Sabinæ Conſualibus hoc eſt menſe Martio. Conſus autem Deus eſt cõſiliorum qui ideo templũ ſub tecto habet vt oſtendatur tectum eſſe debere conſilium: inde fidei, panno velata manu ſacrificabatur quia fides tecta eſſe debet & velata ideo autem die Conſo ſacro rapuerunt Sabinas vt tegeretur initum de raptu conſilium. Iſte Conſus & equeſ Neptunus dicitur. vnde etiam in eius honorem Circenſes celebrantur. ibidem autem ait Megalenſes aut Romanos ante Kalendas Martias. Ergo idem eſt Conſus cum Equeſtri Neptuno, quod & Liuius innuit libro. 1. vbi ait Conſualia Neptuno fuiſſe ſolennia: At male ibi Seruius ait Circenſes dictos à circuitu enſium. Vere enim à Circo dicti ſunt in quo Ara ſub terram Conſo Deo erat conſecrata Tertullianus de ſpectacul. *Exinde ludi Conſualia dicti qui initio Neptunum honorabant: eundem enim & Conſum vocabant: dehinc Equiria Marti Romulus dixit, quamquam & Conſualia Romulo defendunt, quod ea Conſo dica-*

Conſus quis.

Ddd ij

uerit, Deo vt volunt conſilij, eius ſcilicet quo tunc Sabinarum virginum rapinam militibus ſuis in matrimonio excogitauit: probum plane conſilium, & nunc quoque apud ipſos Romanos iuſtum & licitum ne dixerim penes Deum. facit enim ad originis maculam ne bonum exiſtimes quod initium à malo accepit ab impudentis violentia alio Deo, à fratricida inſtitutore à filio Martis: & nunc ara Conſo illi, in Circo defoſſa eſt ad primas metas ſub terra cum inſcriptione huiuſmodi conſilio Conſus Mars Duello, lares comitio potentes. Igitur Circenſes dicuntur quia in Circo aguntur, non tantum cum equis licet equiti Deo ſacri ſint ſed cum Mulis & Aſinis vt probaui ex Seruio, & Feſtus docet. *Mulis* (inquit) *celebrantur ludi in Circo maximo Conſualibus, quia id genus quadrupedum primum putatur cœptum curri vehiculoque adiungi.* Sed in hoc iſti auctores non conueniunt quod ille ait Mulis & Aſinis vſos fuiſſe ob inopiam equorum hic vero quia primum Mulis in curribus vſi ſint. Sed verius eſt vnã causã ex altera pẽdere: Nã ideo primũ vſi ſunt Mulis quod nõdũ equos domare didiciſſẽt.

Circenſes vnde dicti.

Sed quid habet cõmune fides aut prudentia conſilij cũ Deo pręſide elemẽti quo nihil quicquã incõſtãtius & mutabilius, nihil inſanius. Verũ licet elementũ aquæ inconſtantiſſimũ videatur, Deus, tamen huic prępoſitus vim habet ſtabilitatis & ſolidæ virtutis ex qua ſola & cõſilium & fides naſcitur. Idcirco numerum octonarium ei conſecrauerunt, eique octauis ſacrificabant: & enim hic numerus primus ex pari teſſera & primi quadrati geminus, quem Neptuno tribuere quod ſuo ambitu terram obfirmet & coerceat quod in Theſeo ſic Plutarch. docet, καὶ γὰρ Ποσιδῶνα ταῖς ὀγδόαις τιμῶσιν. Η γὰρ ὀγδοὰς, κύβος ἀπαρτίου πρῶτος οὖσα καὶ τοῦ πρώτου τετραγώνου διπλασία, τὸ μόνιμον καὶ δυσκίνητον οἰκεῖον ἔχει τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως, ὃν ἀσφάλιον καὶ γαιήοχον προσονομάζομεν. Iure igitur Neptuno fidem & celeritatem conſilij dicauare quod terram ſtabiliat & celeritate motus polleat. Tertia ſpecies ludorum à Romulo inſtitutorum. (videlicet poſt conſualia & equiria) Capitolina aut Tarpeia dicuntur quæ Ioui feretrio ſacra ſunt dicta ab eo quod Ioui in monte Tarpeio qui poſtea Capitolinus dictus eſt, templum à Romulo fuerit conſecratum auctore Liuio 1. *Numa Pompil. Marti et Robigini ludos fecit & deinceps cæteri reges auctore Tertulliano.* Ibid. poſtea ſecuti ſunt Theatrales ſeu ſcenici qui ſunt alterius generis. Hæc enim eſt ludorum publicorum diuiſio, à loco ſumpta, & figura actus. Circenſes enim fiebant curriculo & certatione corporum; idque in Circo fit: ſcenici ſaltu, voce, & aliis modulationum modis: idque in Theatro hæc quamuis differant ſpecie, vnum tamen præcipuum finem habent nimirum deorum placationem. auctore Tullio 3. in Catilinam: aut honorem, auctore Liuio 3. decad. 1. Sed ex illa conſequentia populo voluptas naſcitur, tam in Circenſibus propter magnitudinem apparatus, quam in ſenicis ob irritamenta libidinum quæ ibi excitantur, ideoque lætitia moderanda eſt, ne præ libidine fines rationis excedat Tul-

Neptunus vim habet ſtabilitatem.

Ludi Capitolini & Tarpeij.

Differentia & ſimilitudo Circenſium & ſcenicorum.

lius hic. *Jam ludi publici quoniam ſunt cauea circoque diuiſi corporum certationes, curſu & pugillatu, luctatione curriculiſque equorum, vſque ad certam victoriam circo conſtitutis, cauea, cantu, voce, ac fidibus, vel tibiis dummodo ea moderata ſint vt lege praſcribitur.* Hoc enim eſt periculoſum quo mores populi corrumpuntur Tertullianus eodem, *Theatrum proprie ſacrarium veneris eſt: hoc denique modo id genus operis in ſeculo euaſit: nam ſæpe Cenſores renaſcentia tum maxime theatra deſtruebant moribus conſulentes quorum ſcilicet periculum ingens de laſciuia prouidebant, vt iam hinc ethnicis in teſtimonium cedat ſententia ipſorum nobiſcum faciens & nobis in exaggerationem diſciplinæ etiam humanæ prærogatiua: Jtaque Pompeius magnus ſolo Theatro ſuo minor, quum illam arcem omnium turpitudinum extruxiſſet, veritus quandoque memoriæ ſuæ cenſoriam animaduerſionem, veneris ædem ſuperpoſuit & ad dedicationem edicto populum vocans non Theatrum ſed veneris templum nuncupauit, cui ſubiecimus* (inquit) *gradus ſpectaculorum: ita damnatum & damnandum opus templi titulo prætexuit & diſciplinam ſuperſtitione deluſit & ad perfectionem libidinis, vt quod oculus ante inchoato ſcelere conceperat, poſtea totum corpus patrante affectu animi profligaret.* Nam peractis ludis ſub veſperam puellæ tamquam victimæ veneris proſtituebantur, ſub pretio cuiuſdam ſtipis & ſic intelligitur Statius in Syluis.

Scenicorũ corruptio.

Meretrices in ludis proſtituta per præconem.

Iam noctis propioribus ſub vmbris
Diues ſparſio quos agit tumultus
Huc intrant faciles emi puellæ.

Quod Tertullianus ibidem ita confirmat, *ipſa etiam proſtibula, publicæ libidinis hoſtiæ in ſcena proferuntur, plus miſeræ in præſentia fœminarum quibus ſolis latebant perque omnis ætatis, omnis dignitatis ora transducuntur, locus, ſtipes, elogium etiam quibus opus non eſt prædicatur.* Hic merito reprehendit ludos quibus ante ora omnium meretrices ducuntur à Præcone qui publicat locũ in quo poſſint ad ſatiandam libidinem inuenire, ſtipem ſeu mercedẽ qua ſtupri conductio contrahatur, & elogium id eſt titulus, ſellæ meritoriæ ſuperſcriptus: quod Seneca docet cõtrouerſ.2.deducta & in lupanar, accepiſti locum, pretium eſt conſtitutum: titulus inſcriptus eſt Iuuenalis de Imperatrice Meſſalina ſic ſcribit.

Quid elogium & titulus in Lupanari.

Jntrauit calidum veteri centone lupanar
Et ſellam vacuam atque ſuam tunc nuda papillis
Conſtitit auratis titulum mentita lyciſcæ

Martialis.

Intraſti quotiens inſcriptæ limina ſellæ.

Origo ſcenicorum repetenda eſt à T. Sulpitio Betico C. Licinio Stolone Coſſ. quorum cauſam ſic Liuius 7. exponit, *Pacis Deũm expoſcendæ cauſa tertio tum poſt conditam vrbem lectiſternium fuit & cum vis morbi nec humanis conſiliis nec ope diuina leuaretur, victis ſuperſtitione animis ludi quoque ſcenici noua res bellicoſo populo (nam Circi modo ſpectaculum fuerat) inter alia cœleſtis iræ placamina inſtituti di-*

Origo ſcenicorum.

cuntur: Caterum parua quoque (vt ferme principia omnia) & ea ipſa peregrina res fuit: ſine carmine vllo, ſine imitandorum carminum actu: ludiones ex Hetruria acciti ad tibicinis modos ſaltantes, haud indecoros motus more Thuſco dabant. Valerius Max. 2. cap. 1. Sic de origine Scenicorum, *C. Sulpitio Betico C. Licinio ſtolone Coſſ. intoleranda vis ortæ peſtilentiæ ciuitatem noſtram à bellicoſis operibus reuocatam domeſtici atque inteſtini mali cura afflixerat: iamque plus in exquiſito & nouo cultu religionis, quam in vllo humano conſilio poſitum opis videbatur: Itaque placandi cæleſtis numinis gratia compoſitis carminibus vacuas aures præbuit ad id tempus Circenſi ſpectaculo contenta, quod primus Romulus raptis virginibus Sabinis, Conſualium nomine celebrauit. Verum vt eſt mos hominum paruula initia pertinaci ſtudio proſequendi venerabilibus erga deos obſequiis, iuuentus rudi atque incompoſito motu corporum iocabunda geſtus dedit, eaque res, ludium ex Hetruria accerſendi cauſam præbuit cuius decora pernicitas vetuſto ex more Curetum Lydorumque à quibus Hetruſci originem traxerunt nouitate grata Romanorum oculos permulſit.* Hoc poſtremum eſt de ſaltatione armata quam innuit ſcenicis conuenire. Nam ad Curetes origo Pyrrhicæ refertur. Et hoc cum dicto Liuij loco ita conſentit vt vnus ex altero deſcriptus videatur. Liuius tamen quaſi oblitus eius quod multum ante ſcripſerat ex auctoritate Valerij Antiatis, in 36. primos ludos ſcenicos ait celebratos fuiſſe M. Cornelio & T. Sempronio Coſſ. quod tempus maximo interuallo diſtat à priore. Verum in 36. loquitur de Megalenſibus qui primum Circenſes fuere. Seruius in 3. Æneid. *Quum Romani iracundia matris Deum laborarent, & eam nec ſacrificiis nec ludis placare poſſent quidam ſenex ſtatutis ludis Circenſibus ſaltauit quæ ſola fuit cauſa placationis vnde & natum prouerbium eſt, omnia ſecunda ſaltat ſenex.* Poſtea cœpit etiam ludis theatralibus honor magnæ matris celebrari qui primi Megaleſia vocati ſunt: Nam Megalenſes nimirum ſcenici illi primi fuere at non Megalenſes Circenſes. Nam prius ei deæ inſtituti ſunt Circenſes quum religio eius ſuſcepta eſt: (vt auctor eſt Dionyſ. Halic. 2.) à M. Iunio Bruto. ſub iis Coſſ. quos dixi. Theatrales facti ſunt auctore Liuio ibidem. Seruius tamen ſibi contradicere videtur in 8. Æneid. vbi *Quum ludi Circenſes* (inquit) *Apollini celebrarentur & Hannibal nuntiatus eſſet circa portam Collinam & vrbi ingrueret omnes raptis armis concurrerunt, reuerſi poſtea cum piaculum formidarent inuenerunt ſaltantem in Circo ſenem quemdam qui cum interrogatus dixiſſet ſe non interrupiſſe. &c.* Verum Atys quem eumdem fuiſſe cum ſole vel Apolline Arnobius refert, in ſacris Deum matris etiam colitur, ideo Seruius eoſdem ludos quos ſacros deæ eſſe dixit ſoli ſeu Apollini tribuit. Alia eſt ratio ludorum Apollinarium quia ſunt ſuſcepti tantum in honorem Apollinis non valetudinis ergo ſed victoriæ, auctore Liuio 25. dies autem certus non eſt ex Senatuſc[illegible] qu[illegible] ludi conſtituti ſunt præſticutus, ſed poſtea cautum eſt [illegible] tuum, in ſtatum diem vouerentur nimirum in 3. nonas q[illegible]ntiles [illegible]

Cõciliatur Liuius ſibi.

Megalenſes inſtitutio qui primum circẽſes, tum ſcenici fuere.

Apollinares ludi.

dem teſte 27. Hinc liquet ſcenicos ſeparatim à Circenſibus actos ſuiſſe. Sed in quo conſiſtunt Circenſes, in quo ſcenici? In Circenſibus apparatus erat ampliſſimus. Nam imprimis viri principes pompam ducebant Diis, à Capitolio per forum in Circum maximum: in hac pompa præcedebant eorum liberi pubertati proximi equitantes, & ij quorum patres erant equeſtris cenſus: cæteri pedites certaturi diſtincti per alas perque centurias & ordines claſſium & hoc non fruſtra. Nam eo modo peregrinis qui ſpectandi gratia confluxerant pulcritudo & multitudo iuuentutis Romanæ demonſtrabatur ad terrorem & admirationem eorum vt Dionyſius halic. notat. 7. hos ſequebantur quadrigarij, bigarij & ſingulorum equorum agitatores: poſt eos athletæ nudi exceptis ſubligaribus quibus pudenda tegebantur ad veterum Græcorum imitationem vt idem probat ex Homero: Athletas ſequebantur chori ſaltatorum trifariam diuiſi: primus virorum, ſecundus puberum, tertius puerorum: vnicuique choro dux præerat præſiliens ad modos quos alij ſequerentur, altero præcinente modulos militares & concitatis rythmis ad pugnam animos accendentibus: quæ ſpecies armatæ ſaltationis erat Pyrrhica nomine vt idem teſtatur, à Græcorum ſabulis ducta cuius originem Mineruæ tribuunt poſt victos Titanas præ gaudio ſaltantis: aut Curetibus qui Iouem inſantem eo ſonitu cuſtodiebant, aduerſus ſaturnum ne pueri vagitum audiret, vt ipſum inſantem mulcerent eo genere ludi. Hic mixti ſunt ludi quia & curriculum eſt certatioque corporum (quæ ad Circenſes pertinent) & Pyrrhica eſt (quæ ad ſcenios referenda eſt vt ſupra ex Valerio patet) deinde quæ ſequuntur ſcenica ſunt: nam ſaltantibus obſequebantur modulatores qui populum, cantu, fidibus, & tibiis oblectabant Dionyſius ibidem vbi exprimit omnes partes in quibus moderanda erat lætitia popularis, excepto cantu, ſed illa pars quæ voce conſtat paulo poſt exponitur ab eo vbi de ſaltatoribus agit qui carminibus & concentibus præibant: ait etiam Lyras Septemfides Romanis vſitatas ſuiſſe in ludis quod à Græcis acceperunt vt innuit Virgilius libro 6. Æneidos.

Apparatus Circenſium.

Pyrrica, ſaltatio armata.

Nec non Threicius longa cum veſte ſacerdos.
Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum.

Quę ſpecies organi primo Circenſibus adhibita fuit: poſtea ſcenicis auctore Horatio libro de arte Poëtica.

Lyra ſeptemfides.

Muſa dedit fidibus Diuos pueroſque deorum.
Et pugilem victorem & equum certamine primum
Et iuuenum curas & libera vina referre.

Sed cùm ſonus lyræ remiſſior eſſet & lenior paulatim gliſcente luxuria in grauiorem mutatus eſt: vt languidiores in venerem grauitate toni mouerentur aut aliam voluptatem.

Sic etiam fidibus voces creuere ſeueris,

Tibiæ à Minerua inuentæ ſunt: quum Perſeus Meduſæ caput ope Palladis abſcidiſſet, ſorores eius ſtheno & Euryalia ipſam lugebant:

Quomodo Minerua tibias inuenit.

Ex capite lugentium quod ſerpentibus erat opertum ſibili erumpebant ſpeciem lugentium exprimentes, quod Pallas animaduertens excogitauit vt eundem ſonum tibiis redderet: vnde poſtea accommodata eſt tibia funeribus principum in laudem eorum tam ad accendendos animos ſtudio certandi quam ad lętitiam ſpectantium: hæc fabula recenſetur à Pindaro in Pyth. oda. vltima digna cauſa ſuo, effectu. Nam tibię ex morientium anguium ſibilis ſatis oſtendunt dęmonis ſeu veteris ſerpentis inuentum eſſe: quid enim aliud gorgon ſignificat? Palladi tamen hoc tribuitur vt rei fœditas, auctoritatis excellentia minueretur: ſed tandem proiecit partum ſuæ ſapientiæ: Nam aſpecta in fonte ſui imagine, agnouit ſuæ pulcritudinis detrimentum, ideoque tibias proiecit quas Marſyas inuenit iiſque vſus eſt & ſoni vanitate ita gloriatus vt ſibi exitium, ſuis luctum pepererit Palæphatus, ἐμίσησεν Ἀθηνᾶ τοὺς αὐλούς. οὐκ ὀλίγου γὰρ ἀφῃροῦτο τοῦ κάλλους, πηγὴ τὴν εἰκόνα δεξαμένη, τὸ συμβὰν ἐδίδαξεν: οὗ ποδὲ ἐρριμμένων τῶν αὐλῶν ὁ Μαρσύας ὑφίσταται. Sed hoc fabuloſum eſt: id tamen verum, has ſaltationes & modos ad ciendos animos ad bellum prodiiſſe: tibias autem melos inſpirare molle & eneruatum, rei militari cuius ipſa Minerua præſes eſt non conſentaneum Phurnutus, τοὺς δ' αὐλοὺς εὑρεῖν, εἶψαι δὲ ὡς ἐκθηλυνοῦντας τὰς ψυχάς· οὐ δ' αὐτῶν ἀποδιδομένου μέλους καὶ ἥκιστα ἐπάνδρου καὶ πολεμικοῦ δοκοῦντος εἶναι, Arnobius. 7. *Eadem ratione & omnipotentia Numina tibiarum ſtridore mulcentur & ad numerum cymbalorum mollita indignatione flacceſcunt.* Iam enim Arnobij tempore aucta erat tibicinum gloria vt per theatra longa veſte ad oſtentationem dignitatis vterentur & grauioribus modis & numeris inflarent tibias imitantes tubarum ſtridorem Horatius de art. poët.

Cur Minerua tibias proiecit.

Tibiis addita dignitas.

Tibia non vt nunc orichalco vincta, tubæque
Æmula ſed tenuis ſimplexque foramine paruo
Aſpirare & adeſſe choris erat vtilis, atque
Nondum ſpiſſa nimis complere ſedilia flatu
Quo ſane populus numerabilis vt pote paruus
Et frugi caſtuſque verecunduſque coibat
Poſtquam cœpit agros extendere victor & vrbem
Latior amplecti muros vinoque diurno
Placari genius feſtis impune diebus
Acceſſit numeriſque modiſque licentia maior
Indoctus quid enim ſaperet liberque laborum
Ruſticus vrbano confuſus, turpis honeſto
Sic priſcæ motumque & luxuriam addidit arti
Tibicen, traxitque vagus per pulpita veſtem.

Satyri poſt ſaltatores armatos.

Sequenti ordine nimirum poſt armatos ſaltatores incedebant ſatyri Grȩco habitu ſilenos repræſentantes, hirſutis tunicis, omni genere florum amicti: alij hircinis tergoribus & ſetis in vertice horrentibus: hi non cadentibus ad modum pedibus ſed ludibrij cauſa

incompoſito

incompoſito motu; & Satyrico more ſales & dicteria iaciebant (vt in triumphis milites contra imperatorem ſuum) vt aſſerit ibidem Dionyſ. deinde ſucceſſiue procedebat agmen cythariſtarum & tibicinum cateruatim non vt dixi poſt ordinem ſaltatorum armatorum ſequi: Nam ibi non ſunt in agmine ſed quidam ex eis ſeruiunt tantum ſaltationi. deinde ſuccedebat ordo eorum qui acerras aureas argenteaſque ſacras & publicas geſtantes ſuffitum faciebant. poſtremi erant ſimulacrorum geſtatores quibus expreſſæ erant effigies deorum non tantum qui Conſentes appellantur ſed & ſemideorum, quorum animæ poſt obitum inter deos relatæ ſunt vt pari cum his honore colerentur Herculis, Æſculapij, Caſtorum, &c. eodem auctore: quo confirmantur ea quæ dixi in cap. Diuos. hæc pompa paucis à Tertulliano ſic traducitur de ſpectac. *Sed Circenſiū paulo pompatior ſuggeſtus quibus proprie hoc nomen pompa præcedit quorum ſit in ſemetipſa probans de ſimulacrorum ſerie, de imaginum agmine, de curribus, de thenſis, de armamaxis, de ſedibus, de coronis, de exuuiis; quanta præterea ſacra, quanta ſacrificia præcedant, intercedant, ſuccedant: quot collegia, quot ſacerdotia, quot officia moueantur, ſciunt homines illius vrbis, in qua dæmoniorum conuentus conſedit.*

Cytharistæ & tibicines.

Hæc plana ſunt excepto eo quod de coronis & exuuiis ait. quod ex more Athenienſium ortum eſt qui ſacris Dionyſij coronas ferebant in pompa quibus inter certamina coronabantur viri qui de Rep. benè meriti erant; ſpolia etiam ferebantur quæ poſt coronationem oſtentabantur quod inde Romanis vſitatum fuit Dionyſius ibid. εἰ δὲ τοῖς διὰ μέσου τῶν ἀθλημάτων χρόνοις ἑλληνικώτατοι καὶ κράτιστοι ἁπάντων ἐθνῶν ἀπεδείκνυντο, στεφανώσεις καὶ ἀναῤῥήσεις ποιούμενοί τινας ὧν ἐτίμων τοὺς ἑαυτῶν εὐεργέτας: ὡς Ἀθήνησιν ἐν ταῖς Διονυσιακαῖς ἐγίνετο θυσίαις, καὶ σκύλων ὅσων λάβοιεν ἐκ πολέμων ἐπιδείξεις τοῖς εἰς θέας συνεληλυθόσιν. Hoc non fruſtra inſtitutum eſt. Nam laudes illæ bonorum ciuium animos huius beneficij gloria ſuccendunt ad maiora & reliquorum ingenia honoris deſiderio mutant in melius & oſtentatione ſpoliorum terrent peregrinos. Atqui hæc omnia à Dionyſ. & Tertull. Circenſibus tribuuntur, quomodo ſcenicis poterunt accommodari quorum & originem & formam diuerſam eſſe diximus? Verum Dionyſ. in horum ludorum deſcriptione antiquas medias & nouas non confuſe ſed ſeruato ordine temporum compoſuit cærimonias; quia voluit oſtendere perfectos mores & inſtituta Romana quatenus aut cum Græcis conſentiant, aut ab iis aliena videntur. igitur in Circenſibus permixti ſunt etiam Scenicorum apparatus in pompa tamen non in theatro aut Scena & ſic nihil quicquam in contrarium Tertull. ait qui de tibiis, cantu, fidibus, Satyricis motibus & verbis nihil dicat in hac parte, in quibus antiquiores ſcenici conſiſtunt. Satyræ autem origo ſic à Liuio deſcribitur. 7. *Imitari deinde eos iuuentus ſimul inconditis inter ſe iocularia fundentes verſibus cœpere, nec abſoni à voce motus erant: accepta itaque res ſæpiuſque vſurpando excitata ver-*

Corona in pompa latæ & exuuiæ.

In Circenſium pompa permixtus eſt ſcenicorum apparatus

naculis artificibus quia biſter thuſco verbo ludio vocabatur, nomen hiſtrionibus inditum qui non ſicut ante feſcennino verſu ſimilẽ incompoſitum temere ac rudem alternis iaciebant ſed impletas modis Satyras deſcripto iam ad tibicinem cantu, motuque congruenti peragebant. Vnde patet Romanos primum vſos fuiſſe carminibus incompoſitis qui feſcennini vocabantur antequam ab Hetruſcis verſum, modo congruenti ſonantem accepiſſent. hoc genus verſuum primo ſub ſpecie ſacræ ſolenniſque licentiæ carpebat mores noxios: deinde licentioſa procacitas in acerbitatem delapſa in rabiem verſa eſt Horatius libro. 2. epiſtol.

Satyra origo. *Feſcenini verſus.*

Feſcennina per hunc inuenta licentia morem
Verſibus alternis opprobria ruſtica fudit
Libertaſque recurrentes accepta per annos
Luſit amabiliter, donec iam ſeuus apertam
In rabiem verti cœpit iocus & per honeſtas
Ire domos impune minax: doluere cruento
Dente laceſſiti.

Origo feſcenninorum. Sane feſcennina & Satyrica, mala ſunt verba, non quod hæc ab illis fluxerint: ſunt enim ſpecie differentia. feſcennina enim ſunt obſcena proprie quæ in nuptiis & rebus venereis accinuntur, origine ſumpta à feſcennio vrbe Italiæ vbi nuptialia inuenta ſunt carmina teſte Seruio in hunc verſum Virgilij 7. Æneid.

Hi feſcenninas acies Æquoſque Phaliſcos.

Et hoc ait ab Athenienſibus defluxiſſe Seruius. Hoc autẽ gratum fuiſſe nouis cõiugibus innuit Catullus in Epithalamo Iuliç & Manlij. *Ne diu taceat procax feſcennina locutio*: Feſtus ex eo more deducit originem prætextati ſermonis quod nubentibus depoſitis prætextis obſcena clamentur à multitudine puerorum, idque in honorem Dei qui omni obſcenitati præſidet: *Feſcennini* (inquit) *verſus qui canebantur in nuptiis: ex vrbe feſcennina dicuntur allati: ſiue ideo dicti quia faſcinum putabantur arcere.* Male feſcenninum ex faſcini depulſione: etymon enim ex loco conſtat: quia certum eſt in Italia vrbem eſſe eiuſdem nominis vt patet ex dicto loco Virgilij: tum ex Seruio: deinde ex Feſto. Recte tamen dicuntur hæc verba depellere faſcinum nam quo turpiora, ſunt Deo Priapo gratiora. Eſt enim præſes venereæ libidinis ſeu fœcunditatis: Idcirco inuidiæ & malignitati aduerſatur, iiſque vitiis quæ obſtant fertilitati & abundantiæ quam optant coniuges nuptiis: Idcirco hortorum Deus erat vt eorum fructus augeret & ſeruaret ab iniuria furum & auium. Virgil. 4. Georg.

Turpia verba Priapo grata.

Et cuſtos furum atque auium cum falce ſaligna
Helleſpontiaci ſeruet tutela Priapi.

Nec quicquam mutat ex hac ratione quod Plautus tutelam hortorum veneri aſſignet. Nam quid veneri conuenientius quam Deus ille veneris ſeu generationis inſtrumentum. Et quoniam faſcinationes omnino huic fœcunditati aduerſantur idcirco in remedium

illarum imponitur hortis Priapi ſimulacrũ : & foribus ſuſpenditur Liuius 19.cap.4. *Quam rem comitata eſt religio hortoſque & fores tantum contra inuidentium faſcinationes dicari videmus : in remedio ſaturnica ſigna quamquam hortos tutela veneris aſſignante Plauto.* Quid ſint ſaturnica ſigna ſeu genitalia ex quibus venus ſata eſt ex fabulis petendum. Igitur priapus quaſi Bacchi conſors imo ſimulacrum vt in myſteriis dixi, Deus erat vitium, & hortorum, vindex faſcinatorum quique non tantũ Dionyſiis adhibetur ſed cæteris etiam ſacris cum luſu & riſu quod ab Ægyptiis ortum eſſe ſic Diodorus oſtendit 4. περὶ μὲν οὖν τῆς γενέσεως τοῦ Πελάπου καὶ τῆς τιμῆς τοιαῦτα μυθολογεῖται παρὰ τοῖς παλαιοῖς τῶν Αἰγυπτίων: τοῦτον δὲ τὸν Θεὸν τινες μὲν ἰθύφαλλον ὀνομάζουσι : τινὲς δὲ τυφῶνα. Τὰς δὲ τιμὰς οὐχ οἱ μόνοι κατὰ πόλιν ἀπονέμουσιν αὐτῷ ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς ἀγροικίας ὀπωροφύλακα τῶν ἀμπελώνων καὶ τῶν κήπων : ἔτι δὲ πρὸς τοὺς βασκαίνοντάς τι τῶν καλῶν: τοῦτον κολαστὴν παρεισάγοντες εἴτε ταῖς τελεταῖς οὐ μόνον ταῖς Διονυσιακαῖς ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις οὗτος ὁ Θεὸς τυγχάνει τιμῆς τινος μετὰ γέλωτος καὶ παιδιᾶς παρεισαγόμενος ἐν ταῖς θυσίαις. Hinc parua illa ſimulacra hominum ex ligno quibus erant enormis magnitudinis veretra quę Baccho ſacra erant ſcholiaſtes Ariſtophanis in nubibus ex teſtimonio Luciani in ſyriæ Deo. φάλλους ἕλληνες τῷ Διονύσῳ ἐγείρουσι ἐπὶ τῶν καὶ τοιόνδέ τι φέρουσιν : ἄνδρας ἐκ ξύλου πεποιημένους μεγάλα αἰδοῖα ἔχοντας, καλεῖται δὲ τὰ δὲ νευρόσπαστα καὶ παραχαπὰν δὲ ἐν τοῖς προπυλαίοις τοῦ Συρίης Θεοῦ ναοῦ φαλλοὶ ἑστᾶσιν οὓς Διόνυσος ἐστήσατο. Turpitudo, membra, riſus, iocus, ad faſcinum depellendum oſtendunt rationem qua in nuptiis obſceni iſti verſus promebantur idque ita in nuptiis permiſſum poſtea ad ludos trãſlatum eſt vt verborum impudica prolatio Priapi diuinitatem conciliaret & malorum dæmonum malignitatem auerteret. Hoc à fœditate rerum venerearum, paulatim ad licentiam obtrectandi & mordendi alios ob ſermonis cognationem deſcendit. Nam vtrumque ex eodem parente naſcitur eodemque auctore aſſeritur : parens eſt animus hominis cõcepta idololatria prægnans: auctor eſt ipſe ſpiritus immundus à quo ſemen tantæ impietatis effuſum eſt. Hæc eſt origo ſatyræ ex qua Liuius primus Poëta Romanus fabulã inchoauit, quod Liuius ibidem ita refert. *Poſt aliquot annos qui à Satyris auſus eſt primus argumento fabulam ſerere, idem ſcilicet (id quod omnes tum erant) ſuorum carminum actor dicitur cum ſapius reuocatus vocem obtudiſſet venia petita puerum ad canendum ante tibicinem quum ſtatuiſſet canticum egiſſe aliquando magis vigente motu quia nihil vocis vſus impediebat : inde ad manum cantari hiſtrionibus cœpit diuerbiaque tantum ipſorum voci relicta : Poſtquam lege hac fabularum ab riſu ac ſoluto ioco res auocabatur & ludus in artem paulatim verterat, iuuentus hiſtrionibus fabellarum actu relicto ridicula intexta verſibus iactare cœpit quæ inde exodia poſtea appellata conſertaque fabellis potiſſimum Atellanis ſunt. Quod genus ludorum ab Oſcis acceptum tenuit iuuentus, nec*

Priapus depulſor faſcini.

Simulacra virorum cum ingentibus veretris.

ab hiſtrionibus pollui paſſa eſt, ideo conſtitutum eſt vt actores Atellanarum tribu non mouerentur & ſtipendia tamquam expertes artis ludicræ faciant: Idem fere Valerius eodem libro. Vnde patet Atellanos licet in ſcena ludant non notari infamia etiamſi cæteri ſcenici infames eſſent quia hoc genere carminis vtebantur non hiſtriones ſed iuuenes Romani: Tum etiam differentia patet feſcennini, Atellani, & Satyrici. Notandum eſt autem primos ſcenicos non fuiſſe actos in ſumptuoſa ſcena: ea in Circo facta eſt: idem de primis ſcenicis, *Quinetiam quum medios forte ludos Circus Tyberi ſuperfuſo irrigatus impediſſet, id vero velut auerſis iam Diis aſpernantibuſque placamina iræ terrorem ingentem fecit.* At poſtea tria ſcenarum genera eſſe cœperunt diuerſæ ſtructuræ, tragica, Comica, & ſatyrica Vitruuius 5. cap. 8. Vbi non ſequitur ordinem temporum nam prima eſt Satyra: ſed excellentiæ rationem habet non temporis. Nam tragœdia grauior eſt & maiorum rerum tractationi aptior in qua regum facinora, principum clades & ſcelera, furores & errores repræſentantur pede graui & quaſi armato Horatius de arte Poëtica.

Differentia feſcennini, ſatyrici & Atellani verſus.

Prima ſcena in Circo tum tria Scenarum genera inſtituta.

Tragœdia Romanis poſt Satyram.

Archilocum proprio rabies armauit Iambo
Hunc ſocci cepere pedem grandeſque cothurni
Alternis aptum ſermonibus & populares
Vincentem ſtrepitus & natum rebus agendis.

Græcis tragœdia ante Satyram.

Sed Græcis tragœdia prior eſt Satyra.

Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum
Mox etiam agreſtes ſatyros nudauit, & aſper
Incolumi grauitate iocum tentauit, eo quod
Illecebris erat & grata nouitate morandus
Spectator functuſque ſacris & potus & exlex.

Origo Græciæ Tragœdiæ.

Quoniam Satyra acerbitatem tragœdiæ temperat & linit. Origo tragœdiæ eſt à ruſticis Atticis qui ſacris Bacchi poſt collectas fruges (vt docui in myſteriis) liberrime quemlibet è plauſtro carpebant quod etiam ad eorum imitationem veteres Latij ruſticos vſurpaſſe Dionyſius Hal. 7. ait & aſſerit Horatius 2. epiſt.

Agricolæ priſci fortes paruoque Beati
Condita poſt frumenta leuantes tempore Feſto
Corpus & ipſum animum ſpe finis dura ferentem
Cum ſociis operum pueris & coniuge fida.

Hæc omnino conſentiunt cum iis quæ de Baccho dixi, eius ſimulacrum eſſe pudendum viri & delectari verbis obſcenis & conuicioſis, eum eſſe Deum libertatis & cuiuſcumque in omnem libidinem licentiæ, ei hircum ſacrum eſſe, non quod vites abrodat ſed quod ipſemet hircus ſit: ideo in hoc ludo tragico præmium impudentiſſimi victoris & turpiſſimi poëtæ, eſt hircus.

In Tragœdia præmium eſt hircus.

eadem ratione ad imitationem tragœdię certabant etiam Poëtę veteris Comœdiæ Dionyſiis, ſcholiaſtes Ariſtoph. in nubibus. Διονυσίῳ ἐπετελεῖτο τὰ Διονύσια οἷς ἠγωνίζοντο οἵ τε τῆς τραγῳδίας καὶ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιηταί. Eadem ratione quod ſacris Diony-

ſij conceſſum eſt, mulieribus in magnis quoque myſteriis datum idem. Nam Eleuſim plauſtris vectæ mulieres Athenienſium vt ſacris illis ſanctis intereſſent, pietatis ſuæ munus ab ipſa maledicentia auſpicabantur. Nam ſibi inuicem ſales & ſcommata iniiciebant per viam idque lege ſacrorum conſtitutum erat idem in Pluto. αἱ τῶν Ἀθηναίων γυναῖκες ἐπ' ἁμαξῶν ὀχούμεναι εἰς τὰ μεγάλα Ἐλευσίνια ἀπήρχοντο· ὡς ἐπὶ ἁμαξῶν οὖν ὀχουμένων αὐτῶν, ἐπὰν εἰς Ἐλευσίνια, βαδίζωσιν εἰς τὰ μεγάλα μυστήρια καὶ λοιδοροῦσιν ἀλλήλαις ἐν τῇ ὁδῷ τοῦτο εἶπεν· ἔθος γὰρ ἦν αὐταῖς τοῦτο. Comœdia autem quæ vetus dicta eſt, acerbam habuit mordacitatem quam ſcripſerunt Eupolis, Cratinus, & Ariſtophanes, vnde ille,

In Eleuſiniis ex plauſtro maledicebant.

Vetus Comœdia.

Eupolis atque Cratinus, Ariſtophaneſque, poëtæ
Atque alij quorum Comœdia priſca virorum eſt.

Sed ij tamquam exulcerati ſuæ maledicentię virus acerbius quam par eſt euomebant, ita vt eſſent terrori magnis viris, quod Perſius innuit hoc verſu.

Iratum eupolidem vegrandi cum ſene palles.

Idcirco lege Athenienſium cautum eſt ne quis nominatim malediceret quæ lex teſte Acrone dicebatur ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν id eſt conuiciorum quibus nominatim perſonæ proſcindebantur. quod docte Horatius ita expoſuit.

Succeſſit vetus his comœdia non ſine multa
Laude, ſed in vitium libertas excidit & vim
Dignam lege regi; lex eſt accepta, choruſque
Turpiter obticuit, ſublato iure nocendi.
Nil intentatum noſtri liquere poëtæ.
Nec minimum meruere decus, veſtigia Græca
Auſi deſerere & celebrare domeſtica facta
Vel qui prætextas vel qui docuere togatas.

Et in hoc eſt ſimilitudo antiquæ Tragœdiæ cum veteri comœdia: differentia tamen eſt non ætatis tantum ſed & Naturæ. Nam in Comœdia priuatorum facta exhibentur non principum. Differt etiam Tragœdia à Satyra quia principium eius etſi ſatyricum, ſatyra non eſt cuius initia non erant verſus ad modum cadentes ſed inconditi & extemporanei ſales & diuerbia vt ex Liuio & Dionyſio docui. Similitudo eſt in mordacitate & conuicio; tum in eo quod & Tragœdi & Satyri ſaltarent. de Satyris iam probatum eſt: de tragœdis docet Scholiaſtes Ariſtophanis; ἔθος ἦν ἐν ταῖς ὁδοῖς τῶν τῆς τραγῳδίας χορικῶν προεισιόντων προηγεῖσθαι αὐλητὴν ὥστε αὐλοῦντα προπέμπειν. Ait pręire tibicinem qui tragœdos ſaltantes ad modos dirigat. Sed altera differentia ex eo eſt, quod tragœdi eſſent perſonati, non Satyri. Nam nuda & ſimplex debet eſſe repræſentatio deorum ruſticorum non regum aut aulicorum. perſona prima erat ex fece ad hoc nec ognoſcerentur idcirco ab Ariſtophane in nubibus dicuntur, τρυγοδαίμονες, vbi Scholiaſtes, ἐπειδὴ τὴν τρύγα χριόμενοι ἵνα μὴ γνώριμοι γένωνται, οὕτω τὰ αὐτῶν ᾖδον ποιήματα

Similitudo & differentia tragœdiæ & Comœdiæ & ſatyræ.

Perſona tragœdorum ex fece.

κατὰ τὰς ὁδοὺς ἁμάξης ἐπικαθήμενοι· διὸ καὶ παροιμία ὡς ἐξ ἁμάξης λαλεῖ ἤγουν ἀναισχύντως ὑβρίζει. Vnde patet hæc dicteria non ſimpliciter prolata ſed etiam cantata fuiſſe: ſed feculenta iſta inunctio non eſt vera perſona. Perſona enim & palla primum ab Æſchylo inuenta eſt: imo etiam & locus. Nam ante ex plauſtro poëmata effundebant in quemque: ſed ille mediocri tigno ſuggeſtum inuenit ex quo recitarentur, Horatius.

Aeſchylus perſonam aliam, & pallam & ſuggeſtum inuenit.

Ignotum tragicæ genus inueniſſe camœnæ
Dicitur & plauſtris vexiſſe poëmata Theſpis
Quæ canerent agerentque peruncti fecibus ora
Poſt hunc perſonæ pallæque repertor honeſtæ
Æſchylus & modicis inſtrauit pulpita tignis
Et docuit magnumque loqui nitique cothurno.

Redeo ad Romanorum Circenſes in quibus ciuitas opibus florens & ſuperſtitione inſaniens vſurpauit ea quæ in ſcenicis priſcis agebantur in ſcena: differebant tamen re ipſa etiam triumphante Roma. Nam in Circo pompa tranſacta primum agebatur equeſtre certamen quo finito deſiliebant in pedes & curſu pedeſtri in ſtadio certabant: & hoc vnius certaminis loco habetur. poſtea in Circum educuntur athletæ qui tria tantum genera certaminum exercebant, curſum luctam pugillatum omiſſo ſaltu & diſco auctore Dionyſio, ad exemplum certaminum quæ in funere Patrocli celebrata fuiſſe Homerus fingit: quibus peractis nihil neque concentus neque organorum agebatur: quod hic Canon Pontificius innuit in eo enim quod ait lætitiam popularem moderandam eſſe ſine certatione corporum & ſine curriculo aperte duas ſpecies diuerſas oſtendit diuerſis functionibus non finibus. Nam Circenſium functiones, corporis viribus & exercitatione conſtant & tendunt ad finem adorandorum aut placandorum deorum. Eodem fine conſtant Scenici, non eodem actu: nam in lætitia populi verſantur quæ perficitur cantu & cæt. Sed cur ait diuino honori iungendam eſſe lætitiam Scenicorum non cum actu Circéſium qui ante Scenicos Diis conſecrati ſunt. Verum iam conſtitutione Romuli ſancitum & moribus ciuitatis non fuit opus attingere: Sed in ſcenicis multo periculoſior eſt corruptio & diſſolutio plebis efferueſcentis in communi gaudio ciuitatis. Atqui ſcenicis & iam maxime Dij delectantur. Verum non inficior quin vtriuſque generis ludorum, Dij gentium ſint auctores: ſed in Circenſibus virtutis ergo certabatur. quod tanti æſtimatum fuit vt in iis ex Senatuſconſulto in pecuniam ludere fas eſſet l. 2. ff. de aleatorib. & ex legibus Titia, Publicia, & Cornelia l. 3. eodem ſponſionem facere, quod in aliis ludis prohibitum eſt: deinde qui in ſcenam prodierat ludorum faciendorum cauſa vt ſui corporis ſpectaculum ederet infamis eſt l. 3. §. vlt. ff. de his qui not. infam. At qui in Circenſibus pugnabant honorabantur l. athletas in prin. eod. immunitatem tamen non habent niſi ad minimum tres coronas in ſacro certamine tam Ro-

In Circenſi, equeſtre certamen.

In Circenſibus virtutis ergo certabatur: non in ſcenicis.

mæ quam in Grecia meruerint l. vnica Cod. de athlet. l. ſi duas §. Vlpianus ff. de excuſ. tut. & propter coronas ſacras habēt prēmia pecunaria quæ pignori obligari non poſſunt l. ſpem C. quæ res pignori oblig. non poſſ. ex cauſa iudicati poſſunt l. commodis ff. de re iudic. quia iudicati auctoritas eſt publica l. quippe ff. de iudiciis. Valde obſtat. l. 4. C. de ſpectac. vbi agitator inter inhoneſtas perſonas habetur cum tamen curruum agitatio Circenſium ſit non ſcenicorum. Verum agitator non certat nec vllum nobile præbet certanti miniſterium: non vt is qui aquam equis ſpargit in honorem Neptuni, ideo eius miniſterium non eſt vile quia ſacrum eſt d. l. athletas: at qui agitat currum auriga eſt cuius officium ſeruile prorſus & vile eſt Dionyſius ibidem. ἕτερον δὲ παρ' ὀλίγαις ἔτι φυλαττόμενον πόλεσιν ἑλληνίσιν ἐν ἱερουργίαις τισὶν ἀρχαϊκοῖς ὁ τῶν παρεμβεβληκότων τοῖς ἅρμασι δρόμος: ὅταν γὰρ τέλος αἱ τῶν ἵππέων ἅμιλλαι λάβωνται, ἀποπηδῶντες ἀπὸ τῶν ἁρμάτων οἱ παροχούμενοι τοῖς ἡνιόχοις οὓς οἱ ποιηταὶ μὲν παραιβάτας Ἀθηναῖοι δὲ ἀποβάτας τὸν σταδιαῖον ἀμιλλῶνται δρόμον αὐτοὶ πρὸς ἀλλήλους. Hic aperte probat nihil aurigam ſeu agitatorem conferre certamini præter artem viliſſimam: At equitandi ars inter militares nobilis eſt quia aduerſus hoſtem in acie non parum victoriæ conducit. His non pugnat quod olim aurigæ principum vt apud Homerum Hectoris & Achillis honorarentur etiam glorię militaris titulo, nam tunc è curru pugnabāt quod poſtea deſuetum fuit vtcūque ſit eques ſēper pugnat, at auriga ſecus. Sed obſtat d. l. athletas vbi Thymelici qui inter ſcenicos numerantur non ſunt inter infames imo inter eos qui non artis ludicræ cauſa in ſcenam prodeunt ſed virtutis ergo. Verum Thymelici ſunt cantores cythariſtę, tibicines, & cęteri ludij dicti à loco theatri qui dicitur θυμέλη apud pollucem, qui in pompa circenſium adhibebantur non ludicri cauſa ſed religionis: atqui in ſcena conſiſtunt. Cur ergo non ſunt infames? Verum non locus ſolus infamem facit ſed actus. Igitur ſeruientes populari lætitiæ riſuique mouendo actum infamem admittunt, ſed ſacris certaminibus artis ſuæ operam præſtantes, ſacro nobilique officio funguntur: vnde in d. l. athletas thymelicos ab ignominia eximit non abſolute ſed quod ſacris certaminibus ſeruiant. Quid ergo ſtatuetur quum hiſtrionibus operam nauant? dicendum, illo actu infames fieri cum incidant in cauſam infamię & primi muneris nobilitas polluatur. Nec obſtat quod ſcenici quidam ſunt ſacri nam illa religio non tollit turpitudinem actorum: ſed ex ea voluptate & riſu placamen irati numinis inducit: quaſi eo modo Dij ad lętitiam excitarentur. Igitur athletę nobiles erant: & qui ſaltabant etiamſi ſenes non parum glorię conſequebantur: vt ſalij qui ex nobiliſſimis familiis eligebantur vt de Appio Claudio Viro triumphali refert Macrobius ſat. 3. cap. 14. Sed hi in ſcenam non inducebantur vt ſaltarent: Hoc enim ex lege regia non eſt ſpectaculo dicatum ſed religioni Martis. Itaque peſſima eſt conditio ſce-

Aurigæ miniſterium vile equitis nobile.

Thymelici in circenſibus non ſunt infames.

Saltatores etiā ſenes glorioſi.

Quid in ſcenicis agebatur.

nore

nicorum non tantum ludiorum infamia ſed & natura rei quę gerebatur ab iis. Hęc ſunt in triplici differentia quæ tamẽ vna ſcena peragebantur. Primo à ſaltationibus fœdiſſimis theatri voluptatem inchoabant: ſecundo ſatyricis motibus, & obſcenis verbis & dicteriis, locum tam venerandum aſpergebant: Poſtremo modulationibus indulgebant: & in his conſeſſus erat dignitatum & ordinum perinde ac ſi res maxima ageretur Arnobius 4. *Sedent & in his ſpectaculis publicis ſacerdotum omnium, magiſtratuumque collegia, Pontifices Maximi, & Maximi Curiones, ſedent quindecimuiri laureati, & Diales cum apicibus flamines, ſedent augures interpretes diuinæ mentis & voluntatis, necnon & caſtæ virgines, perpetui nutrices & conſeruatices ignis, ſed & cunctus Populus & Senatus, Conſulatibus functi patres, Diis proximi atque auguſtiſsimi reges. & quod nefarium eſſet auditu gentis illa genitrix Martiæ regnatoris & populi procreatrix amans ſaltatur Venus & per affectus omnes meretriciæ vilitatis, impudica exprimitur imitatione Bacchari.* Vnde patet ſcenicam ſaltationem veneri ſacram eſſe vt libertas ſatyrica tam in ſaltando ſine lege certa quam in ſalibus emittendis in populum Veneri & Libero patri cõuenirent Tertullianus, *Duo iſta dæmonia conſpirata & coniurata inter ſe ſunt ebrietatis & libidinis. Itaque Theatrum Veneris, Liberi quoque domus eſt: Nam & alios ludos ſcenicos liberalia proprie vocabant:* Tum ſubiicit ille. *Et eſt plane in artibus quoque ſcenicis Liberi & Veneris patrocinium quæ priuata & propria ſunt ſcenæ de geſtu & corporis fluxu. Nam mollitiam Libero & Veneri immolant hi per ſexum, illi per fluxum diſſoluti.* At concentus & organorum melos ſacrum erat Apollini, Muſis, & Mercurio idem, quę vero voce & modis & organis & lyris tranſiguntur Apollines, & Muſas, & Mercurios, mancipes habent vtrumque genus ſaltationis tam incompoſitæ quam moderatę & numeratę ſic taxat Arnobius 2. *Idcirco animas miſit vt res ſancti atque auguſtiſsimi nominis, Symphoniacas agerent & fiſtulatorias hic artes, vt inflandis buculas diſtenderent tibiis, cantionibus vt prairent obſcenis numeroſiter, & ſcabellorum concrepationibus ſonoris, quibus animarum alia laſciuiens multitudo incompoſitos diſſolueretur in motus, ſaltaret & cantaret, orbes ſaltatorios verteret, & ad vltimum, clunibus & coxendicibus ſubleuatis lumborum criſpitudine fluctuaret.* Hoc & laſciuus etiam paganus agnoſcit, Ouidius ſcilicet qui libro 2. triſtium ſic queritur.

Ut tamen hoc fatear ludi quoque ſemina prebent
Nequitiæ, tolli tota theatra iube.

Theatrum veneri & Baccho in ſaltatione & ſalibus: immuſica Apollini.

Impudicitia in ludis.

Idem etiam Circenſes condemnat non quod ſit in iis tantum pudicitiæ diſcrimen ſed quod aſpectus nudorum pugnantium pudorem matronarum aut filiarum delibet aut violet vel cum viro ignoto aut alio permixta mulier impudicum amorem poſſit contrahere.

Peccandi cauſam quam multis ſæpe dederunt
Martia quum durum ſternit arena ſolum
Tollatur Circus non tuta licentia Circi eſt
Hic ſedet ignoto iuncta puella viro.

non

non ſufficiebat Romanis matronarum oculos polluere & animum turpi cupiditate accendere, niſi veſtales ipſas ad hæc ſpectacula cum priuilegio inuitaſſent. Cautius Græci prohibuerunt mulieres ab olympicis certaminibus Papinius 1. Thebaid vbi loquitur de Olympico certamine hoc inter cætera notauit. *Mulieres arcētur ab Olympicis ludis.*

Excluſæque expectant præmia matres.

Vbi Lactantius, *Sacrorum lege prohibitum eſt Olympicum certamen ſpectare mulieres.* Ergo impudentius & imprudentius Romani, qui mulieres non tantum admouebant his ludis vt quaſi conſpirarent cum dæmoniacis & libidinoſis furoribus, ſed etiam iubebant in partem eorum cenſeri qui hæc exercerent. Nam Feſtis diebus ex ſacrarum legum præſcripto ſaltabant vt in ſacris Bonæ Deæ vt ſupra probaui tum in ſacris magnæ matris vt teſtatur Acro in Horat. de art. poët.

Vt Feſtis matrona moueri iuſſa diebus.

Vbi vult eam cum maiori verecundia moueri quam ſatyros inter quos ſaltabat.

Inter erat Satyris paulum pudibunda proteruis.

Matronæ matri deorum ſacrificabant veſtalium miniſterio, graui motu ſaltantes circa aras cum ardentibus faculis vt Seruius notauit in hunc verſum Virgilij 4. Æneid. *Matronæ Romanæ ſaltant.*

Aut ante ora Deum pingues ſpatiatur ad aras.

Saltatio erat minus elegãs vt pudicã decet, vnde Saluſtius apud Seruiũ ibidem, *Saltare elegãtius quam neceſſe eſt probæ:* Reddenda tamen antiquitati ſua laus. Nam primis temporibus nefas erat honeſtæ mulieri ſaltare ſed paulatim gliſcens luxuria pudicitiam quaſi obreptione vitiauit; quod Scipio Afric. Æmil. in oratione contra legem Iudiciariam Tiberij Gracchi ita reprehendit, *Docentur præſtigias inhoneſtas cum cinædulis & ſambuca pſalterioque eunt in ludum hiſtrionum, diſcunt cantare quæ maiores noſtri ingenuis probro ducier voluerunt.* Apud Macrob. ſat 3. cap. 14. non erat probrum ſub Scipione quod vſque ad Macrob. conſtitit: ait enim ſe vidiſſe puerum bullatum filium candidati non minorem annis 12. cum crotalis ſaltare quam ſaltationem impudicus ſeruulus honeſte ſaltare non potuiſſet. Docentur virgines nobiliſſimæ, emolliuntur & finguntur non tantum corporis partibus vt facilius ad motum ludionis flectantur ſed & potentiis animi quæ huic corruptioni ſubiiciuntur de tenero vngui id eſt ante nubilem ætatem adulteros & inceſtos amores moliuntur quod Horatius ita reprehendit. *Virgines Rom. ſaltant.*

Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo & fingitur artubus
Iam nunc & inceſtos amores
De tenero meditatur vngui.

Saltationis tres ſunt ſpecies Tragica quæ ἐμμέλεος dicitur quam Plato ait eſſe honeſtam: ſecunda ſatyrica quæ dicitur σίκιννις ab habitu ſatyrorum: tertia Comica quæ. κόρδαξ ἥ τις αἰσχρῶς κινεῖ τ̂ *Tres ſaltationis ſpecies.*

ὀσφυῶ. Auctore Ariſtophanis: interprete in nubibus. His nefariis actibus quos etiam ipſi ethnici nigro calculo conſignauere audent intereſſe Chriſtiani Saluianus 6. de gubernatione Dei: *Stultus per riſum operatur ſcelus Prouerb. 10. & nos itaque dum inter turpia ac dedecoroſa ridemus, ſcelera committimus & quidem ſcelera non minima, ſed ab hoc ipſo pœnatiora quæ cum videantur ſpecie eſſe parua rebus ſunt exitioſis peſtilentiſſima. Nam cum duo ſint maxima mala ſi homo aut ſeipſum perimat aut Deum lædat: hoc vtrumque in ludis publicis agitur: Nam per turpitudines criminoſas æterna illa ſalus Chriſtianæ plebis extinguitur & per ſacrilegas ſuperſtitiones maieſtas diuina violatur: dubium enim non eſt quod lædunt Deum vtpote Idolis conſecratæ, colitur namque & honoratur Minerua in gymnaſiis: Venus in theatris: Neptunus in Circis: Mars in arenis: Mercurius in Palæſtris: & ideo pro qualitate auctorum cultus eſt ſuperſtitionum: quicquid immunditiarum eſt, hoc exercetur in theatris: quicquid luxuriarum in palæſtris: quicquid immoderationis in Circis, quicquid furoris in caueis. Alibi eſt impudicitia, alibi*

Chriſtiani prohibentur his ludis intereſſe.

laſciuia, alibi intemperantia, alibi inſania: vbique dæmon imo per ſingula ludicrorum loca vniuerſa, dæmonum monſtra: præſident enim ſedibus cultui ſuo dedicatis: ac per hoc in ſpectaculis iſtiuſmodi non ſola eſt illecebra nec ſola vitioſitas: admiſceri enim huic Chriſtianum hominem ſuperſtitioni genus eſt ſacrilegij, quia eorum cultibus communicat quorum feſtiuitatibus delectatur. Quicquid tamen dixerint patres ſancti, plebs Chriſtiana quaſi quodam animi morbo laborans ad hæc ſpectacula concurrit imagine rerum earum delectata quarum veros effectus in ſe patrari deſiderat: vnde idem. *Quis locus* (inquit) *maiores Chriſtianorum copias habeat, caueane ludi publici, an atrium Dei? Et templum omnes magis ſectentur, an Theatrum? dicta Euangeliorum magis diligant, an Thymelicorum? verba vitæ, an verba mortis? Verba Chriſti, an verba mimi?* Impietas ludorum oſtenditur etiam à minutio. *In ludis* (inquit) *curulibus quis non horreat populi in ſe rixantis inſaniam? in gladiatoriis homicidij diſciplinam? in ſcenicis etiam nõ minor furor, turpitudo prolixior. Nunc enim mimus vel exponit adulteria vel monſtrat: nunc eneruis hiſtrio amorem dum fingit, infligit: idem deos veſtros induendo ſtupra, ſuſpiria, odia, dedecorat: idem ſimulatis doloribus lacrymas veſtras vanis geſtibus & nutibus prouocat: ſic homicidium in vero flagitatis, in mendacio fletis.* Hic expoſui ludorum cauſas, initia,

Epulum ludorum Ioui.

progreſſuſque. Vnum reſtat quod licet præcedat ludos, omiſi tamen conſulto quia à pompa & actu ludorum diſtinctum eſt: hoc eſt epulum Iouis quod à ſeptemuiris epulonum apparatur (qui collegium habent ſeparatum ab aliis:) in Capitolio vbi Iupiter Capitolinus adoratur, & deinceps alij Dij pro dignitate ordinis ſui, templo, ſacello, vel puluinari coluntur. Epulum ergo præcedit ludos. quis enim ieiunus & ore ſicco cantaret? Quis ventre vacuo ſaltaret? hoc igitur fiebat ludorum cauſa Liuius 5. dec. 3. & libro 2. dec. 4. Sed quis tam delicatas & ſanctas epulas deuorabat? patres nimirum religionis principes Dio. ἐπειδή, τι ἐν τῷ πανηγύρει

τῇ τῶν Ῥωμαίων ὕδεις τῶν βουλευτῶν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ ὥσπερ εἴθισο εἱστιάθη ἐν τῷ τέμενος λόγῳ καὶ τοῦτο ἔλαβον. Sed cum ludi non Ioui tantum verumetiam cæteris numinibus aſſignati ſint cur epulum cauſa ludorum Ioui fit non Neptuno & aliis quibus attributi ſunt? quia deorum pater eſt teſte Homero: tum quod pompam à Capitolio auſpicarentur cui Iupiter præeſt: & licet alicui Deo ludi conſecrentur ſpecialiter, aliquid tamen habent & cæteri Dij in partibus ludorum: circus enim ſoli maxime ſacer eſt Tertullianus. *Circus ſoli principaliter conſecratur cuius ædes medio ſpatio, & effigies de faſtigio ædis emicat quod non putauerunt ſub tecto conſecrandum quem in aperto habent. Quod ſpectaculum primum à Circe habent, ſoli patri ſuo vt volunt editum affirmant: ab ea vt Circi appellationem argumentantur, plane venefita eis vtique negotium geſſit hoc, nomine quorum ſacerdos erat, dæmoniis & angelis ſcilicet.* Alia eſt mens Seruij in hunc verſum Virg. 3. Georg. *Circus ſoli ſacer.*

Centum quadriiugos agitabo ad flumina currus.

Id eſt (inquit) *vnius diei exhibebo Circenſes quia vt Varro dicit in libris de gente populi Romani olim 25. miſſus fiebant, ſed viceſimus quintus dicebatur ærarius eo quod de collatione populi exhibebatur qui deſiit eſſe poſtquam conferendæ pecuniæ eſt conſuetudo ſublata, vnde hodieque permanſit vt vltimus miſſus appelletur ærarius. Ergo centum currus ſecundum antiquitatem dixit, ſicut etiam. Ad flumina. Olim enim in litore fluminis Circenſes agitabantur in altero latere poſitis gladiis vt ab vtraque parte eſſet ignauiæ præſens periculum: vnde & Circenſes dicti ſunt quia exhibebantur in circuitu Enſibus poſitis.* Eſto: dictus ſit Circus ab enſium circuitu non tamen ideo minus eſt ſacer ſoli; non à Circe ſolis filia licet in hoc glorietur ethnici, ſed ab eo quod in eo loco ſub ſole pugnetur & ludatur in circuitu. Quid de ludis ſecularibus quos *Seculares ludi.* tãtopere Zozimus extollit & Horatius laudat? nõne nocturna erant & proinde à ſole aliena quorum originem late perſequitur Zozimus 2. & multo ante eum Valerius 2. cap. 1. Verum pars horum nocti ſacra erat: ſpatio trium dierum & totidem noctium peragebantur: dies ſoli, noctes Lunæ dicatæ ſunt vnde Acro. *Seculares* (inquit) *ternis diebus & noctibus agebantur pro cultu ſolis, die, & nocte, Lunæ.* Sed tamen ara quæ ſub terra inuenta eſt à Valezio, inſcripta erat. *Diti patri, & Proſerpinæ.* Auctore Valerio: quod conuenit ei quod diximus Plutonem eſſe Solem & Proſerpinam Lunam. Hi ludi per ſingulas centum annorum reuolutiones perficiebantur. Ad quid tantum tempus? vt Deo qui hoc iuſſerat obtemperaretur Horatius. *Cur ſunt centũ annorum.*

Certus vt denos decies per annos
Orbis, & cantus referatque ludos
Ter die claro totieſque grata
Nocte frequentes.

Ad hoc vt per vices mutationum non mutetur imperium ſed renouatum, æternum maneat: vnde ille ſubiicit.

Voſque veraces cecini ſſe Parcæ
Quod ſemel dictum eſt, ſtabiliſque rerum
Terminus ſeruat, bona iam peractis
Iungite fata.

Non immerito centum annorum terminus, huic viciſſitudini præſtitutus eſt. Nam vita hominum eo fine determinata eſt & voce Dei & ipſa veritate quod etiam Iuriſconſultus notauit in l. ſi vſuſfructus ff. de vſuf. vbi vſusfructus ciuitati relictus durat centum annis: quia tunc contingit vitæ humanæ mutatio cui debetur ſeruitus illa vtendi fruendi niſi ſit locus falcidiæ tunc enim annorum tantum 30. fit æſtimatio l. 68. §. ad leg. falcid. Igitur ad æternitatem imperij, humanæ mortalitatis vices reparantur ab iis qui rerum & temporum principiis præeſſe credebantur. Et ſic patet circum præcipue ſoli ſacrum eſſe, curſum equorum Neptuno, Palæſtram Mercurio, &c. Qui etiam in partibus theatri locum habent. Ibi enim non tantum hominum, ſed & deorum frequentiſſimus eſt concurſus atque conſeſſus qui cum vocentur ad ludos cur non etiã epuli participes erunt? In capitolio ſimulacra etiam lectis imponuntur, & finguntur edere & potare, audire modulationes, & delectari non ſecus atque mortales. Arnobius 4. *Aſcribuntur Dij veſtri in tricliniis cœleſtibus atque in chalcidicis aureis cœnitare, potare, & ad vltimum fidibus & vocum modulatione mulceri: vos aures patientiſſimas commodatis, nec indicatis indignum voluptates attribui Diis eas quibus corpora fulciuntur & quas aures expetunt eneruati pectoris diſſolutione mollitæ.* Quod in Capitolio committitur vbi omnium fere deorum ſimulacra erant, ad exemplum cœli quo Iupiter Ambroſia & Nectare perfundit conuiuio exceptos vt Perſarum more de rebus humanis tractetur. Ergo cum aliis Diis in ipſa arce conſiſtentibus epulum etiam inſtruatur, non mirum ſi Iouis dicitur qui eorum omnium princeps eſt. Poſtremo ipſe non tantum iu Capitolio ſedem principalem obtinet ſed etiam in ipſa pompa. Nam plauſtrum quo vehuntur exuiæ & ſimulacra thenſis feruntur Iouis eſt, Tertull. *Etſi vnam thenſam trahat Iouis tamen plauſtrum eſt.* Aliquando ergo ieiunant Dij vt poſtea ſaturentur Arnobius 7. *Iouis epulum cras eſt: Iupiter enim cœnat magniſque implendus eſt dapibus Iam dudum inedia geſtiens & anniuerſaria interiectione ieiunus.* Hæc Romæ. At in prouinciis pari affectu & impietate, minore tamen ſumptu & gloria celebrantur. Vnde ille Tertull. *Ea ſi minore cura per prouincias pro minoribus viribus adminiſtrantur, tamen omnes vbique Circenſes illuc deputandi vnde & petuntur: inde inquinantur vnde ſumuntur. Nam & riuulus tenuis ex ſuo fonte & ſurculus modicus ex ſua fronde qualitatem originis continet.* Hic autem agitur de ludis publicis ad diſtinctionem eorum qui priuatorum vmbris conſecrantur ex legato ſeu teſtamentaria qualibet diſpoſitione ad placandas animas defunctorum: ſolent enim pecuniam relinquere quæ impenderetur in ludos & certamina l. 10. ff. de pollicit. Tertullianus, *Inter quos etiam*

Vſuſ. ciuitati debitus finitur centum annis.

Dij finguntur ludis delectari.

Plauſtrũ Iouis.

Ludi prouinciales.

priuatorum memoriis legatariæ editiones parentant, *id quoque ſecundum inſtitutionis antiquitatem*: Sed hoc nouo more non valet ſi municipum mores inficiat: quod cum arbitrio Senatus decernendum eſt. Plinius 4. Epiſtol. *Gymnicus agon apud Viennenſes ex cuiuſdam teſtamento celebrabatur: Hunc Tribonius Ruffinus in Duumuiratu ſuo tollendum abolendumque curauit: negauit ex auctoritate publica feciſſe & & quum res ad Senatum deducta eſſet placuit agona tolli qui mores Viennenſium infecerat.* At quomodo inficere poteſt ſi eadem ſeruentur in eo quæ in publicis? nimirum ſi noua res ſit illi ciuitati. Omnis enim mutatio in Rep. periculum habet. In his prouincialibus ludis Solis Ædilibus fas erat ſpectare cum tunicis albis: at plebs reliqua æqualem habitum habet Iuuenalis Satyra 3.

Non in omni municipio ludi ſunt.

Ædiles municipales ſpectant ludos cum tunicis albis: at Romæ populus erat cādidatus.

Æquales habitus illis ſimilemque videbis
Orcheſtram & populum clari velamen honoris
Sufficiunt tunicæ ſummis Ædilibus albæ.

At Romæ etiam Plebeij ſimul cum Patriciis erant candidati, quaſi vniuerſus populus in his ſpectaculis Diis ſacra ageret: nam eo erant habitu Diis Feſto die ſacrificantes.

Quum plebs & minor ordo, maximuſque
Sancto cum duce candidus ſederet
Toto nix cecidit repente cœlo.

(Inquit Martialis 4. Epig. 2. Epigrammate) at ei qui ludos faceret vſus erat prætextæ auctore Feſto quod ei tantum, & magiſtratui licuit vt idem aſſerit: non tam iure magiſtratus quam religionis Ædilibus Romæ ob ludos, Cōſulibus & Prætoribus ob vota ſic etiam ad Græcos tranſlata ſede imperij xyſtarcha erat purpuratus vt auctor eſt Amianus libro 21.

AXIOMATA.

LVDVS. vt eſt argumentum imperfectionis & inhoneſtæ libertatis in myſterijs ſic eius artifices, eamdem in vitæ ratione conditionem redolent. Primus autem auctor ludorum ſacrorum eſt Hercules Idæus qui Ioui ſanxit Olympia, quæ intermiſſa diu, ab Hercule Thebano in honorem Pelopis inſtaurata ſunt: inde temporum cōputatio per Olympiadas in quinti cuiuſque anni initium inchoatas. Victores in ijs oleaſtro primū poſtea felici olea coronabantur: oleaſter laborem

quo parta eſt corona ſignificat qui ſterilis cum ſit oſtendit ſufficere virtuti gloriam ſuam quia ſeipſa contenta eſt:at olea finē laboris id eſt quietem & pacem.

PYTHIA à Diomede vel Eurylocho in honorē Apollinis gratia victoriæ quam retulit ex cæde ſerpentis Pythonis in quibus prima corona fuit pomum ſeu ex pomo quæ erat in templo Apollinis: ex illo enim fructu victoria dæmonis aduerſus Euam quæ in myſteriis eſt fœmina ſerpens ſignificatur. Poſtea laurus data eſt quod ſit ignita, infenſa dæmonibus malignis & Prophetica, & expiatoria, ideoque magis Apollini conueniens. Expiationi autem conuenit nouenarius numerus eorum ſcelerũ quibus triplex deorum poteſtas offenſa eſt.

ISTHMIA à Siſypho vel Theſeo in honorem Neptuni & Palæmonis inſtituta ſunt. Nemea ab Argiuis in honorem Archemori, vt patris eius orbitas leuaretur: infantis vmbræ placarentur: Et auſpicij infelicitas auerteretur. Pinea corona dabatur in Iſthmiis: quia pinus amica eſt mari & vino: proinde Neptuno & Baccho grata eſt. In Nemeis apio coronabantur, quæ herba funeribus apta eſt: quod ex cruore dilacerati Bacchi effuſa germinauit: non quod hæc planta triſtitiam moueat aut noxia ſit: ſed quod apta ſit ad depellendam ſuo calore inſito putrefactionem, ideoque grata mortuis vt eorum memoria conſeruetur, ſeruata corporis ſtructura: tum etiam quod cadaueri terræ proximo, conueniat quę humilis eſt & terræ vicina & infantis exequiis aptior.

In Nemeis manſit corona ex apio: in Iſthmiacis mutata eſt Pinus & à Nemeis tranſlata in apium mutata eſt non gratia Herculis ſed Iouis aut Bacchi, quia eſt ſignum immortalitatis ſub ſpecie depellendæ putrefactionis. Bacchus in myſteriis pro Deo formarum accipitur id eſt fonte æternitatis: ideo conuenit Palæmoni qui his ludis Deus fit: Reſtituta tamen eſt Iſthmiis Pinus quia eſt argumentum calamitatis alicuius inſignis nimirum euirati principij calidi & humidi quod in generatione deſinit eſſe principium.

In his quatuor ludis erant quinque certamina, cætera ex his miſcentur aut ſub his continentur: victoribus coronatis, immunitates erant, & honores conſtituti ex conſequentia victoriæ cuius corona Symbolum eſt: Sed Romano iure non eſt immunis athleta niſi tres coronas reportarit & præterea ex coronarum ratione præmia pecuniaria conſtituta erant quæ priuata conuentione pignorari non poterant ſed ex cauſa iudicati quia publica eſt. Primi autem apud Romanos ludi ſacri ſunt Conſualia Neptuno ſacri in quibus ob equorum inopiam mulis & aſinis ad currum vtebantur: his celeritas & vis conſilij ſignificatur: aqua nihil mobilius, mari nihil firmius quod terram firmat & coërcet.

Lvdi aut Circenſes aut ſcenici ſunt. Illi in Circo, hi in cauea. Scenici fiunt ad leuandam populi triſtitiam & ſunt Circenſibus poſteriores. Pompa Circenſium quum Roma opibus floreret mixta erat Scenicorum actibus. Miner-

ua autem Pyrrhicam inuenit victis Titanibus, ſicut & tibiam ex ſibilis morientium Meduſæi capitis ſerpentum, quam poſtea proiecit, quia grauitati militiæ ob ſoni mollitiem minus conueniebant.

APVD Græcos tragœdia prior eſt Satyra, & ſatyra prior Comœdia. Primo tragœdia Dionyſiis celebrata eſt quum ruſtici fece illiti & quaſi perſonati canerent maledicta in quemque ex plauſtris: deinde Satyra temperandæ huius acerbitatis cauſa introducta eſt: poſtea comœdia vetus, quæ ad imitationem tragœdiæ mordebat priuatos ſuo nomine, (cum tragœdia grauiori tono & pede principum mores carperet) ideo lege repudiata eſt. Romani quidem ad exemplum Græcorum vſi ſunt ſatyra ſed ſcommata Satyrica ante permiſerunt quam Tragœdia nota eſſet.

FESCENNINI verſus apud Romanos primum nuptiis adhibiti ſunt ad placandum Priapum Bacchi conſortem, qui auertit omne faſcinum inuidiæ, inducens fertilitatem: ij Satyrico modo cantati depellunt malos dæmones. Sunt autē turpes ſcenici in actu licet Deo ſacri ſint: at Circēſes honeſti in quibus virtutis ergo certatur: in iis tamē agitatores quia nec certāt, nec ſacrū præbent miniſterium, inhoneſti ſunt Thymelici ſunt dubiæ conditionis, non tamen infames ſi ſacris certaminibus ſeruiunt: ſaltatio non in ſcena, ſemper ſaliis pia & honeſta fuit: inhoneſta matronis & adoleſcentibus prætextatis: poſtea tamen in ſacris permiſſa citra ſtudium elegantiæ. Hæc omnia ſunt nefaria & abominanda Chriſtiano, ob idololatriæ, libidinis maledicen-

tiæ

tiæ, & omnis intemperantiæ exempla.

ANTE Ludorum pompam à ſeptemuiris curandum erat epulum Iouis quia princeps eſt omnium deorum & præſes Capitolij in quo Senatores epulabantur. Hæc Romæ at in prouinciis erant ludi non in omnibus ciuitatibus ſed in quibus id à Senatu datum erat : in aliis non licebat teſtamento ludos inſtituere. in municipalibus Ædiles erant candidati : cæteri municipes ſolito habitu. In Romanis omnes ſunt candidati quaſi die Feſto ſacrificantes : at his qui ludos faciebant fas erat vti prætexta vt Conſulibus & Prætoribus votorum nuncupandorum cauſa expiandique per ignorantiam in ſacris commiſſi.

EX PATRIIS RITIBVS OPTIMA colunto. CAP. XVI.

LEGEM hanc M. Tullius exponit ex mente & inſtituto Græcorum qui ingenij ſui leuitate ducti ſępiſſime patrios ritus & leges immutauere, & quoniam hæ vt plurimum præceptis deorum & oraculis introductæ ſunt, ideo nefas eſt humano iudicio eas diſſoluere. Ideo hic cauetur non eſſe mutandos tacite (non expreſſe) ritus patrios, ſed optimis expreſſe ait vtendum: quod iudicandum relinquitur arbitrio eorum penes quos eſt ſacrorum auctoritas, idque non humano ſenſu ſancitum eſt ſed diuino conſilio Tullius hic. *Deinceps* (inquit) *in lege eſt vt de ritibus patriis colantur optimi: de quo quum conſulerent Athenienſes Apollinem Pythium quas potiſſimum religiones tenerent oraculum editum eſt eas quæ eſſent in more maiorum qui quum iterum veniſſent maiorumque morem dixiſſent ſæpe eſſe mutatum quæſiiſſentque quem morem ſequerentur è variis reſpondit optimum.* Pythia intellexit optimum quem conſenſus ciuitatis admitteret. Hoc enim cum optimum ab omnibus iudicetur videtur antiquiſſimum & Deo proximum vt idem

Nil mutãdum ex religione.

Optimus ritus.

ait. Xenophō ſic eſt interpretatus in cōmētariis hęc oracula. τά μέντοι περὶ τοὺς θεοὺς φανερὸς ἦν καὶ ποιῶν καὶ λέγων ᾗπερ ἡ Πυθία ἀποκρίνεται τοῖς ἐρωτῶσι πῶς δεῖ ποιεῖν, ἢ περὶ θυσίας ἢ περὶ προγόνων θεραπείας, ἢ περὶ ἄλλου τινὸς τῶν τοιούτων. ἡ γὰρ Πυθία ἀναιρεῖ νόμῳ πόλεως ποιοῦντας εὐσεβῶς ἂν ποιεῖν: Huic oraculo concinit Heſiodus qui ait hanc legem eſſe antiquiſſimam & optimam.

Ὥσκε πόλις ῥέζησι νόμος ἀρχαῖος ἄριστος

Vnde mutatio religionis Romæ. Iſtæ in religione mutationes contra legem Romuli tantopere laudatam frequentiſſimæ fuerunt poſt regij ſtatus euerſionem. Sed tanta inconſtantia defenſionem habet & patrocinium auctoritatis diuinæ. Vexati enim crudelitate dæmonum, recurrebant ad vates, Haruſpices, Augures, libros Sibyllinos, oracula, quibus iubebantur noua & peregrina ſacra ſuſcipere. Numquid iiſdem excuſationibus Græci ſe poſſunt tueri? non ita legitime, etſi ſuis ſacris auctores quoque deos prætexunt. Iis enim ingenita eſt animorum fluctuans mobilitas qua, ſine neceſſitate infinitam deorum multitudinem excogitauere. Sed cum ſæpius mutata ſit apud Romanos rituum & cærimoniarum inſtitutio, nihil tamen mali inde contigit: neque enim eſt mutatus ſtatus adminiſtrationis publicæ, nec eſt *Cur prohibetur mutatio.* ſublata ſed aucta religio. Cur ergo mutatio prohibetur? Verum religionis immutatio non eſt modus euertendi ſtatus, ſed ad euerſionem reddit aptum vt fluctus maioris impulſu facilius illidatur & frãgatur. Sed hoc vel plus vel minus periculoſum eſt, ſecundũ diuerſa gentiũ ingenia quę vel frigidius vel ardẽtius accepta ſacra dif-*Cur noui ritus antiqui dicuntur.* ficilius aut facilius dimittũt. Igitur & Græci & Romani patrios ritus immutauerunt optimos iudicantes & patrios & antiquos quos de nouo colerent & conſtituerent ne videantur contra vetera inſtituta facere: Arnobius 2. *Si mutare ſententiam culpa eſt vlla vel crimen & à veteribus inſtitutis in alias res nouas voluntateſque migrare criminatio iſta & vos ſpectat qui toties vitam conſuetudinemque mutaſtis, qui in mores alios atque alios ritus, priorum condemnatione tranſiſtis*: tum paulo poſt: *Igitur vt vos ipſi modo illos mores, modo alias leges fuiſtis ſecuti, multaque vel erroribus cognitis, vel animaduerſione meliorum ſunt à vobis repudiata*. In iis enim quæ hominum opinione conſtituta ſunt diligens inquiſitio veritatem explicat & inuentam falſitatem expellit, Iuſtinus in parænet. ad Græcos. ἡ γὰρ τῶν πραγμάτων ἀκριβὴς ἐξέτασις καὶ τὰ δόξαντα καλῶς ἔχειν πολλάκις ἀλλοιοτέρα δείκνυσιν ἀκριβεστέρᾳ πείρᾳ τἀληθὲς βασανίσασα. Hæc lex à Tullio ex iure Pontificio deprompta eſt. Eſt enim munus Pontificum præuidere ne quid contra vetera patriæ religionis inſtituta committatur & noua ſacra ex neceſſitate ſuſcepta eorum interpretatione reducantur ad vetera vt ſit hoc Canone in quo ſicut in cæteris religionum vmbraculis nihil præter fictionem & imaginem *Muſica mutatio.* veritatis agnoſco. Quidam exiſtimant caput proxime præcedens eſſe ſumptum ex Platone vbi muſicam tantopere extollit, & ex eius mutatione, ſtatus quoque mutationem ariolatur (hæc addo

quia hic etiam de mutatione agitur ſacrorum, muſica autem ſacra eſt in ludis) quod ineptum eſt, muſica enim non cuique ex populo communis quæ effectum habet momētaneum non vſque adeo potentem vt magnorum virorum animos quibus Reip. gubernacula commiſſa ſunt eneruet. Nec appoſite ibi ex Platone de Muſica Tullius diſputat. Ludis enim adhibebatur ad relaxationem animorum qui laboribus publice priuatimque perpeſſis defatigati quadam lætitia & voluptate recreandi erant quod neque continuum erat, neque vſitatum niſi in ſacris. Hæc de ſacris publicis. Quid de priuatis. an ad arbitrium patrisfamilias immutari poſſunt? minime. Hoc enim lex vetuit ſpecialiter in cap. Delubra his verbis. *Ritus familiæ, patrumque ſeruanto.* Cur tam varie? Sacra familiæ hærent bonis defunctorum patrum in quorum fuit poteſtate legem dicere ſuis rebus & ipſi deorum Manium religioni coniunctam. Ideo ſucceſſores eam violare non poſſunt: at publica non hærent opibus publicis ſed contra, opes publicæ ab iis omnino dependent. *Differt religio publica à priuata.*

AXIOMATA.

GRÆCI & Romani in Religione inconſtantiſſimi fuerunt: ſed illi ingenita leuitate proniores ad mutationem; hi propoſita neceſſitate. Durum eſt autem vetera inſtituta mutare quæ deorum cōſiliis inducta ſunt, niſi ex eorumdem præcepto mutentur, quo intelliguntur optima & antiquiſſima quæ ciuium conſenſu ſuſcepta ſunt.

IVS Pontificium Diis ſacrum ex deorum præceptis compoſitum, interpretatione reducit noua iura ad vetera per fictionem.

MVSICÆ mutatio non mutat aut euertit imperium, ſed relaxat à labore animum defeſſum: qui tamen ſi impenſius ſono delectetur præbet argumentum ſuæ leuitatis.

PRÆTER IDÆÆ MATRIS famulos, eoſque iuſtis diebus ne quis ſtipem cogito.

CAP. XVII.

Ludi matris Deum. LVDOS quoque fuiſſe inſtitutos in honorem matris Idææ iam dictum eſt nec male poſt titulum de mutatione ſacrorum hic ſubiectus eſt. Nam noua ſacra Romanis ſunt hæc Phrygia vt ex Feſto in cap. ſeparatim, oſtenſum eſt Arnobius 2. *Quid Phrygiam matrem cuius eſſe conditor indicatur vel Midas vel Dardanus, non quum Hannibal Pœnus res Italicas rapere et & terrarum expoſceret principatum noſſe & ſcire cœpiſtis & memorabili religione ſancire.* *Conditor religionis Deum matris.* Sunt & myſteria quibus initiantur quorum auctor eſt ſiue ille Midas ſiue Dardanus Clemens Alex. in protrep. ad Grœcos. ὄλλοιτο οὖν ὁ τῆσδε ἄρξας ἀπάτης εἴτε ὁ Δάρδανος ὁ μητρὸς θεῶν καταδείξας μυστήρια. *Menſtruæ purificationes.* Erant & menſtruæ purificationes vt in Myſteriis Dionyſij & Eleuſiniis de quibus Marinus Neapolitanus in libro de vita Procli. τὰς δὲ μητρωακὰς παρὰ Ῥωμαίοις ἢ καὶ πρότερόν ποτε παρὰ Φρυξὶν σπουδασθείσας ἁγιστείας. Et hoc nono cuiuſque menſis die vt in initiis ex Nicandro demonſtraui. *Vnde dicitur Idæa.* Idæa dicta eſt à monte Ida in Phrygia quod eam Troes prope Idam primum coluerint auctore Strabone 10. eoque nomine vocatur à Virgilio libro 9. Æneid.

O vere Phrygiæ neque enim Phryges ite per alta
Dindyma vbi aſſuetis biforem dat tibia cantum.
Tympana vos buxuſque vocat Berecynthia matris
Idææ.

Salutant mane deam & veſpere, valere iubent. Doctiſſimus iſte vates paucis expreſſit myſteria deæ vt apud Phryges & poſtea apud Romanos celebrata ſunt. Diebus enim qui præſtituti erant ad cultum deæ mane ſalutantes deam, eam à ſomno excitabant ad modulationem tibiarum & vocum; veſpere autem valere iubebant ipſam mox dormituram. Arnob. 7. *Quid ſibi volunt excitationes illæ quas canitis matutini, collatis ad tibiam vocibus? Obdormiſcunt enim ſuperi remeare vt ad vigilias debeant. Quid dormitiones illæ quibus bene vt valeant auſpicabili ſalutatione mādatis: ſomni enim quiete ſoluuntur occuparique vt hoc poſſint lenes audiēda ſunt nenia.* Tympanis autē & Cymbalis pulſatis furorem emētiebantur Clemens ibid. Vbi loquitur de Anacharſi qui ſuum ciuem ſagitta confixerat quod orgia Phrygiæ matris imitaretur. *Furor ementiens.* οὗτος τὸν πολίτην τὸν ἑαυτοῦ τὸν παρὰ Κυζικηνοῖς μητρὸς τῶν θεῶν τελετὴν ἀπομιμούμενον παρὰ Σκύθαις τύμπανόν τε ἐπικτυποῦντα καὶ κύμβαλον ἐπηχοῦντα διὰ τοῦ

τραχήλου τινὰ μηναγύρτην ἐξηρτημένον κατετόξευσεν ὡς ἄνανδρον αὐτὸν τε παρ' ἕλλησι γεγενημένον καὶ τῆς θηλείας ταῖς ἄλλοις Σκυθῶν διδάσκαλον νόσου. Vocat eum ex cuius collo pendent Cymbala & Tympana qui quaſi ex ſuo collo dependet totus in Tympanis illis & Cymbalis & , μηναγύρτης dicitur quod ſingulorum menſium nono die ſtipem emendicaret : vera inſania furorem ementientes & ignorantes fingunt quod reuera præſtant. Sunt enim hæc inſtrumenta furentium ad imitationem ſpiritus anguſtati cuius motu fit ſonus horribilis quod innuit Lucretius libro 2.

Tympana tenta tonant palmis & Cymbala circum
Concaua.

Hoc modo ita mouentur animls vt in ſeipſos ſeuiant tundentes pineis faſcibus aut palmis pectora & ferro ſanguinem brachio exprimentes Arnobius 7. *Quid pectoribus applodentes palmas paſſis cum crinibus Galli? Nonne illos referunt in memoriam luctus quibus mater turrita cum Acdeſti, lacrymabili puerum proſecuta eſt eiulatu?* Tum paulo poſt, *Euirati iſti molleſque quos intereſſe vobiſcum in iſtius Numinis videmus ſacris quidnam iſthic habeant negotij ſollicitudinis curæ? & cur more lugentium cædant cum pectoribus lacertos & fortunam imitentur in lamentabili conſtitutorum ſorte?* Et hæc eleganter Papinius expoſuit libro 10. Thebaid.

Galli vſque ad ſanguinem ſe cædunt.

Sic Phryga terrificis genitrix Idæa cruentum
Elicit ex adytis conſumptaque brachia ferro
Scire vetat quatit ille ſacras in pectora pinus
Sanguineoſque rotat crines ac vulnera curſu
Exanimat panet omnis ager reſperſaque cultris
Arbor & attoniti currum erexere leones.

Hæc initia ſiue myſteria ſicut & cętera alia exceptis Eleuſiniis lege Romuli prohibentur generaliter: ſed orgia matris Idææ ſpeciali Senatuſcõſulto interdicta ſint ciui Romano: ſed ad hoc myſteriũ vir Phryx & mulier Phrygia adhibebantur inducti verſicolore veſte (nimirum ob vim materiæ multiplicem.) Circa pectus habentes notas ſui Sacerdotij quos vocant. τύπους teſte Dionyſio 2. & quia turpe eſt hoc officium, Senatus vetuit ne à ciuibus Romanis exerceretur de quo ſic idem. Ῥωμαίων δὲ τῶν αὐθιγενῶν οὔτε μηναγύρτης τις οὔτε καταυλούμενος πορεύεται διὰ τῆς πόλεως ποικίλην ἐνδεδυκὼς στολὴν οὔτε ὀργιάζων τὴν θεὸν τοῖς Φρυγίοις ὀργιασμοῖς κατὰ νόμον ἢ ψήφισμα βουλῆς. οὕτως εὐλαβῶς ἡ πόλις ἔχει πρὸς τὰ ἐπιχώρια ἔθη περὶ θεῶν καὶ πάντα ὀτλεύεται τῦφον ᾧ μὴ πρόσεστι τὸ εὐπρεπές. Igitur dea Romam euecta eſt & quaſi euocata è Phrygia vnde Romani originem habuere. Idque factum eſt iuſſu oraculi quo præceptum erat vt hæc myſteria matris Deum à ſanctiſſimo viro præſtarentur: Senatus iudicauit Scipionem Naſicam virum ſanctiſſimum vt teſtatur Valerius 8. cap. 16. Quænam eſſet apud eos mater dea ita docet Arnobius 5. *Apud Timotheum non*

Ad hoc myſterium qui adhibetur.

Quæ mater dea.

ignobilem Theologorum virum, nec non apud alios æque doctos, ſuper magna deorum matre ſuperque ſacris eius origo hac ſita eſt ex reconditis antiquitatum libris & ex intimis eruta quemadmodum ipſe teſtatur myſteriis. In Phrygiæ finibus inaudita per omnia vaſtitatis petra eſt quadam cui nomen eſt Agdus regionis eius ab indigenis ſic vocata: ex ea lapides ſumptos ſicut Themis mandauerat præcinens in orbem mortalibus vacuum Deucalion iactauit & Pyrrha ex quibus cum ceteris & hac magna quæ dicitur informata eſt mater atque animata diuinitus. Quis Deus eam formauit ignoratur. Sane, quia nullus ſed rudis quidam ſtatuarius effinxit lapidem in effigiem quæ parum ab informi lapide diſcreparet idem libro 7. *Si verum loquuntur hiſtoriæ neque vllas inferunt rerum conſcriptionibus falſitates allatum ex Phrygia nihil quidem aliud ſcribitur, miſſum rege ab Attalo niſi lapis quidam non magnus, ferri manu hominis ſine vlla impreſſione qui poſſet coloris furui atque atri prominentibus angulis inæqualis & quem omnes hodie ipſo illo videmus ſigno oris loco poſitum indolatum vt aſperum & ſimulacro faciem minus expreſſam ſimulatione præbentem.* Et quoniam ignoratur artifex ille imperitus ideo cœlo demiſſum eſſe ſimulacrum credidere vt auctor eſt Herodianus 1. Vbi etiam ait in honorem deæ fas fuiſſe omnibus Romanis nulla ratione habita dignitatis quemlibet ſub perſona fingere & ludere ad arbitrium animi & merito his diebus omnis ſpecies ludorum permiſſa eſt: hoc enim materiæ conuenit ſed veritatis ſub perſona occultatio quomodo poteſt huius deæ ſacris conuenire? Video cauſam ne cognoſcentur illuſtres bacchantes & paululum à furioſis diſcrepantes. perſona data eſt viliſſimis hiſtrionibus, data & honeſtæ iuuentuti quæ Atellanas ludebat: diuerſa tamen lege & conditione. Nam in Atellanis fabula ludebatur a perſonatis vt cognoſci nō poſſēt ſi forte in omni parte populo nō placuiſſent: at populus poterat iubere hiſtrioni vt perſonā poneret feſtus in perſonata fabula. His modis diffuſi in ludos animi ſoluuntur in omnia genera peſſimæ licentiæ. Redeo ad ſimulachrum vetuſtiſſimum in quo ſummam vim diuinitatis ethnici poſuere miraculum inculcantes quod editum eſt. Veſtalis ſuſpectæ pudicitiæ leui cingulo nauem traxit quia vecta erat dea. Deinde quod ferūt de ſacerdotibus deæ prodigioſum videtur: prope hierapolim antrum eſt quod Plutonium appellatur in paruo quodam imminētis montis ſupercilio, prope vallum eſt quadratum quod ita tenebroſum eſt vt ſolum videri non poſſit: ibi ſi animal quoduis intrauerit ſtatim extinguitur: ſed tamen galli ſacerdotes illeſi & intacti etiam in medio ſepto ſeruantur. Eius rei rationem Stabo 13. inueſtigans putat id diuina prouidētia fieri in iis qui numine ſunt affati Berecynthiæ matris. Sed multum poteſt dæmon in dæmoniacos quorum animæ & corpora iam ei mancipata ſunt tamen cum ſuis dominis adulterinis ſub imperio ſummi patris Ammianus libro 23. *Hoc tamen apud Hierapolim Phrygiæ antehac vt aſſerunt aliqui videbatur: vnde emergens itidem noxius ſpiritus perſeueranti odore quicquid prope*

Lapis animatus.

Perſonati Romani.

Spadonibus nō nocet teter Spiritus ex Plutonio antro.

venerat corrumpebat abſque ſpadonibus. Poſtremo admirantur vim fluminis galli ex quo ſimulac biberunt ita in furorem aguntur vt ſe ea parte corporis priuent qua patres eſſe potuiſſent Herodianus πάλαι μὲν Φρύγες ὠργίαζον ἐπὶ τῷ ποταμῷ Γάλλῳ παραρρέοντι ἀφ' οὗ τὴν ἐπωνυμίαν φέρουσιν οἱ τῇ θεῷ τομίαι ἱερώμενοι. Feſtus *Galli* (inquit) *qui vocantur matris magnæ comites dicti ſunt à flumine cui nomen eſt Gallo: quia qui ex eo biberint in hoc furere incipiant vt ſe priuent virilitatis parte.* Vere aqua non facit furentem ſed Diabolus pater myſteriorum ſtatim à potu ſubit virum, iam ſibi & huic ſacrificio deuotum vt ſub aquæ falſa potentia ſuam inſinuet ſuperſtitionem. Sed quid opus vt vir miſerrimus in ſe ſeuiat quo poſſit initiari huius ſanctitati? nimirum quia materia ſeparata domina eſt, viduata ſuo adultero purior eſt & maior ideo apud Græcos in multis locis vocatur Δέσποινα Romani dominam vocant. Vnde tam deformi effigie delineata pro dea illa accepta eſt à Phrygibus cum à forma ſeiuncta ſit: ideo ad caſtitatis certiſſimam tutelam ea pars exſecatur qua caſtitas poſſet violari. Sed hoc ineptiſſimum eſt nam alia parte polluuntur inceſto grauiore Arnobius, *Quaſi vero affecti corporalibus his damnis fiant languidioris audaciæ & non quotidie videamus eos qui ſibi demeſſuerunt has partes maioris petulantiæ fieri atque omnibus poſtpoſitis pudoris & reuerentiæ frenis in obſcenam prorumpere vilitatem, flagitiorum confeſſione vulgata.* Mos iſte caſtrandi defluxit ab Ægyptiis non à Græcis Euſtathius in Homerum Iliad T. ἱστέον δὲ ὅτι ἐκ τοῦ ἀπάρξασθαι σκῶμμά τι εὐνουχικὸν προέκυψε παρά τινι Αἰγυπτίῳ ἀνδρὶ εἰπόντι ὡς τοὺς Αἰγυπτίους ἱερεῖς εὐνούχους δηλαδὴ ὄντας σκώπτει τις εἰπὼν ἀπῆρχθαι διὰ τὸ ἐξ αὐτῶν ὡς διά τινα παραδεδόσθαι ἀπαρχὴν τὴν τμῆσιν τῶν αἰδοίων: ὡς δῆλον ἐκ τοῦ τοὺς ἱερέας ἐνθάδε μὲν ἤγουν ἐν Ἕλλησιν ὁλοκλήρους εἶναι κατὰ νόμον: παρ' ἡμῖν δ' ὡς ἔοικεν ἀπηργμένους. ἔστι δὲ συναγαγεῖν ἐκ τοῦ δὲ τοῦ λόγου ὡς ἐπαινετὸν Αἰγυπτίοις ἦν τότε τῶν ἱερέων εὐνουχία διὰ τὸ ἀπαρχὴν ἐξ αὐτῶν δεδόσθαι θεοῖς ἐκείνοις τοῖς φαυλεπιφαύλοις. Libabant Ægyptij ſuis Diis pudenda tamquam primitias ſui corporis. At Græcis viſum eſt nihil Deo conſecrare niſi integrum & omnibus ſuæ ſubſtantiæ partibus abſolutum: Eunuchus autem imperfectus eſt. Moſes ex præſcripto diuino ab Eccleſia Dei excludit Thladias & caſtratos quod eorum natura manca ſit & mutilata Philo Iudæus. περὶ μέθης: τῶν τοιούτων οὐδενὶ ἐπιτρέπει Μωϋσῆς εἰς ἐκκλησίαν ἀφικνεῖσθαι θεοῦ. λέγει γὰρ ὅτι θλαδίας καὶ ἀποκεκομμένος οὐκ εἰσελεύσεται εἰς ἐκκλησίαν κυρίου. τί γὰρ τῷ σοφίας ἀγόνῳ λόγων ἀκροάσεως ἱερῶν ὄφελος ἐκτετμημένῳ, πίστιν φυλάξαι μὴ δυναμένῳ. Legem Dei Philo recte interpretatur non ex litera ſed ex ſenſu myſtico. Nam iſti homines habent ex corpore ad animum analogiam ad eos qui ob inueteratam malitiam ſunt ſapientiæ expertes & Dei præceptorum incapaces vnde nullum ex iis fructum poſſunt producere non ſecus ac ſi mente caſtrati eſſent & ſteriles Clemens Alex. talem vocat. ἄγονον ἀληθείας: Nam veritas

Galli flumin vis.

Cur ſpadones ſeruiunt matri.

Spado inceſtus.

Mos caſtrandi vnde.

Caſtratus eſt imperfectus.

Remouetur ab Eccleſia Dei.

& ſapientia idem. Male ex membri abſciſſione pudicitiam ſperant cum ſit vitioſa & vituperanda imperfectio quæ eſt argumentum impuritatis animi. Vere & docte Epictetus Arriani 2. cap. 20. ex ſectione membri virilis ait affectum venereæ libidinis non reſcindi ſed magis augeri appetitum quo minus datur executo quia.

Castrati impudici.

Nitimur in vetitum ſemper cupimuſque negata.

Et contra.

Ipſa poteſtas

Semina nequitiæ languidiora facit.

Vile eſt quod licet & animus errore lentus iniurias diligit. Vt eſt apud Petronium, Sapiens, 10. Eccleſiaſtici, *Concupiſcentia caſtrati deflorauit puellm.* Sub prætextu ſuæ impotentiæ facile admittuntur ad filias & matronas quas & ipſo affectu & lenocinio corrumpunt Clemens Alex. Pædag. 3. Igitur caſtratus eſt impurus & turpis morbo. Horatius ſic loquitur de Eunuchis Cleopatræ libro 1. Carminum Oda. 37.

Spado morboſus.

Contaminato cum grege turpium

Morbo virorum.

Nec obſtat Vlp. in l. Pomponius §. vlt. ff. de ædilit edict. Vbi ſpado nec morboſus nec vitioſus eſt. Nam ſpadonum plures ſunt ſpecies: alij natura: alij per accidens. Qui natura, nec morboſi, nec vitioſi ſunt: quia ſublato impedimento hoc naturali, poſſunt generare: idem eſt de iis qui vnum habent teſticulum d. l. Pomponius in fine, ideo etiam poſſunt militare l. qui cum vno ff. de re. milit. quia qui partes omnes habet à Natura quibus vir eſt & pater eſſe poteſt. At qui priuatus eſt viri parte, nec vir, nec pater eſſe poteſt ideoque morboſus eſt l. ſinautem ff. eod. cur aliud in mulo? Si enim caſtratus ſit neque morboſus neque vitioſus eſt l. ædiles §. ſed enim ff. eod. Quia mulus generare non poteſt licet teſticulos habeat cuius rei rationem reddit Ariſtot. 2. de generat. animal cap. vlt. quod mulus ſit ex ſemine equi & aſinæ, vel equæ & aſini. Aſinus natura ſua frigidus eſt & proinde frigidum ſemen habet quod tamen in coitu ſeruatur propter calorem alterius animalis: Equi enim ſemen eſt calidum. Ex calido & humido fœtus fit: hic tamen ex calido & frigido fit, iſque infœcundus quia partim ex ſemine aſinino eſt, in quo frigidum dominatur. Vnde propenſum eſt hoc animal ad ſterilitatem ita vt niſi à prima dentium mutatione generare incipiat, maneat omnino ſterilis. Equi autem ſemen non multum fœcundum eſt; ſed quia ſemen eius præter naturam mixtum eſt, vlterius natura progredi non poteſt non tantum quia cum eadem ſpecie debet actus generationis perfici ſed etiam quia ſemina confuſa ſunt, apta ad ſterilitatem. Itaque ex neceſſitate, quod ex diuerſa illa Naturæ coitione natum eſt, ipſi Naturæ peregrinum eſt: ideo deficit in eo genitalis actus & potentia quam Natura ex officio ſuo debet omnibus viuentibus impertiri ſecundum ſuam ſpeciem. Igitur mulus caſtratus non laborat vitio vel morbo, ſed nec animalia quibus

Spadonum diuiſio.

Mulus caſtratus.

Cur mulus ſit ſterilis.

quibus vtimur ſi ex iis tantumdem vtilitatis accipi poſſit, quantum redderent ſi caſtrati non eſſent; metimur enim vtilitate pretia brutorum d. §. ſed enim. Quod non diſtinguitur in homine; quia certum eſt eneruari hominem virilitate nudatum: at quædam animalia caſtratione fiunt fortiora. Deinde homo hominem quo nihil in Natura rerum eſt excellentius producit genitali illo inſtrumento. Et ſic caſtratus eſt imperfectus in eoque natura violata, ita vt pœna capitis conſtituta ſit in eos qui caſtrauerunt hominem l. lege Cornelia §. vlt. ff. ad leg. Cor. de ſicar. Paulus 5. ſent. tit. 23. §. qui hominem vbi ait inuitum, ſinentemue ita vt etiamſi quis volentem caſtrauerit puniatur non tantum ex Adriani reſcripto ſed etiam ex Senatuſconſulto l. 3. §. & qui hominem ff. eod. quinetiam qui ſponte ſe obtulit caſtrationi lege Cornelia tenetur d. §. vlt. Ante Adrianum caſtrare poterant permiſſu præſidis Iuſtinus in Apologia Chriſt. καὶ ἤδη τις τῶν ἡμετέρων ὑπὲρ τοῦ πεῖσαι ὑμᾶς ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμῖν μυστήριον ἡ ἀνέδην μίξις βιβλίδιον ἀνέδωκεν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Φίλικι ἡγεμονεύοντι ἀξιῶν ἐπιτρέψαι ἰατρῷ τοὺς διδύμους αὐτοῦ ἀνελεῖν· ἄνευ γὰρ τῆς τοῦ ἡγεμόνος ἐπιτροπῆς τοῦτο πράττειν ἀπειρῆσθαι οἱ ἐκεῖ ἰατροὶ ἔλεγον. Quod conſtitutione Domitiani ſancitum eſt.

Nec ſpado iam nec mœchus erit te præſide quiſquam.

Inquit de ea Martialis 6. Papinius 4. Syluarum.

Qui fortem vetat interire ſexum
Et Cenſor prohibet mares adultos
Pulcra ſupplicium timere forma.

Naturam caſtratione mutari docet Varro 5. de ling. Lat. *Is cui oui mari teſticuli dempti & ideo vt natura verſa veruex declinatum.* Conſtitutio Adriani ſępius violata multo poſt à Conſtantino reparata eſt l. 1. C. de Eunuch. & iterum à Iuſtiniano alia pœna ei maleficio eſt impoſita nimirum talionis nouella 142. cap. 1. obſtat l. ſi Seruus §. & ſi puerum ff. ad leg. Aquil. vbi qui puerum caſtrauit & pretioſiorem fecit, non tenetur actione legis Aquiliæ ſed iniuriarum aut edicto Ædilium aut in quadruplum. Verum Aquiliæ actio datur ob damnum l. 1. ff. eod. at damni ratio ceſſat vbi lucrum datum eſt: at iniuriarum aut ædilitia actio priuata eſt quidem vt Aquiliæ ſed ratione non damni tantum ſed etiam leſi datur honoris vel fraudis aut doli commiſſi: quæ actiones publicum iudicium non impediunt l. 2. §. 1. ff. vi. bon. rapt. & proinde manet integrum ius publicæ vindictæ. Ex iis videtur ſpadonis nomine, caſtratus intelligi vt in iure nonumquam generis appellatione ſpecies venit. Spado eſt genus l. ſpadonum ff. de verb. ſig. tam eorum qui natura ſunt quã qui arte facti fuere vt thlibiæ vel thladiæ vel ectomie qui continentur his verbis & ſi quod aliud genus ſpadonum in d. l. ſpadonum. His omnibus licet facere teſtamentum quia non ſunt ſerui; ſunt & ciues exceptis Eunomianis ſpadonibus quibus propter nefandam turpitudinem, teſtamenti faciendi & capiendi ex teſta-

Pœna caſtratoris.

Natura caſtratione mutatur.

Aquiliæ actio eſt de damno.

Ius ſpadonum.

Hhh

mento ius adimit l. 17. C. Theod. de hæretic. at licet vtrumque cæteris l. Eunuchis C. qui teſt. fac. poſſ. Sed omnes poſſunt teſtari poſt. 12. aut 14. annum l. 5. ff. eod. & ſpadones non poſſunt ante 18. auctore Paulo. 3. ſent. Quia puberi tantum licebat teſtamentum facere id eſt ei qui ex aſpectu corporis ætatem probaſſet, idque Iuſtinianus in princ. tituli quib mod. tut. finitur ait: inter veteres obſeruatum fuiſſe & Paulus docet in l. 32. princ. ff. de minorib. poſtea principes idem probauere l. 3. C. ſi minor ſe maio. dix. Sed hoc ex ſententia Caſſianorum: nam Proculeij ex ętate pubertatem definiebant: Priſcus tamen voluit vt vtrumque concurreret ætas cum habitu Vlp. in fragm. tit. de tutel. §. vlt. Sed ex ſuperioribus patet Caſſianorum ſententiam obtinuiſſe. Contra vetuſtiſſimos Iuriſc. qui puberem ex ætate iudicabant Feſtus, *Pubes & puber qui generare poteſt: is incipit eſſe ab annis* 14. *fœmina viripotens a* 12. Igitur iure Pandectarum ad demonſtrationem pubertatis neceſſarius erat aſpectus quod Iuſtinianus emendauit l. vlt. C. quando tit. vel cur. eſſe deſ. ideo Paulus non immerito ait in ſpadonibus deſiderari annum 18. Quia ex aſpectu id probari non poteſt, ſeu propter frigiditatem, ſeu partis priuationem. At ſi licet iis ea ætate teſtamentum facere cur non licebit poſthumũ inſtituere l. ſed eſt quæſitum §. 1. ff. de lib. & poſt? poteſt adoptare l. 2. §. 1. l. 40. §. vlt. ff. de adop. Et vxorem ducere l. ſi ſerua §. vlt. ff. de iure dota. l. ſed eſt quæſitum in prin. Verum ſpado generaliter ſumptus caſtratum continet, non tamen ſemper actu ſignificat ſed ſi ſpecialiter pro caſtrato ſumatur aliud eſt. Priore caſu ſpado non prohibetur poſthumum inſtituere quia is tantum ſignificatur quem ſterilitas aut vitium corporale impedit quo minus poſſit generare, ſed ſublato impedimento poteſt. poteſt ergo curari hic morbus. Alioqui abſurde Iuriſconſulti permitterent vxorem ducere & adoptare liberos ei qui nec vir nec pater eſſe poſſet. curari poſſe docuit Ariſtot. eod. lib. cap. 7. vbi de cauſis ſterilitatis agit. γίνεται δὲ τὰ μὲν ἰατὰ, τὰ δὲ ἀνίατα τῶν τοιούτων: μάλιστα δὲ διατελοῦσι ἄγονα καὶ τὴν πρώτην σύστασιν τοιαῦτα γενόμενα. Vult quædam curari poſſe, ſed ea non poſſe quæ primo naturæ ortu inhæſere: ibidem enim paulo ante dixerat quibuſdam in progreſſu ætatis id contingere vel ob motum aliquem violentum quo partes ad venerem idoneæ aut leſæ aut obtortæ: aut propter pleniorem corporis nutricationem. Vnde non mirum ſi nondum funerata potentia naturæ ſpado poſſit inſtituere poſthumum. non poſſit caſtratus licet teſtari poſſit: nam extraneum ei fas eſt inſtituere: quia ibi nullum eſt impedimentum ratione Naturæ: at poſthumum tamquam ſuum non poteſt quia is debet inſtitui quem teſtator potuit generare: ſola enim potentia conſideratur non vitium temporale aut valetudo (inquit doctiſsimus Iuriſc. in l. ſi quis poſthumos in prin. ff. de liber & poſt: ſuus enim eſſe non poteſt niſi qui vel ex nobis natus vel ad imaginem Naturæ adoptatus eſt aut in manum conuentione aſcita ſui iure vxor. Ex Philone

Spado pubes intelligitur 18. anno.

Pubes an ex habitu corporis aut ex ætate iudicetur.

An poſſit poſthumum inſtituere ſpado.

Spado ſanari poteſt.

Suus quis.

demonſtratum eſt thlibias & thladias pro caſtratis haberi: quia in iis non eſt vitium temporale ſed perpetuum: eademque pœna tenentur qui tales fecerint ac ij qui caſtrauerint l. 5. ff. ad leg. Cornel. de ſic. thlidiæ. παρὰ τὸ θλίβειν. Id eſt à premendo quod eis preſſi & eliſi fuerint teſticuli: θλαδίαι παρὰ τὸ θλᾶν. id eſt à frangendo, quod fracti fuerint teſticuli. Eliduntur in infantia: quod facilius eſt: at poſtquam ad pueritiam progreſſa ætas partem illam reddidit fortiorem non ſufficit eliſio ſed frangi debent vt ſterileſcant adhuc in germine. Sed ſi pueritia præterita ad terminos pubertatis acceſſerit iam non franguntur ſed exciduntur: & hoc libidinis cauſa, aut promercij vt loquitur Paulus in d. §. & qui hominem; ſane promercij cauſa libidinem reſpicit. Emuntur enim gratia voluptatis à viris vt iis ad præpoſteram libidinem abuterentur: Nam hæc abominatio in pulcros tantum exercebatur non in deformes Iuuenal Saty. 10. *Thlibiæ & thladiæ.*

Nullus Ephebum
Deformem ſæua caſtrauit in arce tyrannus.

Recte ait Ephebum caſtrari: Nam ea ætate thlibia aut thladia fieri non poterat: Sed in conſtitutione qua caſtrari vetuit Domitianus & ectomiæ & thladiæ & thlibiæ, nomine caſtratorum continentur quia impiæ voluptatis cauſa fiunt tum quod natura mutetur & violetur vt ex Varrone dixi & confirmat Statius.

Nondum pulcra dulcis clementia cœperat ortu
Intactos ſeruare mares nunc frangere ſexum
Atque hominem mutare nefas gauiſaque ſolos
Quos genuit natura dedit.

Hoc genus impietatis ex Perſarum more traductum eſt auctoreſque habet viros pluſquam fœmininas mollitiei & voluptatum inuentionibus infames Petronius.

Perſarum ritu male pubeſcentibus annis *Perſæ caſtrarunt libidinis cauſa.*
Surripuere viros exſectaque viſcera ferro
In venerem fregere atque vt fuga mobilis æui
Circumſcripta mora properantes differat annos
Quærit ſe Natura nec inuenit.

Hęc abominatio etiam antiquis tēporibus apud alias gentes regnanit quod me docuit Ariſtoteles qui refert Cotyn Thracię regem execuiſſe Adamantem formoſum adoleſcentem vt eius corpore abuteretur: vnde occaſione data deſciuit à rege eumque inimicis facile interficiendum expoſuit 5. polit. cap. 5. πάρων δὲ καὶ Ηρακλείδης οἱ Αἴνιοι Κότυν διέφθειραν τῷ πατρὶ τιμωροῦντες: Ἀδάμας δ' ἀπέστη Κότυος διὰ τὸ ἐκτμηθῆναι παῖς ὢν ὑπ' αὐτοῦ καὶ ὑβρισμένος: Hic exſecti ſeu ectomię proprie caſtrati dicuntur quaſi Caſtorati à Caſtore, Iuuenalis Satura 11. loquens de caſtore. *Caſtratio apud gentes alias.* *Caſtrati qui & vnde dicti.*

Qui ſe
Eunuchum ipſe facit cupiens euadere damno
Teſticulorum, adeo medicatum intelligit inguen.

Vocat eunuchum generaliſsima voce. Hoc autem non tantum virorum abominandę turpitudini ſeruiebat ſed & matronarum, non ampliusloquor de iis qui cum Ephebi eſſent caſtrabantur; quia in venerem agentem inutiles erant ſed de thladiis & thlibiis quorum etſi eliſi aut contuſi ſeu contriti fuiſſent teſtes in veneremtamen exercebantur;iſti ſane propter frigiditatem ſanguinis depiles ſunt & leui cute quorum oſcula ſumme placent iſtis ſecretarum libidinum victimis teſte Epicteto Arrian. 3. cap. 1. Et nobilioribus quarum magis occultanda erant ſcelera ne de capite periclitarētur. Se enim ingurgitant illis voluptatibusſine periculo tumoris genitalis,ita vt abortiuo poculo non ſit opus quod idem ſaty. 6. acerbe carpit.

Matronarum nobilium veneres nefaria.

Sunt quas Eunuchi imbelles & mollia ſemper
Oſcula delectant & deſperatio barbæ
Et quod abortiuo non eſt opus.

Idem pari libertate reprehendit viros qui maiore voluptate frui ſe crederent ex iis qui iam grandiores ætate caſtrarentur, qui loco mulierum vtpote Pathici ſubſternuntur.

Illa voluptas
Summa tamen quod iam calida & matura iuuenta
Inguina traduntur medicis iam pectine nigro:
Ergo expectatos ac iuſſos creſcere primum
Teſticulos,poſtquam cœperunt eſſe bilibres
Tonſoris damno tantum rapit Heliodorus.

Quid mirum igitur ſi Eunuchi etiam ſine artificio pluris æſtimarentur: hoc prætextu quæſito quod caſtius poſſint cuſtodire lectum genialem l. vlt. Cod. de comm. ſer. manum. Dixi ritum caſtrandi primum ab Ægyptiis ad Phrygas manaſſe ſed hoc gratia religionis non libidinis Quis ergo eſt auctor infandæ iſtius voluptatis? Semiramis à qua facile defluxit ad Medos & Perſas à quibus ad Græcos & Romanos demum peruenit Ammianus libro 14. *Deteſtetur memoriā ſemiramidis reginæ illius veteris quæ teneros mares caſtrauit omnium prima velut vim iniectans Naturæ eamdemque ab inſtituto curſu retorquens,quæ inter ipſa oriundi crepundia per primigenios ſeminis fontes tacita quodammodo lege vias propagandæ poſteritatis oſtendit.* Præterea ex eo vulnere aliud genus voluptatis emergit ob gracilitatem & mollitiem vocis qua plurimum apud principes quoſdam quidam Eunuchi potuere vt auctor eſt Ammianus libro 18. Redeo ad ſacra matris magnæ. Romani longe poſt Græcos Idææ matris acceperunt ſacra quibus Eunuchi miniſtrabant ſuo ſanguine & membri mutilatione religionis huius initia penſantes. Minutius. *Dindymena pudet dicere quæ adulterum ſuum infeliciter placitum, quoniam & ipſa deformis & vetula & multorum deorum mater ad ſtuprum illicere non poterat execuit vt Deum ſcilicet faceret eunuchum:propter hanc fabulam Galli eam & ſemiuiri ſui corporis ſupplicio colunt. Hæc tam non ſunt ſacra,tormenta ſunt.* Sed fortaſſe omnes hæ ſordes,fœ-

Mater magna lauatur.

ditates, cruentationes, aqua eluuntur vt diximus in cap. Sacrum, de Rhea quæ poſt partum ſordes eluit contractas inter dolores. Simulacrum hoc tam diuinum, furentium gallorum comitatu ferebatur in fluuium Almonem vbi & ipſum & ſacerdotes ipſius purificabantur quo oſtenditur ſordida ipſius diuinitas: materia enim mater eſt ſordium hunc ritum Ouidius 4. Faſtorum ſic exponit.

Eſt locus in Tyberim quo lubricus influit Almo
Et nomen magno perdit in amne minor
Illic purpurea canus cum veſte ſacerdos
Almonis dominam, ſacraque lauit aquis.
Tuque. Claudianus o ſi ſponte per altum
Vecta Palatinis mutaſti collibus Idam
Prælatoque lauas Phrygios Almone leones
Maternis precibus natum iam flecte Cybele.

Lauabatur autem non ſolum ſimulacrum ſed etiam ipſum carpentum quo vehebatur Ammianus libro 23. Romæ matri Deum pompæ celebrantur annales & carpentum quo vehitur ſimulacrum Almonis vndis ablui perhibetur & cæt. Arnobius 7. *Lauatio Deum matris eſt hodie: ſordeſcunt enim Dii, & ad ſordes eluendas lauantibus aquis opus & adiuncta antiqua cineris frictione.* Non ſufficiebat viuum flumen niſi antiqua frictio cinerum adhiberetur. Cinis enim eſt mera terra nihil ex quatuor elementis admixtum habẽs. Ignis enim abſumpſit aquoſum & aëreum; ideo maxime abſterſiuus eſt, quia aridiſſimus is autem cinis ſacer erat qui ex incenſo thure & victima reſtabat. *Cinis ſacer.* Nam apud priſcos Græcos aræ conſtruebantur ex cinere ſacro & ſanguine victimarum luto facto Pauſanias Eliac. 1. vbi etiam ait ſingulis annis Elienſes aram Iouis Olympij obleuiſſe & induxiſſe luto ex illis cineribus & aqua Aphei facto. Diuinis his Eunuchis ſolis, licet diebus iuſtis id eſt Senatuſconſulto præſtitutis ad cultum deæ matris ſtipem quærere; primum nonis Aprilibus quo tempore Megalezia celebrabantur; deinde nono quoque die ſingulorum menſium: ſed non eodem modo. *Stipes quando & quomodo erogabatur.* Nam populus nonis Aprilibus ſtipem conferebat ex neceſsitate publicæ conſtitutionis. At cæterorum menſium diebus dictis ex voluntatis zelo. Ambitioſi tamen non victi pietatis publicæ voto, ſed gloria, ſtipes conſumebant id eſt proiiciebant Cor. Tacit. 14. annal. loquens de ludis, *Dabantur ſtipes* (inquit) *quas boni neceſſitate; intemperantes gloria conſumerent.* Ludis Apollinaribus videbantur ex Prætoris edicto præſtari. *Stipes in honorem Apollinis.* Sed ea pecunia non cedebat lucro ſacerdotum quia in ſumptus ludorum impendebatur ex Senatuſconſulto Liuius 5. dec. 3. Prætor edixit vt populus ſtipem Apollini quantum commodum poſſet conferret: & cogere non potuit populum magiſtratus vi ſui edicti niſi Senatus auctoritate niteretur. Stipes quæ erogabatur ſemel quoquo menſe, voluntaria erat. Hoc enim moris fuiſſe etiam in aliis ſacris patet ex Seneca 7. de benef. *Omnia deorum ſunt tamen Diis poſuimus & ſtipem fecimus.* *Stipes in theſaurum ſacrum ferebatur.* Sed ea ſtipes in locum in æde con-

ſtructum mittebatur Varro 6. de ling. Lat. *Sed quod Delphis in æde foramen ad latus eſt quoddam theſauri ſpecie. quod & apud Romanos fuit qui in theſauros illos ſacros ſtipem ferebant* idem, id (inquit) *apparet quod vt alias tum inſtitutum etiam nunc Diis cum Theſauris aſſes dant ſtipem dicunt.* Seneca epiſtola 116. *Colitur autem non taurorum opimis corporibus contrucidatis nec auro & argento ſuſpenſo nec in theſauros ſtipe infuſa.* Hæc autem erogatio reſtingenda erat: Tullius hic ſtipem ſuſtulimus niſi eam quam ad paucos dies propriam Idææ matris excepimus? implet enim ſuperſtitione animos & exhaurit domos. Vtramque rationem ex deprauato more ſumpſit: impius enim iudicabatur qui quoque die mendicantem gallum à veſtibulo domus expuliſſet: quod & ſuperſtitioſum & damnoſum rei familiari erat.

Cur ſtipis erogatio reſtringitur.

Ecquis ita eſt audax vt limine cogat abire
Iactantem Pharia tinnula ſiſtra manu
Ante Deum matrem cornu tibicen adunco
Cum canit, exigua quis ſtipis æra neget?

Excipiuntur iuſti dies quos Tullius paucos eſſe ait. Ipſe ne legem facit etiam? Minime. Nam iuſtos dies non diceret qui ſola lege vel actu vim legis obtinente conſtituuntur. Præterea ipſe ſua auctoritate non concedit famulis Idææ matris ſtipem cogere. Hoc enim publico iure erat conſtitutum, initio ſtipis orto à Metello Pontifice Max. qui Senatus auctoritate ſtipem à populo coegit ex qua delubrum deæ conſtructum eſt. Hinc ſingulis annis iubetur populus ſtipem dare diebus quibus Megalezia peraguntur: de quo ita Ouidius 4. Faſtorum.

Auctor cogendæ ſtipis.

Contulit æs populus de quo delubra Metellus
Fecit ait dandæ mos ſtipis inde manet.

An noni dies cuiuſque menſis iuſti ſunt? Iuſti ſunt qui iure ciuili præſtituti ſunt vt docebitur in 3. huius operis libro. Ideoque cum ad formam Phrygiorum hæc ſacra Romę inſtituta ſint, nonus etiam dies vt Phrygibus ſic Romanis iuſtus eſt, non ſtipis ex neceſſitate cogendæ ſed ex voluntate, idque non in æde matris Idææ vt Megaleziis ſed per vicos vbi mendicabant. Quod tolerandum erat ob inopiam ſacerdotum illorum: nam nec erant ciues nec Phryges diuites ſed viliſſimi: quique initiabantur his ſanguinolentis myſteriis eiuſdem erant ſortis. Cùm enim tantos labores, dolores, vulnera & cæt. ſponte ferrent Romæ vbi ſanctiora myſteria permittuntur, quis negabit eos eſſe peſſimæ omnium conditionis: Minutius. *Cruda hyeme diſcurrunt alij incedũt pileati, ſcuta vetera circumferunt, pelles cædunt mendicantes vicatim deos ducunt.* Suam tamen inopiam non profitebantur, ne deæ iniuriam facerent: ſed ſtipem erogabant tamquam tributum pro ſolo templi (quod religio numinis huius occupauerat; vt ipſam vrbem in qua conſederat tutaretur) & pro aditu ſacri vt ſacrorum participata dignitas quodam pretio penſaretur, Tertull. in apologet. *Circuit Caupona religio mendicans*

Nono die menſis ſponte ſtipes erogabantur.

Stipes tributi non mendicationis ſpecie quærebantur.

exigitis mercedem pro ſolo templi, pro aditu ſacri: non licet deos poſſe gratis venales ſunt. Hanc autem ſtipem in tabella quadam recipiebant *Stipes in tabella.* Clemens Alex. ad Græcos. οὐδεὶς μ᾽ ἀρέσκει περιπατῶν ἔξω θεὸς μετὰ γραὸς, οὐδ᾽ εἰς οἰκίας παρεισιὼν ἐπὶ σανιδίου μητραγύρτης. Vnde patet mendicos in priuatorũ ædes introiiſſe dum æs quæritarent, ſed prætextu pietatis illius quantæ labes & corruptelę familiis incidant, ex ſupraſcriptis colligi poteſt.

AXIOMATA.

IDÆÆ matris ſacra peregrina ſunt nimirum aſcita ex Phrygia quæ primum à Dardano inuenta ſunt, in quibus primum munus ſacerdotum eſt vt à ſomno deam excitarent cantu & tibiis, tum eam veſpere ſalutarent, & nono die cuiuſque menſis ei ſacrificarent: hi ex ficto in verum furorem irrumpebant: ſeipſos manu, pinu, ferro cædentes & ſaucianteſ, cum eiulatu & planctu, tympana & cymbala pulſabant: hæc dea eſt materiæ diuerſo cultu adorata quia peregrina eſt: eique ſeruiunt Eunuchi quia viduata formæ coniugio, domina eſt eorum quæ formam actu non habent.

EVNVCHI corpore imperfecti ſunt ideoque in Symbolum reprobationis ab eccleſia Iudaica remouebantur: Eunuchorum voce ſpadones & caſtrati continentur. Hi autem ſpadones in genere ſumpti aut natura ſunt, aut fiunt arte: qui natura ſunt non cenſentur imperfecti ideo non excludũtur ab iis quæ viro perfecto poſſunt competere: quia hoc vitium non eſt perpetuum ſed temporariũ ſi non ſit inſitum ab ipſo ortu. Neque enim ex eo quod naturale vitium eſt, ideo perpetuum ſit: nam quædam dicuntur à natura, quæ non ſunt à ſubſtantia (vt hoc) Sed ab accidente:

& quamuis ij qui arte tales fiunt, ſint etiam ab accidente: hoc tamen accidens non verſatur in natura ſed eſt à violentia aut fortuna: quæ duæ cauſæ longæ recedunt ab iis quæ quaſi cum ſubiecto agnata videntur aut inſitæ quod ſi ſpado in ſpecie ſumitur excluduntur ij qui arte fiunt.

QVIBVS deſunt partes ad generandum neceſſariæ non poſſunt exercere actus qui naturam imitantur, vt liberos adoptare, ſuum poſthumum inſtituere, vxorem ducere: non prohibentur tamen extraneum heredem ſcribere, iique proprie dicuntur caſtrati, à Caſtore, quaſi caſtorati. Bruta autem caſtrata non ſunt imperfecta ſi vtilitas, quę ex iis capi poſſet (ſi eſſent integra) non ſit deminuta, quia ſola vtilitate, natura eorum cenſetur: homo autem non ex opinione vtilitatis ſed ſui ipſius præſtantia conſideratur. Mulus igitur caſtratus non eſt imperfectus quia partes genitales ei ſunt ſteriles cum ſit natus ex animantibus diuerſæ ſpeciei, quorum ſemen ſterilitati aptum eſt, nec poſſit Natura præter ſui leges vltra primum effectum extendi.

SPADONES raro pubeſcunt ob frigiditatem ſed pro puberibus habentur anno 18. in aliis pubertas ex aſpectu iudicabatur ſecundum Caſſium at ſecundum Proculum ex ætate: ante tempora vtriuſque ex ætate 12. annorum in fœminis: 14. in maſculis quod Iuſtinianus confirmauit.

SERVI olim caſtrabantur impune, non liberi qui etiam puniebantur ſi ſponte ſe vulnerari paterentur. Poſtea Domitianus vetuit vllũ caſtrari ſine permiſſu Præſidis. Deinde Adrianus abſolute prohibuit caſtrari etiam volentem ſub pœna

capiti.

capitis. Si tamen ſeruus fuerit caſtratus licet pretioſior fiat: non tantum publica ſed etiam priuata pœna exigi poteſt: quia publicum & priuatum iudicium in concurſu ſe inuicem non perimunt cũ ſint de diuerſis rebus licet ex vna cauſa procedant: nã priuatum id quod priuatim intereſt: at publicum, ſanguinem rei poſtulat: at actio legis Aquiliæ non datur quia ex cauſa damni datur.

STIPEM in theſauros ædium ſacrarum, populus conferebat, ludis illius Dei deæue qui quæue eo die colebatur: die quo ædes ſacra dedicabatur, aut ſolennitas annua celebrabatur. At ſtipes non poterat vicatim emendicari niſi iuſtis diebus quibus ſimulacrum deæ ferri fas erat ex ſententia Senatus, ſecundum antiquos mores regionis vnde petita erat religio.

SACRVM, SACROVE COMMENDATUM qui clepſerit rapſeritque parricida eſto.

CAP. XVIII.

QVID ſit ſacrum iam definitum eſt ſed hic ſacrum de mobilibus ſpecialiter accipiendum eſt quæ Deo rite conſecrata ſunt & donata: an & tradita? videtur. Nam conſecratio eſt ſpecies alienationis l. inter ſtipulantem §. ſacram verſiculo nam & cum ff. de verb. oblig. At nuda voluntate non amittuntur aut alienantur dominia l. ſi quis vi §. vlt. ff. de acquir. poſſ. Sed traditione l. traditionibus C. de pact. quæ ſequatur iuſtæ voluntatis intentionem l. numquam ff. de acquir. rer. dom. ſed hoc falſum eſt in religione cuius tanta vis eſt vt Deo ſola animi deſtinatione acquirat. Cum enim in iure publico non deſiderentur ſolennitates priuatorum (vt alias oſtendetur), cur non idem in iu-

Cõſecratio ſpecies alienationis, etiam ſine traditione

re diuino? exemplum ſumatur à Phalari qui conqueritur donaria à ſe miſſa vt Diis conſecrarentur intercepta fuiſſe: ait enim perinde ſacrilegium admiſſum ac ſi inter manus deorum rapta eſſent ſic ille ad Meſſenos. τί γὰρ διαφέρει τὰ καθωσιωμένα προσαφελόντας ἀπενεγκεῖν ἢ τὰ κατωνομασμένα τοῖς θεοῖς· ἐκείνων γὰρ ἀμφότερα, καὶ οὐ τῶν πεπομφότων. Vult deſtinata Diis priorum dominorum amplius non eſſe ſed deorum, perinde ac ſi iam publice eſſent conſecrata. Quinimo mulctæ publica auctoritate Diis adiudicatæ ipſo iure iis ita quęruntur vt eodem iure remitti non poſſint quo dictæ & conſtitutæ ſunt: quia mutatum eſt dominium. Romilius à populo in mulctam condemnatus cum Tribuniplebis ei vellent remittere, grauiter negauit ſe beneficium accepturum quod non poſſent diis auferre quod iure legis eis eſſet aquiſitum Dionyſ. Halic. 10: οὐ μὴν ὅγε Ῥωμίλιος ὑπέμεινε ταύτην λαβεῖν τὴν χάριν· ἀλλ' ἐπαινέσας τοὺς Δημάρχους τῆς προθυμίας, ἀποδώσειν ἔφη τὴν καταδίκην· ἱερὰν γὰρ ἤδη τῶν θεῶν εἶναι, καὶ οὔτε δίκαια οὔτε ὅσια ποιεῖν ἀποστερῶν τοὺς θεοὺς ἃ δίδωσιν αὐτοῖς νόμος. Igitur ſacrilegij reus eſt qui rem Deo deſtinatam abſtulerit. At iam diximus ſacrum eſſe non poſſe quod priuata voluntate conſecratum eſt. Vnde ſi non eſt ſacrum quod quis priuatim conſecrare voluerit, non poteſt dici ſacrilegus qui illud ſubripuit. Sacrilegium enim eſt furtum rei ſacræ. Verum id intelligendum eſt de publica deſtinatione non priuata. Phalaris enim tyrannus erat Agrigentinorum ideoque conſecrare poterat auctoritate ſua cum eſſet princeps. Adde antiquis gentibus in more fuiſſe vt priuatim etiam ſua conſecrarent Diis gentium conſentibus. Quod attinet ad mulctam, conſtat Romilium eam non conſecrauiſſe ſed populum Rom. legitimis comitiis. Cęterum priuati deſtinatio & ſi ſacrum non facit quoad alios tamen quoad ſe perinde obligatur priuatus ac ſi ſolennitates interceſſiſſent, Deus enim ſolius voluntatis ſacrificium poſtulat & legibus formularum iuris humani ſolutus eſt. Sed ſi Bioni credimus nullum poteſt eſſe ſacrilegium. Nam nullus eſt in hoc vniuerſo locus qui non ſit deorum: ideoque qui ex templo rapit aliquid, non magis ex ſacro rapit quam in locum æque ſacrum tráſfert: ad hoc reſpondet Seneca 7. de benef. cap. 7. omnia quidem deorum eſſe, ſed non omnia Diis dicata. Sed hoc non ſoluit nodum. Nam ſi omnia deorum ſunt cur Diis dicabuntur? dicatio enim Dominum conſtituit Deum in quem ſit tranſlatio iuris humani vt diuinum fiat. Igitur ſi dicatio illa ſuperflua eſt aut iniuſta cur erit ſacrilegus potius qui rem ſic dicatam ſubducet furto, quam qui humanam? Melius dixiſſet Deum principium eſſe & Dominum rerum omnium iure creationis & æterni imperij: ſed quaſdam homini conceſſiſſe ad vſum perpetuum & ſucceſſiuum, in quo humani dominij vera eſt eſſentia: Tullius hoc videtur intellexiſſe 2. de legib. *Sit igitur hoc iam principio perſuaſum ciuibus Dominos eſſe omnium rerum ac moderatores Deos*: Sed non intellexit Deum dediſſe homi-

Deſtinatio rei conſecrãdæ puplica aut priuata.

Priuati deſtinatio non facit rem ſacram ſed deſtinantem tenet.

Deus & homo eiuſdem rei dominium habent ſed diuerſo iure.

ni & ſubieciſſe eius imperio terram eaque quę continentur in ea vnde Propheta regius cœlum cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum. Idcirco eidem voto particulari aut generali conſecrari poteſt. Leuitici cap. vlt. & ſic cum diuino munere & beneficio homo ſuo iure factus ſit Dominus ſi flagrante zelo pietatis à ſe alienauerit bona ſua eaque auctore ſuo reddiderit, nonne & voluntas deſtinantis Domini, & auctoritas acceptantis, mutationem iuris inducunt? quod neceſsitas rationis conuincit, vbi quaſi contrahentes ſunt prorſus diuerſæ conditionis ex qua diuerſitas iuris inſtituitur. Romani ſapienter conſtituere ſacrilegium non tantum ſanguine prædonis expiari, ſed etiam reſtitutione ablatorum & ſacris piacularibus Liuius 2. decad. 4. *Eos quos ſacrilegio compertos in vinculis Romam miſiſſet, Locros mitteret ad ſupplicium, quaque ſublata ex delubro Proſerpinæ eſſent, reponenda cum piaculis curaret.* Hæc igitur polluta ſunt ſacrilegio. An ergo non debent amplius offerri Diis, quaſi non poſsint iure Romano expiari? exemplum ſumi poteſt ex Dionyſ. Hal. 5. Vbi ait campum Martium cum ſacer eſſet Marti, à Tarquinio ſuperbo in proprios profanoſque vſus conuerſum eſſe & cultum licet Conſules omnia tyranni diripienda plebi conceſſerint, fructus tamen adhuc extantes tam in areis tritos quã adhuc in ſegete exiſtentes vetuerunt rapi. οὐκ ἐπέτρεψαν οὐδενὶ φέρειν ἀλλ' ὡς ἐξάγιστόν τε καὶ οὐκ ὡς ἐπιτήδειον εἰς οἰκίας εἰσενεχθῆναι, εἰς τὸν ποταμὸν καταβαλεῖν ἐψηφίσαντο. Igitur meſſes in Tyberim proiectæ ſunt cur non reſtitutæ Deo prius piaculo ſolutæ? quia iſti fructus numquam fuerunt Dei cum ante campus incultus eſſet. Cur ergo abominati ſunt eam meſſem quæ numquam Dei fuerat? quia ex impietate proceſsit; nonne ex ſacrilegio? ſane eſt ſacrilegium: nam rei etiam immobilis eſſe poteſt. Furtum enim etiam ædium & fundi fieri poſſe Sabinus docuit: Gellius 11. cap vlt. quod etiam iure antiquo ſuſtineri poteſt. Nam lege Icilia de locis alienis in quibus priuati quidam ædificauerant ita ſancitum eſt apud Dionyſ. Hal. ὅσα μὲν ἰδιῶταί τινες οὐκ δικαίως κτησάμενοι ταῦτα τοὺς κυρίους κατέχειν· ὅσα δὲ βεβιασμένοι τινὲς ἢ κλοπῇ λαβόντες. &c. Igitur ſoli poterat furtum fieri quamquam poſtea hæc ſententia abolita eſt l. quam rem ff. de vſucap. diſtinguitur violentia à furto & rapina l. 14. §. qui vim ff. quod met. cauſ. ergo iure nouo non erit ſacrilegus qui per vim poſſeſsionem templi aut agri ſacri inuaſit? abſit. Megarenſes quod Eleuſinium agrum qui Cereri & Proſerpinæ ſacer erat, coluiſſent, dearum iram numquam placare potuerunt. Pauſanias in Laconic. improbior ſane ſacrilegus eſt quia deorum ſedes vi polluit omniaque quæ in iis continentur, & aperto Marte contra deos pugnat. Sacrilegium quidem eſt ſpecies furti ſed diſtincta ab altera ſpecie quæ furtum ſpeciale dici debet, & olim in re immobili locum habuit licet iure nouo aliud inductum ſit: & quia proprio nomine caret hæc ſpecies, generis nomen induit: at ſpecies furti ſacræ rei, nomen habet ſacrilegij quæ & veteri & no-

Sacrilegij expiatio.

An res ſacrilegio polluta iterum Deo offerenda ſit.

Furtum rei immobilis.

Qui per vim inuadit rem ſacram ſacrilegus eſt.

Sacrilegium eſt ſpecies furti, diſtincta à furto ſpeciali.

mento ius adimit l. 17. C. Theod. de hæretic. at licet vtrumque cæteris l. Eunuchis C. qui teſt. fac. poſſ. Sed omnes poſſunt teſtari poſt. 12. aut 14. annum l. 5. ff. eod. & ſpadones non poſſunt ante 18. au-

Spado pubes intelligitur 18. anno.

ctore Paulo. 3. ſent. Quia puberi tantum licebat teſtamentum facere id eſt ei qui ex aſpectu corporis ætatem probaſſet, idque Iuſtinianus in princ. tituli quib mod. tut. finitur ait: inter veteres obſeruatum fuiſſe & Paulus docet in l. 32. princ. ff. de minorib. poſtea principes idem probauere l. 3. C. ſi minor ſe maio. dix. Sed hoc ex ſententia Caſſianorum: nam Proculeij ex ętate pubertatem definiebant: Priſcus tamen voluit vt vtrumque concurreret ætas cum ha-

Pubes an ex habitu corporis aut exetate iudicetur.

bitu Vlp. in fragm. tit. de tutel. §. vlt. Sed ex ſuperioribus patet Caſſianorum ſententiam obtinuiſſe. Contra vetuſtiſſimos Iuriſc. qui puberem ex ætate iudicabant Feſtus; *Pubes & puber qui generare poteſt: is incipit eſſe ab annis 14. fœmina viripotens a 12.* Igitur iure Pandectarum ad demonſtrationem pubertatis neceſſarius erat aſpectus quod Iuſtinianus emendauit l. vlt. C. quando tit. vel cur. eſſe deſ. ideo Paulus non immerito ait in ſpadonibus deſiderari annum 18. Quia ex aſpectu id probari non poteſt, ſeu propter frigiditatem, ſeu partis priuationem. At ſi licet iis ea ætate teſtamentum facere cur non licebit poſthumũ inſtituere l. ſed eſt quæſitum §. 1. ff. de lib. & poſt? poteſt adoptare l. 2. §. 1. l. 40. §. vlt. ff. de adop. Et vxorem ducere l. ſi ſerua §. vlt. ff. de iure dota. l. ſed eſt quæſitum in prin. Verum ſpado generaliter ſumptus caſtratum continet, non

An poſsit poſthumum inſtituere ſpado.

tamen ſemper actu ſignificat ſed ſi ſpecialiter pro caſtrato ſumatur aliud eſt. Priore caſu ſpado non prohibetur poſthumum inſtituere quia is tantum ſignificatur quem ſterilitas aut vitium corporale impedit quo minus poſſit generare, ſed ſublato impedimento poteſt. poteſt ergo curari hic morbus. Alioqui abſurde Iuriſconſulti per-

Spado ſanari poteſt.

mitterent vxorem ducere & adoptare liberos ei qui nec vir nec pater eſſe poſſet. curari poſſe docuit Ariſtot. eod. lib. cap. 7. vbi de cauſis ſterilitatis agit. γίνεται δὲ τὰ μὲν ἰατὰ, τὰ δὲ ἀνίατα τῶν τοιούτων: μάλιϛα δὲ διατελοῦσι ἄγονα κατὰ τὴν πρώτην σύϛασιν τοιαῦτα γινόμενα. Vult quædam curari poſſe, ſed ea non poſſe quæ primo naturæ ortu inhæſere: ibidem enim paulo ante dixerat quibuſdam in progreſſu ætatis id contingere vel ob motum aliquem violentum quo partes ad venerem idoneæ aut læſæ aut obtortæ: aut propter pleniorem corporis nutricationem. Vnde non mirum ſi nondum funerata potentia naturæ ſpado poſſit inſtituere poſthumum. non poſſit caſtratus licet teſtari poſsit: nam extraneum ei fas eſt inſtituere: quia ibi nullum eſt impedimentum ratione Naturæ: at poſthumum tamquam ſuum non poteſt quia is debet inſtitui quem teſtator potuit generare: ſola enim potentia conſideratur non vitium temporale aut valetudo (inquit doctiſsimus Iuriſc. in

Sunt quis.

l. ſi quis poſthumos in prin. ff. de liber & poſt: ſuus enim eſſe non poteſt niſi qui vel ex nobis natus vel ad imaginem Naturæ adoptatus eſt aut in manum conuentione aſcita ſui iure vxor. Ex Philone

demonſtratum eſt thlibias & thladias pro caſtratis haberi: quia in iis non eſt vitium temporale ſed perpetuum: eademque pœna tenentur qui tales fecerint ac ij qui caſtrauerint l. 5. ff. ad leg. Cornel. de ſic. thlidiæ. παρὰ τὸ θλίβειν. Id eſt à premendo quod eis preſſi & eliſi fuerint teſticuli: θλαδίαι παρὰ τὸ θλᾶν. id eſt à frangendo, quod fracti fuerint teſticuli. Eliduntur in infantia: quod facilius eſt: at poſtquam ad pueritiam progreſſa ætas partem illam reddidit fortiorem non ſufficit eliſio ſed frangi debent vt ſterileſcant adhuc in germine. Sed ſi pueritia præterita ad terminos pubertatis acceſſerit iam non franguntur ſed exciduntur: & hoc libidinis cauſa, aut promercij vt loquitur Paulus in d. §. & qui hominem; ſane promercij cauſa libidinem reſpicit. Emuntur enim gratia voluptatis à viris vt iis ad præpoſteram libidinem abuterentur: Nam hæc abominatio in pulcros tantum exercebatur non in deformes Iuuenal Saty. 10. *Thlibiæ & thladiæ.*

Nullus Ephebum
Deformem ſeua caſtrauit in arce tyrannus.

Recte ait Ephebum caſtrari: Nam ea ætate thlibia aut thladia fieri non poterat: Sed in conſtitutione qua caſtrari vetuit Domitianus & ectomiæ & thladiæ & thlibiæ, nomine caſtratorum continentur quia impiæ voluptatis cauſa fiunt tum quod natura mutetur & violetur vt ex Varrone dixi & confirmat Statius.

Nondum pulcra dulcis clementia cœperat ortu
Intactos ſeruare mares nunc frangere ſexum
Atque hominem mutare nefas gauiſaque ſolos
Quos genuit natura dedit.

Hoc genus impietatis ex Perſarum more traductum eſt auctoreſque habet viros pluſquam fœmininas mollitiei & voluptatum inuentionibus infames Petronius.

Perſarum ritu male pubeſcentibus annis *Perſæ caſtrarunt libidinis cauſa.*
Surripuere viros exſectaque viſcera ferro
In venerem fregere atque vt fuga mobilis æui
Circumſcripta mora properantes differat annos
Quærit ſe Natura nec inuenit.

Hęc abominatio etiam antiquis tẽporibus apud alias gentes regnauit quod me docuit Ariſtoteles qui refert Cotyn Thracię regem executiſſe Adamantem formoſum adoleſcentem vt eius corpore abuteretur: vnde occaſione data deſciuit à rege eumque inimicis facile interficiendum expoſuit 5. polit. cap. 5. πάρων δὲ καὶ Ηρακλείδης οἱ Αἴνιοι Κότυν διέφθειραν τῷ πατρὶ τιμωροῦντες: Ἀδάμας δ' ἀπέστη Κότυος διὰ τὸ ἐκτμηθῆναι παῖς ὢν ὑπ' αὐτοῦ καὶ ὑβρισμένος: Hic exſecti ſeu ectomię proprie caſtrati dicuntur quaſi Caſtorati à Caſtore, Iuuenalis Satura 12. loquens de caſtore. *Caſtratio apud gentes alias.* *Caſtrati qui & vnde dicti.*

Qui ſe
Eunuchum ipſe facit cupiens euadere damno
Teſticulorum, adeo medicatum intelligit inguen.

Vocat eunuchum generaliſsima voce. Hoc autem non tantum virorum abominandę turpitudini ſeruiebat ſed & matronarum, non amplius loquor de iis qui cum Ephebi eſſent caſtrabantur; quia in venerem agentem inutiles erant ſed de thladiis & thlibiis quorum etſi eliſi aut contuſi ſeu contriti fuiſſent teſtes in venerem tamen exercebantur; iſti ſane propter frigiditatem ſanguinis depiles ſunt & leui cute quorum oſcula ſumme placent iſtis ſecretarum libidinum victimis teſte Epicteto Arrian. 3. cap. 1. Et nobilioribus quarum magis occultanda erant ſcelera ne de capite periclitarētur. Se enim ingurgitant illis voluptatibus ſine periculo tumoris genitalis, ita vt abortiuo poculo non ſit opus quod idem ſaty. 6. acerbe carpit.

Matronarum nobilium veneres nefariæ.

Sunt quas Eunuchi imbelles & mollia ſemper
Oſcula delectant & deſperatio barbæ
Et quod abortiuo non eſt opus.

Idem pari libertate reprehendit viros qui maiore voluptate frui ſe crederent ex iis qui iam grandiores ætate caſtrarentur, qui loco mulierum vtpote Pathici ſubſternuntur.

Illa voluptas
Summa tamen quod iam calida & matura iuuenta
Inguina traduntur medicis iam pectine nigro:
Ergo expectatos ac iuſſos creſcere primum
Teſticulos, poſtquam cœperunt eſſe bilibres
Tonſoris damno tantum rapit Heliodorus.

Quid mirum igitur ſi Eunuchi etiam ſine artificio pluris æſtimarentur: hoc prætextu quæſito quod caſtius poſſint cuſtodire lectum genialem l. vlt. Cod. de comm. ſer. manum. Dixi ritum caſtrandi primum ab Ægyptiis ad Phrygas manaſſe ſed hoc gratia religionis non libidinis. Quis ergo eſt auctor infandæ iſtius voluptatis? Semiramis à qua facile defluxit ad Medos & Perſas à quibus ad Græcos & Romanos demum peruenit Ammianus libro 14. *Deteſtetur memoriã ſemiramidis reginæ illius veteris quæ teneros mares caſtrauit omnium prima velut vim iniectans Naturæ eamdemque ab inſtituto curſu retorquens, quæ inter ipſa oriundi crepundia per primigenios ſeminis fontes tacita quodammodo lege vias propagandæ poſteritatis oſtendit.* Præterea ex eo vulnere aliud genus voluptatis emergit ob gracilitatem & mollitiem vocis qua plurimum apud principes quoſdam quidam Eunuchi potuere vt auctor eſt Ammianus libro 18. Redeo ad ſacra matris magnæ. Romani longe poſt Græcos Idææ matris acceperunt ſacra quibus Eunuchi miniſtrabant ſuo ſanguine & membri mutilatione religionis huius initia penſantes. Minutius. *Dindymena pudet dicere quæ adulterum ſuum infeliciter placitum, quoniam & ipſa deformis & vetula & multorum deorum mater ad ſtuprum illicere non poterat execuit vt Deum ſcilicet faceret eunuchum: propter hanc fabulam Galli eam & ſemiuiri ſui corporis ſupplicio colunt. Hac iam non ſunt ſacra, tormenta ſunt.* Sed fortaſſe omnes hæ ſordes, fœ-

Mater magna lauatur.

ditates, cruentationes, aqua eluuntur vt diximus in cap. Sacrum, de Rhea quæ poſt partum ſordes eluit contractas inter dolores. Simulacrum hoc tam diuinum, furentium gallorum comitatu ferebatur in fluuium Almonem vbi & ipſum & ſacerdotes ipſius purificabantur quo oſtenditur ſordida ipſius diuinitas: materia enim mater eſt ſordium hunc ritum Ouidius 4. Faſtorum ſic exponit.

Eſt locus in Tyberim quo lubricus influit Almo
Et nomen magno perdit in amne minor
Illic purpurea canus cum veſte ſacerdos
Almonis dominam ſacraque lauit aquis.
Tuque. Claudianus *o ſi ſponte per altum*
Vecta Palatinis *mutaſti collibus Idam*
Prælatoque lauas Phrygios Almone leones
Maternis precibus natum iam flecte Cybele.

Lauabatur autem non ſolum ſimulacrum ſed etiam ipſum carpentum quo vehebatur Ammianus libro 23. Romæ matri Deum pompæ celebrantur annales & carpentum quo vehitur ſimulacrum Almonis vndis ablui perhibetur & cæt. Arnobius 7. *Lauatio Deum matris eſt hodie: ſordeſcunt enim Dii, & ad ſordes eluendas lauantibus aquis opus & adiuncta antiqua cineris frictione.* Non ſufficiebat viuum flumen niſi antiqua frictio cinerum adhiberetur. Cinis enim eſt mera terra nihil ex quatuor elementis admixtum habẽs. Ignis enim abſumpſit aquoſum & aëreum; ideo maxime abſterſiuus eſt, quia aridiſſimus is autem cinis ſacer erat qui ex incenſo thure & victima reſtabat. Nam apud priſcos Græcos aræ conſtruebantur ex cinere ſacro & ſanguine victimarum luto facto Pauſanias Eliac. 1. vbi etiam ait ſingulis annis Elienſes aram Iouis Olympij oblcuiſſe & induxiſſe luto ex illis cineribus & aqua Aphei facto. Diuinis his Eunuchis ſolis, licet diebus iuſtis id eſt Senatuſconſulto præſtitutis ad cultum deæ matris ſtipem quærere; primum nonis Aprilibus quo tempore Megalezia celebrabantur, deinde nono quoque die ſingulorum menſium: ſed non eodem modo. Nam populus nonis Aprilibus ſtipem conferebat ex neceſsitate publicæ conſtitutionis. At cæterorum menſium diebus dictis ex voluntatis zelo. Ambitioſi tamen non victi pietatis publicæ voto, ſed gloria, ſtipes conſumebant id eſt proiiciebant Cor. Tacit. 14. annal. loquens de ludis, *Dabantur ſtipes* (inquit) *quas boni neceſſitate; intemperantes gloria conſumerent.* Ludis Apollinaribus videbantur ex Prætoris edicto præſtari. Sed ea pecunia non cedebat lucro ſacerdotum quia in ſumptus ludorum impendebatur ex Senatuſconſulto Liuius 5. dec. 3. Prætor edixit vt populus ſtipem Apollini quantum commodum poſſet conferret: & cogere non potuit populum magiſtratus vi ſui edicti niſi Senatus auctoritate vteretur. Stipes quæ erogabatur ſemel quoquo menſe, voluntaria erat. Hoc enim moris fuiſſe etiam in aliis ſacris patet ex Seneca 7. de benef. *Omnia deorum ſunt tamen Diis poſuimus & ſtipem fecimus.* Sed ea ſtipes in locum in æde con-

Cinis ſacer.

Stipes quando & quomodo erogabatur.

Stipes in honorem Apollinis.

Stipes in theſaurum ſacrum ferebatur.

ſtructum mittebatur Varro 6. de ling. Lat. *Sed quod Delphis in æde foramen ad latus eſt quoddam theſauri ſpecie. quod & apud Romanos fuit qui in theſauros illos ſacros ſtipem ferebant* idem, id (inquit) *apparet quod vt alias tum inſtitutum etiam nunc Diis cum Theſauris aſſes dant ſtipem dicunt.* Seneca epiſtola 116. *Colitur autem non taurorum opimis corporibus contrucidatis nec auro & argento ſuſpenſo nec in theſauros ſtipe infuſa.* Hæc autem erogatio reſtingenda erat: Tullius hic ſtipem ſuſtulimus niſi eam quam ad paucos dies propriam Idææ matris excepimus? implet enim ſuperſtitione animos & exhaurit domos. Vtramque rationem ex deprauato more ſumpſit: impius enim iudicabatur qui quoque die mendicantem gallum à veſtibulo domus expuliſſet: quod & ſuperſtitioſum & damnoſum rei familiari erat.

Cur ſtipis erogatio reſtringitur.

Ecquis ita eſt audax vt limine cogat abire
Iactantem Pharia tinnula ſiſtra manu
Ante Deum matrem cornu tibicen adunco
Cum canit, exigua quis ſtipis æra neget?

Excipiuntur iuſti dies quos Tullius paucos eſſe ait. Ipſe ne legem facit etiam? Minime. Nam iuſtos dies non diceret qui ſola lege vel actu vim legis obtinente conſtituuntur. Præterea ipſe ſua auctoritate non concedit famulis Idææ matris ſtipem cogere. Hoc enim publico iure erat conſtitutum, initio ſtipis orto à Metello Pontifice Max. qui Senatus auctoritate ſtipem à populo coegit ex qua delubrum deæ conſtructum eſt. Hinc ſingulis annis iubetur populus ſtipem dare diebus quibus Megalezia peraguntur: de quo ita Ouidius 4. Faſtorum.

Auctor cogendæ ſtipis.

Contulit æs populus de quo delubra Metellus
Fecit ait dandæ mos ſtipis inde manet.

An noni dies cuiuſque menſis iuſti ſunt? Iuſti ſunt qui iure ciuili præſtituti ſunt vt docebitur in 3. huius operis libro. Ideoque cum ad formam Phrygiorum hæc ſacra Romę inſtituta ſint, nonus etiam dies vt Phrygibus ſic Romanis iuſtus eſt; non ſtipis ex neceſſitate cogendæ ſed ex voluntate, idque non in æde matris Idææ vt Megaleziis ſed per vicos vbi mendicabant. Quod tolerandum erat ob inopiam ſacerdotum illorum: nam nec erant ciues nec Phryges diuites ſed viliſſimi: quique initiabantur his ſanguinolentis myſteriis eiuſdem erant ſortis. Cum enim tantos labores, dolores, vulnera & cæt. ſponte ferrent Romæ vbi ſanctiora myſteria permittuntur, quis negabit eos eſſe peſſimæ omnium conditionis: Minutius. *Cruda hyeme diſcurrunt aliq inceduͤt pileati, ſcuta vetera circumferunt, pelles cædunt mendicantes vicatim deos ducunt.* Suam tamen inopiam non profitebantur, ne deæ iniuriam facerent: ſed ſtipem erogabant tamquam tributum pro ſolo templi (quod religio numinis huius occupauerat; vt ipſam vrbem in qua conſederat tutaretur) & pro aditu ſacri vt ſacrorum participata dignitas quodam pretio penſaretur, Tertull. in apologet. *Circuit Caupona religio mendicans*

Nono die menſis ſponte ſtipes erogabantur.

Stipes tributi non mendicationis ſpecie quærebantur.

exigitis mercedem pro ſolo templi, pro aditu ſacri: non licet deos poſſe gratis venales ſunt. Hanc autem ſtipem in tabella quadam recipiebant Clemens Alex. ad Græcos. οὐδεὶς μ' ἀρέσκει περιπατῶν ἔξω θεὸς μετὰ γραὸς, οὐδ' εἰς οἰκίας παρεισιὼν ἐπὶ σανίδος μητραγύρτης. Vnde patet mendicos in priuatorũ ædes introiiſſe dum æs quæritarent, ſed prætextu pietatis illius quantæ labes & corruptelę familiis incidant, ex ſupraſcriptis colligi poteſt. *Stipes in tabella.*

AXIOMATA.

IDÆÆ matris ſacra peregrina ſunt nimirum aſcita ex Phrygia quæ primum à Dardano inuenta ſunt, in quibus primum munus ſacerdotum eſt vt à ſomno deam excitarent cantu & tibiis, tum eam veſpere ſalutarent, & nono die cuiuſque menſis ei ſacrificarent: hi ex ficto in verum furorem irrumpebant: ſe ipſos manu, pinu, ferro cædentes & ſaucianteſ, cum eiulatu & planctu, tympana & cymbala pulſabant: hæc dea eſt materiæ diuerſo cultu adorata quia peregrina eſt: eique ſeruiunt Eunuchi quia viduata formæ coniugio, domina eſt eorum quæ formam actu non habent.

EVNVCHI corpore imperfecti ſunt ideoque in Symbolum reprobationis ab eccleſia Iudaica remouebantur: Eunuchorum voce ſpadones & caſtrati continentur. Hi autem ſpadones in genere ſumpti aut natura ſunt, aut fiunt arte: qui natura ſunt non cenſentur imperfecti ideo non excludũtur ab iis quæ viro perfecto poſſunt competere: quia hoc vitium non eſt perpetuum ſed temporariũ ſi non ſit inſitum ab ipſo ortu. Neque enim ex eo quod naturale vitium eſt, ideo perpetuum fit: nam quædam dicuntur à natura, quæ non ſunt à ſubſtantia (vt hoc) Sed ab accidente:

& quamuis ij qui arte tales fiunt, ſint etiam ab accidente: hoc tamen accidens non verſatur in natura ſed eſt à violentia aut fortuna: quæ duæ cauſæ longæ recedunt ab iis quæ quaſi cum ſubiecto agnata videntur aut inſitæ quod ſi ſpado in ſpecie ſumitur excluduntur ij qui arte fiunt.

QVIBVS deſunt partes ad generandum neceſſariæ non poſſunt exercere actus qui naturam imitantur, vt liberos adoptare, ſuum poſthumum inſtituere, vxorem ducere: non prohibentur tamen extraneum heredem ſcribere, iique proprie dicuntur caſtrati, à Caſtore, quaſi caſtorati. Bruta autem caſtrata non ſunt imperfecta ſi vtilitas, quę ex iis capi poſſet (ſi eſſent integra) non ſit deminuta, quia ſola vtilitate, natura eorum cenſetur: homo autem non ex opinione vtilitatis ſed ſui ipſius præſtantia conſideratur. Mulus igitur caſtratus non eſt imperfectus quia partes genitales ei ſunt ſteriles cum ſit natus ex animantibus diuerſæ ſpeciei, quorum ſemen ſterilitati aptum eſt, nec poſſit Natura præter ſui leges vltra primum effectum extendi.

SPADONES raro pubeſcunt ob frigiditatem ſed pro puberibus habentur anno 18. in aliis pubertas ex aſpectu iudicabatur ſecundum Caſſium at ſecundum Proculum ex ætate: ante tempora vtriuſque ex ætate 12. annorum in fœminis: 14. in maſculis quod Iuſtinianus confirmauit.

SERVI olim caſtrabantur impune, non liberi qui etiam puniebantur ſi ſponte ſe vulnerari paterentur. Poſtea Domitianus vetuit vllũ caſtrari ſine permiſſu Præſidis. Deinde Adrianus abſolute prohibuit caſtrari etiam volentem ſub pœna

capiti.

capitis. Si tamen ſeruus fuerit caſtratus licet pretioſior fiat: non tantum publica ſed etiam priuata pœna exigi poteſt: quia publicum & priuatum iudicium in concurſu ſe inuicem non perimunt cũ ſint de diuerſis rebus licet ex vna cauſa procedant: nã priuatum id quod priuatim intereſt: at publicum, ſanguinem rei poſtulat: at actio legis Aquiliæ non datur quia ex cauſa damni datur.

STIPEM in theſauros ædium ſacrarum, populus conferebat, ludis illius Dei deæue qui quæue eo die colebatur: die quo ædes ſacra dedicabatur, aut ſolennitas annua celebrabatur. At ſtipes non poterat vicatim emendicari niſi iuſtis diebus quibus ſimulacrum deæ ferri fas erat ex ſententia Senatus, ſecundum antiquos mores regionis vnde petita erat religio.

SACRVM, SACROVE COMMENdatum qui clepſerit rapſeritque parricida eſto.

CAP. XVIII.

QVID ſit ſacrum iam definitum eſt ſed hic ſacrum de mobilibus ſpecialiter accipiendum eſt quæ Deo rite conſecrata ſunt & donata: an & tradita? videtur. Nam conſecratio eſt ſpecies alienationis l. inter ſtipulantem §. ſacram verſiculo nam & cum ff. de verb. oblig. At nuda voluntate non amittuntur aut alienantur dominia l. ſi quis vi §. vlt. ff. de acquir. poſſ. Sed traditione l. traditionibus C. de pact. quæ ſequatur iuſtæ voluntatis intentionem l. numquam ff. de acquir. rer. dom. ſed hoc falſum eſt in religione cuius tanta vis eſt vt Deo ſola animi deſtinatione acquirat. Cum enim in iure publico non deſiderentur ſolennitates priuatorum (vt alias oſtendetur). cur non idem in iu-

Cōſecratio ſpecies alienationis etiam ſine traditione

ni & ſubieciſſe eius imperio terram eoque quę continentur in ea vnde Propheta regius cœlum cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum. Idcirco eidem voto particulari aut generali conſecrari poteſt. Leuitici cap. vlt. & ſic cum diuino munere & beneficio homo ſuo iure factus ſit Dominus ſi flagrante zelo pietatis à ſe alienauerit bona ſua eaque auctore ſuo reddiderit, nonne & voluntas deſtinantis Domini, & auctoritas acceptantis, mutationem iuris inducunt? quod neceſsitas rationis conuincit, vbi quaſi contrahentes ſunt prorſus diuerſæ conditionis ex qua diuerſitas iuris inſtituitur. *Sacrilegij expiatio.* Romani ſapienter conſtituere ſacrilegium non tantum ſanguine prædonis expiari, ſed etiam reſtitutione ablatorum & ſacris piacularibus Liuius 2. decad. 4. *Eos quos ſacrilegio compertos in vinculis Romam miſiſſet, Lacros mitteret ad ſupplicium, quæque ſublata ex delubro Proſerpinæ eſſent, reponenda cum piaculis curaret.* Hæc igitur polluta ſunt ſacrilegio. *An res ſacrilegio polluta iterum Deo offerenda ſit.* An ergo non debent amplius offerri Diis, quaſi non poſsint iure Romano expiari? exemplum ſumi poteſt ex Dionyſ. Hal. 5. Vbi ait campum Martium cum ſacer eſſet Marti, à Tarquinio ſuperbo in proprios profanoſque vſus cōuerſum eſſe & cultum licet Conſules omnia tyranni diripienda plebi conceſſerint, fructus tamen adhuc extantes tam in areis tritos quā adhuc in ſegete exiſtentes vetuerunt rapi. οὐκ ἐπέτρεψαν οὐδενὶ φέρειν ἀλλ' ὡς ἐξάγιστόν τι καὶ οὐχ ὡς ἐπιτήδειον εἰς οἰκίας εἰσενεχθῆναι, εἰς τὸν ποταμὸν καταβαλεῖν ἐψηφίσαντο. Igitur meſſes in Tyberim proiectæ ſunt cur non reſtitutæ Deo prius piaculo ſolutæ? quia iſti fructus numquam fuerunt Dei cum ante campus incultus eſſet. Cur ergo abominati ſunt eam meſſem quæ numquam Dei fuerat? quia ex impietate proceſsit; nonne ex ſacrilegio? ſane eſt ſacrilegium: nam rei etiam immobilis eſſe poteſt. Furtum enim etiam ædium & fundi fieri poſſe Sabinus docuit: Gellius 11. cap vlt. *Furtum rei immobilis.* quod etiam iure antiquo ſuſtineri poteſt. Nam lege Icilia de locis alienis in quibus priuati quidam ædificauerant ita ſancitum eſt apud Dionyſ. Hal. ὅσα μὲν ἰδιῶταί τινες ἐκ δικαίου κτησάμενοι ταῦτα τοὺς κυρίους κατέχειν· ὅσα δὲ βεβιασμένοι τινὲς ἢ κλοπῇ λαβόντες. &c. Igitur ſoli poterat furtum fieri quamquam poſtea hæc ſententia abolita eſt l. quam rem ff. de vſucap. diſtinguitur violentia à furto & rapina l. 14. §. qui vim ff. quod met. cauſ. ergo iure nouo non erit ſacrilegus qui per vim poſſeſsionem templi aut agri ſacri inuaſit? *Qui per vim inuadit rem ſacram ſacrilegus eſt.* abſit. Megarenſes quod Eleuſinium agrum qui Cereri & Proſerpinæ ſacer erat, coluiſſent, dearum iram numquam placare potuerunt. Pauſanias in Laconic. improbior ſane ſacrilegus eſt quia deorum ſedes vi polluit omniaque quæ in iis continentur, & aperto Marte contta deos pugnat. Sacrilegium quidem eſt ſpecies furti ſed diſtincta ab altera ſpecie quæ furtum ſpeciale dici debet, & olim in re immobili locum habuit licet iure nouo aliud inductum ſit: & *Sacrilegium eſt ſpecies furti, diſtincta à furto ſpeciali.* quia proprio nomine caret hæc ſpecies, generis nomen induit: at ſpecies furti ſacræ rei, nomen habet ſacrilegij quæ & veteri & no-

uo iure in re etiam ſoli locum habet. Hoc autem ratio neceſſitatis vrget vt deo reſtituatur idem quod ablatum eſt : nam alterius eſſe numquam poteſt. neque enim alienari res ſacra vllomodo poteſt vſucapi.aut præſcribi:cum ſit extra commercium:quia nullius eſt l. 1. §. 1.ff. de rer. diuiſ. hinc patet expiari poſſe quod ablatum eſt & proinde Deo eſſe reſtituendum. Sacro autem commendatum ſacrum non eſt, alioqui male hic à ſacro diſtingueretur: neque enim publice conſecratum eſt: deinde non receſſit ab humano dominio: ſed eſt Dei tutelæ commiſſum in ea ſede in qua Deus eſſe creditur: ideo qui illud mala mente abſtulit, eiuſdem impietatis reus eſt quam ſi ſacrum abſtuliſſet: hic Tullius. *Sacrilego pœna eſt, neque ei ſoli qui ſacrum abſtulerit ſed etiam & qui ſacro commẽdatum quod nunc multis fit in fanis: Alexander in Cilicia depoſuiſſe apud ſolos in delubro pecuniam dicitur: Athenieſis Cliſthenes Iunoni ſamiæ, cimis egregius cum rebus timeret ſuis, filiarum dotes credidit.* Antiquiſſima hæc conſuetudo etiam ad iuriſconſultos noſtros peruenit, ita vt in æde ſacra fiat depoſito l. 4 §. vlt. ff. fam. Erc. l. vlt. ff. de tab. exhib. l. acceptam l. de vſur. l. ſi reus ff. de procur. l. ait Prætor §. ſed & ſi ff. de minorib. Olim iudicio certaturi in ſacro penes Pontificem æs deponebant ea lege vt qui viciſſet ſuam pecuniam auferret, victi vero ad ærariũ deferretur: Varro 4. de ling. La. *Ea pecunia quæ in iudiciũ venit in litibus, Sacramẽtũ, à ſacro: qui petebat, & qui infíciebatur, de aliis rebus vterque quingentos æris ad Pontificẽ deponebant: de aliis rebus item certo alio legitimo numero aſſiũ: qui iudicio vicerat ſuum Sacramentum à ſacro auferebat: victi ad ærarium redibat.* Hac pœna litigantiũ temeritas coercebatur, Feſtus, *Sacramentum es ſignificat quod pœnæ nomine penditur ſiue eo quis interrogatur ſiue contenditur, id in aliis rebus quinquaginta aſſiũ eſt, in aliis rebus quingẽtorũ inter eos qui iudicio inter ſe cõtenderent.* Nimirum in negotiis maioris momenti, maior: in rebus minoris ponderis, minor pœna imponitur. Eſt quædam proportio ſo, ad ſoo, nimirum decupla: quam etiam Romanis legibus obſeruari docet l. ſi quis id quod in prin. ff. de iuriſd. vbi qui dolo malo Prætoris album corruperit ſoo aureorum pœna mulctatur: at qui patronum ſine venia in ius vocauerit, tenetur tantum in ſo l. libertus, l. penult. & l. vlt. ff. de in ius voc. quia priore caſu Maieſtas prætoris eſt violata l. ſi familia ff. de Iuriſd. in quo ius publicum leditur: at poſteriore multo leuius peccauit quia priuati tantum ius neglexit non ſcelere ſed omiſſione ſolennitatis quę in reuerentiam patroni introducta eſt. Igitur hoc ęs in ſacro deponebatur & pœnæ nomine in ærarium deferebatur vt neceſſitatibus publicis impenderetur. Hunc morẽ ab Athenienſibus ſumpſere apud quos inſtitutum erat vt ſi priuati alicuius bona publicarentur, & priuati quidam in iis aliquid ſuum eſſe contenderent vel dominij vel hypothecæ &c. aduerſus ærarium litigantes quintam rei partem deponerent in Prytaneo: non tamen ex parte Reip. fiebat depoſitio: idem eſt ſi de hereditate controuerſia eſſet: Sed ſi priuati aduerſus

Sacro commendatum ſacrum non eſt.

Sacramentum.

Proportio ſoo ad ſo.

Quintæ depoſitio.

priuatos, tunc ex vtraque parte depoſitio celebrabatur nempe decimæ partis rei controuerſæ Varinus. παρακαταβολὴ πρόθεσις δεκάτου μέρους τοῦ τιμήματος: καὶ παρακαταβάλλειν λέγονται οἱ ἀμφισβητοῦντες χρημάτων τινῶν δεδημευμένων καὶ οἱ περὶ κλήρων πρὸς τὴν πόλιν, ἢ ἐπὶ κλήρων πρὸς τοὺς ἰδιώτας ἀντιδικοῦντες. Dixi priore caſu non fuiſſe depoſitionem ex parte Reip. nam pars victi lucro Reip. cedebat: idē tamen in dictione, πρυτανεῖα Reip. diſpenſatorem etiam ait deponere in cauſis priuatorum inter ſe. ἦν δὲ ἀργύριόν τι ὅπερ κατετίθεσαν οἱ δικαζόμενοι ἀμφότεροι, καὶ ὁ φεύγων καὶ ὁ πρυτανείας. Vult & reum & auctorem & ipſum ærarij cuſtodem deponere & male Iulius Pollux ſic ait. παρακαταβολὴ δ' ἦν ἐπὶ μὲν τῶν πρὸς τὸ δημόσιον ἀμφισβητημάτων τὸ πέμπτον, ἐπὶ δὲ τῶν ἰδιωτικῶν, τὸ δέκατον. Sed cur minus priuatus in lite aduerſus Rem. deponit? Quia minor eſt iniuriæ & calumniæ præſumptio aduerſus Remp. quam priuatum. quis enim priuatus ſponte audeat Remp. laceſſere ex qua pendet. Hæc enim pecunia deponitur in pœnam iniuſtitiæ quę committitur in mouenda aut ſuſcipienda lite. qui enim deponebat, ſe aduerſario ſuo iuſtiorem profitebatur ea lege vt ſi vinceretur eam amitteret quia iniuſtus videbatur: idem, ὅστις ἀντιλέγει ὡς αὐτὸς δικαιότερος ὢν ἔχειν τὸν κλῆρον ἐξ ἀγχιστείας ἢ διαθηκῶν, παρακατέβαλε δὲ τῆς οὐσίας τὸ δέκατον ὡς προσποίσων, ἂν ἡττηθῇ. Patet ex Ariſtophane in nubibus apud quem improbus & calumnioſus debitor ſic loquitur.

Caſa huius depoſitionis.

> Θείς μοι πρυτανεῖ' ἀπολεῖν με φησὶ κἀξολεῖν
> Εμοῦ μετρηνάτε καὶ χρῶ διαιτυμένου.

Hic debitorem querebatur ſuum, litibus iniuſtis morari ſolutionem & cruciare eum perpetua tergiuerſatione. Sed improbus ille ait ſe iuſta petere nimirum vt deponat pecunię debitę decimam ibi ſcholiaſtes: τὰς δεκάδας τοῦ χρέους καταβάλλοντες τοῖς πρυτανεῦσιν εἰώθεσαν τοὺς χρεωφειλέτας: πρυτανεῖα τὰ νῦν καλούμενα παρὰ Ῥωμαίοις σπόρτυλα: Ait hæc prytanea vocari à Romanis ſportulas: quod & Varinus ait. vterque male. Nam Romani ſportularum nomen pluribus modis accipiebant, modo pro prandio vel cœna quæ in fiſcos vel ſportellas coniecta dabatur clientibus: deinde pro pecunia quo loco cœnæ poſtea dari cœpit in ſportella quadam, domus in limine expoſita Iuuenalis.

Sportularum origo.

> *Nunc ſportula primo*
> *Limine prima ſedet turba rapienda togata.*

Hic effectum eſt vt omnia dona ſportulæ dicerentur auctore Suida ita vt etiam ſalaria iudicum eo nomine continerentur nouella Iuſtiniani 82. & viatorum & executorum litium §. tripli. inſtit. de act. Sed Græcorum veterum ſententiam in prytaneis Scholiaſtes & Varinus de iudicialibus ſportulis intellexerunt: qui non potuerunt aſſequi Prytanea duobus modis accipi: quædam enim lege ſunt definita vt in quinta & decima litis oſtenditur: alia ſunt per ſe indefinita ſed per ſummam controuerſam determinantur quæ no-

Prytanea duo.

Iii iij

mine ſportularum iudicibus dabantur & de his accipiendum non eſt quod ait Ariſtophanes quia loquitur de definita quantitate: Pollux. τὰ μὲν πρυτανεῖα ἀεισμόθα, ὅτι ἴδει καταβαλεῖν πρὸ τῆς δίκης τὸν διώκοντα καὶ τὸν διωκόμενον: εἰ δὲ μὴ διεγράφετο τὴν δίκην οἱ εἰσαγωγεῖς. Ὁ δὲ ἡττηθεὶς ἐπεδίδου τὸ παρ' ἀμφοτέρων δοθέν: ἐλάμβανον δὲ αὐτὸ οἱ δικασταί. οἱ μὲν καὶ ἀπὸ ἑκατὸν δραχμῶν ἄχρι χιλίων δικαζόμενοι τρεῖς δραχμὰς κατετίθεντο: οἱ δὲ ἀπὸ χιλίων μέχρι μυρίων, τριάκοντα. Obſcura hæc ſunt niſi elucedentur & primum vult definita prytanea ab vtraque parte præſtari & deponi in Prytaneo id eſt ærario ſancto antequam lis inchoaretur: & idem etiam in Sacramento Romano: ex qua conſuetudine aliam Romani ſumpſere Nam qui litem erat intenturus interoganti reo ſpondebat ſe

Calũniæ actio vetus. ſi vinceretur reo decimam litis præſtaturum §. hæc autem inſtit. de pœna tem. litig. vbi ait actione calumniæ decima parte litis actores mulctari ſed hoc nuſquam factum eſſe ait Iuſtinianus: nuſquam id eſt ſua ætate nullo in loco: non ait numquam nam ante eum vſitatam fuiſſe eam actionem eod. §. oſtendit vbi ait veterem calumniæ actionem mulctauiſſe calumniatores in decimam litis; quæ deſuetudine perempta eſt: quam tamen ipſe cum augmento reſtituit nam hæc cautio niſi petenti reo non præſtabatur: deinde nuda erat repromiſſio non ſatiſdatio: quod patet ex conſtitutione Diocletiani & Maximiani C. Hermogeniano de calumniatorib. in hæc verba. *Judicio tutelæ conuenis excipi actionem ad quam reſpondere debes: quippe ſi per calumniam remedio repromiſſionis initio poſtulata calumniæ in decimam partem eius quod petiit tibi condemnari eum deſiderare poteſt.* At Iuſtiniauus duo hæc addit in d. nouella vt iudices non aliter actorem ad agendum admittant quam ſi cauerit fideiuſſoribus datis: idem tamen gloriatur ſe iuſiur. calumniæ conſtituiſſe

Iuſiurandum calumniæ. in l. 2. C. de iureiur. propt. cal. Paulus tamen multo ante, hoc iuſiur. deſiderari aſſerit inter litigaturos l. inter §. qui familiæ ff. fam. erſic. ſed hoc eſt principi glorioſo condonandum, paulatim elanguiſſe hoc iuſiur. calumniæ (non tamen ſublatum fuiſſe) introducta illa cautione decimæ. Sed Iuſtinianus ideo ſibi poteſt vindicare renouaſſe hoc iuſiur. iam vetuſtate labaſcens, & ſuſtuliſſe hanc repromiſſionem d. l. 2. §. antiqua quam tamen reparauit in melius non tamen abrogauit iuſiur. calumniæ. Igitur hęc actio in decimam ſum-

Actio calumniæ differt ab Attica lege. pta eſt ex Attica lege ſed ab ea differt in duobus. Primo quod ſolus actor apud Romanos mulctaretur: deinde quod nõ deponeretur pecunia ſed de ea cauebatur. Similis tamẽ eſt in cauſa & quantitate, & præterea in eo quod in vtraq; locus pœnę nõ fuit niſi id reus poſtulaſſet quod patet ex Ariſtophane ſupra in his verbis. ἡμῶν αὐτῶν: tũ ex dicto loco Pollucis cũ ait ſi nõ ſint depoſita prytanea definita tunc locũ eſſe indefinitis non eſt locus definitis ſi reus id non po-

Honoraria iudicum. ſtulauerit: quo caſu locus erat ſportulis in iudicum honoraria vt vterque pręſtaret tres drachmas in cauſis quę centum drachmas excederent vſque ad mile: quæ vero mile vſque ad decem milia: tri-

ginta perſolueret: & hic adhuc eſt decupla proportio trium ad triginta: centum, ad mile; & milium ad decem milia: ſed ait eum qui victus eſt pręſtaturum quod ab vtraque parte datum eſt: quod videtur obſcurius. Nam ſi depoſitum illud eſt in Prytaneo quid opus eſt vt victus id amplius reddat? deinde cur cogetur victus partem à victore depoſitam ſoluere? eam enim nec habet nec eius eſt Dominus. Verum hæc pecunia non acquiritur ærario ſed ipſis iudicibus qui tamen illam ſua auctoritate vindicare non poſſunt, ne eamdem ſibi videantur auctoritatem arrogare quam ipſa Reſp. nam definita Prytanea ſtatim ab ipſo ærario in vſus publicos conuerti poſſunt poſt partam vni ex partibus victoriam deinde alia eſt inter hæc differentia quod indefinita ex vtraque parte debeantur iudicibus. Hoc ſolum dubium reſtat quod partem victoris, victus reddere compellitur. Verum victus per ſententiam condemnabatur vt ab vtroque depoſitum reſtitueret. Nam eo caſu formam actionis pręſcribebant ſub lege depoſitæ pecuniæ, ideoque formulam actionis ſequentes eum ad præſtationem illius adigebant quod notatur his verbis. διέγραφον τὴν δίκην οἱ εἰσαγωγεῖς. Igitur parta vni victoria dominium quidem eſt partum ipſis iudicibus non tamen poſſeſſio vt heres, lege fit Dominus non tamē poſſeſſor l. cum heredes in prin. ff. de acquir poſſ. & legatarius l. legatum 2. de leg. 2. non tamen accipere poteſt rem legatam ſua auctoritate l. 1. ff. quod legat. at quomodo victus reſtituet id quod non poſſidet. Verum ſumit ex Prytaneo vt ſoluat, eoque liberius partem victoris reſtituit quod ex victoria ſaltem hoc damnum ſentiat. ſed quid ſi cauſa ſit infra centum drachmas? tunc vnam drachmam dat vterque; ſcholiaſtes in Ariſtophanem his verſib.

Cur victus præſtat iudicibus ab vtraque depoſitam pecuniam.

In cauſis infra centum drachmas datur vna drachma iudicibus.

Πῶς οὖν δέξομαι δῆτα τῇ νουμηνίᾳ
Ἀρχαὶ τὰ πρυτανεῖ᾽· ἀλλ᾽ εἴη τε καὶ νέα.

Loquitur de Prytaneis indefinitis, quæ inter Lunę deſinentis & renaſcentis tempus ſolebant deponi: quia tunc vſuræ petebantur. vbi ille. αἱ δίκαι καὶ αἱ μεταβολαὶ τῶν πρυτανείων ἀπὸ μίσθος λὼ τῆς εἰσαγωγῆς τῆς δίκης παρὰ τὸ τοὺς δικαζομένους δραχμὴν τῷ δημοσίῳ διδόναι. Vult publico hanc drachmam dari quæ iudicibus datur: quoniam eis honoraria ex publico conſtituebantur vt in libro. 2. poterit demonſtrari. Athenis Romam redeo vbi reliqueram Sacramentum quod cum ab initio publicis commodis inſeruiret, poſtea tamen ea pecunia Sacris eſt deſtinata. Feſtus. *Sacramenti nomine* (inquit) *id ai dici cæptum eſt quod & propter ærarij inopiam & Sacrorum publicorum multitudinem conſumebatur id in rebus diuinis.* Rem igitur depoſitam in Sacro ſi quis abſtulerit in Sacrilegij pœnam incidit. Is enim iniuriam facit diis cuſtodibus rei ſibi commendatæ, & priuatis qui fidem & tutelam deorum ſecuti ſunt: vnde ſequitur grauiſſimum pietatis publicæ diſpendium. Nam ex fragilitate cuſtodiæ diuinæ, arguitur impotentia deorum, quibus poſtea reliqui vix animam crederent quod fluxa quædam & cadu-

Sacramentum ſacris vſibus deſtinatum.

Quis ſceleratior, is qui ſacris furatus an qui depoſitum in ſacro.

ca ſibi depoſita à Rapina furtoue ſeruare non potuerint. Nolo inde concludere atrociu ſeſſe furtum rei in Sacro depoſitæ, quam Sacrilegium; in quo fit etiam iniuria hominibus non priuatim tantum quatenus ſinguli ex religione dependent, ſed & publice: quia conſecratio ex publica hominis deſtinatione & conſtitutione manauit, & in hunc finem fundata eſt vt ſaluti ciuitatis conferret, pietatis augmento deorum beneuolentiam conciliante. At non is eſt animus deponentis in æde qui priuatam tantum ſecuritatem quærit. Formidanda eſt humana infidelitas, ne ſuſpectam habeat poteſtatem diuinæ maieſtatis: magis in Sacrilegio quam in furto. Sacrilegus enim dominium dei tentat adimere quod à Deo maiori cura cuſtodiri probabilius eſt, quam depoſitum quod alienum eſt & in quo ſufficit etiam priuato qualem qualem diligentiam adhibere l. 1. §. is quoque ff. de oblig. & act. ergo minus credit in deũ qui rem ſacram quam qui profanam ex ſacro tollit. Cur ergo eadem pœna vtrique infligitur? nimirum quia delinquentis voluntas inſpicitur l. Diuus ff. ad leg. Cor. de ſicar. qui vero prædandi cauſa templum ingreſſus eſt eo animo graſſatur vt vel Sacram rem auferat: ideoque mentem habet iam Sacrilegio obnoxiam: animus tamen nõ facit ſacrilegum ſed ſacrilegij pœnæ obſtringit. Igitur effectus verum ſacrilegij ſcelus facit. Nam voluntas quidem inchoat maleficium, effectus conſummat Iuuenalis Satyra 13.

In depoſito quæ & qualis diligentia præſtanda.

Solum propoſitum non facit ſacrilegum.

Has patitur pœnas peccandi ſola voluntas
Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat vllum
Facti crimen habet: cedo ſi conata peregit.

Hic animo committendi ſacrilegij rem priuatam in ſacro contrectans non furatur rem ſacram, ſed quia eius is animus fuit & quadam tenus progreſſa eſt ad imperfectum effectum voluntas crimen habet ſacrilegij. Deinde dignitas loci diſtinguit furtum à ſacrilegio l. aut facta §. locus ff. de pœn. non tamen ideo ſequitur furtum rei priuatæ in loco ſacro, ſacrilegium eſſe: ſed quoad pœnam, vnum ab altero non diſtinguitur: quod ex tituli ratione intelligi poteſt in quo agitur tantum qua pœna maleficia debeant vindicari. Locus ergo rem ſacram omnino non facit ſed ſui religione quodammodo afficit. Vnde ſi quis rem ſacram in loco profano rapuerit ſacrilegus eſt: quid ſi non habuit animum ſacrilegi? eſt ſacrilegus. Nam ſolum propoſitum non diſtinguit maleficium ſed & effectus. Caſu enim aut impetu etiam delinquitur ſicut & propoſito l. perſpiciendum §. pen. ff. eod. Hoc quoad propriam ſpeciem cuiuſque delicti, non quoad pœnam: Nam ibi verus erit effectus vbi pœna non ſtatuetur, & è contra ibi pœna ſancietur vbi nullus erit effectus: quia pœnam propoſito metimur. Verumtamen Seuerus & Antoninus reſcripſerunt furtum rei priuatæ in æde ſacra non trahere ſecum pœnam ſacrilegij ſed furti l. Diui ff. ad leg. Iul. pecul. nec videntur à ratione diſſentire principes: ſi enim pœna cuique maleficio impoſita eſt cur alteri dabitur maleficio pœna alterius?

Locus non facit ſacrilegum.

pœna

pœna enim ex Platone ἀκολουθός ἐστι τῷ παθεῖν ἀλλ ἡλικιῶτις ἐκ τῆς αὐτῆς ὁμόθεν χώρας καὶ ῥίζης συνεπιφυομένη. Itaque cum vindicta ſceleri ſit coætanea & ſimul ex eadem radice pullulet, *Quæ ſint vitia* male ad alterum genus iniquitatis extenditur a ſuo principio ab= *poſſeßionum.* ſtracta: & maxime vbi agitur de vitio reali vt eſt Sacrilegium, furtum, Rapina, violentia, quæ vitia poſſeſſionum dicuntur, quod ſequantur poſſeſſores etiam ignorantes l. vitia C. de acquir. poſſ. furtum eſt nomen generale continens ſub ſe tres ſpecies Sacrile- *Furti tres ſpe-* gium, Rapinam, furtum ſpeciale: reale Sacrilegio furtum fiere *cies.* non poteſt niſi res ablata, ſit ſacra: id enim ex re eſt perpendendum, quia reale eſt. Nec obſtat quod furtum ſine propoſito furandi fieri non poteſt: hoc enim non facit Sacrilegium ſed furtum rei priuatæ ſi res priuata ſit: nam ſola furandi voluntas furem non facit l. 1. §. 1. ff. de furt. At loci ſanctitas obiici poterit. Verum hæc circumſtantia furtum quidem atrocius reddidit, non tamen naturam eius immutauit, nec pœnam ex ciuili in capitalem debuit conuertere ſed tantum augere. Pro arbitrio iudicis: circumſtan- *Circumſtan-* tiæ enim aggrauantes facinus, ſunt in poteſtate iudicantis quia *tiæ, in poteſtate iudicis.* ſunt facti quæ ideo lege definiri non poſſunt l. ordine in princ. ff. ad municip. locus non facit ſpeciē maleficij, quia nec factū eſt nec volūtas, ſed circumſtantia tantum. Quid ergo? an dicemus veteres imprudenter vnam pœnam duobus diuerſæ ſpeciei maleficiis impo- *Pœna augetur* ſuiſſe? imo ſane rectiſſime. Nam in 12. tab. in manifeſtum furem ſi *ex circumſtantia.* ſeruus ſit capitali ſupplicio animaduertitur, ſi liber, arbitrio Prætoris verberatus addicitur ei cui noxam commiſit. quod ſi ratio manifeſti potuit mutare pœnæ ſpeciem vt ex pecuniaria in corporalem verteretur: nonne maior eſt ratio in furto quod in ſacro commiſſum eſt: diuinitas enim pollutione ſui templi offenſa eſt & impia mente furis violata. At manifeſtus fur neque Deum offendere deſtinauit neque locum ſacrum polluit: ergo maiori ratione capitalis pœna imponitur ei qui rem profanam in ſacro aſtulit quam qui in profano, igitur hæc lex quam plerique ex Tullij men- *Pœna furti manifeſti lenita.* te eſſe dicunt iuſtiſſima eſt & antiquo iuri conſentanea. Sed cum pœna furti manifeſti ex lege in edictum incidiſſet Prætorum, tacito conſenſu populi. (Nam lex 12. tab. edicto frangi non poterat, moribus poterat quia lex ſunt) cœpit in iniuriam commutari ius pœnæ, cum priuati furti nomine etiam manifeſti pecuniaria tantum pœna infligatur. Dixi tacito conſenſu hoc mutatum fuiſſe. Si enim publicata fuiſſet emendatio ſeueritatis pœnæ qua fures afficiebantur, periculum erat ne ad furandum mali fierent procliuiores. Nec eos valde poterat à metu capitis liberare quod Prætorem aliter iudicare cognoſcerent. Lex enim adhuc præſens nec abrogata eos deterrere poterat quam vt pote manētem poſſe in ſe exerceri pertimeſcerent. Igitur remiſſa in furto manifeſto atrocitate ſupplicij capitalis quæ ob circunſtantiam hanc irrogata erat; debuit etiam grauioris pœna circumſtantiæ relaxari. An ſecundum

proportionem manifeſti,ad furtum in ſacro factum? principes illi in vtroque furti tantum actionem dant. Vide quantum abſurditatis ex eo reſcripto procedat. Si enim ita iudicandum eſt de hac re: qui graſſandi animo templum,& ſanctuarium ingreſſus fuerit, Maieſtatem Dei tanto ſcelere auſus offendere & rem tutelæ ſacræ commendatam abſtulerit,nonne magis punietur quam qui profanam in profano loco? & ſic non augerentur pœnæ ſcelerum ex circumſtantiis, nec ex propoſito delinquentis quod iuri omni prorſus aduerſatur. Melius ergo Saturninus in d.l.aut facta quam principes in d.l. Diui. In hoc tamen mihi adhuc non ſatisfacio. An iſti principes id ſine prudentium conſilio & diſceptatione decreuerunt? Verum duobus modis furti perſecutio fieri poteſt. vnus eſt ordinarius ad pœnam pecuniariam dupli aut quadrupli: quæ pœna nihil quicquam obſtat alteri modo qui eſt extraordinarius. Hoc iudicium non eſt publicum quia certa pœna lege non eſt definita ſed eſt in arbitrio iudicantis ex diuerſitate circumſtantiarum l. vlt. ff. de furt. ita vt Seruus ſummo ſupplicio afficiatur l. vlt. ff. de cond. cauſ. dat l. interdum §. 1. ff. de furt. quod tamen lege 12. tabul. proditum non erat. Sola enim pœna capitis erat ſancita,excepta deditione corporis liberi quod furtum fecerat qua videbatur damnum reſarciri: quia ſeruus fiebat eius cui noxam dederat. Sed hoc non tam ad ſarciendum quam ad puniendum cautum erat: is enim etiam capite plectebatur cuius caput amplius nullum erat iure ciuili niſi pacto ſe redemiſſet. Igitur licet pecuniaria pœna reſcripto principum ſtatuta ſit, non tamen adimit extraordinariam perſecutionem: & ſic maioris ad minorem pœnam proportio ex proportione delicti ſeruatur in hoc autem capite diſtinguit furtum à rapina ex vocibus raſperit, clepſerit. Clepere enim antiquo verbo eſt furari à Græco κλέπτειν. Videtur tamen ſub furto rapinam etiam contineri. Nam omnis raptor eſt fur improbior l. ſi vendidero §. cum raptor d. de furt. & ideo qui rapuit,furti etiam tenetur l. 1. ff. vi bon. rapt. Verum ibi clepere refertur ad furtum ſpeciale, quod ſine vi,ſine offenſa diuinitatis fit. Nunc venio ad pœnam ſacrilegij: quia hic non videtur explicari. ſancit enim eum eſſe parricidam: quaſi vero patrem occiderit qui rem ſacram in ſuos vſus conuertit. Verum apud veteres parricidium crimen eſt capitale: ideo iudices rerum capitalium, quæſtores Parricidi dicebantur. Feſtus. *Parricidi quæſtores appellabantur qui ſolebant creari cauſa rerum capitalium quærendarum.* Igitur apud priſcos Romanos parricida erat qui in pœnam capitalem inciderat. Sed de hoc fuſius in libro 2. huius operis. Capitalia autem crimina, capitis pœna vindicabantur. Eius autem pœnæ, diuerſæ ſunt ſpecies. Sed de pœna ſacrilegij quærendum. Et primum ſacra ab hoſtibus rapta non habent vitium ſacrilegij: quod Seneca irridet Epiſtola 87. *Sacrilegia minuta puniuntur, magna in triumphis feruntur.* Sed iam probatum eſt iure gentium ſacra poſſe extingui & perimi: definût enim ſacra eſſe;

Furtum etiam extraordinem vindicatur.

Furtum & rapina.

Quod olim erat parricidiû.

Hoſtes ſacrorû raptores an ſint ſacrilegi.

cum in poteſtatem hoſtium deueniunt, & proinde non eſſe eo caſu ſacrilegium. Pauſanias tamen in Boeotic. ait Syllam quod Mineruę ſignum ex loco victo rapuiſſet furore correptum, pediculari morbo miſere periiſſe: ſed hæc vltio referenda eſt ad ſtrages ciuium & peregrinorũ innumeras quas ille iniuſte patrauerat. Neq; enim dæmones ſibi illatas iniurias à ſuis cultoribus ſemper vlciſcũtur: quia retinẽtur imperio Dei vt cum Dionyſius tyrãnus tot ſacrilegia cõmiſit impune, teſte Valerio 1. Sed idem multa exempla adducit quibus probat grauiſſime animaduertiſſe deos in ſacrilegos. Pauſanias in Phocic. ait Delphis lupum æneum Apollini conſecratum eſſe in memoriam lupi qui hominem ex templo ſacra pecunia ablata in Parnaſſi ſylua abſcondita dormientem, facto impetu occiderat & vt repeteretur ablatum quotidie cum vlulatu intra vrbem penetrabat; rediens enim viam demonſtrabat. Quidam ex Græcis crediderunt ſacrilegium proximum eſſe parricidio. Polygnotus in deſcriptione inferorum prope eum qui patrem contumelioſe pulſauerat, pinxit ſacrilegum iacentem quem mulier multiplici venenorum & tormentorum ſpecie cruciat teſte Pauſania in Phocic. venenis torquentur ſacrilegi: pararunt enim ſibi diuitias ex ſacro vt diutius, aut libidinoſius, aut glorioſius hic viuerent, & vitam ſibi deuorarunt per auaritiam quaſi venena deuoraſſent. Apud Æthiopes quædam eſt planta nomine Ophiuſa liuida difficiliſque aſpectu quam cogunt ſacrilegos bibere: ea enim epota terrores minæque ſerpentum ita obuerſantur eorum oculis vt horrore venenatorum animantum ſibi mortem conſciſcant auctore Plinio 24. cap. 17. ideoque non mirum ſi cum viperi proiicerentur parricidæ: nam vtriuſque ſceleris radix eſt auaritia. Cum enim filius in ſpe tantum ſit Dominus rerum paternarum viuo patre l. in ſuis ff. de lib. & poſt. ideo ſeu ſit nepos profuſus & perditus ſeu cupiditate deuinctus habendi quod in iuuene rarius eſt, præmaturo voto in fata patris incumbit Ouidius 1. Metam.

Cur aliquando nõ ſit punitum ſacrilegium.

Auaritia eſt cauſa ſacrilegij & parricidij.

Filius ante diem patrios inquirit in annos.

Idem in ſacrilegio. Nam cum ſit ſpecies furti non poteſt fieri ſine lucri deſiderio l. 1. § vlt. ff. de furt. Sacrilegus ſane & auarus ſimiles ſunt venenatis beſtiis quod Epictetus optime intellexit vbi auarum comparat aſpidi, viperę, aut ſcorpio, incluſis in ciſta aurea aut eburnea. καθάπερ ἔχιν, ἢ ἀσπίδα ἢ σκόρπιον ἐν ἐλεφαντίνῃ ἢ χρυσῇ θεώμενος κίστῃ, οὐ διὰ τὸ πολυτελὲς τῆς ὕλης ἀγαπᾷς καὶ εὐδαιμονίζεις ἀλλ' ὅτι λυμαντικὴ ἡ φύσις ἐκτρέπει καὶ μυσάττῃ: Auari naturam quaſi beluam venenatam noxiam & abominabilem facit in aleo loco. Igitur ſacrilegium proximum eſt parricidio: & ideo crimen leſæ Maieſtatis proximum dicitur ſacrilegio in l. 1. ff. ad leg. Iul. Maieſt. quia videtur in patrem attentare qui in principem aliquid molitur. Sacrilegus apud Græcos viuus cremabatur. Lucilius eleganter ludit in Meniſcum qui tria aurea mala ex templo Iouis ſubtraxerat? ideoque viuus exuſtus eſt ad exemplum Herculis qui

Auari ſimiles venenatis beſtiis.

Crimen leſæ Maieſtatis proximum ſacrilegio.

cum Heſperidum poma rapuiſſet ni Oeta ſeipſum cremauit & inde hoc Epigramma compoſuit.

Viuus exuritur ſacrilegus.

Ἐκ τῶν Ἑσπερίδων τῶν τοῦ Διὸς ἦρε Μείσχος
Ὡς τὸ πρὶν Ἡρακλέης χρύσεα μῆλα ἴσα
Καὶ τί γάρ; ὡς ἑάλω γέγονεν μέγα πᾶσι θέαμα
Ὡς τὸ πρὶν Ἡρακλέης ζῶν καταχειρόμενος.

Quod ſi pœnam illam anteuerterint, & ſe vel veneno vel alio modo peremerint: non cremantur eorum cadauera quia vſtio mortui eſt potius ſepultura quam pœna: ſed corũ corpora feris proiiciuntur inſepulta Diodorus. παρὰ πᾶσι τοῖς ἕλλησι κοινὸς νόμος ἐστὶν ἀτάφους ἐκπλεῖσθαι τοὺς ἱεροσύλους. Cæterum Romani extra ordinem in ſacrilegos animaduertebant modo lenius modo ſeuerius ex diuerſitate circumſtantiarum l. 4. §. mandatis ff. ad leg. Iul pecul. ita tamen vt capite plectãtur ſacrilegi l. ſacrilegi in princ. ff. eod ſed inter capitalia quędam ſunt leuiora, quædam grauiora l. 2. §. 1. ff. de publ. iudic. Paulus 5. ſent. cap. 19. ſed inter pœnas viui exuſtio recenſetur l. ſacrilegij in prin. ff. ad leg. iul. pecul. quod ſupplicium in hoc ſcelere videtur fuiſſe frequentius: vnde Saluianus 7. de gubernat. Dei, Nam & homicida cum à Iudice occiditur ſuo ſcelere punitur, & latro aut ſacrilegus cum flammis exuritur, ſuis criminibus concrematur.

Aut cadauer eius inſepultum proiicitur.

AXIOMATA.

SOLA Deſtinatio publica rei conſecrandę rem ſacram facit & acquirit Deo, quod ei non traditum ſed pia mente dicatum eſt: priuata non facit rem ſacram Dei, ſed perinde obligat Deo eum qui deſtinauit ac ſi ſolennitates interceſſiſſent. Dei autem ſunt omnia iure creationis, ſed quædam dedit hominibus in vſum perpetuum ſucceſſiuumque: ita vt profana fierent, quæ ſi voluntate dominorum, auctori ſuo per conſecrationem & dedicationem reſtituta ſint non tantum Dei ſunt iure creationis ſed etiam iure conſecrationis.

SACRILEGIVM non tantum prædonis morte, ſed etiam ablatorum reſtitutione & ſacris piacularibus expiandum eſt. Auferuntur autem etiam

res immobiles tam iure antiquo quam nouo: ſed furtum ſpeciale iure nouo fit tantum rerum mobilium. Depoſitum autem in ſacro, ſacrum non eſt licet Sacramentum dicatur quod pœnæ cauſa deponitur, & primum in publicas neceſſitates: deinde in ſacra impenſum eſt. Athenienſes litigaturi deponebant pecuniam pœnæ cauſa qua iniuſtus litigator coerceretur, eaque erat decima inter priuatos: quinta inter Remp. & priuatum quæ lucro Reip. cedebat: at apud Romanos decima plectebatur ſi ab initio cautum fuiſſet poſtulante reo: ſed ſolus actor repromittebat: quæ cautio iuſiu. calumniæ quodãmodo eneruauit: ſed Iuſtinianus illam ſuſtulit & reſtituit iuſiur. Deinde iureiur. ſaluo cãdem decimã cum neceſſitate præſtandæ ſatiſdationis reparauit; at Athenienſes qui non depoſuerant decimam, deponebant drachmam in cauſis vſque ad centum drachmas: in cauſis vſque ad mille, tres: in cauſis vſque ad decem millia triginta: & hoc in ſportulas iudicibus dabatur ab eo qui victus erat tam ab ſe depoſitum quam à victore.

SACRILEGIVM eſt atrocius furto rei priuatæ Deo commendatæ, quia Dei Maieſtatem contemnit & publicam iniuriàm facit, quæ & in vniuerſam ciuitatem cladem vltionis poſſit deriuare & in ſingulos priuatos: at qui depoſitum in ſacro tollit priuato iniuriam facit licet etiam animum habeat contemnendæ diuinitatis. Nam ſola voluntas non facit propriam ſpeciem maleficij, maxime realis, licet reum eidem pœnæ obnoxium reddat: ideo veteres ex

voluntatis ratione & loci circumſtantia furtum rei priuatæ in ſacro commiſſum pœna ſacrilegij vindicauere: quia & in loco profano factum manifeſte capitali ſupplicio damnarunt: ſed poſtea emendata ſeueritate & mutata pœna corporis in pecuniariam relaxata quoque eſt hæc quæ furto rei priuatæ in ſacro, impoſita eſt: ideo pœna priuata priuato furto impoſita eſt quæ non facit præiudicium criminali: qua furtum extra ordinem puniri poteſt aut leuius aut grauius pro diuerſitate circumſtantiarum quę ſunt in religione iudicantis.

PARRICIDIVM priſcis erat omne crimen capitale: vero tamen parricidio proximum eſt ſacrilegium, quod in inferis puniri quidam exiſtimabant, à muliere venefica, quod ſexus ille vindictæ ſitiens ob infirmitatem & impotentiam repellendæ iniuriæ, cum ferro non poſſit, dolis ſe ad venena accingit: ideo terrore ſerpentum coguntur ad necem ſibi inferendam: & vipera parricidæ iungitur: quod auaris conuenit qui veneno inuidiæ & cupiditatis opum paſcuntur, in quibus latet veneni perpetua paſſio. Apud Græcos autem pœna ſacrilegij erat ignis quo viui exurebantur qui ſi mortem illam metu atrocitatis & infamiæ præueniſſent, inſepulti proiiciebantur. Poſtea apud Romanos qui etiam ante igne vtebantur cœpit extra ordinem in ſacrilegos animaduerti.

INCESTVM PONTIFICES SVpremo ſupplicio ſanciunto.

Cap. XIX.

Iudicium auctoris de M. Tullio.

TVLLII ea mens fuit in hoc legum opere vt ad arbitriũ ſuũ alias leges immiſceret, partim ex Platone deprõptas: partim ex arcanis Pontificũ cõmentariis erueret, non ſemper ſeruato ordine rerum quibus imponuntur vt poſteris hæc monumenta ſapientiæ relinqueret tanquam proprios fœtus fructuſque non aliunde acceptos, quamuis in quibuſdam laudet auctores ſuos quos celare non potuit. aliæ ſunt ex moribus Romanis, quas tamen ex Platonis auctoritate confirmat. Fuit ille vir bonus & eruditus quidem inter ætatis ſuæ doctos, eloquentiſſimus inter oratores ſed qui vanitate & ſtudio gloriæ, orationis ſuæ elegantiam maculauit, & vitæ ſuæ conſuetudinem amicis moleſtam importunamque reddidit. Præcedit lex de periurio non tantum Græcis ſed & Romanis moribus conſentanea cum qua hanc de inceſto coniunxit: tum omiſſa harum legum interpretatione. Sic ait: *Sed iam de periuriis, de inceſto nihil ſane hoc quidem loco diſputandum eſt, quod hic leges iſta non debuerint collocari.* Cur ergo huic ordini eas inſeruit? quia ad publicam religionem pertinebant. Sed hoc non tollit culpam. ſane religio Iuriſiur. pertinet ad contractus & ideo periurij ſanctio in tertium opus referri debuit: at inceſti, omnino ad publicæ religionis vindictam pertinet. Sed poſt legem de inceſto, peregrinam hic interpoſuit ex Platonis 4. de legib. vbi prohibet ab impio, placari donis iram deorum: quod ſuperfluum eſt nam primo cap. iam conſtitutum eſt vt pietas adhiberetur ab eo qui deos adiret, ideo tacite remouet impium ab adoratione: magis etiam a donis quæ ad placandam iram Dei offeruntur: quia opes etiam eadem lege amouentur: dona ſunt tam donaria rerum inanimatarum quam hoſtiarum, quarum animæ & ſanguis furorem deorum demulcent, ratio legis Platonicę apud Tullium ea eſt, quod vir bonus nemo ab improbo ſe donari velit, quanto grauius id ferret Deus. Fortaſſe dicet aliquis non eſſe inutile hoc Platonicum dogma: quia hic agitur de publica religione, in qua ſi quis commiſerit per imprudentiam antequam error expiatus ſit, impius eſt: vel ſi conſulto, ſemper eſt impius: vt ſacrilegus qui non debet donis iram placare quam rapina ſua prouocauit. Sed hæc non fuit intentio Tullij qui eam ſumpſit ex auctore qui Reip. Rom. nullo-

Legis Platonicæ explicatio.

modo leges accommodauit ſuas, quam non nouerat. Deinde iam dictum eſt in cap. ſacrum commiſſum, impios eſſe qui in religionem peccauerunt & expiandos non à ſe ſed à ſacerdotibus publicis quod ſi expiari non poſſint multo magis impios eſſe. quid ſi velint pro populo iram auertere? Sane hoc caſu fruſtra prohibetur ſpecialiter & expreſſe quod quod omnes poſſunt intelligere. Nam quomodo poteſt iram placare qui eam irritauit? in primum caput religionis impingeret. Quid ſi intelligatur de religione priuata vt ſi violata ſit non poſſit ab eo expiari qui in eam commiſit? neque hoc modo id accipi poteſt. Nam cap. primum ad vtramque religionem pertinet. idque patet ex eo quod nullam apponit pœnam humanam quia impietas ſeu priuatæ ſeu publicæ perſonæ in priuato vel pubico cognoſci non poteſt facile niſi palam commiſſa ſit: ideo in primo capite homo non vindicat ſed Deus: vnde tam ad priuatam quam publicam religionem ſpectat. Quod ſi publice publica religio offenſa ſit tunc ab homine publica pœna expiatur vt ſi quis auguri publico non paruerit capite plectitur, cap. interpretes ſupra: aut ſi quis ſacrilegium perpetrauerit, cap. prox. ſup. At ſi quis de induſtria in leges ſacras peccauerit cur non punitur cum in religionem publicam vel publice peccauerit? nam pronunciatur tantum impius. Verum in his cærimoniis certa pœna conſtitui non potuit: at potuit in impietate erga augurem & in ſacrilegio. vt patet ex illis capitibus expoſitis. at in cærimoniis videndum quis, vbi, & quare, ſacrum commiſerit & quomodo, & quis inde effectus ortus ſit. An Carnifici Conſulem dabis quod loco agni ouem immolauit? aut quod in exercitu taurum, (cum bouem debuiſſet,) ſi in Græcia caſtra habuiſſet? Si ritu vetere paulatim exoleſcéte nouum perfecerit iam ab aliis inchoatum? Si iuſſu principis alium ritum vſurpauerit? ſi inde victoria ſecuta ſit? iam diximus ſacra eſſe iuris ciuilis & mutari poſſe: ideo non mirum ſi publicæ vtilitati aut neceſſitati ſeruiant: & hæc ab exemplis poſſunt confirmari ex Plutarcho, Liuio, Valerio &c. Erit tamen impius qui humanæ vtilitati diuinam ſubiecit auctoritatem. Quid ſi male ceſſit mutata religio? non debuit hoc lege decidi; quod ſententiis Pontificum eſt decernendum. Cur ergo pœna veſtalium corruptarum eſt definita? quia nulla poteſt eſſe conſideratio quæ moueri potuerint ad ſcelus illud admittendum. pœna huius inceſti lege definita eſt: ideo ſacerdotum arbitrio relicta non eſt. Hæc lex eſt regia nimirum Numæ cuius inſtitutione religio veſtalium introducta eſt & proinde hac ſanctione eiuſdem principis, violatio religionis illius eſt vindicata. Seruius in Virgilium ait inceſtum generaliter accipi pro quacumque pollutione: Nonius ait inceſtum dici quaſi non caſtum quod pertinet ad omnes illegitimas coniunctiones; At Lactantius in Statium. *Ceſton (inquit) dicitur cingulum veneris quo vtitur ad honeſtas nuptias & quando virgo Cadmo nupſerat Harmonie ideoq; hoc innexit: nam ad turpes nuptias venus dicitur*

Qui conſulto in leges ſacras peccauit, non punitur.

Inceſtum quid.

non

non venire: ideo inceſtum dicitur quod ſacrato illo cingulo veneris non fuerit vinctum. Non tamen recedit à Nonio:differunt enim verbo, conueniunt ſenſu.Caſtum enim à Ceſto dictum eſt: hic tamen non agitur de generali inceſto ſed de eo quod in ſacras Virgines admittitur. Quia alia inceſta humano iure puniuntur vt in tertio libro poterit oſtendi: veſtales autem ſunt ſub Imperio & iuriſdictione Pontificis,non tantum quod eæ ſint Sacerdotes, ſed etiam quia lege Numæ hoc ei ſpecialiter attributum eſt vt in eas pro modo delicti animaduerteret. In delictis cæduntur interdum à Pontifice nudæ in loco obſcuro & obtento velo.at in ſtupro nulla alia pœna ſtatuta eſt quam vt viua defodiatur ex ſententia Pontificum auctore Plut. in Numa: & hoc ſpecialiter inceſtum dicitur, illeque inceſtus qui virginem illam ſtupro polluiſſet.Iuuenalis. *Pontifex iudex veſtalium.*

Inceſtus, cum quo nuper vittata iacebat
Sanguine adhuc viuo terram ſubitura ſacerdos.

Vittatam ait cuius caput diademate redimitum erat:ſed tamen coronæ illæ eximebantur vt infra. Supplicium ſane atrociſſimum eſt ſed acerbitatem ſupplicij, ſceleris magnitudo vincit. Nam primum ſtuprator infandum ſacrilegium facit (& ideo recte ſubiectus eſt titulus de inceſto, titulo de ſacrilegio) qui enim aurum vel argentum ſacrum ſubripuit capite plectitur vt parricida, quanto magis parricida eſt qui corpus & animam virginis ſanctiſſimis cærimoniis Deo dicatæ quaſi inter manus diuinitatis rapuit? præterea publica ſacra quæ per ſacras virgines pro populo fiunt in ſalutem ciuium concepta & in magnitudinem imperij fundata polluuntur & in contrarium finem cedunt:quia deorum iras excitant,vnde tot mala in ciuitatem cœlitus immittuntur Dionyſ.8. *Summum nefas in inceſto veſtalis.* μήνυσις ἀποδίδοται τοῖς ἱεροφάνταις ὅτι τῶν παρθένων μία τῶν φυλαττουσῶν τὸ ἱερὸν πῦρ, Ὀπιμία ὄνομα αὐτῇ, τὴν παρθενίαν ἀφαιρεθεῖσα μιαίνει τὰ ἱερά. οἱ δὲ ἔκ βασάνων τε καὶ τῶν ἄλλων ἀποδείξεων μαθόντες ὅτι τὸ μηνυόμενον ἦν ἀδίκημα ἀληθές: αὐτοὶ μὲν τῆς κορυφῆς ἀφελόμενοι τὰ στέμματα, καὶ πομπεύσαντες δι' ἀγορᾶς εἴσω τείχους ζῶσαν κατώρυξαν. Hæc de Opimia quam Pontifices detracto diademate viuam defoderunt:at eodem anno Floronia altera veſtalis voluntaria morte legitimam pœnam anteuertit. Quis Opimiam deflorauerit non declarat Dionyſ.at Liuius ait Floroniam à L. Cantilio ſcriba minorum Pontificum,violatam fuiſſe: de vtroque Dionyſ. ait ſumptum fuiſſe ſupplicium. *Viri inceſti pœna.* δύο δὲ τοὺς ἐλεγχθέντας διαπράξασθαι τὴν φθορὰν μαστιγώσαντες ἐν φανερῷ παραχρῆμα ἀπέκτειναν. Nam virum inter verbera necabant. Quia ſanguis aut vita ipſius ſacra non erat vt virginis de quo Liuius, *Qui cum Floronia ſtuprum fecerat à Pontifice Max. eo vſque virgis in comitio cæſus erat vt inter verbera expiraret.* Atqui ſi ſanguis veſtalium ſacer eſt cur virgis à Pontifice cędebatur? Verũ iſte ſanguis in ſacro funditur non vſque ad necẽ:is enim ſacer eſt in quo vita eſt: alioqui nefas eſſet virginibus illis gratia valetudinis medico venã ſecandam præbere:aut eis impium eſ-

modo leges accommodauit ſuas, quam non nouerat. Deinde iam dictum eſt in cap. ſacrum commiſſum, impios eſſe qui in religionem peccauerunt & expiandos non à ſe ſed à ſacerdotibus publicis quod ſi expiari non poſſint multo magis impios eſſe. quid ſi velint pro populo iram auertere? Sane hoc caſu fruſtra prohibetur ſpecialiter & expreſſe quod quod omnes poſſunt intelligere. Nam quomodo poteſt iram placare qui eam irritauit? in primum caput religionis impingeret. Quid ſi intelligatur de religione priuata vt ſi violata ſit non poſſit ab eo expiari qui in eam commiſit? neque hoc modo id accipi poteſt. Nam cap. primum ad vtramque religionem pertinet. idque patet ex eo quod nullam apponit pœnam humanam quia impietas ſeu priuatæ ſeu publicæ perſonæ in priuato vel pubico cognoſci non poteſt facile niſi palam commiſſa ſit: ideo in primo capite homo non vindicat ſed Deus: vnde tam ad priuatam quam publicam religionem ſpectat. Quod ſi publice publica religio offenſa ſit tunc ab homine publica pœna expiatur vt ſi quis auguri publico non paruerit capite plectitur, cap. interpretes ſupra: aut ſi quis ſacrilegium perpetrauerit, cap. prox. ſup. At ſi quis de induſtria in leges ſacras peccauerit cur non punitur cum in religionem publicam vel publice peccauerit? nam pronunciatur tantum impius. Verum in his cærimoniis certa pœna conſtitui non potuit: at potuit in impietate erga augurem & in ſacrilegio. vt patet ex illis capitibus expoſitis. at in cærimoniis videndum quis, vbi, & quare, ſacrum commiſerit & quomodo, & quis inde effectus ortus ſit. An Carnifici Conſulem dabis quod loco agni ouem immolauit? aut quod in exercitu taurum, (cum bouem debuiſſet,) ſi in Græcia caſtra habuiſſet? Si ritu vetere paulatim exoleſcẽte nouum perfecerit iam ab aliis inchoatum? Si iuſſu principis alium ritum vſurpauerit? ſi inde victoria ſecuta ſit? iam diximus ſacra eſſe iuris ciuilis & mutari poſſe: ideo non mirum ſi publicæ vtilitati aut neceſſitati ſeruiant: & hæc ab exemplis poſſunt confirmari ex Plutarcho, Liuio, Valerio &c. Erit tamen impius qui humanæ vtilitati diuinam ſubiecit auctoritatem. Quid ſi male ceſſit mutata religio? non debuit hoc lege decidi, quod ſententiis Pontificum eſt decernendum. Cur ergo pœna veſtalium corruptarum eſt definita? quia nulla poteſt eſſe conſideratio qua moueri potuerint ad ſcelus illud admittendum. pœna huius inceſti lege definita eſt: ideo ſacerdotum arbitrio relicta non eſt. Hæc lex eſt regia nimirum Numæ cuius inſtitutione religio veſtalium introducta eſt & proinde hac ſanctione eiuſdem principis, violatio religionis illius eſt vindicata. Seruius in Virgilium ait inceſtum generaliter accipi pro quacumque pollutione. Nonius ait inceſtum dici quaſi non caſtum quod pertinet ad omnes illegitimas coniunctiones. At Lactantius in Statium. *Ceston (inquit) dicitur cingulum veneris quo vtitur ad honeſtas nuptias & quando virgo Cadmo nupſerat Harmonia ideo hoc cinxit. nam ad turpes nuptias venus dicitur*

Qui conſulto in leges ſacras peccauit, non punitur.

Inceſtum quid.

non

non venire: ideo inceſtum dicitur quod ſacrato illo cingulo veneris non fuerit vinctum. Non tamen recedit à Nonio: differunt enim verbo, *Pontifex iudex* conueniunt ſenſu. Caſtum enim à Ceſto dictum eſt: hic tamen non *veſtalium.* agitur de generali inceſto ſed de eo quod in ſacras Virgines admititur. Quia alia inceſta humano iure puniuntur vt in tertio libro poterit oſtendi: veſtales autem ſunt ſub Imperio & iuriſdictione Pontificis, non tantum quod eæ ſint Sacerdotes, ſed etiam quia lege Numæ hoc ei ſpecialiter attributum eſt vt in eas pro modo delicti animaduerteret. In delictis cæduntur interdum à Pontifice nudæ in loco obſcuro & obtento velo. at in ſtupro nulla alia pœna ſtatuta eſt quam vt viua defodiatur ex ſententia Pontificum auctore Plut. in Numa: & hoc ſpecialiter inceſtum dicitur, illeque inceſtus qui virginem illam ſtupro polluiſſet. Iuuenalis.

Inceſtus, cum quo nuper vittata iacebat
Sanguine adhuc viuo terram ſubitura ſacerdos.

Vittatam ait cuius caput diademate redimitum erat: ſed tamen coronæ illæ eximebantur vt infra. Supplicium ſane atrociſſimum eſt ſed acerbitatem ſupplicij, ſceleris magnitudo vincit. Nam primum ſtuprator infandum ſacrilegium facit (& ideo recte ſubiectus eſt titulus de inceſto, titulo de ſacrilegio) qui enim aurum vel ar- *Summum nefas in inceſto* gentum ſacrum ſubripuit capite plectitur vt parricida, quanto *veſtalis.* magis parricida eſt qui corpus & animam virginis ſanctiſſimis cærimoniis Deo dicatæ quaſi inter manus diuinitatis rapuit? præterea publica ſacra quæ per ſacras virgines pro populo fiunt in ſalutem ciuium concepta & in magnitudinem imperij fundata polluuntur & in contrarium finem cedunt: quia deorum iras excitant, vnde tot mala in ciuitatem cœlitus immittuntur Dionyſ. 8. μήνυσις ἀποδίδοται τοῖς ἱεροφάνταις ὅτι τῶν παρθένων μία τῶν φυλαττουσῶν τὸ ἱερὸν πῦρ, Ὀπιμία ὄνομα αὐτῇ, τὴν παρθενίαν ἀφαιρεθεῖσα μιαίνει τὰ ἱερά. οἱ δὲ ἐκ βασάνων τε καὶ τῶν ἄλλων ἀποδείξεων μαθόντες ὅτι τὸ μηνυόμενον ἦν ἀδίκημα ἀληθές· αὐτοὶ μὲν τῆς κορυφῆς ἀφελόμενοι τὰ στέμματα, καὶ πομπεύσαντες δι' ἀγορᾶς εἴσω τείχους ζῶσαν κατώρυξαν. Hæc de Opimia quam Pontifices detracto diademate viuam defoderunt: at eodem anno Floronia altera veſtalis voluntaria morte legitimam pœnam anteuertit. Quis Opimiam deflorauerit non declarat Dionyſ. at Liuius ait Floroniam à L. Cantilio ſcriba mino- *Viri inceſti* rum Pontificum, violatam fuiſſe: de vtroque Dionyſ. ait ſumptum *pœna.* fuiſſe ſupplicium. δύο δὲ τοὺς ἐλεγχθέντας διαπράξασθαι τὴν φθορὰν μαστιγώσαντες ἐν φανερῷ παραχρῆμα ἀπέκτειναν. Nam virum inter verbera necabant. Quia ſanguis aut vita ipſius ſacra non erat vt virginis de quo Liuius, *Qui cum Floronia ſtuprum fecerat à Pontifice Max. eo vſque virgis in comitio cæſus erat vt inter verbera expiraret.* Atqui ſi ſanguis veſtalium ſacer eſt cur virgis à Pontifice cædebatur? Verû iſte ſanguis in ſacro funditur non vſque ad neceſſis enim ſacer eſt in quo vita eſt: alioqui nefas eſſet virginibus illis gratia valetudinis medico venã ſecandam præbere: aut eis impium eſ-

cruor ſacræ virginis an ſit ſacer. ſet ſi ſanguinem naribus effunderet, natura impellente. Quod falſum eſt. pium eſt igitur emendationis gratia Pontifici ſummo cruorem virginis excutere è corpore ſacro, ne ſi leuiora delicta impunita eſſent in grauiora ſpe impunitatis aut non correctæ culpæ conſuetudine, laberentur. Vterque ibi animam reddit vbi deliquit: vir in comitio: virgo corrupta iuxta portam Capenam in tumulo quodam intra muros (vt ex loco Dionyſij mox adducto patet) vbi ſubterranea domuncula conſtruebatur, & in ea defodiebatur teſte Plut. in Numa: qui locus ſceleratus campus appellabatur auctore Feſto. Hoc genere ſupplicij vtebantur vt eo modo ipſa fato ſuo defeciſſe videretur non hominum violentia, ideo eam in domo illa deponebant, & ne eam rebus ad vitam neceſſariis priuaſſe viderentur relinquunt ardentem lucernam, parũ panis & lactis & aquę, iis tamen cærimoniis ſe non ſolui religione crediderunt quod corpus ſanctiſſimis conſecratum myſteriis ſuſtulerint. Idcirco ſingulis annis eis ad locum in quo defoſſæ ſunt publici Sacerdotes parentant quaſi deæ inter Manes factæ ſint. Plutar. in quæſt. Rom. quæſt. 96. καὶ οὐδὲ τοῦτον τὸν τρόπον ἀφοσιωσάμενοι τὴν δεισιδαιμονίαν ἐκπεφεύγασιν ἀλλὰ μέχρι νῦν ἐναγίζουσιν οἱ ἱερεῖς ἐκεῖ βαδίζοντες ἐπὶ τὸν τόπον. Hic non videntur conſentire ſcriptores rerum Romanarum. Nam Dionyſius ait ceſſaſſe iram deorum & calamitates
Inceſta veſtalis poſt mortem dea. ſimulatque de inceſtis legitima ſupplicia ſumpta ſunt. καὶ μετὰ τοῦτο καλὰ τὰ ἱερὰ καὶ τὰ μαντεύματα ὡς ἀφεικότων αὐτοῖς τῶν θεῶν τὸν χόλον ἐγένετο: Liuius ſecus in hæc verba, *Cum inter tot, vt fit, clades in prodigium verſum eſſet, Decemuiri libros adire iuſſi ſunt & Q. Fabius Pictor Delphos ad oraculum miſſus ſciſcitatum quibus precibus ſupplicationibuſque deos poſſent placare & quænam futura finis tantis cladibus foret: interim ex fatalibus libris ſacrificia aliquot extraordinaria facta inter quæ gallus & galla, Græcus & Græca, in foro boario ſub terram viui demiſſi ſunt in locum ſaxo conſeptum ibi ante hoſtiis humanis minime romano ſacro imbutum.* Sed de hoc cum extra ordinem factum ſit inter Romanos mores relatum non eſt à Dionyſio. Virgines autem antequam viuæ defoderentur, à Pontifice ſummo
Exauctoratio ſacerdotis. exauctorari debebant. Quia ſemper nefas eſt habitum, perſonas ſacras & acquiſitas diuinitati iudicio hominis, ante fata ſua de medio tollere: ſed ſoluitur religio iiſdem cærimoniis quibus eſt con-
Precum conceptio. ſtituta, precibus tamen in contrarium conceptis ad execrationem inceſtæ: quia certa precum conceptione conſecrata eſt. Primum exauctorationis ſignum eſt ademptio coronæ: in qua eſt Symbolum poteſtatis ſacræ vt diximus alibi, deinde conceptione precum exauctoratur quas porrectis ad cœlum manibus arcanas tacite fundit ipſe Pontifex teſte Plut. in Numa: ad hoc Feſtus, *Probrum* (inquit) *Virginis veſtalis vt capite puniretur. vir qui eam inceſtauiſſet, verberibus necaretur lex fixa in atrio libertatis cum multis aliis legibus incendio conſumpta eſt vt ait M. Cato in ea oratione quæ de auguribus inſcribitur; adiicit quoque virgines veſtales ſacerdotio exauctoratas*, &c.

Igitur, cum vtrique moriendum ſit, & ex ſententia Pontificum, recte hic ſancitur vt Pontifices inceſtum puniant ſupremo ſupplicio. Non eſt autem nouum ſupplicium Veſtalis nam & apud Perſas qui ſacra vel voce vel facto palam polluiſſet viuus defodebatur in terra. Ariſtides. κατὰ τῶν ἐξορχουμένων Hunc morem refert in hæc verba. ὑμεῖς τοίνυν ὅταν εἰς ψαλτρίας ταῦτ᾽ ἴδητε καὶ τὰ τῶν μουσῶν ὄργια ἐξάγητε ἐν τῷ δημοσίῳ, πότερον φιλοτιμίας δικαίως ἂν ἀμφισβητοίητε, ἢ ζῶντες ἂν κατορύττοισθε παρ᾽ σοι: Etiamſi fidicinæ muſarum orgia polluerint in publico, tamen non puniuntur, ſed honoris gratia, certant quæ ſit in fidibus pulſandis doctior: ad imitationem Sirenum quæ aduerſus muſas honoris cauſa decertarunt. At grauius agitur cum iis qui ſacra palam polluerunt non gratia gloriæ. His videtur aduerſari Seneca 1. controuerſiar. declam. 3. Vbi legem fingit de inceſta veſtali & pœnam ſtatuit qua è ſaxo præcipitaretur: quod abſurde fingeretur ſi legibus aliud inceſtæ ſupplicium ſtatutum eſſet. Verum accommodat hanc pœnam ad ſpeciē quam fingit. Quoniam damnata antequam pœnam pateretur, opem implorauit veſtæ: deiecta eſt: vixit poſt pœnam: quæritur an pœna poſſit in eam iterari: ſi viua defoderetur quæſtio nulla eſſet. Sed nonne potuit aliam quam veſtalem in crimen fictum adducere? potuit. Non tamen ita probabiliter. Nam veſtales quæ inſimulantur impudicitiæ, deæ poteſtate liberantur ſi ſint inſontes vt Claudia: quod de alia proditum non eſt. Igitur & poſt Senecam hæc pœna antiqua remanſit, quod probatur ex teſtimonio Iuuenalis ſupra adducto, qui poſt Senecam ſcripſit & poſt vtrumque Herodianus libro 4. *Lex Perſarū.*

AXIOMATA.

HÆC lex à Numa ſancita, ſummo Pontifici ſpeciale imperium attribuit in animaduertendo in virgines veſtales earumque corruptores, eas modo virgis in occulto cædendo, modo corruptorem corruptamque capite plectendo: eæ viuæ defodiebantur in vrbe, & honores diuini ei reddebantur vt anima tam ſanctis conſecrata myſteriis in ſalutem Romæ, non pereat, nec corpus iiſdem cærimoniis ſanctificatum alienetur.

SANGVIS perſonæ ſacræ in quo vita eſt, ſacer eſt, non is, qui ſponte fluit aut ex emendatione

cruor ſacræ virginis an ſit ſacer. ſet ſi ſanguinem naribus effunderet, natura impellente. Quod falſum eſt. pium eſt igitur emendationis gratia Pontifici ſummo cruorem virginis excutere è corpore ſacro, ne ſi leuiora delicta impunita eſſent in grauiora ſpe impunitatis aut non correctæ culpæ conſuetudine, laberentur. Vterque ibi animam reddit vbi deliquit: vir in comitio: virgo corrupta iuxta portam Capenam in tumulo quodam intra muros (vt ex loco Dionyſij mox adducto patet) vbi ſubterranea domuncula conſtruebatur, & in ea defodiebatur teſte Plut. in Numa: qui locus ſceleratus campus appellabatur auctore Feſto. Hoc genere ſupplicij vtebantur vt eo modo ipſa fato ſuo defeciſſe videretur non hominum violentia, ideo eam in domo illa deponebant, & ne eam rebus ad vitam neceſſariis priuaſſe viderentur relinquunt ardentem lucernam, parũ panis & lactis & aquæ, iis tamen cærimoniis ſe non ſolui religione crediderunt quod corpus ſanctiſſimis conſecratum myſteriis ſuſtulerint. Idcirco ſingulis annis eis ad locum in quo defoſſæ ſunt publici Sacerdotes parentant quaſi deæ inter Manes factæ ſint. Plutar. in quæſt. Rom. quæſt. 96. καὶ οὐδὲ τοῦτον τὸν τρόπον ἀφοσιωσάμενοι τὴν δεισιδαιμονίαν ἐκπεφεύγασιν ἀλλὰ μέχρι νῦν ἐναγίζουσιν οἱ ἱερεῖς ἐκεῖ βαδίζοντες ἐπὶ τὸν τόπον. Hic non videntur conſentire ſcriptores rerum Romanarum. Nam Dionyſius ait ceſſaſſe iram deorum & calamitates

Inceſta veſtalis poſt mortem dea. ſimulatque de inceſtis legitima ſupplicia ſumpta ſunt. καὶ μετὰ τοῦτο καλὰ τὰ ἱερὰ καὶ τὰ μαντεύματα ὡς ἀφεικότων αὐτοῖς τῶν θεῶν τὸν χόλον ἐγένετο: Liuius ſecus in hæc verba; *Cum inter tot, vt fit, clades in prodigium verſum eſſet, Decemuiri libros adire iuſſi ſunt & Q. Fabius Pictor Delphos ad oraculum miſſus ſciſcitatum quibus precibus ſupplicationibuſque deos poſſent placare & quænam futura finis tantis cladibus foret: interim ex fatalibus libris ſacrificia aliquot extraordinaria facta inter quæ gallus & galla, Græcus & Græca, in foro boario ſub terram viui demiſſi ſunt in locum ſaxo conſeptum ibi ante hoſtiis humanis minime romano ſacro imbutum.* Sed de hoc cum extra ordinem factum ſit inter Romanos mores relatum non eſt à Dionyſio. Virgines autem antequam viuæ defoderentur, à Pontifice ſummo

Exauctoratio ſacerdotis. exauctorari debebant. Quia ſemper nefas eſt habitum, perſonas ſacras & acquiſitas diuinitati iudicio hominis, ante fata ſua de medio tollere: ſed ſoluitur religio iiſdem cærimoniis quibus eſt con-

Precum conceptio. ſtituta, precibus tamen in contrarium conceptis ad execrationem inceſtæ: quia certa precum conceptione conſecrata eſt. Primum exauctorationis ſignum eſt ademptio coronæ: in qua eſt Symbolum poteſtatis ſacræ vt diximus alibi, deinde conceptione precum exauctoratur quas porrectis ad cœlum manibus arcanas tacite fundit ipſe Pontifex teſte Plut. in Numa: ad hoc Feſtus, *Probrum* (inquit) *Virginis veſtalis vt capite puniretur vir qui eam inceſtauiſſet, verberibus necaretur lex fixa in atrio libertatis cum multis aliis legibus incendio conſumpta eſt vt ait M. Cato in ea oratione quæ de auguribus inſcribitur; adiicit quoque virgines veſtales ſacerdotio exauctoratas.* &c.

Igitur cum vtrique moriendum ſit, & ex ſententia Pontificum, recte hic ſancitur vt Pontifices inceſtum puniant ſupremo ſupplicio. Non eſt autem nouum ſupplicium Veſtalis nam & apud Perſas qui ſacra vel voce vel facto palam polluiſſet viuus defodebatur in terra. Ariſtides. κατὰ τῶν ἐξορχουμένων Hunc morem refert in hæc verba. ὑμεῖς τοίνυν ὅταν εἰς ψαλτρίας τὰ πάθη καὶ τὰ τῶν μυστῶν ὄργια ἐξορχήσηται εἰ τῷ δημοσίῳ, ποτέρου φιλοτιμίας δικαίως ἂν ἀμφισβητοίητε, ἢ ζῶντας ἂν κατορύττοιτε ἀφροσύνῃ: Etiamſi fidicinæ muſarum orgia polluerint in publico, tamen non puniuntur, ſed honoris gratia, certant quæ ſit in fidibus pulſandis doctior: ad imitationem Sirenum quæ aduerſus muſas honoris cauſa decertarunt. At grauius agitur cum iis qui ſacra palam polluerunt non gratia gloriæ. His videtur aduerſari Seneca 1. controuerſiar. declam. 3. Vbi legem fingit de inceſta veſtali & pœnam ſtatuit qua è ſaxo præcipitaretur: quod abſurde fingeretur ſi legibus aliud inceſtæ ſupplicium ſtatutum eſſet. Verum accommodat hanc pœnam ad ſpeciē quam fingit. Quoniam damnata antequam pœnam pateretur, opem implorauit veſtæ: deiecta eſt, vixit poſt pœnam; quæritur an pœna poſſit in eam iterari: ſi viua defoderetur quæſtio nulla eſſet. Sed nonne potuit aliam quam veſtalem in crimen fictum adducere? potuit. Non tamen ita probabiliter. Nam veſtales quæ inſimulantur impudicitiæ, deæ poteſtate liberantur ſi ſint inſontes vt Claudia: quod de alia proditum non eſt. Igitur & poſt Senecam hæc pœna antiqua remanſit, quod probatur ex teſtimonio Iuuenalis ſupra adducto, qui poſt Senecam ſcripſit & poſt vtrumque Herodianus libro 4.

Lex Perſarū.

AXIOMATA.

HÆC lex à Numa ſancita, ſummo Pontifici ſpeciale imperium attribuit in animaduertendo in virgines veſtales earumque corruptores, eas modo virgis in occulto, cædendo, modo corruptorem corruptamque capite plectendo: eæ viuæ defodiebantur in vrbe, & honores diuini ei reddebantur vt anima tam ſanctis conſecrata myſteriis in ſalutem Romæ, non pereat, nec corpus iiſdem cærimoniis ſanctificatum alienetur.

SANGVIS perſonæ ſacræ in quo vita eſt, ſacer eſt, non is qui ſponte fluit aut ex emendatione

modica: quia nec vitam conſecrati animantis continet aut ſuſtinet, nec partem facit ipſius, alioquin eo effuſo mutilum eſſet totum, eſt enim diminutio quantitatis ex ſanguine cum afflictione corporis: quantitas non poteſt facere partem in ſubſtantia, quia eſt accidens.

SACERDOS exauctorari debet ſacerdotio, antequam humano iudicio pœnam patiatur: exauctoratio fit in contrarium actis iis quæ in conſecratione celebrata ſunt, & precibus in execrationem conceptis: poſt exauctorationem ob polluta ſacra viua defodiebatur more Perſarum: inceſtus autem ad necem à Pontifice verberabatur in vrbe vt ibi ſui ſanguinis effuſione deorum iram placaret vbi eam excitauerat.

SANCTE VOTA REDDVNTO: pœna violati iuris eſto.

CAP. XX.

Votum quid. RECTE poſt inceſtum Veſtalium ſubiungitur titulus de voto. Nam in eo inceſto, voti etiam religio volatur: quoniam publico voto conſecratæ ſunt. Votum eſt pia ſponſio qua quis priuatim vel publice, Deo ſe obligat ad aliquid, in honorem eius dandum vel faciendum. Sponſio hic non eſt accipienda cum neceſſitate formulæ, & conceptionis verborum. Nam ſponſalia quæ à ſponſione dicta ſunt, etiam nudo conſenſu conſtant l. 4. ff. de ſponſal. & tacita ſtipulatio intelligitur in fauorem pupilli arrogati ex reſcripto principis introducta l. his verbis §. vltimo ff. de adopt. & dotis cauſa §. fuerat iuſtit. de act. quanto magis humanæ ſolennitates, auctoritate diuina ſupplebuntur? Igitur ſi quis deliberata re & perpenſa, taci-

tus intra ſe vouerit, perinde Deo obſtringitur, ac ſi palam votum nuncupaſſet: hæc tacita vota frequentiora ſunt & priuata: quæ pudor eſt enunciare cum à Deo poſtulent quæ ne ab homine quidem peti deberent. vnde Tibullus. *Tacita vota obligant.*

Optat idem iuuenis quæ nos, ſed tutius optat
Nam pudet hæc illum dicere vota palam.

Seneca Epiſtola 10. *Turpiſſima vota Diis inſuſurrant, ſi quis admouerit aurem conticeſcent, & quod ſcire hominem nolunt Deo narrant: vide ergo ne hoc præcipi ſalubriter poſſit, ſic viue cum hominibus, tanquam Deus videat, ſic loquere cum Deo, tamquam homines audiant.* Cur ergo dixi votum piam eſſe ſponſionem cum tantæ impietati formam det? Verum iis caſibus, votum non eſt; vt nec humana ſponſio, quæ ſi turpis ſit ipſo iure nullius momenti eſt l. generaliter ff. de verb. oblig. ſi ſit turpitudo contra iuſgentium: ſi vero contra ius ciuile, officio Prætoris ex ea denegatur actio l. ſequente veſiculo ſed & officio. ideo differt l. generaliter, à d. l. ſequente illo verſiculo: nec obſtat quod ait, *Huiuſmodi*, nam omnes turpes ſtipulationes eiuſdem modi ſunt vt nullum habeant effectum. Differunt tantum ratione, non re. ex illis ſtipulationibus non naſcitur actio: at ex his denegatur: aut ſi denegata non ſit, exceptio datur qua infirmatur actio. Duo tamen eſſe videntur actionem denegare & exceptionem dare l. quid tamen §. ſi quis ex litigatoribus ff. de recept. & qui arb. recep. vbi duo hæc diſtincte ſeparantur. Verum id ex cauſarum circunſtantiis diſtingue vt ſi litigator ob publicam cauſam impediatur, denegetur actio, ſi ob priuatam detur exceptio; in turpibus vero cauſis ſi ipſo iure ſtipulatio non ſit nulla, idem. Sed tamen turpitudinis grauitas deſiderat officium magiſtratus vt non patiatur vſque ad exceptionem iudicium progredi d. l. 27. de verb. ob. Nam prætoris eſt dare etiam ciuiles actiones l. 1. in prin. ff. ſi pars hered. pet. ergo eiuſdem eſt denegare ſed tum denegat cum tam turpis eſt iure ciuili ſtipulatio vt nullus magiſtratus cuius de ea ſtipulatione notio eſt, ex ea ſit actionem daturus vt in dolo diſtinguitur, in quo eſt differentia maioris & minoris l. 1. §. idem Pomponius ff. de dolo quo caſu etiam ſine vlla exceptione debet reum abſoluere l. 1. C. de condict. ob. turp. cauſ. nec obſtat l. mercalem C. eod. nam ibi denegatur actio ipſa iuris auctoritate, non officio iudicis. Cum autem officio Prætoris actiones denegantur etiamſi omiſſa ſit exceptio, reus tamen eſt abſoluendus: at vbi debuit opponi exceptio, ſi omiſſa ſit iure condemnatus eſt l. Papinianus in fine ff. de publiciana. Si tamen exceptio ſit ciuilis vt Senatuſconſulto introducta dicuntur denegari actiones, ſed dāta exceptione vt ſi filiuſf. contra Senatuſconſultum Maced. obligatus ſit, quod alias explicabitur. ſufficiat demonſtraſſe in turpitudine contra iuſgentium nullam prorſus eſſe ſponſionem; quia eſt etiam contra ius ciuile, cum iuſgentium ciuile etiam magna ex parte contineat. At in ea quæ tantum contra ius ciuile eſt, vt metus, vis, &

Turpis ſponſio nulla.

Differt, denegare actionem iuris auctoritate: & officio magiſtratus.

Cur vis, metus, dolus non ſunt contra iuſgent.

dolus quæ non faciunt inutilem ipſo iure ſtipulationem actio per exceptionem eluditur l. penult. C. de inutil. ſtip. l. penult. C. de condict. ob turp. cauſ. Cur hæc non ſunt turpia iure g. quia violentia armorum, metu hoſtium, & dolo quem vocant bonum imperia publica conſtituta, conſeruata, & aucta ſunt. ſed nimium his immoror ſi turpis ſponſio inter homines nulla ſit, multo minus valebit erga Deum cum quo facta eſt: & ſic hæc ſponſio nulla eſt. nihilominus is qui impio voto diuinitatem offendit, obſtrictus & obnoxius manet erga Deum reus impietatis non vt rem votam exſoluat ſed pœnam ſui ſceleris. Nonne eſt bonæ fidei obligatio cũ Deo cõtracta? ſtipulatio dotis eius eſt naturę vt nulla ſit quæ per metũ extorta eſt l. ſi mulier §. ſi dos ff. quod met. cauſ. Igitur nulla eſt obligatio voti quæ turpiter aut ſcelerate cõcepta eſt: nec diſtinguendũ eſt ius gentiũ à iure ciuili, quia corã Deo vna eſt & ſimplex iuſtitia.

Qui turpi ex cauſa vouit ex impietate obligatur.

Pie ergo vouẽdũ eſt: quod vt fiat ſeparãdus eſt à corporis fragilitate animus vt purior efficiatur & Deo ſimilior: quod piis meditationibus & ſecreta contemplatione ad ſolem intellectus directa peragitur non ſuſurris aut clamoribus orationum vt ſolus ad ſolum accedere poſſit Plotinus ennead. 5. libro 1. cap. 6. θεὸν αὐτὸν ἐπικαλεσάμενος· οὐ λόγῳ γεγωνῷ ἀλλὰ τῇ ψυχῇ ἐκτείνασιν ἑαυτοὺς εἰς εὐχὴν πρὸς ἐκεῖνον εὔχεσθαι, τὸν τρόπον τοῦτον δυναμένους μόνους πρὸς μόνον. Non eſt tamẽ inutilis ratio: imo neceſſaria eſt ei qui linguam habet expeditam, quæ eſt organum orationis, oratio, deuotæ affectionis Symbolũ; ſed pia meditatio debet anteuertere preces, vt naturæ ordo ſeruetur quo rerum cauſæ & principia ſuos præuertant effectus.

Oratio poſt meditationem.

Romani vota nuncupantes ſummo mane orabant & in argumentum ſacræ feſtiuitatis alba veſte induebantur vt ſacra ſolennia peragerent, ſine quibus nefas erat vota nuncupari. Tullius Philipp. 3. *Neglectiſque ſacrificiis ſolennibus ante lucem vota ea quanumquam ſolueret nuncupauit.* Et hoc de publicis votis: idem quoque in priuatis Perſius Saty. 2.

Aſt ego nutrici non mando vota, negato
Iuppiter hæc illi quamuis albata rogarit.

Albati vouebant.

Albata id eſt rebus diuinis operam dans. In veſte alba eſt ſignum puritatis interioris. Signis illi omnia diuina componunt vt in myſteriis oſtendi, exiſtimantes exteriori candore, ſe gratos fore ſuis numinibus quaſi ſignum pro re ſignificata accipiant, cum tamen habeant animam tot tantiſque vitiorum ſordibus inquinatam & ſcelerum furiis agitatam: Philo Iudæus. περὶ τοῦ Κάϊν· καὶ λευχειμονοῦντες μὲν εἰς τὰ ἱερὰ βαδίζειν σπουδάζουσιν, ἀκηλιδώτους ἐσθῆτας ἀμπεχόμενοι, διάνοιαν δὲ κεκηλιδωμένην ἄχρι τῶν ἀδύτων εἰσάγοντες οὐκ αἰδοῦνται. Vouebant etiã cum lampade & cereis accenſis quod Græcis primum in vſu fuiſſe innuit Seneca in Agamemnone.

Vouebant cum lampade.

Tibi votiuam matres graiæ
Lampada iactant.

Priuati & humiliores vota faciebant pro ſalute potentiorum, & cli-

entes patronorum: & in argumentum iſtius voti, mittebant ſinguli cereos accenſos ex quorum igne oſtenditur amor & obſequium vouentis erga eos quibus mittuntur. Varro 4. de ling. Lat. *Quare quod cœlum principium ab ſatu, is dictus ſaturnus & quod ignis ſaturnalibus hoc eſt cerei ſuperioribus mittuntur.* cereos mittebant reſpicientes honorem eorum quibus pro munere mittebantur: humiliores enim non cereis ſed candelis vtebantur: Feſtus cereos ſaturnalibus muneri dabant, humiliores potentioribus: quia candelis pauperes, locupletes cereis vtebantur. Hoc munus tenuiſſimum eſt. ſed ignis ſeu lumen votiuum eſt ſummi amoris indicium vt innuit Antipater 6. Epig.

Λαμπάδα κηροχίτωνα. χρόνυ τυφήρεα λύχνον
Σχοίνῳ καὶ λεπτῇ σφιγγόμενον παπύρῳ
Ἀντίπατρος Πείσωνι φέρει γέρας: ἢν δέ μ' ἀνάψας
Εὔξηται, λάμψω φέγγος ἀκυθερες

Ex quo patet cereos cum mitterentur ardentes fuiſſe: nam λάμπας quid aliud ſignificat? Tum in his verbis, τυφήρεα λύχνον fumigantem lychnum. γέρας autem oſtendit, hoc muneris & honorarij iure offerri à cliente, patrono: ſequitur ἢν δέ μ' ἀνάψας εὔξηται, loquitur cereus, poſtquam me accēdit, ſi votum fecerit Saturno, & ſalutem Piſoni cui me fert, precatus fuerit, lucebo luce quę ad Dei aures perueniet lux non peruenit ad aures ſed oculos: verum intelligit preces & vota quę vi lucis ad Dei aures perferuntur mittebantur & alia dona ſed hæc nihil ad votũ Atqui cur potius Saturno lucē faciũt vouendo, quā aliis Diis? quia deorũ pater eſt, & inter deos potes: nā ex Varrone Saturnus pro cœlo accipitur & ad eum principia rerum referuntur, & pro ſole qui cœli Dominus eſt. κρόνος idem eſt quod χρόνος id eſt tempus mutata aſpirata in tenuē vt Deus à ſuo effectu diſtingueretur. Sol autem tempora perfecta metitur ſuo curſu. Geneſeos 1. Vbi licet Luna etiam tempora metiatur, id tamē ſub ductu ſolis eſt intelligendum Macrob 1. Sat., cap. 22. *Saturnus* (inquit) *ipſe qui auctor eſt temporum & ideo à Græcis immutata littera κρονος quaſi, χρονος vocatur, quid aliud niſi ſol intelligendus eſt cum tradatur ordo elementorum, temporum numeroſitate diſtinctus, luce patefactus, nexus æternitate traductus, viſione diſcretus, quæ omnia actum ſolis oſtendunt.* Igitur primum Saturno vouent data luce vt ei gratiſſima, quaſi hac ipſa terreſtri tamquam ſui imagine delectetur. Cur non ſoli ſeu Apollini? cur non Ioui qui etiam deorum pater eſt? quia Italia ſacra eſt Saturno qui eius tutor eſt: ideo Saturnia dicitur & Latium. mos tamen à Pelaſgis defluxit qui cum ſedes quærerent oraculo Dodonæo iuſſi ſunt quærere Saturniam terram vbi ſacrificarent Diti capita, & patri virum vel lumina, ſic enim inuenitur apud Macrob. Sat. 1. cap. 7.

Καὶ κεφαλὰς Ἅδῃ καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα.

Hinc ait ille ortum eſſe morem cereos mittendi Saturnalibus. Cum enim prius virum Saturno & hominum capita ſingulis annis immo-

Cur vouendo lucem faciunt Saturno.

Loco viri, datur cerei accenſi.

larent Diti cœpit mos iſte mutari vt loco viri cerei accenderentur, interpretata voce φῶτα quæ in ſingulari virum, in plurali, lumina ſignificat. Verum eſt dæmones caute ſibi ſanguinem hominis poſtulaſſe: ſed manifeſta crudelitas fidem diuinitati poterat abrogare: ideo ſuſpenſos ſępe orationis ambiguitate, & obſcuritate, animos hominum tenuiſſe: inde ſub æquiuoca voce multas cædes patratas fuiſſe. Abſurdum tamen videtur vt à Deo iam in poſſeſſione humanæ victimæ conſtituto nec conquerente de pollutione ſacrorum prætextu nouę interpretationis tam pretioſa eripiatur victima. Deinde quid habent commune capita cum cereis? Vere igitur hæc vox ſenſu proferentis virum ſignificat. Sed quia durum hoc videbatur mutatum eſt: Arnobius 2. *Ante aduentum in Italia Herculis cum Apollinis monitu patri diti ac Saturno humanis capitibus ſupplicaretur, & hunc ſimiliter morem, non fraude callidula & nominum ambiguitate mutaſtis?* Hic vocat patrem Ditem, cum tamen in oraculo Saturnus patris nomine ſignificetur. Hæc opinio quamquam nobiles habet aſſertores, errore non vacat. Neque enim hæc ſimulacra in Tiberim iaciebantur eo tempore quo Saturnalia celebrabantur quæ fiebant ad 14. Kalendas Ianuarias Macrob. 1. cap. 10. at hæc ſimulacra hominum, de ponte iaciebantur idibus Maij teſte Plutarcho quæſt. Rom. 32. & plane oſtendit Dionyſ. 1. ergo ſi Saturno ſimulacra hominum offeruntur, non offerentur cerei: aut ſi cerei ſimul & idola, non fit hoc Saturnalibus nec menſe Decembri ſed Maio: quod ſi ſepares Ditem ab eo, vt Diti Argei proiiciantur Maio; Saturno cerei accendantur Decembri, male ex Arnobio dices Ditem patrem eſſe cui dantur capita ficta cum in oraculo cuius de ſenſu agebatur, Saturnus ſit pater quem volunt luminibus illis non viri anima delectari. Antiqui autores non conſentiunt: ſed inter has tenebras fas mihi ſit accendere cereum & lumen non Saturno ſed nobis facere. Caſci illi ſeu cæci mortales non multum à beluis diſcrepantes ad motum rudis & imperfectæ naturæ vel dæmonum furiis impulſi, in ſeipſos ferarum more ſeuiebant. Sed ætas prudentiæ magiſtra pedetentim deterſit hanc craſſam & beluinam ignorantiam, ita vt qui loca vbi poſtea Roma condita eſt, incolebant Saturnum Deum ſuum potem humano cruore placarent viri ſexagenarij. Grata enim eſt hoſtia Saturno qui ſenex fingitur & Deus temporis cuius vi ſeneſcũt omnia, aut Diti qui etiam pater dici poteſt quia pro ſole accipitur in myſteriis: ſed cum Hercules ad ea loca perueniſſet perſuaſit illis vt barbarum morem immutarent: & eos docuit quomodo ſe lege religionis illius exſoluerent. Nam loco vnius viri iam capularis iam per ætatem inutilis 30. hominum ſimulacra proiiciebantur in fluuium quod colligi poteſt ex fragmentis Feſti in voce ſexagenarios. Cur in fluuium? Quia piaculi gratia hæc fiunt: ea autem quibus facta eſt expiatio aut defodiuntur, aut in aquam profluentem deiiciuntur aut igni traduntur. Hæc enim licet habeantur pro veris non tamen iuſti & legitimi

Cæcit as veterum.

Saturnus placatur ſanguine viri ſexagenarij.

legitimi ſacrificij iure cenſentur. Igitur antequam ſacerdotes hac fictione vterentur, ſacrificia legitima ſeu cruenta peragebant Dionyſ. τοῦτο δὲ καὶ μέχρις ἐμοῦ διετέλουν Ῥωμαῖοι δρῶντες ὅσον τι μικρὸν ὕστερον ἐαρινῆς ἰσημερίας ἐν μηνὶ Μαΐῳ ταῖς καλουμέναις εἰδοῖς διχομηνίδα βουλόμενοι ταύτην εἶναι τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ προθύσαντες ἱερὰ τὰ κατὰ τοὺς νόμους οἱ καλούμενοι Ποντίφικες ἱερέων ὄντες διαφανέστατοι καὶ σὺν αὐτοῖς αἱ τὸ ἀθάνατον πῦρ διαφυλάττουσαι παρθένοι στρατηγοί τε καὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν οὓς παρεῖναι ταῖς ἱερουργίαις θέμις, εἴδωλα μορφαῖς ἀνθρώπων εἰκασμένα τριάκοντα τὸν ἀριθμὸν ἀπὸ τῆς ἱερᾶς γεφύρας βάλλουσιν εἰς τὸ ῥεῦμα τοῦ Τιβέριος Ἀργείους αὐτὰ καλοῦντες. Nominis ratio non mutat identitatem diuinitatis vt multis locis oſtendi, ideoque idem eſt ille qui Decembri & qui Maio adorabatur: ſed diuerſa ratione. Nam vota fiunt ineunte anno, ſoluuntur Maio ſine periculo moræ cum ante ſex menſes perſoluantur. Hæc autem nominum diuerſitas inducit obſcuritatem & ignorantiam religionis in populo; auctoritatem in ſacerdotibus. Sed cur hæc ſimulacra Argeos appellabant? parum probabiliter Plutarchus ait ob inimicitias quas Euander aduerſus Argiuos exercuerat. Euander prudentiſſimus fuit qui (ſi hoc verum eſſet) parum felicis odij veſtigia reliquiſſet in proiiciendis idolis. Nam quid inde mali creari poterat hoſtibus Argiuis? nihil, nec quidem gloriæ hoſtium detrahitur, ſed potius augetur: nam qui nihil in hoſtem poteſt in ſimulacris nihil ſentientibus impotenti odio eum ſe credit offendere. Exiſtimo ſic dictos à ſociis Herculis vt ex Feſti dicto loco colligitur, & patet ex Varrone 4. de ling. Lat. *Reliqua vrbis loca olim diſcreta vt Argeorum ſacraria in ſeptem et viginti parteis vrbis ſunt diſpoſita: Argeos dictos putant à principibus qui cum Hercule Argiuo venerunt Romam & in Saturnia ſubſederunt.* Cum igitur ritus iſte defluxiſſet ab Hercule ab ipſius ſociis nomen accepit vt tanti beneficij memoria conſeruaretur. Hoc Diti eidemque patri qui idem cum ſole & Saturno erat ſolebat fieri. Nec recte Macrobius interpretatur oraculum, nam quod ait Diti capita mittenda eſſe & ne poſſet capitum numerus non definitus turbare ſacerdotes, ſubiunxit in ſingulari & ſexum & numerum: ſatis oſtendit in principio verſus, id per multos annos ſacrificium fore & ſic recte capita dixit quæ multos per annos immolabuntur ſed poſtea quid quantumque quoque anno immolari debeat oſtendit. Et ſic ante Romam conditam virum vnum ſenem mactabant: tum loco illius ſuppoſita ſunt 30. idola, etiam ante Romæ conſtitutionem. Nihil quicquam in hoc Herculis ritu de cereis actum eſt. Sed poſtea huius origo quæſita eſt iam Roma condita quæ ex verbis huius oraculi repetita eſt cum tamen aliunde ſumenda ſit vt ex Varrone probatum eſt in Saturni notatione, cum Saturnus lucem cœleſtem ſignificet, vnde rerum initia actiue procedunt, ideo ei vota facienda ſunt initio anni quibus totius futuri temporis ſucceſſus efficiantur ſecundi & mala impendentia placato patre deorum

Idem dis pater & Saturnus.

Error Romanorum.

Mmm

auertantur, eius enim eſt coercere malorum dæmonum noxios impetus. Gratiſſimæ ſunt Diis gentium faces quia verſantur in tenebris & fingunt purificari ſe iis, quorum ſordes nullis piaculis elui aut purgari poſſunt: hic mos etiam antiquis Athenienſibus vſitatus fuit, Ariſtophanes in Pluto.

Αλλ᾽ ἐκδότω τις δεῦρο δᾶδας ἠμμένας
Ιν᾽ ἔχων προηγῇ τῷ θεῷ σύ.

Ideo cerei accenſi ab adorantibus apponebantur ſimulacris Ammianus libro 22. *Aſclepiades Philoſophus cum viſendi gratia Iuliani ad id ſuburbanum veniſſet deæ cæleſtis argenteum breue ſigmentum quocumque ibat ſecum ſolitus afferre ante pedes ſtatuit ſimulacri ſublimes accenſiſque cereis ex vſu, ceſſit.* Hæc in priuatis votis. At publica paulo poſt ſequebantur: nimirũ primo die Ianuarij eodemque quo magiſtratus inibant Liuius 21. *C. Flaminiũ Conſulẽ conſcientia præteritorũ & Capitolium & ſolennem votorum nuncupationem fugiſſe ne die initi magiſtratus Iouis optimi maximi templũ adiret:* Martialis ad Ianũ libro 10.

Annorum intidique ſator pulcherrime mundi
Publica quem primum vota preceſque canunt.

Votum imperij publici. Hoc eſt votum imperij & ſalutis populi gratia ſuſceptum, quod nec mutato ſtatu, mutatum eſt. Nam & ipſi principes more cæterorum eo die precabantur non pro ſe ſed populi & imperij cauſa Tacitus 4. Annalium *Cæſar* (inquit) *ſolennia incipientis anni Kalendas Ianuarias epiſtola precatus &c.* (Eo die ne Cæſarem quidem Ælium verum qui mortuus erat lugeri voluit Adrianus vt auctor eſt Spartianus in eius vita ita ſacer erat hic dies) Specialiter tamen pro *Votum pro principe.* ſalute principis publica vota à ſacerdotibus concipiebantur, prius in tabulis ſcripta, tum ſignata. Suetonius in Auguſto, *Nam ſe quamquam conſcrptis paratiſque iam tabulis negauit ſuſcepturum vota quæ non eſſet ſoluturus:* Plinius ad Traianum *Solennia* (inquit) *vota pro incolumitate tua qua ſalus publica continetur & ſuſcepimus & ſoluimus* *Cur ſignabantur.* *precati deos vt velint ea ſemper ſolui ſemperque ſignari.* Quid ita? nimirum quia ſub Auguſto cœpere. Cum enim nulla adhuc forma eſſet inuenta primum & concepta, tabulis inſcripta eſt vt diutius ea tamquam lex ſeruaretur & ſignata ne quid ex his verbis conceptis immutari poſſet. Nefas enim ex principiis religioſis aliquid immutare. At in publicis quæ pro imperio & populo nuncupabantur antiquitas conceptionis per tot annos tam religioſe ſeruata non deſiderabat ſignationem. Sed quia ſummus magiſtratus vt Conſul imperio præeſt ideo Conſul voti verba nuncupabat: quia vero *Conſul vota nuncupabat, verba præeunte Pontifice.* rem ſacram agebat, ideo ea verba ex ore Pontificis præeuntis emiſſa pronunciabat, quod etiam in delubrorum conſecratione fieri diximus Liuius 2. dec. 5. *Cum centum & quinquaginta non minus adeſſent praeunte verba Lepido Pontifice Maximo id votum ſuſceptum.* Hæc inquam primo die Ianuarij: at quæ pro principe, tertio die *Quo die hæc vota nuncupabantur & vbi.* celebrantur Caius in l. ſi caluitur ff. de verb. ſig. quo tempore cœpit etiam offerri principi libra auri l. vnica lib. 12. C. de oblat. vot.

vbi verba hæc *Ineuntis anni* de tertio die accipi debet, quod & Dio. confirmat libro 49. hæc duobus in locis concipiebantur, primo in ſtatione militum Prætorianorum quæ à principis proxima & prima cuſtodia, principia dicuntur: hinc ad Capitolium procedunt, vbi in templo Iouis eadem vota repetunt, quaſi ſalus principis primum in armis deinde in Deo conſtituta ſit quod merito ſic taxat Tertullianus de corona militis. *Ecce annua votorum nuncupatio, quid videtur? prima in principiis, ſecunda in Capitoliis: accipe poſt loca & verba: hunc tibi Iupiter bouem cornibus auro decoratis vouemus eſſe futurum.* Sed cum ſaturnalibus tota plebs pro optimatum ſalute Saturno cum cereis vouerêt nonne & pro principe vouebat? Sane quamuis ſolennia vota Ianuario fierent pro eo nihilominus populus Decembri Saturnalibus cereis accêſis pro eo vouebat, etſi ad eum ceреri non mittebantur: ſed hæc erat quædam prælustratio & præparatio ad ſequentia: quod probari poteſt cum ex ratione illorum votorum quæ etiam priuatim in principem deſtinatione & beneuolentia totius populi cadere poteſt: Tum ex teſtimonio Martialis in Epigrammate de reditu Domitiani libro 7.

Preparatio ad vota pro principe.

Certa facis populi tu primus vota December.

Hæc ſunt ſolennia. At quædam ſunt extraordinaria, cum ciuitas in grauiſſimo diſcrimine conſtituta vouet Deo animalia omnia quę proximo vere ſunt naſcitura ſe ſacrificaturam quod ver ſacrum dicebatur Nonius. *Ver ſacrum ſiſenna religioſum dicit hiſtoriarum libro 4. quondam Sabini vouiſſe feruntur ſi communis res melioribus locis conſtitiſſet & ver ſacrum facturos.* Sed quia durum videbatur pueros, puellaſque immerentes occidere, ideo permittebant adoleſcere, quo vſque per ætatem, laborum eſſent patientes, tuncque commendati ei Deo cui voti erant ex finibus patriis eliminabantur vt ſibi alias Deo illo duce quærerent ſedes. Ij autem ſacrani ex eo more dicebantur. Feſtus, *Sacrani appellati ſunt Reate orti qui ex ſeptimontio ligures ſiculoſque exegerunt nam vere ſacro nati erant.* Vouent igitur & humiles, & potentes, & princeps, & populus: ſed hoc confuſe non eſt accipiendum. Neque enim omnibus fas eſt vouere nimirum iis qui ſuę poteſtatis non ſunt: filiusf. iure ciuili voto non obligatur nec ſeruus niſi ex conſenſu patris, vel Domini: quo caſu obligatio non valet ex perſona eorum; fundatur enim in auctoritate patris, dominiue: l. 2. §. 1. ff. de pollicit. vbi ſoli patresf. obligantur voto puberes, alioquin nec obligari nec alienare poſſent ſequitur in d. l. 2. ſui iuris quæ verba male interiecta videntur nulli enim ſunt patresf. qui non ſint ſui iuris l. 4 ff. de his qui ſui vel alieni, verum is qui eſt in poteſtate curatorum vt loquitur l. 1. ff. de curat. fur. & lex 12. tabul. nimirum prodigus, nec obligari poteſt l. 6. ff. de verb. oblig. nec alienare l. 18. ff. qui teſt. fac poſſ. igitur paterfamilias ſuæ poteſtatis dicitur ad excludendum prodigum l. obligari ff. de oblig. & act. Igitur impubes licet paterfam. voto obligari non poteſt: patres etiam idem ſanxere canone illud 20. quæſt. 1.

Ver ſacrum.

Qui poſſint vouere.

niſi maior factus ratum habuerit votum cap. ſignificatum extra de regul. & transf. nec obſtat cap. venientis, extra de voto: vbi impuberi datur à voto diſpenſatio ſub lege dandæ eleemoſynę vnde videtur obligatus ipſo iure. Verum maior factus petiit reſtitutionem à Pontifice qua petitione videtur ratum habuiſſe votum; quia ſe eo ſolui poſtulauit: tacita enim ratihabitio confirmat votum pueritię cap. literas & cap. acceſſit extra de deſponſ. impub. quo caſu non conualeſcit obligatio quæ erat ante inutilis. Nam initium accipit à confirmatione & ſic non obſtat regula l. quod initio ff. de reg. iur. ſed cur in d.l.2. ait fas eſſe vouere tantum patribusf. nõne idem & matribusfam. competit? idem quæri poteſt in l. 12. tab. vbi duntaxat patremf. exprimit in iure teſtamenti faciendi. Sed hæc ex iure veteri interpretanda ſunt. Nam vxores erant in manu maritorum & proinde in poteſtate; vnde ſui iuris non erant, ideo vouere in poterant propria auctoritate. Hoc tamen non eſt ſine dubio. Nam filiusf. obligari poteſt & cum eo agi (& ea obligatio ciuilis eſt, alioqui non produceret actionem ſi naturaliter tantum obligaretur) l. filiusf. 39. ff. de oblig. & act. vbi hæc verba. *Ex omnibus cauſis*, omnem obligationem comprehendunt. Verum omnes cauſæ quæ inter ciues obligationem inſtituunt continentur ſed non fuit opus ſpecialiter excipere votum quia non eſt obligatio ciuis in ciuem ſed hominis erga Deum. Qui ſui iuris non ſunt ideo non poſſunt ſe votis obſtringere quod ſacra penes eos non ſint qui ſunt in alienis ſacris conſtituti. Dei auctoritas in ſponſione voti ſacram quodammodò facit obligationem cuius incapaces ſunt qui ſacra non habent propria, quod multo magis in filiafamilias obſeruatur quia iudicium muliebre infirmum eſt Philo Iudæus, παρθένων δὲ καὶ γυναικῶν τὸ περὶ τὰς εὐχὰς αὐτοκρατὲς ἀφείλετο· τῶν μὲν τοὺς πατέρας κυρίους, τῶν δὲ γυναικῶν τοὺς ἄνδρας ἀποφήνας, εἰς βεβαίωσιν ὅρκων καὶ λύσιν, τῶν μὲν πατρὸς τῶν δὲ ἀνδρὸς εἶναι· καὶ μάλ' εἰκότως. Reddit deinde rationem qua nec filiæf. nec vxores ſui iuris ſunt & ideo lege Iudaica viuere prohibentur. αἱ μὲν γὰρ διὰ νεότητα δυνάμιν ὅρκων οὐκ ἴσασιν ὡς χρήζειν τῶν ἐπικρινούντων· αἱ δὲ πολλάκις ὑπ' εὐχερείας ὀμνύουσιν, ἃ μὴ τοῖς ἀνδράσι συνοίσει. διόπερ αὐτοῖς ἀνέθηκε τὴν ἐξουσίαν τοῦ τὰ νομισθέντα διαφυλάττειν ἢ τοὐναντίον. Voueant igitur ſoli rerum agendarum auctores quod ex iure Pontificio notauit. Virgil. 11. Æneid.

Alma tibi hanc nemorum cultrix Latonia virgo
Ipſe pater famulam voueo.

Sed quid in vidua? hæc enim morte mariti, vinculo poteſtatis expedita eſt: ideo votum quidem tenet, ſed tamen præcipitur illi ne temere voueat, quia nec votum poteſt reuocare quia ſoluta eſt poteſtate viri nec in implemento voti participem aut conſort[illegible] habet quo adiuuetur Philo. χῆραι δὲ μὴ ῥᾳδίως ὀμνύτωσαν· οὐ γὰρ ἔχουσι τοὺς παραιτητὰς οὔτε ἄνδρας ἂν διεζεύχθησαν οὔτε πατ[illegible] ἀφ' ὧν μετανέστησαν, ὅτε τὴν πρὸς γάμον ἀποικίαν ἐστέλλοντο, [illegible]

Cur non poſſunt vouere, qui ſunt in poteſtate alien.

An vidua vouere poſſit.

ἐν τοῖς τούτων ὅρκοις ἀναγκαῖον ἐρημίᾳ τῶν κληδονομούντων βεβαιουμένους. Hę ſunt igitur perſonæ quæ voto obligari poſſunt. Nunc de obligationis natura videamus. Ea legem facit in poſterum ita vt heredem etiam obſtringat d. l. 2. §. penult. ff. de pollicit. Tertullianus addit conditionem ſi à Deo votum fuerit acceptatum, ſic enim ait in libro de Ieiuniis, *Et illud in medio eſt, quædam ex iis officiis à Deo homini imperata legem conſtituiſſe, quædam ab homine Deo oblata votum expunxiſſe, tamen & votum cum à Deo acceptatum eſt legem in poſterum facit per auctoritatem acceptatoris: exinde enim faciendum mandauit qui factum comprobauit.* Hic votum expungere ſignificat explere. Nam eo modo qui obſtrictus erat liberatur & quaſi ab obligatione expungitur. Sed quis cognoſcet mentem Dei acceptantis vel repudiantis? Eccleſiæ committendum iudicio ſi hoc interſit eccleſiæ, vt ſi quis voueat vitam religioſam & ſolitariam ab eo conuentu probandum eſt in quo admitti deſiderat: ſed ſi vouerit Ieiunia & Elemoſynas & cætera quę legibus Dei & præceptis Eccleſiæ non improbantur: iam hoc acceptatum creditur ſimulatque conceptum eſt. Et hoc quoniam tacitum eſt pactum in voto quod ſine conſenſu duorum eſſe non poteſt l. 1. §. pactum ff. de pact. aliquando purum vt ſi quis Deo vouerit virginitatem &c. ſolo pietatis ardore accenſus: aliquando ſub conditione imminentis vrgentiſque periculi euitandi, quo caſu non contrahitur obligatio quia dies eius non ceſſit l. cedere diem ff. de verb. ſig. ſi conditio ſponſionis extiterit tunc contrahitur l. grege §. penult. ff. de pignorib. igitur cum votum ſub conditione conceptum eſt non intelligitur acceptatum à Deo niſi ipſe conditionem impleuerit: ad hæc eleganter Horatius 3. Carm. Oda 29.

Voti obligatio heredem tenet.

Acceptatio voti.

Votum conditionale.

Non eſt meum ſi mugiat Africis
Malus procellis ad miſeras preces
Decurrere & votis paciſci
Ne Cypriæ Tyriæque merces
Addant auaro diuitias mari.

Camillus dictator apud Liuium 5. decimas prædæ vouerat Pythio Apollini & templum Iunoni hoſtium deæ ſi Veios caperet: vnde ille. *Tum dictator* (inquit) *auſpicato egreſſus cum edixiſſet vt arma milites caperent, tuo ductu inquit Pythice Apollo tuoque numine inſtinctus pergo ad delendam vrbem Veios tibique hinc decimam partem voueo: te ſimul Iuno regina quæ Veios colis precor, vt nos victores in noſtram tuamque mox futuram vrbem ſequare vbi te dignum amplitudine tua templum accipias.* Hoc votum conditionale eſt: ſed Veiis captis extitit conditio. Debet igitur Roma rem votam. Sed quis eam condemnabit? quis in mora conſtituet eam interpellando? Verum poſt exiſtentem conditionem ipſo iure in mora eſt, quinimo & damnata; idem ſic de eadem re conqueritur, *Haud mirum id quidem eſſe furere ciuitatem quæ damnata voti, omnium rerum potiorem curam quam religione ſe exſoluendi habeat.* Inter notas diuinæ Maieſtatis hæc etiam

Nota diuinæ poteſtatis.

habetur, quod poſſit obligatum voti damnare, id eſt conditionem quæ in fortuna vel fato ſita eſt reſoluere: quod non ignorauit poeta doctiſſimus qui vt oſtendat Cæſarem vere Deum fore, ſic ait Ecloga. 5.

Vt Baccho Cererique, tibi ſic vota quot annis
Agricolæ facient damnabis tu quoque voti.

Vbi Seruius, *Cum tu Deus præſtare aliqua hominibus cœperis obnoxios tibi eos facies ad vota ſoluenda, quæ antequam ſoluantur obligatos & quaſi damnatos homines retinent.* Sed quæri poteſt in puro voto vel conditionali poſt exiſtentem conditionem intra quæ tempora debeat ſolui: ſane ſtatim debetur: ſed quoddam tempus indulgetur ad implementum obligationis. intra annum ſolui debet ſi reus voti ex cauſa neceſſaria, impeditus fuerit. tempus autem maioris partis anni ſine vitio moræ, conceditur: Martialis de Vibij voto libro 9. Epigramm.

Votum purum quando ſoluitur.

Dum Comes Arctois hæreret Cæſaris armis
Vibius hanc Marti pro duce vouit auem
Luna quater binos non tota peregerat orbes
Debita poſcebat iam ſibi vota Deus.

An res vota, obligetur.

Sed qui rem ex ſuis bonis Deo vouit, eamne obligat voto, an perſonam tantum ſuam? Si verum eſt quod ait Vlp. in d. l. 2. in princ. de pollicit. perſona tantum non res obligatur. Sane ſi res illa ſepoſita & ſeparata fuerit ab aliis rebus acquiſita eſt Deo etiam ex ſententia d. l. 2. §. vlt. vbi decima in bonis eſſe definit cum ſeparata eſt. Igitur ſi ſit quantitas ſeparanda eſt cum incerta ſit vt decima quæ cum ſuo toto adhuc confuſa non poteſt dici Dei eſſe cum non appareat nec certum ſit eius corpus. At ſi ſit ſpecies quid obſtat quo minus & res & perſona obligentur? nam ſi quis ſeipſum Deo vouerit tacite bona ſua vouere intelligitur, quorum dominium amittit ipſo ingreſſu monaſterij licet nulla traditio interuenerit authentica ingreſſi C. de ſacros Eccleſ. nonne idem ius Deus habet in hominem quod homo in hominem qui ſine traditione dominium transfert? Cedrenus ſic de voto. θεὸς οὐ μυκτηρίζεται· ἡ γὰρ πρὸς τὸν θεὸν ἐπαγγελία οὐ μόνον ἄχρι χρημάτων ἀλλὰ καὶ μέχρι λόγου φθάνει καὶ προαιρέσεως. ἀνάγκη τοίνυν ἀποδιδόναι πάντας, τὰ ἐπηγγελμένα πρὸς θεόν. Vult igitur etiam ipſas res obligari voto ibique recenſet diuitem quendam graui ægritudine laborantem vt ſe à morte redimeret vouiſſe ſe 30. libras argenti pauperibus erogaturum: voti compos tem factum pœnituit & fraudare Deum re vota conatus, in templi Limine repente exanimatus concidit. Sed ſi vota ſit ſpecies obligabitur nec opus eſt vt ſeparetur: hoc notauit Horatius 2. Carm.

Ergo obligatam redde Ioui dapem.

Votum impium.

Summa & periculoſa eſt hæc obligatio ideoque melius eſt non vouere quam votum non expungere Geneſ. 28. Leuitici 27. Eccleſiaſtici 8. quid ſi voueris quod ſine ſcelere non poſſis implere? ſane

non teneris ex voto quod nullum eſt,ſed animus tuus quo tam impium votum concepiſti, reus eſt 22.quæſt.4.canone 2 & can.in malis:vbi decernitur melius eſſe non reddere votum malum quam implere:ſed hoc quoad obligationē voti non quoad impietatē animi qua votum factum eſt:hæc enim etiamſi nō ſoluas aut perficias Deū offendit licet non tantum,quantū ſi ſolueres.Quid ſi rem indefinita ſpecie vel quantitate promiſeris vt Iephthe qui Deo vouit quod primum redeunti ex domo obuiam veniſſet ſe immolaturum ſi hoſtes vinceret:Diabolus parandi laquei occaſionem captans ex voto indefinite concepto mouit filiam illius vt primum occurreret patri læta & gratulabunda : Iepththe ſolutionem voti prætulit vitæ filiæ ſuæ:hoc Deum acceptaſſe Iuſtinus martyr auctor eſt in reſponſ.ad orthodoxos.συνεχώρησε δὲ ὁ θεὸς προσενεχθῆναι αὐτὴν εἰς θυσίαν οὐχ ὡς ἀνθρωπίνου αἵματος τερπόμενος,ἀλλὰ πρὸς διδασκαλίαν τῶν ἑξῆς ἀνθρώπων τοῦ μηδέποτε ἀορίστως εὔξασθαι τῷ θεῷ. Ergo permiſit Deus vt horrore ſacrificij in poſterū homines à voto indefinito abſtinerēt: & hoc contra propoſitum vouentis accidit neque principaliter ex voluntate Dei ſed ex accidenti.Neque enim vouit eo animo vt filiā mactaret ſed ex accidenti id factum eſt vnde ſubiicit,ὅπερ οὐχ ὡς τῆς προαιρέσεως προηγουμένως οὔτε τοῦ θεοῦ,οὔτε τοῦ ἰεφθάε:ἀλλὰ συμβεβηκός πως τῷ ἀορίστῳ τῆς εὐχῆς ἐπειδὴ οὖν ὁ ἰεφθάε τὴν εἰς θεὸν εὐσέβειαν φυλάττων διὰ τῆς θυσίας θυγατρὸς ἀνεδείχθη. διὰ τοῦτο αὐτοῦ γέγονεν ἡ μνήμη ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν δικαίων.Cū igitur Deus hoc modo prohibuerit indefinite vota nūcupare,dicendum eſt iephten iuſte filiam immolaſſe vt votū impleret:ſed hoc valet ſecūdū quid nō abſolute:nā poſt Iepthen huiuſmodi vota ſunt nulla.Patet voti obligationē iuſtā eſſe & in quibus cauſis:ideo merito pœna imponitur ei qui hoc violauerit ſed certū genus pœnæ præſtitutum nō eſt:duplex eſt pœna, quia duplex eſt offēſio.Eſt enim ſcelus proximum ſacrilegio ſi quod facere quis promiſit Deo,non facit vel ſi dare quantitatem quā non ſeparat, nec præſtat: at ſi ſpeciem certam verum eſt ſacrilegium ſi eam præſtare poteſt:quod & ius humanum vulnerat in rebus diuinis ædificatum,& ipſum Deum cuius res facta eſt.pœna diuina eſt animæ iactura cap.licet:extra,de voto,& vitæ ſimul temporalis diſpēdium vt Deus puniuit Ananiam qui Deum voto fraudare voluerat can. Ananias 17. quæſt. 1. pœnam Deo præſcribere quam imponat violatori abſurdiſſimum eſt qui omnibus pœnam definit. at humanam pœnam non magis potuit homo conſtituere quam in ſacrilegium vt dixi in cap. ſacrum & hoc poteſtatem ſacerdotum auget qui pro arbitrio hanc poſſunt conſtituere:Philo Iudæus hanc pœnæ diſtinctionem ſic confirmat,δίκαι δὲ κατ' ἐπιόρκων αἱ μὲν ἀνάκεινται θεῷ αἱ δ' ἀνθρώποις. θεῷ μὲν αἱ ἀνωτάτω καὶ μέγισται: ἵλεως γὰρ οὐ γίνεται τοῖς οὕτως ἀσεβήσασιν, ἀλλὰ μένουσιν ἀεὶ δυσκάθαρτοι εἰκὸς δικαίως οἶμαι καὶ προσηκόντως. ὁ γὰρ ἀμελὴς, τί δεινὸν εἰ ἀνταμεληθήσεται οἷς δίδωσι πόσα καρπούμενος, αἱ δ' ἀπ' ἀνθρώπων διάφοροι θάνατος ἢ πληγαί. τούτων μὲν ἀμείνους καὶ περὶ τὴν εἰς εὐσέβειαν, θανάτου δίκας βεβαιοῦνται, τὴν δὲ

Votum indefinitum.

Voti violati pœna.

μαλακώτερον χρωμένων ὀργαῖς, δημοσίᾳ μάστιξι τυπτόντων ἀναφανδὸν εἰ κοινῷ· εἰσὶ δὲ καὶ πληγαὶ τοῖς μὴ δουλοπρεπέσιν οὐκ ἐλάττον δίκης θανάτου. Vult diuinam pœnam eſſe altiſſimam & maximá quia Deus numquam placatur ea impietate offenſus & numquam patitur reum expiari ſi cum poſſet contempſit reddere debitum: & iuſte deſerit deſertorem. Chriſtiana lex eſt multo clementior Iudaica. Nec me mouent rationes quas ſupra adduxi. Sic enim intelliguntur ſi is qui votũ non perſoluit morte præuentus expiatus non fuerit aut neglexerit expiationem. deinde ait humanas pœnas eſſe mortem aut vulnera; aut inter humaniores, verbera quæ tamen grauiora ſunt ſupplicio mortis ſi ingenuis incutiantur. Reſoluendum ergo ne ius violetur & ne inde pœna ſequatur ſancte vota reddenda eſſe, id eſt ex bona fide, & integra in Deum mente. Nam quod in diuinis ſanctum dicimus, in humanis rectum appellatur l. aliud §. vlt. & l. ſequente ff. de verb. ſig. Quod ſequitur apud Tullium neque ordinem habet, neque rationem, *Quocirca ne quis Agrum conſecrato*. Ad quid hæc vox quocirca: nihil enim ad votũ pertinet. Platonis eſt hæc lex ex libro 12. de legib. ad quid ergo templa delubraque Diis conſecrantur? Sunt enim in terræ ſpatiis quãuis ea ſit omnium deorum focus communis. Nonne ſacra ſunt Pomœria ſacri & fines agrorum? vult ideo terram conſecrari non poſſe ne iteretur eiuſdem rei conſecratio. Sed quęſo quis terrã conſecrauit? an Deus? benedixit ſane vt fructum homini pareret. Sed conſecratio, alia eſt à benedictione Dei, quam nec Plato, nec Tullius intellexere. Iam probatum eſt nihil ſacrum eſſe niſi quod voto pietatis humanæ, Dei dominio mancipatum eſt. quod ſequitur. *Auri, Argenti, Eboris ſacrandi, modus eſto*. Ex eodem auctore deprõptum eſt, nec quicquam iuris Romani redolet. Numquam enim libertas pietatis reciſa eſt aut reſtricta. Nec obſtat cap. 1. in hęc verba *Opes Amouento*: neque enim prohibetur donorum conſecratio ſed iubentur ciues cum ad Deum accedunt eum non venerari opibus nec in iis ſpem ponere placandi aut propitiandi numinis, ſed potius parca & frugali manu diis offerre. Igitur eo capite non eſt modus Deo offerendi prę́ſcriptus ſed venerandi. diuites enim Romani cum aurum offerebant vt à Pontificibus conſecraretur exiſtimabant deos eſſe liberales qui multo plus referunt quam acceperunt & ideo inde ſibi aliquid ceſſurum maioris vtilitatis. ridiculi ſane, nam idem faciunt quod virgines cum ad nubilem ætatem peruenerũt, quæ pupas quibus ante ad pueritię ludicrum vtebantur eo animo veneri conſecrant vt ex eo dono matresf. efficiantur quod ita Perſius ſubſannat.

Dicite Pontifices in ſacro quid facit aurum
Nempe hoc quod veneri donata à virgine pupa.

Sed hoc non prohibet quin donetur Diis pro arbitrio puro, & pio animo. Neque ait in dicto cap. 1. aurum aut quid aliud oblatum Deo à Pontificibus repudiari, ſed Deum vindicem fore latentis impietatis.

Chriſtiana lex, clementior Iudaica.

Rectum & ſanctum.

Aliud benedicere, aliud conſecrare.

Intentio diuitũ qui Deo aurũ offerunt.

AXIO-

AXIOMATA.

Vota vel tacite vel expreſſe concepta æque obligant, niſi ſint turpia: quo caſu nulla eſt obligatio, vt nec ſtipulatio valet quæ eſt natura turpis: nam turpis iure ciuili valet, ſed ex ea denegantur actiones officio Prætoris ſi dolus ſit grauior: ex leuiori non denegatur actio ſed exceptione eliditur quę à prætore datur nomine doli: ſed ſi exceptio detur à iure ciuili pertinet ad officium Prætoris, vt illa exceptione oppoſita deneget actiones: quod ſi ipſa iuris auctoritate denegentur ibi nulla eſt obligatio. Cum autem prætor actionem denegare non poteſt ſed tantum competit exceptio, reus qui exceptionem omiſit non eſt abſoluendus: quamquam vero turpis voti nulla eſt obligatio nec res vota obligetur, impietas tamen in male vouendo contracta auctorem tenet.

Votvm debet procedere ſancta & ſeiuncta à curis corporis meditatione in Deum & oratione pia. Mane vero orandum & ſacrificandum ante nuncupationem voti. priuata autem vota concipiebantur Saturno, Decembri ſub initium anni quaſi renaſcentis tamquam deorum patri eaque vouebantur cum cereis accenſis quibus animi ardentes amore ſignificantur inopum erga diuites pro quorum ſalute precabantur: eodem tempore publica vota pro ſalute principis concipiebantur non per publicos Sacerdotes ſed per quemlibet ex populo. Poſtea primo die Ianuarij pro imperio & ſalute

populi, tum tertio eiuſdem menſis per Pontifices vota nuncupabantur. Quæ autem pro imperio erant Saturno ſoluebantur Maio ſub nomine alio quam Saturni: & vota Decembris erant quaſi præparatoria ad vota Ianuarij.

VOVERE poſſunt patresfamilias non conſtituti in iure ſeu poteſtate curatorum, puberes vt obligari & alienare poſſint: qui vero ſunt alieno iuri ſubiecti vouere non poſſunt niſi conſenſu eorum in quorum iure ſunt, quo caſu valet tantum ex perſona eorum non vouentium: viduę poſſunt, ſed eis præcipitur ne facilitate ſui in eam obligationem delabātur: eſt enim ſumma & periculoſa: quia in voto tacite cum Deo paciſcimur, aut pure, aut ſub conditione: purum ſtatim acceptatur ſi non interſit ſpecialiter corporis alicuius id acceptare: conditionale non parit obligationem niſi extiterit conditio: quo caſu ſine interpellatione mora ex re contrahitur & ſine pronuntiatione condemnatio in qua eſt nota diuinæ Maieſtatis.

Ex voto quantitas, aut incerta ſpecies, non fit ſacra, nec obligatur, ſed perſona tantum, qua defuncta, trāſmittitur aduerſus heredem obligatio: ſed ſi ſit certa ſpecies, aut ſeparata quantitas, alienatur. Votum autem rei indefinitæ in caſu poſitum, vitioſum eſt licet Iephthes votum à Deo acceptatum ſit vt cæteris exemplo eſſet euitandi ſcopuli, ne illuc eorum preces impingerent. Pœna vero violati voti diuina, eſt animæ diſpendium: humana modo acerbior, modo lenior.

SACRA PRIVATA PERPEtua manento.

CAP. XXI.

Impotentia deorum.

PARVM conſtare videbatur religio ſi publice tantum coleretur: nec Dij publici ſatis idonei videbantur ad tutelam & cuſtodiam vrbis niſi tamquam in ſupplementum priuata ſacra ſingulis familiis attributa eſſent Diique familiares & priuati conſtituerentur: neque enim turba illa deorum publicorum poteſt & vniuerſalia & ſingularia ſimul conſeruare locis & negociis circumſcripti. Priuata ſacra ſunt, ab initio familiæ, ritus inſtituti ad colendos deos eius familiæ tutelares. Hæc diuiduntur, in gentilitia & plebeia. illa in Patriciis, hæc in plebeiis familiis. Sacra hæc hereditati connexa ſunt. Cum autem de hereditate agitur, diſtingui debet ſtirps à gente, id eſt plebeia familia (quæ eſt à ſtatu libertinitatis) à patricia Tullius 1. de oratore. *Quid? qua de re inter Marcellos & Claudios patricios centumuiri iudicarunt? cum Marcelli à liberti filio, ſtirpe: Claudij patricij eiuſdem hominis hereditatem, gente ad ſe rediiſſe dicerent. Nonne in ea cauſa fuit oratoribus de toto ſtirpis ac gentilitatis iure dicendum.* Aſconius in orationem pro Scauro ait Marcellos licet Claudij appellati ſint plebeios fuiſſe ab initio ideoque non mirum ſi ſtirpe non gente agerent in hereditatem Plebeij. Liberti vero filius ingenuus eſt ſi ex libera ſuſceptus fuerit l. 5. §. pen. & vlt. ff. de ſtat. homo gentilis tamen eſſe non poteſt quem ſcæuola ſummus Pontifex ita definit apud Tullium in Topicis: *Gentiles ſunt qui inter ſe eodem nomine ſunt ab ingenuis oriundi quorum maiorũ nemo ſeruitutem ſeruiuit & capite nõ ſũt diminuti.* Ergo non ſufficit gentili ab ingenuis ortum eſſe ſed neceſſe eſt vt nemo maiorum eius ſeruili conditione maculatus fuerit. At quomodo ſunt accipiendi maiores? Vltra tritauum l. Iuriſconſultos § parentes ff. de grad. & affinib. ij in Senatum legebantur & ſi lege antiqua eſſent plebeij non patricij. Nam primorum Senatorum ſanguis erat tantum Patricius: cum tamen Tarquinius aſciuerit ex plebe Senatores qui in Patricias gentes allecti fuere: ſed vt ab antiqua nobilitate diſtinguerentur dicti ſunt, *Minorum gentium*, quod gentem habere incipiant ſed minus illuſtrem. Vt teſtatur auctor libelli de viris illuſtrib. Cap. 5. Cenſores poſt Tarquinium eos loco Patriciorum habuere qui poterant eſſe Senatores, id eſt ij quorum maiores ſeruitutem non ſeruierant. Poſt Cenſores, princeps quoſcumque

Priuata ſacra.

Gens à ſtirpe differt.

Gentiles qui.

Maiores qui.

Patricij qui.

ſuo arbitrio legebat in hunc ordinem, raro tamen libertini filios aſciſcebat: Suetonius in Claudio. *Latum clauum quamuis initio affirmaſſet non lecturum ſe Senatorem niſi ciuis Romani abnepotem, etiam libertini filio tribuit, ſed ſub conditione ſi prius ab equite Romano adoptatus eſſet*: De iure gentis & Senatorij ſanguinis in 2. libro, tractandum eſt etiam: ſufficit hic probaſſe non eoſdem eſſe ingenuos qui agnationis ius habere poſſunt, & gentiles vt ex 12. tabulis probat Paulus in l. ſępe ff. de verb. ſig. ſacra igitur gentilium & plebeiorum differunt: Tullius in orat. de haruſp. reſp. ita ad Senatores verba facit: *Multi ſunt in hoc ordine qui ſacrificia gentilitia in illo ipſo ſacello ſtatuto loco anniuerſaria factitarunt.* Hæc quamquam diuerſa in vtraque ſpecie, matrimoniis tamen coniungebantur: quod Patricij ſumme cauebant, nec ſua cum plebeiis iure connubiorum communicarentur: Liuius 4. *Quam aliam vim promiſcue connubia habere niſi vt qui natus ſit ignoret, cuius ſanguinis, quorum ſacrorum ſit dimidius patrum ſit, dimidius plebis*: Et hoc Modeſtinus intellexit recte cum ait nuptiis diuinum ius communicari l. 1. ff. de rit. nupt. ita vt mulier ſit ſocia diuinæ domus l. 4. C. de crim. exp. hered. ſocia inquam quia ſuæ etiam familiæ ſacra confert. Sed hoc pendet ex arbitrio mariti qui ſacrorum familiæ princeps eſt. Hæc autem & ad ius Pontificium, & ad ciuile pertinent vt hic Tullius teſtatur. Videamus quid ille ex vtroque iure didicerit: *Hac iura* (inquit) *Pontificum auctoritate conſecuta ſunt vt ne morte patriſf. ſacrorum memoria occideret, iis eſſent ea adiuncta ad quos eiuſdem morte pecunia venerit.* Ergo perpetua ſunt hæc ſacra vi ſucceſſionis ex l. 12. tab. nam hoc caput vere eſt ex illis legibus 12. tab. vt innuit idem pro Muræna & hic: cum ait, *Hac iura Pontificum auctoritate conſecuta ſunt.* Nam poſt eam legem auctoritas Pontificum per interpretationem legis hæc ſacra tractauit. Sed ſucceſſionum duo ſunt genera, vnum vniuerſale vt hereditatis & bonorum poſſeſſio: alterum ſingulare vt legatum, & vſucapio &c: *At heredum* (inquit) *cauſa iuſtiſſima eſt: nulla eſt enim perſona quæ ad vicem eius qui è vita emigrarit propius accedat: Deinde qui morte, teſtamentoue eius tantumdem capiat quantum omnes heredes:* Intelligit legatarium ſacris obſtringi ſi plus ex teſtamento capiat quam omnes heredes & recte quidem. Nam cum legatur pars hereditatis pretia manumiſſorum & funeris impenſæ non deducuntur l. ſi quis Seruum §. vlt. de leg. 2. ita vt cum oneribus rerum in legatarium transferatur, licet ſecus ſit in parte bonorum legata l. cum autē de legat. 2. ſed actiones perſonales ei non competunt nec tranſeunt aduerſus eum: quia ſequuntur heredem ex l. 12. tab. legatarius autem partiarius nec heres eſt nec quaſi heres l. mulier § vlt. ff. ad Trebell. ideo Tullius in Topicis hereditatem à legato ſeparat, *Hereditas* (inquit) *eſt pecunia quæ morte alicuius ad quempiam peruenit iure, nec legata teſtamento, aut poſſeſſione retenta*, Nec me mouet quod legatarius hereditatem partitur cum herede vnde hæc legati ſpecies dicitur partitio Vlp. in fragm. de legat. §. ſicut ſingulæ. par-

Sacra connubio communicata.

Succeſſio duplex.

Legatarius partiarius.

Stipulatio partis & proparte.

titur enim non iudicio familiæ erciſcundæ tamquam coheres ſed actione ex teſtamento partem illam ab herede conſequitur iure legati (& ſi legatum ſit per vindicationem, in rem tamen agi non poteſt quia non eſt legatum certum corpus ſed ius) ſed eo caſu heres habet exceptionem doli vel in factum, niſi actor paratus ſit promittere pro parte legata, ſe æs alienum exſoluturum, quæ obligatio vocatur ſtipulatio pro parte: at viciſſim legatarius ab herede partẽ hereditatis legatam ſtipulatur quæ ſtipulatio partis dicebatur §. ſed quia heres verſic. poſt quod, inſtit. de fidei comm. hered. Vnde patet has ſtipulationes præceſſiſſe tempora Veſpaſiani ſub quo Pegaſianũ Sctũm factũ eſt d. §. ſed quia: quoniá quæ interponuntur inter heredẽ & fideicomm. ad exemplũ earum introductæ ſunt quæ inter heredẽ & partiariũ interponebãtur: & ideo hæ ſunt antiquiores. Vlpianus tit. de fideicomm. §. ex Pegaſiano. antiquæ igitur hæ ſpõſiones ſunt inſtitutæ ex interpretatione veterum Iuriſconſultorum ad legem 12. tabul. qua licet cuique pro arbitrio legare: & hoc modo conſultum eſt heredi, illique legatario ne in plus grauaretur quam ad illum ex hereditate perueniſſet, vt & ei delegentur actiones aduerſus debitores aut poſſeſſores rerum hereditariarum. Nam pars hereditatis præſtari non poteſt ſine delegationibus vice mutua interpoſitis l. cum filius §. 1. de leg. 2. at quid opus erat de legationibus cum ex legato nominis actio ſine illa delegatione competat l. ex legato C. de legati quæ & ſi vtilis eandem tamen vim habet ac directa l. actio ff. de neg. geſt. Verum in legato certi nominis, vtilis datur: quia in hac re conſtat de voluntate teſtatoris. At in parte hereditatis, non poteſt legatarius ſibi certum nomen attribuere. Deinde nomina quæ ſola lege 12. tab. diuidi debent l. ea quæ C. fam. erciſciſc. arbitrio legatarij diuiderentur: Præterea ex eadem lege ſolis heredibus pro rata ipſo iure competunt non legatariis l. 1. C. ſi cert. pet. itaque ſunt neceſſariæ delegationes. Obſtat quod delegatio fieri non poſſit inuito vel inſcio eo qui delegatur l. 1. C. de nouat. Verum delegatio debitoris eo inuito vel ignorante fieri non poteſt quia debet promittere ei cui delegatus eſt l. 6. C. eod. at delegatio actionis ſeu nominis inuito debitore fieri poteſt d. l. 1. in fine C. eod. & l. cum de bonis in fine C. de donat. Sed hæc delegatio infirma videtur inter heredem & partiarium quia reuocari poteſt voluntate delegantis exceptis tribus caſibus expreſſis in l. 3. C. eodem: primo ſi lis conteſtata fuerit: ſecundo ſi quid exactum ſit vi delegationis: poſtremo ſi denunciauerit delegatarius, debitori ne ſolueret ſuo creditori. igitur hæ cautiones mutuæ parum videntur firmæ cum etiam nec debitores hereditarij cogantur alij quam heredi ſoluere, nec creditores alium quam heredem conuenire: quia res inter alios acta, aliis nec nocet nec prodeſt l. 3. in princ. ff. de tranſact. Verum hæ contrahuntur tantum inter eos ex quibus directæ dantur nomine delegantium l. vlt. C. quando fiſc. vel priuat. nec vllomodo poſſunt reuocari: hic enim non eſt man-

Ad quid delegationes mutuæ.

Duplex delegatio.

datum actionis vt in d. 3. C de nouat.ſed mutua ſtipulatio quæ pure facta ciuilem & efficacem parit obligationem. Video his ſponſionibus onera pro rata parte communicari quæ ad æs alienum pertinent:an& ad ſacra? non eſt neceſſe. Nam iure Pontificio ſine ſtipulatione ſacris obligatur legatarius. Et ſic ſacrorum obligatio tranſit ab heredibus in legatarium ſi plus capiat quam omnes heredes: *Morte* (inquit) *teſtamentone.* Sufficiebat dicere teſtamento quod niſi morte teſtatoris effectũ nõ habet l.1.ff.qui teſt. fac. poſſ.quid in

Donatio cauſa mortis.

donatione cauſa mortis & fideicommiſſo quod ſine teſtamento relinqui poteſt §. præterea inſt. de fideic. hered. & ſi donatio cauſa mortis ad exemplum legati capiatur & fideicommiſſa per omnia

Differt legatũ à fideicommiſſo.

legatis exæquata ſint l. 1. de legat. 1. tamen hic primum de legato agiturquod niſi teſtamẽto non valet d.§.prçterea &aliud eſt à fideicõm. vt patet ex frag.Vlp.tit 24.& 25.tum etiam à donatione cauſa mortis l 25. §. vlt. & l.35. §.vlt. ff.de.don. cauſ. mort. ſane fideicommiſſa hoc iure quo de agitur nondum erant introducta ergo hæc onera reſpiciunt legatarium tantum.ſed obſtat quod mutuæ ſponſiones valent quidem in transferendis actionibus & oneribus hereditatis : at quomodo ad religionem producentur? nullomodo

Ius ciuile hic à Pontificio diſtinguitur.

iure ciuili, quia eo ſacra ab hereditate ſeiuncta ſunt. Diuiſum eſt Pontificis & Prætoris imperium. coram Prætore inter centumuiros præſide de hereditatibus agitur. Miſeri ſunt iſti Penates qui pecuniæ quaſi cathenis alligati huc & illuc transferuntur. at vos ô Dij aliquando cum Lauinio deducti eſſetis & delati in alias ſedes ſummo miraculo rediiſtis Dionyſio teſte 1. nunc tamen nimia ſene-

Deorũ Penatiũ infelix cultus.

ctus poteſtatem veſtram eneruauit. quid? non aliter vobis vtuntur veſtri cultores quam ſeruis aut iumentis Tertullianus in Apologet. *Domeſticos deos quos Lares dicitis domeſtica poteſtate tractatis pignerando, venditando, demutãdo &c.* Coram Prætore non agitur de ſacris ſed coram Pontifice qui ſuis legibus vtitur non aſtrictus edicto Prætoris. Hæc autem eſt Pontificis intentio vt quocumque iure pecunia ſacris eſſet obſtricta aantiquum ius Pontificium ſic exponit Tullius, *Hac nos à Scænola didicimus non ita deſcripta ab antiquis: nam illi quidem his verbis docebant tribus modis ſacris aſtringi: hereditate, aut ſi maiorem partem pecũniæ capiat, aut ſi maior pars pecũniæ legata eſt ſi inde quippiam ceperit.* In ſecundo modo intelligit eum qui plus vſuceperit ex bonis defuncti : qui tamen ex doctrina ſcæuolç non ſecundo ſed tertio ordine ſacris aſtringitur: vnde ſupra cum de legatario maioris partis dixiſſet, *Tertio loco* (inquit) *ſi nemo ſit heres, qui de bonis qui eius fuerint cum moritur vſuceperit plurimum*: Non ait ſi nemo ſit legatarius quẽ tamẽ mox ſecũdo loco obligauerat: nam

Deſertum teſtamentum fit nullum.

ſi nemo heres ſit, nullũ fit teſtamẽtũ quia deſertũ eſt & deſtitutũ ex quo nihil peti poteſt l.1.ff. de iniuſto rupto. Sed cur is qui vſucepit veteri iure Põtificio, prior ſacris obligatur quã legatari⁹ qui nullo onere rẽ habet: ille vero forte emit, aut expermutatione accepit, aut ex alia cauſa oneroſa? verũ vſucaptor obligatur, ſi heres non ſit quo

caſu nullus eſt legatarius: nec obſtat quod nihilominus obſtringit tertio loco legatarium, non enim vult aditam fuiſſe hereditatem alioquin ſacris eſſet obnoxius hoc iure, ante vſucaptorem, ſed deſerto teſtamento ſi quid ex eo vindicauerit vel inuaſerit, teneri quaſi iudicium defuncti agnouerit: ideo ſic concludit, *Videtis igitur omnia pendere ex vno illo quod Pontifices pecuniam ſacris coniungi volunt iiſdem ferias & carimonias aſcribendas putant.* Hæc tamen à Iuris ciuilis conſtitutione aliena eſſe, idem ſic oſtendit, *Nam ſacra cum pecunia Pontificum auctoritate, nulla lege coniuncta ſunt.* Iis ergo modis Pontifices priſci exiſtimabant ſe legem hanc conſeruare poſſe ne priuata ſacra interirent: ſed contra intentionem veterum Pontificum, ſequentes, inuenere modos quibus ſacra interimerẽtur. vnde ille, *Quinetiam cauent vt cui plus legatum ſit quam ſine religione capere liceat is per as & libram heredes teſtamenti ſoluat: propterea quod eo loco res eſt ita ſoluta hereditate quaſi ea pecunia legata non eſſet.*

Sacra ſunt cum hereditate coniuncta iure Pōtificio nō ciuili.

Hoc ex ſubtilitate iuris ciuilis introductum eſt: nam heres ſcriptus teſtamento, ſacris obſtringitur: vnde vi teſtamenti ſublata tollitur obligatio. Vis autem teſtamenti apud priſcos duobus conſtabat, aut mancipatione quę per æs & libram peragebatur, aut calatis comitiis inſtit. de teſtam. ord. in princip. vbi ait poſterius ante ſublatum fuiſſe quam prius ex quo quædam adhuc pars remanſerat: (quod attinet ad teſtamentum in procinctu non eſt huius quæſtionis). Teſtator per mancipationem ęre libraque familiam alienabat ſeu emancipabat Vlp. in fragm. tit. de teſtamẽtis §. in teſtamento cur idẽ facere heres non poterat qui familiæ factus eſt Dominus. calatis comitiis teſtamentum factum, æque heredem ſacris obſtringebat.

Vis teſtamenti in quibus eſt.

Emancipatio.

Sed contrario actu vt priore caſu liberabatur, nimirum deteſtatione ſacrorum quę etiam fiebat iiſdem comitiis Gellius 15. cap. 27. *Jiſdem* (inquit) *comitiis qua calata appellari diximus & ſacrorum deteſtatio, & teſtamenta fieri ſolebant.* Et recte nam ea habebantur pro collegio Pontificum vt ibidem ex Labeone Gellius ait. Idcirco fiebat ibi vbi ſacerdotum erat collegium penes quos eſt ſacrorum ſumum ius. in vtroque teſtamento erat teſtatio quia teſtator quirites vocabat in teſtimonium voluntatis quę etiam in teſtamento per æs & libram celebrabatur & vocabatur nuncupatio Vlp. d. §. in teſtamento quam idem vocat ſupremam conteſtationem l. qui teſtamento §. & veteres ff. qui teſt. fac. poſſ. hæc teſtatio facta calatis comitiis, iiſdem ſacrorum deteſtatione celebrata ſoluebatur: vt teſtatio per æs & libram confirmata, eadem ſolennitate tollebatur.

Deteſtatio ſacrorum.

Teſtatio in teſtamentu.

Imo ſi heres adiuit quomodo poteſt imaginaria venditione & teſtamentum & aditionem reſcindere? aditio enim eſt actus legitimus l. actus ff. de reg. iur. qui tantum abeſt vt mancipationem teſtamenti tollat cum eam omnino comfirmet hoc caſu. Deinde deteſtatio in teſtamento Calatis comitiis nihil præter teſtationem tollit? Ergo non aditionem. Quod ſi heres non adiuit, quid obligat heredem ſacris hereditatis quam non habet cum nec heres ſit?

Aditio.

Emancipatione & deteſtatione nõ tollitur aditio ſed ſacrorũ obligatio.

Creditor & debitor ſacris obligantur.

Vſucaptor tenetur.

Aditio ad quid heredẽ obligat.

Nonne cuique liberum eſt non adire? Verum hic adita eſt hereditas ſed cum plus legatum ſit quam relictum omnibus heredibus iniquum eſt eos teneri ſacris, legatarium autem exonerari qui maiorem partem hereditatis obtinet. Neque tamen ideo reſcinditur: quia emancipatio familiæ & deteſtatio, tollunt tantum obligationẽ ſacrorum. Sed cum tenetur legatarius quis eum coget? Pontifex ipſe qui cum ſit princeps ſacrorum, extra ordinem & pro arbitrio cognoſcit, decerr it & iudicat de religionibus: ſed quis inquiret in eam rem? heres in legatarium, & is qui vſucepit quia poſt legatariũ teneretur. Si non ſit vſucaptor an intereunt ſacra? huic defectui Scęuola manum adhibet: iuſſit enim quarto loco teneri creditores: quinto debitores, ita vt in vſucaptorem creditores inquirant & in creditorem debitor quia eorum intereſt ab aliis ſeruari ne ad eos deueniatur. Denique cæteri omnes ex familia ad Pontificem referre poſſunt de his ſacris. Sed redeo ad Scæuolam Tullius ibidem, *Quarto* (inquit) *ſi nemo ſit qui vllam rem ceperit, de creditoribus eius qui plurimum ſeruet: extrema illa perſona eſt vt is qui mortuus ſit pecuniam debuerit neminique eam ſoluerit promde habetur quaſi eam pecuniam ceperit.* Prius tenetur creditor: quia res quam poſſidet ſeruandi cauſa, eſt in dominio defuncti non creditoris l. 3. §. vlt. ff. de acquir. poſſeſſ. at debitor rem ſuam poſſidet licet eius perſona vel res ſit obligata defuncto. at, is qui vſucepit, nonne Dominus eſt? ſane res eſt alienata l. alienationis ff. de verb. ſig. verum vſucaptor tenetur iure antiquo quo creditor debitorque non tenebantur. Sed hæc ratio non ſufficit: nã iure nouo potuit emẽdari. Verum cõpleta eſt vſucapio poſt mortẽ eius de cuius ſacris agitur: ideoque ſemel res illa ſacris obligata cum ſua cauſa vſucapta eſt: ſicenim ſit alienatio l. alienatio ff. de cõtrah. emp. quod hæc verba ſupra ſcripta indicant. *De bonis quæ eius fuerint cum moritur*, Cum autem emancipata erat familia vel deteſtatio celebrata, omnino ſoluebatur heres non iure hereditatis, ſed ſacrorum. At mox dictum eſt ipſo iure Pontificio pecuniam ſacris obligari. Hoc verum ſed illa pecunia debet intelligi quæ fuit in dominio vel ſaltem in iure defuncti cum is moreretur. Nam cum agatur de ſacris defuncti, agi quoque debet de pecunia ipſius, quæ deſiit eſſe defuncti mutatione iuris. Nam illam pecuniam heres vendit imaginario pretio & eo modo à ſe alienat & transfert in coemptorem extraneum. Vnde patet aditionem obligare heredem æri alieno tantum quaſi contractu habito cum creditoribus hereditariis l. 3. §. vlt. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. & cum legatariis ſi ex teſtamento adita eſt: quia licet legatorum obligatio ab herede cœperit. tamen eſt loco hereditariæ l. hereditariarum ff. de oblig. & act. quę ratio quaſi contractus ceſſat in ſacris neque enim adeundo quaſi contrahitur cum Diis Manibus nec cum Pontificibus. Supereſt igitur mancipatio illa quæ alia mancipatione diſſoluitur. Aditio non mutat ius defuncti ſed potius vniuerſali perſonæ ſucceſſione continuat. at poſtrema hæc mancipatio

tio mūtat quia ius heredis ſub imagine emptionis alienat. Denique æs alienum inhereditate continetur:ſacra non itē licet iis hereditas contra ius connexa ſit non tamen ſacris ineſt illa pecunia licet adſit. Nec eſt quod quis dicat eo iure, obligationem ſacrorum eſſe pecuniæ acceſſionem: nam potius pecunia iis accedere debet ſed vticumque accipiatur, hæc coniunctio, inſtituta eſt contra ius ciuile. An potuere Pontifices naturam aditionis immutare? an iuris hereditarij regulas violare? quantum in ſe eſt id fecere: id eſt quatenus iudicia ad eos pertinent non tamen vt in aliis cauſis hæc conſtitutio maneat: ideo quod attinet ad æs alienum heres non ſoluitur illa coemptione ſed ſacris tantum quibus obſtringebatur teſtamento quod illa tantum ſolennitate conſtabat. imo præter mancipationem adhibetur teſtamento nuncupatio quæ non videtur ſublata per coemptionem poſtremam. Verum nuncupatio quæ & teſtatio dicitur non pertinet ad alienationis ſolennitatem, ſed eſt tantum declaratio volūtatis in præſentia teſtium quę deſideratur non vt tranſlatio dominij celebretur ſed vt certo & legitimo teſtimonio comprobetur. Sed quis eſt in hac mancipatione coemptor? non legatarius ne teneatur petitione hereditatis: emptor enim alienę hereditatis vt poſſeſſor tenetur petitione hereditatis l. nec vllam §. ſi quis ſciens ff. de pet. hered. Igitur legatarius adhibet extraneum & maxime ſenem vt vis alienationis à teſtatore celebratæ eneruetur. at nonne ille imaginarius emptor tenebitur? Minime. quia nihil neque iuris neque corporis ex illa hereditate poſſidet. Abſoluēt ergo eum Pontifices qui decreuerunt ſacris pecuniam coniungi. at legata pecunia nonne erat defuncti cum is moreretur? legatum enim eſt delibatio hereditatis &c. l. legatum de leg. 1. cur ergo illa mancipatio liberabit legatarium? ſane hæc interponitur ad liberandos heredes tantum, ſed ſtatim peracta mancipatione, ſoluta quoad hoc cauſa teſtamēti legatarius nouat obligationē legati & transfert in cauſam ſtipulationis per quā legatario nihil amplius debetur ex teſtamēto ſeu ex hereditate defuncti, ſed ex perſona ipſius heredis qui nunc promiſſor fit: & ſic ea pecunia quam nunc capit deſinit eſſe hereditaria proindeque ſacris non obligatur. Tullius, *Hoc vero* (inquit) *nihil ad Pontificum ius eſt è medio eſt iure ciuili vt per æs & libram heredes teſtamenti ſoluant & eodem loco res ſit quaſi ea pecunia legata non eſſet ſi is cui legatum eſt ſtipulatus eſt id ipſum quod legatum eſt vt ea pecunia ex ſtipulatione debeatur.* Igitur per coemptionem ſeu per æs & libram ſacra interinebantur: idem pro Muræna, *Sacra illi interire noluerunt.* (veteres nimirum huius legis auctores & interpretes) *horum ingenio* (id eſt Iuriſconſultorum & Pontificum ſequentium) *Senes ad coemptiones faciendas interimendorum ſacrorum cauſa reperti ſunt.* At cur ſenes potius quam iuuenes? Nam in teſtamento iuuenes etiam adbibebantur Suetonius in Nerone, *Ex hoc Domitius naſcitur quem emptorem familiæ pecuniæque in teſtamento Auguſti fuiſſe mox vulgo notatum eſt.* Verum in mancipatione ſacrorum

Nuncupatio teſtamenti ad quid.

Cur coemptor non tenetur.

Nouatio legati

Cur ſenes ſiunt coemptores.

cauſa facta, pura eſt fictio, nihil agitur veritatis & deſinit in perſona veteris coëptoris cuius morte omnes hæ imagines euaneſcũt: mors naturæ præſcripto propior eſt ſeni quã iuueni. Agnoſcunt in hoc mendacio veritatẽ iniuriæ. Celerius enim tolli deſiderãt coemptionis veſtigia per quã lucro accepto onus religionis amouẽt. Probatur eã morte coemptoris extingui l. 1. §. liberos ff. ſi quis à parent. manumiſſ. vbi parens qui vnũ ex liberis mancipauit ſub lege fiduciæ ſeu remancipationis vt ipſe manumittat: habet quidem quaſi patronus bonorũ poſſeſſionẽ contra tabulas defuncti manumiſſi quaſi liberti ſed ad heredem non tranſmittit hoc ius & ideo morte extinguitur. Ea autem manumiſſio ex vi remancipationis oritur qua fingitur parens tanquã dominus vnũ ex liberis tanquã vnum ex mancipiis manumiſiſſe. quidã coemptionẽ reſtringit ad ſola matrimonia Non viderat Vlp. in frag. de tutelis §. qui liberum vbi in tutela fiduciaria coemptorẽ admittit. ſuboleuit Alciato ratio huius coemptionis nõ non tamen recte intellexit. Nam vt probet hanc venditionem non produci vltra coemptorem adducit l. vlt. §. vlt. ff. de cont. empt. vbi obligatio annui ex fundo præſtãdi eo vendito nõ ſequitur emptorem ergo vendita hereditate coemptori obligatio non ſequitur eius heredem: male infert. Nam ſacrorum obligationem pecunia ſequitur, & poſſeſſorẽ obſtringit iũre Pontificio. At in d. l. vlt. obligatio annuĩ perſonalis eſt, ideo emptorem aut poſſeſſorem non ſequitur l. 1. §. ſi heres ff. ad Trebell. l. ſi fideicommiſſum §. tractatum ff. de iudiciis. Nec obſtat quod ea obligatio in eum fundum concepta eſt: neque enim res ideo ſeruitutem patitur ſed perſona obligatur l. Caius ff. de annuis leg. idque patet ex annui natura quæ conditionem habet vitæ legatarij l. 4. ff. eod. ergo & cuiuſcumque. At ſeruitus rei ad tempus certum vel incertum conſtitui non poteſt l. 4. ff. de ſeruit. demonſtraui ſacra priuata interempta fuiſſe iure ſubtili non æquo & bono. Hæc enim legem 12. tab. eludunt in hac parte: hoc iam in mancipatione mõſtratum eſt. at ſtipulatio nouandi cauſa interpoſita nonne fraudem huic legi facit? vnde in l. ſi quis ſub conditione ff. de cond. inſtit. teſtator legata reliquit incapacibus (quæ pro non ſcriptis habentur l. 3. ff. de his quæ pro non ſcript.) & proinde non debentur ex teſtamento; quod non ignorans, excogitauit modum quo legis mentem eluderet. Conditionem enim appoſuit inſtitutioni qua quiſque heredum caueret pro parte hereditaria ſe legata præſtaturum: heredes ſtipulantibus legatariis promiſerunt & ſic ex ſtipulatu conueniuntur: Pomp. reſpondet agentibus legatariis exceptionem doli mali obſtaturam quia ſtipulatio in fraudem legis interpoſita eſt. Igitur in d. l. ſi quis ſub conditione valet ſtipulatio & ſi in fraudem legis interceſsit, alioqui male obiiceretur exceptio quæ tunc tantum locum habet cum iure ciuili conſiſtit actio inſt. de except. in princ. Cur ergo agenti partiario ex ſtipulatu aduerſus heredem non obſtabit exceptio vt in illa ſpecie? Verum hic valuit legatum illic non valuit.

Ius coemptionis non tranſmittitur in heredẽ.

Obligatio annui perſonalis eſt.

An ſtipulatio valeat in fraudem legis interpoſita.

Sed ſi legatæ rei ſtipulatio ſaltem ciuiliter valuit potuit nouatio conſiſtere l. 1. §. vlt. ff de nouat. Verum valet non vt nouatio ſed vt ſtipulatio quæ ſemper exceptioni eſt obnoxia. Nam in nouatione debet præcedere obligatio ſaltem aut ciuilis tantum aut naturalis. nihil enim nouari non poteſt d. l. 1. at nulla erat obligatio legati incapaci relicti. Si hoc ita eſt cur non eſt nulla hæc ſtipulatio quæ propter conditionem interceſſit? quia non eſt contra legem vt legatum poteſt enim ſine cauſa præcedenti valere, ſed quia petenti legatum heres diceret ſe non teneri ſic agenti ex ſtipulatu exceptio obſtat: vt in l. 1. §. ſi quis ſub conditione ff. vt legat. ſer. cauſ. cau. vbi ſi qua ſit exceptio quæ petenti legatum opponi poſſit eadem ex ſtipulatu agenti nocebit: quod multo magis obtinet vbi nullum eſt legatum: è contra ſi legatum petenti nihil obiici poſſit (vt in partitione hic) nec ex cautione agenti quicquam opponitur. Nec obſtat quod hæc cautio in fraudem legis ſacrorum concepta eſt. in ea enim nulla ſit mentio ſacrorum ſed pecuniæ tantum quæ promitti poteſt nec ſacra quicquam faciunt ad impedimentum huius ſtipulationis quia iure ciuili non ſunt coniuncta cum pecunia. *Nouatio.*

Iam ſunt expoſiti duo modi, quibus ſacra priuata interimantur, accedamus ad tertium: hic ex voluntate teſtatoris pendet: nam ſi velit vni plus legare quam omnibus heredibus iure inſtitutionis relinquere, cauere debet in teſtamento vt centum nummi deducantur, eo caſu & heres, quia minus habet quam legatarius, & legatarius, deductione illa liberatur. Tullius. *Habeo* (inquit) *ius Pontificium: quid huic acceſſit ex iure ciuili? partitionis caput ſcriptum caute vt centũ nummi deducerentur, inuenta eſt ratio cur pecunia, ſacrorum moleſtia liberaretur:* At quis auctor illius deductionis, vt non ex iure Pontificio ſed ciuili depromptum videatur? partitio eſt ſpecies legati iure ciuili introducta & ex mente legis 12. tab. ſed deductio eſt Pontificij iuris. Sed quænam eſt ratio eius. Nam ſi hereditas eius ſit 40000. & Titio 30000. legata ſint, nimirum dodrans totius aſſis, ſi ex eo dodrante centum aurei deducantur reſtabit adhuc in legato multo plus quam omnibus heredibus datum eſt. Ergo canom euaneſcet quo cautum eſt vt legatarius ſacris obligetur qui plus capit quam omnes heredes. Deinde ſi ſint in hereditate 200 tantum, & legata ſint 120. ex quibus 100. deduci iuſſit teſtator ſupererunt legatario 20. tantum contra intentionem teſtatoris qui ſanxit deductionem gratia legatarij. Denique id quod ita deducitur cuius erit? Non legatarij quia ex legato detrahendum eſt qui ſacris obligaretur, ſi deductionem non pateretur: non heredis: quia eo modo conſtitutio Pontificum corrumpi poſſet cum plus habituri eſſent heredes quam legatarius. ad hæc alia ſequitur abſurditas. Potuit enim breuiori & leuiori via id quod eſſet deducendum non legare & in hereditate relinquere quod per deductionis anfractum ſciret eſſe ad heredes rediturum. Lucem in medio tenebrarum quæramus, hæc deductio non cedit heredibus ſed Diis ipſis qui incuria & negligen- *Deductio 100. nummorum.* *Cuius eſt quod deducitur.*

tia hominum in cultu ſacrorum offenſi ſuas contumelias poſſent vindicare. Idcirco legatarius apud Pontifices ex præcepto teſtatoris nummos ferebat & ſic religione ſoluebatur quo caſu non erat opus vt heres mancipatione liberaretur quia teſtator cuius maximè intererat ſeruari illa ſacra, heredes deductione illa, teſtamento liberauerat: quod onus in legatum tranſlatum exemptum eſt hac forma quæ manumiſſio dicebatur id eſt liberatio & ſic intelligendus eſt Feſtus cum ait, *puri, probi, profani ſui auri dicitur in manumiſſione ſacrorum cauſa ex quibus puri ſignificat quod in vſu ſpurco non fuerat: probi quod rectè excoctum purgatumque ſit: profani quod ſacrum non ſit, & quod omni religione ſolutum ſit; ſui quod alienum non ſit.* Sic aurum ſine vitio eſſe debet non ſecus ac hoſtia quæ in expiationem adhibetur quæ in omni parte debet explorari. At quid aurum ad nummos? Nam auri appellatione ſignatum non continetur l. cum aurum in princ. ff. de auro & argent. verum iam tempore Scæuolæ à quo hæc Tullius acceperat ſignatum erat aurum nimirum lege Claudia quæ à Claudio Nerone Conſule lata eſt 62. annis poſtquã argentum ſignatum eſt quinque annis ante primum Punicum bellum L. Quintio & C. Fabio Coſſ. vt notat Plinius 33. cap. 3. igitur iam nummi aurei dudum in vſu erant. Neque tamen nummi ſacrorum cauſa Pontificibus præſtabantur: ſed auri pondus certum quod centũ aureis nummis æquiualeret: hoc enim æſtimare quiuis ex trutina poſſet. At cur in teſtamento pondus non deſignatur? quia facilius per nummorum numerum demonſtratur. Omnia enim numero facilime definiuntur ſolo intellectu cum in pondere opus ſit actu ponderantis: cur ergo non præſtantur nũmi. Quia ante aurũ ſignatũ pondus non nũmi dabantur & ideo ne religio quicquã mutationis patiatur remãſit pondus. Nec nos moueat quod in minoribus hereditatibus minus videatur legatario remãſurũ, Nã quod numerũ centũ aſcripſit intelligit in maiori hereditate ex qua centum deductis plus ſit legatarius quam omnes heredes habiturus: in aliis deductio fiet pro rata. Atqui potuitne teſtator efficere ne in ſuo teſtamento lex locum habeat? non poteſt, l. nemo ff. de leg. 1. verum hæc ſacrorum manumiſſio non ſolo teſtatoris præcepto, ſed auctoritate Pontificum & conſecratione auri peragitur. Voto liberamur ab eminentibus periculis, vt & precibus, quanto magis auctoritate ſacrorum & oblatione doni? Dicitur autem manumiſſio, quia emancipatio familiæ, apud veteres erat manumiſſio §. præterea inſtit. quib. mod. Iuſ. pat. pot. ſol. Hac ſacrorum manumiſſione familia & pecunia hereditaria emancipatur ſacris illis. In familiæ manumiſſione veteres vtebantur his vocibus emancipatione & mancipatione Gellius 15. cap. 27. §. 1. inſt. de teſtament. ſed mancipatio eſt ex parte veteris coemptoris quia fingitur obligari Vlpi. tit. de teſtam. §. 2. quia fit emptor imaginarius & ſic fictus poſſeſſor, ſed ex parte venditoris eſt manumiſſio & emancipatio. Poſtremus modus liberandi legatarij cui plus relictum eſt, eiuſdem Scæ-

Manumiſſio ſacrorũ cauſa.

Auri pondus datur Deo.

Mancipatio & emancipatio.

uolæ ſubtilitate. Deprehenſus eſt: Tullius, *Quod ſi hoc* (id eſt deductionem) *qui teſtamentum faciebat cauere noluiſſet admonet iuriſconſultus hic quidem ipſe Mutius Pontifex idem, vt minus capiat quam omnibus heredibus relinquitur: ſuperiores* (Pontifices) *dicebant quicquid cepiſſet, aſtringi: rurſus ſacris liberantur* (nimirum à poſterioribus Pontificibus) vnde ille paulo ante, *Atque etiam dant hoc Scæuolæ quod eſt partitio, vt ſi in teſtamento deducta ſcripta non ſit ipſique minus ceperint quam omnibus heredibus relinquatur, ſacris ne obligentur.* Superiorum ratio erat (vt iam dixi) quia defuncti iudicium agnouit & legatum. At Scæuola ex quantitate pecuniæ hereditariæ, ſacrorum obligationem aut conſtituebat aut tollebat. Atqui iure ciuili hoc non videtur poſſe conſiſtere. Nam legatum pro parte admitti non poteſt & pro parte repudiari l. legatarius in princ. de leg. 1. l. 4. l. 5. & l. 6. de leg. 2. idem in hereditate l. 1. ff. de acquir. her. quomodo ergo poteſt legatarius ſe ſacris abſoluere vnius legati partem agnoſcendo? Verum non repudiat legati alteram partem ſed totum agnoſcit alteram petendo l. ſi cui res de leg. 2. quid ergo intereſt vtrum totum an partem petat cum totum acquirat? cur eo modo liberabitur cum ante liberationem & poſt idem ius ſit? Neque in hac parte poteſt conſtitui differentia inter ius ciuile & Pontificium. Nam iure Pontificio cautum eſt vt ſi vnus ex heredibus legatarij petierit quod à defuncto ex legato prætermiſſum erat, incidat in obligationem ſacrorum Tullius, *Si minus quis cepiſſet ne ſacris alligaretur ac poſt de eius heredibus aliquis exegiſſet pro ſua parte id quod ab eo cuius ipſe heres eſſet prætermiſſum fuiſſet eaque pecunia non minor eſſet facta cum ſuperiore exactione quam heredibus omnibus eſſet relicta, qui eam pecuniam exigiſſet ſolum ſine coheredibus ſacris obligari.* Vnde patet ſufficere ad obligandum legatarium non tantum ſi plus ceperit, ſed & ſi non minus. Ergo cum totum legatario quæſitum ſit perinde tenebitur ac ſi petiiſſet. Verum hoc intelligitur ſi ceperit: capere cum effectu accipitur l. aliud ff. de verb. ſig. igitur quia minus cepit non tenetur: quod ad poſſeſſionem referẽdum eſt. Nam coniunctio pecuniæ cum ſacris, cum effectu poſſeſſionis accipi debet. Nec obſtat quod etiam iuris poſſeſſor obligari poteſt: nam hoc poſt legatarium intelligi debet. Quis ergo poſt liberationem legatarij, ſacris obſtringetur? heres: quia quod ex legato prætermiſſum & penes eum remanet. Hi ſunt modi quibus pij iſti Pontifices ſacrorum cuſtodes ſancti, & iuriſconſulti qui ſe iuſtitiæ ſacerdotes appellant in l. 1 ff. de iuſt. & iur. ſacrorum cultum diſſoluunt & legem de eorum cõſeruatione ſancitam violant: ſanctius hæc lex obſeruatur à liberis quos & familiæ decus & parentum reuerentia deuincit fortiori vinculo ad hæc ſacra ſeruanda. Dionyſius 9. οἱ δὲ πατέρες αὐτῶν ὅσοι παῖδας ἔτι ποιεῖν εἶχον ἡλικίαν τοσαύτης καταχύσεως τὸ γένος ἐρημίας οὐχ ἂν ἑκόντες τε καὶ ἄκοντες ἑτέρους παῖδας ἐποιήσαντο ἵνα μήτε ἱερὰ ἐκλειφθῇ πατρῷα, μήτε δόξα τηλικαύτη διαφθαρῇ γένους: Loquitur de trecentis Fabiis

Sententia veterum & ſequentium Pontificum.

An legatum pro parte poſſit agnoſci.

Capere quid.

Legatario omittente partem legati heres obligatur.

Filij melius ſacra ſeruant gentilia.

qui ſimul occiſi fuerant quos par eſt liberos reliquiſſe vt per eos ſacra gentilitia conſeruarentur iuſtis matrimoniis ſucceſſiue procedentes ne gloria gentis intercideret: quod ſi ſuperſtitibus defuiſſent liberi quæri vel eligi potuiſſent iure ciuili. Igitur heres & maxime filius huic oneri ſuccedebat: quia hoc antiqui iure religionis ſucceſſiuè ſeruabant ita vt ſummo lucro imputaretur, ſi hereditas ſine ſacris obtigiſſet quaſi ſummo onere liberata. Feſtus, *ſine ſacris hereditas in prouerbio dici ſolet cum aliquid obuenerit ſine vlla incommodi appendice quod olim ſacra non ſolum curioſiſſime adminiſtrabant ſed etiam priuata, relictuſque heres ſicut pecuniæ, etiam ſacrorum erat vt ea diligentiſſime adminiſtrare eſſet neceſſarium.* Hic quod ait olim neceſſarium fuiſſe hæc colere, notandum innuere ſuo tempore alio iure Romanos vti ſubtilitate Pontificum. Nunc quæro in quibus hæc ſacra conſiſtunt. In anniuerſarijs vt iam ex Tullio dictum eſt:in feriis natalium,& funerum de quibus in capite ſequente:in expiationibus,vt apud Feſtum. *Propudianus porcus dictus eſt vt ait Capito Ateius qui in ſacrificio gentis Claudiæ velut piamentum & exſolutio omnis contractæ religionis eſt.* Hoc igitur huic genti proprium erat genus luſtrationis.In ſuſceptionibus fulgurum priuatis de quibus jam in cap. prodigia dictum eſt: cætera in ſequentibus exponentur.

In quibus hæc ſacra conſiſtũt.

AXIOMATA.

GENTILIA & plebeia ſacra ſunt familiarum: ſed illa ſunt Patriciorum, hæc ignobilium: Gentilia a gente ſunt cuius ius eſt inter eos qui eodem nomine ſunt & quorum maiores id eſt parẽtes ſupra tritauum ſerui non fuere, quo fruuntur & ij qui licet a veteri ſenatorum gẽte orti non ſint, ſi nemo maiorum ſeruitutem ſeruijt: quia poſſunt eſſe ſenatores, & habent gentem licet minorem. Ius autem agnationis eſt inter non gentiles. Sacra autem hæc priuata per matrimonium coniungebantur.

HÆC Sacra primo ſequuntur heredem: ſecundo eum cui legata eſt pars hereditatis, ex qua non deducuntur pretia ſeruorum & funeris impenſæ,tamen onera perſonalia non ſequuntur le-

gatarium partis hereditatis, ſed heredem ex lege 12. tab. hereditas enim alia eſt à legato partis: in húc legatarium non tranſeunt ipſo iure actiones, non vindicatio: quia certum corpus non eſt legatum nec vtilis quidem in perſonam actio contra debitores: quia certum nomen legatum non eſt ideo delegationibus mutuis quæ per ſtipulationes celebrantur opus eſt, non debitorum quia ijs ignorantibus fieri non poſſunt, ſed nominum, quæ ſi mandato fiant, poſſunt re integra reuocari, ſecus vbi ſtipulatio interpoſita eſt. Ea enim parit efficacem obligationem quæ nuda promiſſoris voluntate diſſolui non poteſt. Hæ ſtipulationes ad æs alienum transferendum dumtaxat concipiuntur iure ciuili, non ad ſacra quibus iure Pontificio partiarius tenetur. Quod ſi heres non ſit, non erit quoque legatarius: quia legatum ex deſerto teſtamẽto nullum eſt: ideo deficiente herede tenetur is qui vſu cepit ex bonis defuncti. Tertio is qui ex deſerto teſtamento legati ſibi relicti aliquid accepit: quia defuncti Iudiciũ agnouiſſe videtur.

POSTERIORES Pontifices ſacrorum obligationem diſſoluere tribus modis: primo mancipatione ſeu ficta hereditatis alienatione per æs & libram quæ in fictum emptorem alienata erat: ſecundo ſacrorum deteſtatione, ſi teſtamentum calatis comitijs conditum fuiſſet: vtroque modo ſic ſoluebatur vt conſtitutum erat: Poſtremo deductione certæ partis ex legato quæ Deo per Põtifices conſecrabatur vt religionis priuatæ violatio publicæ religionis augmento penſaretur. Cæterum liberatur legatarius non heres ſi minus

petierit quam legatum eſt, ne tantum cepiſſe videatur quantum omnes heredes, licet ei totum acquiſitum ſit, quia non poſſidet. Hæc enim ſacrorum obligatio poſſeſſorem ſequitur. His tribus modis non reſcinditur aditio, ſed ſacrorum obligatio tollitur: aditio enim quaſi contractu obligat æri alieno non ſacris: quia non contrahitur cum Dijs Manibus nec cum Pontificibus adeundo.

STIPVLATIONE nouatur obligatio legati & incipit deberi vt pecunia non defuncti ſed heredis vt promiſſoris; & ideo ſacris defuncti non eſt obnoxia. In mancipatione autem quæ ſoluit ſacris heredes teſtamẽti ſenex coëmptor adhibebatur vt celerius veſtigia huius fictionis euaneſcerent morte ſcilicet coëmptoris aut manumiſſoris: quia hæc manumiſſio morte manumiſſoris extinguitur. Legati autem ſtipulatio non interponitur in fraudem legis, quia legatum debetur. Quod autem attinet ad deductionem centum teſtamento præſcriptam, ſi hereditas ſit. Vilior minus eſt præſtandum pro rata ſcilicet hereditatis. At ſi longe vberior ſit ſufficit centum ad liberationem deducere: hæc ſumma in auro præſtatur non numerato ſed ponderato (licet iam ſignatum eſſet) ad imaginem retinendæ vetuſtatis quę rudi metallo pendendo vtebatur, hæc pertinent ad religionem priuatam quæ conſiſtit in anniuerſarijs, expiationibus, fulgurũ ſuſceptionibus ferijs natalium & funerum, & in iure ſepulchrorum.

DEORVM MANIVM IVRA Sancta ſunto. Hos letho datos, diuos habento. Sumptum in ollos, luctumque minuunto.

CAP. XXII.

TANTVM abeſt vt hæc Manium iura ſan- *Sanctum.*
cta fuerint apud Romanos cum ex præceden-
ti capite manifeſta ſit eorũ violatio. Sanctum
apud iuris conditores pro inuiolabili ſemper
acceptum eſt quod quadam nota vel ſacra vel
humana ita ſignatum ſit vt nefas ſit illud cor-
rumpere l. Sanctum & l. Sequente §. proprie
ff. de rer. diuiſ. At quamuis lege cautum ſit vt
perpetua & ſancta eſſent, tamen iniuſta ſublata ſunt ſubtilitate.
Manes appellati ſunt Dij inferi vt lenitate nominis eorum acerbi- *Maniũ appel-*
tas placaretur. *Antiqui enim* (inquit Varro 5. de ling. Lat.) *Bonum* *latio.*
dicebant Manum ad cuiuſmodi religionem Græci quoque cum lumen
affertur ſolẽt dicere φῶς ἀγαϑόν. His poſtremis verbis innuit manum
à mane dictum eſt. *Quod tum manat dies ob oriente* (inquit ibidem
ille) nec contrarium ait cum ita ſubiicit, *Niſi potius quod bonum* *Cur bono no-*
manum dicebant, vult enim mane non deduci à manare (vt quoſdam *mine Manes*
notat exiſtimaſſe) ſed à mano quod bonum eſt quia lux bona eſt *appellantur.*
cum ſit imago veri boni. At Dij inferi ſunt mali, ſed iam dixi bonos
dici: quod mali bonis nominibus placentur: tum quod in ſacris, no-
minibus infauſtis abſtinerent. Orpheus in Hymnis Deos inferos
vocat contra naturam eorum μειλιχίους, id eſt placabiles: quod
terror calamitatis aut mortis induxit ne quid mali ab iis emanet.
Feſtus Dij manes (inquit) *pro bonis dicuntur à ſuppliciter eos venerantibus,*
bus, propter metum mortis vt immanes quoque pro valde non bonis di- *Manalis la-*
cuntur: ideoque ἐυμενίδες καὶ ἐυφημισμόν, *id eſt mites dicuntur furiæ,* *pis.*
Hi crudeles dij etiam ab Auguribus inuocantur Feſtus *Manes Dij*
(inquit) *ab Auguribus inuocantur quod hi per omnia ætheria terrena-*
que manare dicantur. Hic aliam videtur notationem nominis addu-
cere quã Varro notauit ſed nõ approbauit omnino. Sed hoc quod
ait Feſtus accommodatur ſacris Pontificalibus in quibus ſi quando
pluuiis indigerent lapis quidam qui Manal ſeu Manalis appellaba-
tur moueri ſolebat vbi ſacrũ fiebat quod manale dicebatur. Varro
de vita populi Romani libro 1. apud Nonium *Vrceolum* (inquit)
aquæ manale vocamus quod eo aqua in trulleum effundatur vnde mana-
lis lapis appellatur in Pontificalibus ſacris qui tunc mouetur cum pluuiæ
exoptantur: ita apud antiquiſſimos manale ſacrum vocari quis non noue-

rit : vnde nomen illius. Hoc Pontifices à diſciplina augurum accipiũt Deos manes per ætherem & terram manare vt inde fluant ea quæ in terram cadunt, vt niues & pluuiæ quæ manant potius ex vaporibus ex terra & aqua prodeuntibus. In ipſa terra iam aquæ latent, quid mirum ſi ex eadem aquæ profluant, quæ per potentias eius ex ea ad aerem manant. Id ſignificant etiam iidem Pontifices cum manalem lapidem oſtium orci eſſe aiunt per quod ad ſuperiores manarent animæ inferorum qui dicuntur Manes vt auctor eſt Feſtus: tum ſic ait *Manalem etiam lapidem vocabant petram quamdam quæ erat extra portam Capenam iuxta ædem Martis quam cum propter nimiam ſiccitatem in vrbem protraherent, inſequebatur pluuia ſtatim, eumque quod aquas manaret Manalem dixere.* Ex hoc Feſti loco duas de iſto lapide opiniones fuiſſe apparet : prima in pluribus locis hanc poteſtatem conſtituit. Nam oſtium Orci vbicumque eſt, id eſt terra vbicumque aperta iſtis vaporibus & proinde vbicumque vbi agri eſſent ij lapides ponebãtur de quibus ſic Fulgentius ait; *Labeo qui diſciplinas Hetruſcas Tagetis & Bacidis quindecim voluminibus explicauit ita ſcribit, fibra iocinoris ſandaracei coloris dũ fuant manales tunc verrere opus eſt petras, hoc eſt quas antiqui ſolebant in modum cylindrorum per limites trahere pro pluuiæ commutanda inopia.* Cur per limites hoc oſtium Orci trahitur? vt omnes agri, huius lapidis ſanctitatem ſentiant. Nam in limitibus ſingulis agrorum ſingulorum ſunt notæ & ſigna. Altera opinio pertinet ad lapidem Pontificalem qui erat extra vrbem, ne motus infernalis potentiæ Diis cæleſtibus vrbis tutoribus ſacra conturbaret, igitur etymologia hic tradita non accommodatur dictioni ſed ſenſui rei quæ agitur : nec ita abſurde quin ſecundum alios huic etiam voci poſſit conuenire, ſed hæc ad rem aptior : at ad dictionem melius eſt manum pro bono vt bonum pro lucido & claro accipiatur: Nonius *Manum* (inquit) *dicitur clarum vnde etiam mane poſt tenebras noctis diei pars prima, inde Matuta quæ Græce* Λευκόθεα : *Nam inde volunt etiam deos Manes apellari id eſt bonos & proſperos quod melior mors ſapientioribus quam vita probetur. Tullius. 1. Thuſc. quid Ino. Cadmi filia, nonne* Λευκόθεα *nominata à Græcis, Matuta habetur à noſtris? vnde immanes non boni, vt ſæpe.* Hic aliam reddit rationem etymi quam Feſtus, vult enim bonos dici inferos quod mors ſapienti bona ſit : at ille ait bonos appellari propter metum mortis, ne mortis periculum immittant. Verum eſt vtrumque: nam ſuperſtitioſi tamquam adulatores bene de Diis loquuntur quos malos putant; at ſapientes tamquam amici bene de iis ſentiunt, quia bonos arbitrantur ab effectu mortis. Tyrius ait ſceleratum ſuperſtitione vinciri qua deos timet tamquam tyrannos. Tarquinius ſuperbus conſcientiæ furiis exagitatus facile perſuadetur ab Apolline ad quem miſerat conſultum de prodigiis quibus ei exitium impendere ſignificabatur vt Deæ Maniæ quam deorum Manium aut vt ait Varro Larum matrem pro compitis, capitibus ſacrificaretur vt

Opinio veterum, ex terra aquas in terrã manare.

Oſtium Orci.

Mania mater Manium.

pro familiarum ſoſpitate pueri mactarentur, auctore Macrob. 1. Sat. cap. 7. animaduerte fraudem diaboli. Quod enim Hercules Saturno & Diti eripuerat occaſione per inſidias hic arrepta reſtituit eidem Numini mutato ſexu & nomine. Quæ enim dea eſt Manium niſi Proſerpina? Sed iterum Iunius Brutus mentem eluſit Apollinis interpretatione capitum ab humanis ad allia & papauera conuerſa. *Remoto ſcelere infauſta ſacrificationis* (inquit ille ibidem.) Hinc poſtea eodem auctore conſuetudo manſit vt effigies ſuſpenſæ pro foribus ſingulorum, Maniæ conſecrarentur vt periculum ſi quod immineret familiis expiarent. *Effigies foribus ſuſpenſæ.* Eas effigies fuiſſe ex farina fictas Feſtus de iis ſic ſcribit *Manias Ælius ſtilo dicit ficta quadam ex farina in hominum figuras quia turpes fiant quas alij Maniolas appllāt. Manias autem quas nutrices minitentur paruulis pueris eſſe Laruas id eſt Manes deos, deaſque qui aut ab inferis ad ſuperos manant, aut Mania eſt eorum auia materna: ſunt enim vtriuſque opinionis auctores.* Sic igitur familiæ conſeruabantur a Maniabus iſtis quibus lacte tātum non vino libabatur. Varro apud Nonium *Cato de liberis educandis, hiſce Maniabus lacte fit non vino, Cuninæ propter cunas, Rumina propter rumam id eſt priſco vocabulo mãmam à quo ſubrumi etiam nunc dicuntur agni.* *Maniabus lacte non vino libatur.* Sane liberi patris familias adhuc in cunis iacentes, ſunt familiæ fomites aut quaſi ſeminaria, quæ opibus poſtea in ſplendorem & lucem emergunt. Idcirco cunæ infantium erant cribrum aut vannus, quæ Cereris & Bacchi ſunt inſtrumenta myſtica quibus familiæ perfecta felicitas quaſi per hoc auſpicium captatur. Scholiaſtes Callimachi in hymnum in Iouem ἐν γὰρ λίκνοις τὸ παλαιὸν κατεκοίμιζον τὰ βρέφη, πλοῦτον καὶ καρποὺς οἰωνιζόμενοι. Λίκνον οἷον τὸ κόσκινον ἢ τὸ κλινίον εἰς ὃ τὰ παιδία τιθέασι. *Cuna infantiū cribrum.* Lac autem quod eis offerebatur conſeruat etiam & auget opes familiæ pecudum fœtu enutriendo in quibus magna pars antiquarum diuitiarum erat: ideo ad vbertatis conſeruationem lactis & fœtuum primitiæ libabantur cap. feriis ſup. Maniæ placantur lacte quæ ſanguinem ſitiūt: hunc enim ita Manes expetunt vt ſine eo ex inferis euocari nō poſſint nec futura prædicere auctore Homero Odyſſ. Λ. vbi anima Tireſiæ ſic Vlyſſem alloquitur qui enſe ſtricto Manes à foſſa ſanguine redundante propellebat. *Manes ſanguinem ſitiunt.*

Τίπτ' αὖτ' ὦ δύστηνε λιπὼν φάος ἠελίοιο
Ἤλυθες ὀφρῆδης νέκυας καὶ ἀτερπέα χῶρον
Ἀλλ' ἀποχάζεο βόθρου, ἄπισχε δὲ φάσγανον ὀξύ
Αἵματος ὄφρα πίω καί τοι νημερτέα εἴπω.

Athenienſes autem ſuſpenſum quidem habebant Ianuis ſimulachrum dæmonis, ſed ad hoc tantum vt ædes à furibus tuerentur & hunc στροφαῖον quod huc illuc verteretur vt fures auerteret appellabant Scholiaſtes Ariſtoph. in Pluto στροφαῖον δὲ ἐκάλουν ἱδρυμένον παρὰ τῇ θύρᾳ τὸν δαίμονα: eum vocat paulo poſt Mercurium ἅμα δὲ παρὰ τὸ στρέφειν τὰ πράγματα: οἱ δὲ τοῦτο ποιοῦντες πανοῦργοι· ἐπωνομία δὲ τοῦτο Ἑρμοῦ παρὰ τὸ ταῖς θύραις ἱδρῦσθαι ἐπὶ *Deus ſtropheus*

φυλακῇ τῶν ἄλλων κλεπτῶν. οὗτοι γὰρ ὀπίσω τῶν θυρῶν ἐν ὤφθασι καὶ ἀναδύεσθαι καὶ ὅλως πανουργεύεσθαι.§Sed Maniæ Romanorum foribus ſuſpenſæ, impendentia omnia mala credebantur auertere, & augere opes familiæ: & generationi præeſſe quia corruptioni præſunt.Ideo Mania quædam apud eos geneta dice-

Mania geneta. batur, cui canem immolabant & precabantur ne quis ex domo bonus fieret.Plutarchus in quæſt. Rom. 52. id eſt manus ſeu mortuus. Nam voce mortui mali ominis euitandi cauſa nunquam in ſacris vtebantur. Nec mirum ſi mortui boni dicantur à Romanis cum etiam ab Arcadibus Græcorum antiquiſſimis bonus pro mortuo ſumeretur, quod ille ibidem ex teſtimonio Ariſtotelis ſic probat οὐ δεῖ δὲ τοῦτο θαυμάζειν, καὶ γὰρ Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς Ἀρκάδων πρὸς Λακεδαιμονίους συνθήκαις γεγράφθαι φησὶ μηδένα χρηστὸν ποιεῖν βοηθείας χάριν τοῖς λακωνίζουσι τῶν Τεγεατῶν ὅπερ εἶναι

Bonus id eſt mortuus. μηδένα ἀποκτιννύναι: hic manifeſta erat macula nam vulgo legebatur μηδὲν ἄχρηστον, id eſt, nihil innutile quod nec ſenſui conuenit nec ſuſtineri poteſt, idem error eſt in præcedentibus verbis cum ait ἢ διὰ τὸ ἀχρείστους καὶ κομψοὺς λέγεσθαι τοὺς πλευτῶντας reponendum χρηστούς auctor repetit idem fœdus in eadem ſententia quæſt. Græc. 5. ideo canem immolant quia piacularis eſt hoſtia etiam Græcis vt idem auctor eſt quæſt. 68. igitur mortuos appellabant etiam Græci bonos. Vtraque tamen gens non ignorauit verum eſſe contrarium. Ipſis enim effectibus agnoſcentes horum Numinum feritatem & immanitatem, dies quibus iſta colebantur atros habuere quibus nihil neque publice neque priuatim agi fas eſſet quod poſſet in alterum diem differri. Varro apud Macrob. 1. Sat. *Mundus* (inquit) *cum patet deorum triſtium atque inferum quaſi ianua patet: propterea non modo prælium committi verumetiam delectum rei militaris cauſa habere, ac militem proficiſci, nauem ſoluere, vxorem liberum quærendorum cauſa ducere, religioſum eſt* Hoc etiam Feſtus notauit his verbis, *atri ſunt dies quibus mundus patet.* Eſt autem mundus foſſa in medio vrbis forma rotunda ducta vt ad imaginem huius vniuerſi accederet. Nam ex ea mundi ſimilitudine, hanc appellationem in cęremoniis habuit. Circa eam foſſam circuitus vrbis exaratus eſt, non ſecus ac ſi quis circulum deſcriberet circa centrum. in hanc primitias omnium quibus homines ſecundum legem vt bonis vtuntur & ſecundum naturã neceſſariis proiecere. Deinde quiſque paululum terræ vnde natus erat immiſit. Plutar. in Romulo βόθρος γὰρ ὠρύγη περὶ τὸ νῦν Κομίτιον κυκλοτερὴς ἀπαρχαί τε πάντων ὅσοις νόμῳ μὲν ὡς καλοῖς ἐχρῶντο, φύσει

Mundus quid. δ' ὡς ἀναγκαίοις ἀπετέθησαν ἐνταῦθα καὶ τέλος ἐξ ἧς ἀφῖκτο γῆς ἕκαστος ὀλίγην κομίζων μοῖραν ἔβαλον εἰς ταῦτα καὶ συνεμίγνυον (καλοῦσι δὲ βόθρον τοῦτον ᾧ καὶ τὸν ὄλυμπον ὀνόματι Μοῦνδον) εἶτα ὥσπερ κύκλον κέντρῳ περιέγραψαν τὴν πόλιν. Regna imperia principatus eo ſunt ſanctiores & maioris æui quo propius accedunt ad huius vniuerſi adminiſtrationem quam agit diuina prouiden-

tia ex qua naſcuntur omnia ad vitæ humanæ conſeruationẽ vtilia & neceſſaria, ideoq; primitię earũ rerum ei offeruntur vt conſecratę, quaſi in centro vim perpetuam ibidem, ingenerant eaſdem ſpecies producẽdi. Hic enim imago eſt totius orbis terrarũ in quo nulla vis eſt ex ſe frugis pariendæ niſi ex vi numinum quæ his oblationibus conciliata vberrimos fructus & prouentus influunt: ſed imago illa per conſecrationem ad ſolos conſecrantes extenditur, qui quamuis ex diuerſis terræ partibus ibi concurriſſent, tamen particulam natiuæ terræ in Romanum mundum iniiciẽtes, ſuæ patriæ & amorem & vim genitalem quaſi repudiantes, in vnum hoc ſolum conuerterunt: quo magis confirmatur ſimilitudo mundi, in quo vnus eſt rex, & totum genus humanum ei ſubiectum, vna ciuitas cuius angeli & homines ſunt ciues: Sane Hetruſci in his myſteriis quibus Romulum in condenda vrbe inſtituere ignorantes fundamenta moliti ſunt vrbis quæ poſtea vniuerſo orbi legem dedit in hoc mundo vna pars ſuperior dicebatur quæ ſpecie cœli fornicata erat: altera inferior quæ Diis Manibus ſacra erat, in qua erant quædam abditæ & occultæ religionis erga deos infernales Feſtus, *Mundus* (inquit) *vt ait Capito Ateius in libro ſexto Pontificali, ter in anno patere ſolet diebus his, poſtridie volcanalia, & ante diem tertium nonas Octobris, & ante diem ſextum Idib. Nouemb. qui, quid ita dicatur ſic refert Cato in commentariis iuris ciuilis: Mundo nomen impoſitum ab eo mundo qui ſupra nos eſt: forma enim eius eſt vt ex iis qui intrauere cognoſcere potui adſimilis illi: eius inferiorem partem veluti conſecratam Diis Manibus clauſam omni tempore niſi iis diebus qui ſupraſcripti ſunt maiores cenſuerunt, quos dies etiam religioſos iudicauerunt: ea de cauſa quod quo tempore ea quæ occulta & abdita religionis Deorum Manium eſſent veluti in lucem quamdam adducerentur & patefierent nihil eo tempore in Rep. geri voluerunt: itaque per eos dies non cum hoſte manus conſerebant, non exercitus ſcribebatur, non Comitia habebantur, nec aliud quicquam in Rep. niſi quod vltima neceſſitas admonebat, adminiſtrabatur.* His autem tribus anni temporibus non fiebat ſolenne ſacrum Diis Manibus licet hæc pars ima conſecrata illis eſſet, ſed Diti & Proſerpinæ deorum Manium principibus, quod recte Macrob. notauit his verbis. *Nec patente mundo quo ſacrum Diti patri & Proſerpinæ dicatum eſt, meliuſque occluſa Plutonis fauce eundũ ad præliũ putauerunt.* At die atro Diis Manibus parentare nefas erat auctorẽ & rationem adducit 1. Sat. cap. 16. *Sed & Fabius Maximus Seruilianus Pontifex in libro 12. negat oportere atro die parẽtare: quia tunc quoque Ianum Iouemque præfari neceſſe eſt quos nominari atro die non oportet.* Vnde videtur Romanis ſuboleuiſſe inferos eſſe in imis terræ partibus ſeu viſceribus cum mũdi partem imam Diis inferorum aſcripſerint. Tertullianus de anima *Nobis* (inquit) *inferi non nuda cauoſitas, nec ſubdiualis aliqua mundi ſentina creduntur ſed in foſſa terræ, & in alto vaſtitas & in ipſis viſceribus eius abſtruſa profunditas: ſi quidem Chriſtum in corde terræ triduum mortis legimus expunctum id eſt*

Cur in mundũ primitiæ frugum & particula terræ natiuæ iniicitur.

Partes mundi.

Dies atri.

Cur atro die nõ licet parentare.

Inferi ſub terra.

φυλακῇ τῶν ἄλλων κλεπτῶν. οὗτοι γὰρ ὄπισω τῶν θυρῶν ἐν ὤ-φασι καὶ ἀναδύεσθαι καὶ ὅλως πανουργεύεσθαι.§Sed Maniæ Romanorum ſoribus ſuſpenſæ, impendentia omnia mala credebantur auertere, & augere opes ſamiliæ: & generationi præeſſe quia corruptioni præſunt.Ideo Mania quædam apud eos geneta dicebatur, cui canem immolabant & precabantur ne quis ex domo bonus fieret.Plutarchus in quæſt. Rom. 52. id eſt manus ſeu mortuus. Nam voce mortui mali ominis euitandi cauſa nunquam in ſacris vtebantur. Nec mirum ſi mortui boni dicantur à Romanis cum etiam ab Arcadibus Græcorum antiquiſſimis bonus pro mortuo ſumeretur, quod ille ibidem ex teſtimonio Ariſtotelis ſic probat οὐ δεῖ δὲ τοῦτο θαυμάζειν, καὶ γὰρ Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς Ἀρκάδων πρὸς Λακεδαιμονίους συνθήκαις γέγραφθαί φησι μηδένα χρηστὸν ποιεῖν βοηθείας χάριν τοῖς Λακωνίζουσι τῶν Τεγεατῶν ὅπερ εἶναι μηδένα ἀποκτιννύναι: hic manifeſta erat macula nam vulgo legebatur μηδὲν ἄχρηστον, id eſt, nihil innutile quod nec ſenſui conuenit nec ſuſtineri poteſt, idem error eſt in præcedentibus verbis cum ait ἢ διὰ τὸ ἀχρείστους καὶ κομφους λέγεσθαι τοὺς τελευτῶντας reponendum χρηστοὺς auctor repetit idem ſœdus in eadem ſententia quæſt. Græc. 5. ideo canem immolant quia piacularis eſt hoſtia etiam Gręcis vt idem auctor eſt quæſt. 68. igitur mortuos appellabant etiam Græci bonos.Vtraque tamen gens non ignorauit verum eſſe contrarium. Ipſis enim effectibus agnoſcentes horum Numinum feritatem & immanitatem, dies quibus iſta colebantur atros habuere quibus nihil neque publice neque priuatim agi ſas eſſet quod poſſet in alterum diem differri. Varro apud Macrob. 1. Sat. *Mundus* (inquit) *cum patet deorum triſtium atque inferum quaſi ianua patet: propterea non modo prælium committi verumetiam delectum rei militaris cauſa habere, ac militem proficiſci, nauem ſoluere, vxorem liberum quærendorum cauſa ducere, religioſum eſt* Hoc etiam Feſtus notauit his verbis, *atri ſunt dies quibus mundus patet.* Eſt autem mundus foſſa in medio vrbis forma rotunda ducta vt ad imaginem huius vniuerſi accederet. Nam ex ea mundi ſimilitudine,hanc appellationem in cęremoniis habuit.Circa eam foſſam circuitus vrbis exaratus eſt, non ſecus ac ſi quis circulum deſcriberet circa centrum.in hanc primitias omnium quibus homines ſecundum legem vt bonis vtuntur & ſecundum naturā neceſſariis proiecere. Deinde quiſque paululum terræ vnde natus erat immiſit. Plutar. in Romulo βόθρος γὰρ ὠρύγη περὶ τὸ νῦν Κομίτιον κυκλότερης ἀπαρχαί τε πάντων ὅσοις νόμῳ μὲν ὡς καλοῖς ἐχρῶντο, φύσει δ' ὡς ἀναγκαίοις ἀπετέθησαν ἐνταῦθα καὶ τέλος ἐξ ἧς ἀφῖκτο γῆς ἕκαστος ὀλίγην κομίζων μοῖραν ἔβαλλον εἰς ταῦτα καὶ συνεμίγνυον (καλοῦσι δὲ βόθρον τοῦτον ᾧ καὶ τὸν ὄλυμπον ὀνόματι Μοῦνδον) εἶτα ὥσπερ κύκλον κέντρῳ περιέγραψαν τὴν πόλιν. Regna imperia principatus eo ſunt ſanctiores & maioris æui quo propius accedunt ad huius vniuerſi adminiſtrationem quam agit diuina prouiden-

Mania geneta.

Bonus id eſt mortuus.

Mundus quid.

tia ex qua naſcuntur omnia ad vitæ humanæ conſeruationẽ vtilia & neceſſaria, ideoq; primitię earũ rerum ei offeruntur vt conſecratę, quaſi in centro vim perpetuam ibidem, ingenerant eaſdem ſpecies producẽdi. Hic enim imago eſt totius orbis terrarũ in quo nulla vis eſt ex ſe frugis pariendæ niſi ex vi numinum quæ his oblationibus conciliata vberrimos fructus & prouentus influunt: ſed imago illa per conſecrationem ad ſolos conſecrantes extenditur, qui quamuis ex diuerſis terræ partibus ibi concurriſſent, tamen particulam natiuæ terræ in Romanum mundum iniiciẽtes, ſuæ patriæ & amorem & vim genitalem quaſi repudiantes, in vnum hoc ſolum conuerterunt: quo magis confirmatur ſimilitudo mundi, in quo vnus eſt rex, & totum genus humanum ei ſubiectam, vna ciuitas cuius angeli & homines ſunt ciues:

Cur in mundũ primitiæ frugum & particula terræ natiuæ iniicitur.

Partes mundi.

Sane Hetruſci in his myſteriis quibus Romulum in condenda vrbe inſtituere ignorantes fundamenta moliti ſunt vrbis quæ poſtea vniuerſo orbi legem dedit in hoc mundo vna pars ſuperior dicebatur quæ ſpecie cœli fornicata erat: altera inferior quæ Diis Manibus ſacra erat, in qua erant quædam abditæ & occultæ religionis erga deos infernales Feſtus, *Mundus* (inquit) *vt ait Capito Ateius in libro ſexto Pontificali, ter in anno patere ſolet diebus his, poſtridie volcanalia, & ante diem tertium nonas Octobris, & ante diem ſextum Idib. Nouemb. qui, quid ita dicatur ſic refert Cato in commentariis iuris ciuilis: Mundo nomen impoſitum ab eo mundo qui ſupra nos eſt: forma enim eius eſt vt ex iis qui intrauere cognoſcere potui adſimilis illi: eius inferiorem partem veluti conſecratam Diis Manibus clauſam omni tempore niſi iis diebus qui ſuprascripti ſunt maiores cenſuerunt, quos dies etiam religioſos indicauerunt: ea de cauſa quod quo tempore ea quæ occultæ & abditæ religionis Deorum Manium eſſent veluti in lucem quamdam adducerentur & patefierent nihil eo tempore in Rep. geri voluerunt: itaque per eos dies non cum hoſte manus conſerebant, non exercitus ſcribebatur, non Comitia habebantur, nec aliud quicquam in Rep. niſi quod vltima neceſſitas admonebat, adminiſtrabatur.*

Dies atri.

His autem tribus anni temporibus non fiebat ſolenne ſacrum Diis Manibus licet hæc pars ima conſecrata illis eſſet, ſed Diti & Proſerpinæ deorum Manium principibus, quod recte Macrob. notauit his verbis. *Nec patente mundo quo ſacrum Diti patri & Proſerpinæ dicatum eſt, meliuſque occluſa Plutonis fauce eundũ ad prœliũ putauerunt.* At die atro Diis Manibus parentare nefas erat auctorẽ & rationem adducit 1. Sat. cap. 16. *Sed & Fabius Maximus Seruilianus Pontifex in libro 12. negat oportere atro die parẽtare: quia tunc quoque Ianum Iouemque præfari neceſſe eſt quos nominari atro die non oportet.*

Cur atro die nõ licet parentare.

Vnde videtur Romanis ſuboleuiſſe inferos eſſe in imis terræ partibus ſeu viſceribus cum mũdi partem imam Diis inferorum aſcripſerint. Tertullianus de anima *Nobis* (inquit) *inferi non nuda cauoſitas, nec ſubdiualis aliqua mundi ſentina creduntur ſed in foſſa terræ, & in alto vaſtitas & in ipſis viſceribus eius abſtruſa profunditas: ſi quidem Chriſtum in corde terræ triduum mortis legimus expunctum id eſt*

Inferi ſub terra.

receſſu intimo & interno & in ipſa terra operto & intra ipſam cauato & inferioribus adhuc abyſſis ſuperſtructo. Gentilium tamen nonnulli animas mortalium in inferos quidem demitti, ſed idola tantum eſſe non ſubſtantias defunctorum exiſtimauere quod apertiſſimo Homeri teſtimonio comprobatur qui animam Achillis ſic alloquentem Vlyſſem introducit (quod debet eo grauius eſſe quo perſonæ proferentis maior eſt auctoritas) Odyſſ. Λ.

Πῶς ἔτλης Ἄϊδος δὲ κατελθέμεν, ἔνθά τε νεκροὶ
Ἀφραδέες ναίουσι βροτῶν εἴδωλα καμόντων.

In infern ſunt idola. Quid aliud eſt idolum quam ſimulachrum quod per ſe nihil eſt. Quod ſi ita eſt non patientur in inferis ſcelerati & maledicti: nec in cœlis boni & benedicti gratiam accipient. Sed vt tanta euitetur abſurditas, finxere duas eſſe animas, primam eſſe ſubſtantiam hominis quæ ſuo deſcēſu in materiam id eſt in corpus vt illud illuſtret quamuis per ſe ſimplex ſit, adiunctione tamen corporis cum quo hominem componit, alteram animam parit quæ eſt ipſius ſimulachrum non ſecus ac lux immiſſa in corpus vmbram producit. Plotinus. 1. Ennead. 1. cap. vlt. καὶ γὰρ ἐν τῇ γενέσει ἡ προσθήκη ἢ ὅλως ἡ γένεσις τοῦ ἄλλου ψυχῆς εἴδους. τὸ δὲ πῶς ἡ γένεσις εἴρηται· ὅτι καταβαινούσης ἄλλου τοῦ ἀπ᾽ αὐτῆς γινομένου τοῦ καταβαίνοντος ἐν τῇ νεύσει. Primam deinde ait non peccare ideoque non puniri, ſed ſecundam: deſcendit enim vt corpus illuſtraret: poſt illuminationem ſequitur peccatum ſicut vmbra: lux non eſt cauſa vmbræ per ſe, ſed corpus illuminatum ſic anima illuſtrans cauſa peccati non eſt *Duplex anima.* *Cauſa peccati.* ἆρ᾽ οὖν ἀφίησι τὸ εἴδωλον καὶ ἡ νεῦσις δὲ πῶς οὐχ ἁμαρτία: ἀλλ᾽ εἰ ἡ νεῦσις ἔλλαμψις πρὸς τὸ κάτω οὐχ ἁμαρτία ὥσπερ οὐδ᾽ ἡ σκιά. ἀλλ᾽ αἴτιον τὸ ἐλλαμπόμενον. Ergo quod illuſtratum eſt, eſt cauſa peccati: ideoque ei pereundum eſt. At quomodo perit idolum animæ? non diffiſſum aut diſruptum perit ſed receſſu primæ animæ, vt abſentia lucis vmbra diſſoluitur, ἀφίησιν οὖν τὸ εἴδωλον εἰ μὴ ἐγγὺς τὸ ὑποδεξάμενον (id eſt corpore diſſoluto) ἀφίησι δὲ οὐ τῷ ἀποσχισθῆναι ἀλλ᾽ τῷ μηκέτι εἶναι. Ergo ſi idolum euaneſcat & corpus diſſoluatur & prima anima nihil patiatur nullæ pœnæ eſſe poterunt in inferis. Quomodo ergo idola apud Homerum loquentia introducuntur? dicent eſſe fabulas. Atqui nituntur iiſdem fabulis veritatem oſtendere Plotinus ibidem. χωρίζειν δὲ ἔοικεν ὁ ποιητὴς τοῦτο, ἐπὶ τοῦ Ἡρακλέως τὸ εἴδωλον αὐτοῦ διδοὺς, ἐν Ἅδου, αὐτὸν δὲ ἐν θεοῖς εἶναι: ὑπ᾽ ἀμφοτέρων τῶν λόγων κατεχόμενος, καὶ ὅτι ἐν θεοῖς καὶ ὅτι ἐν Ἅδου. Et hoc ex Plutonis ſententia deductum eſſe Syneſius de inſomniis innuit, εἴδωλα ἀπορρεῖ καὶ τῆς ὑποστάσεως αὐτῶν ἀποπάλλεται· εἰ γὰρ ἕκαστον αἰσθητὸν εἶδός ἐστιν ὕλῃ συνδυασθέν: ἐφωράσαμεν δὲ τῆς ὕλης ἐν τῷ συνθέτῳ τὴν ἐκροήν ὁ λόγος αἱρεῖ καὶ τὴν τῶν εἰδώλων φύσιν ἐξοχετεύεσθαι, ἵνα καὶ ἄμφω τὰ μέρη τοῦ ὄντος ἀξίας ἀρνήσηται τὰ γινόμενα. Nihil eſt in mundo quod ex ſe non producat imagines ſibi ſimiles: ibi Nicephorus Grægoras. οἱ σοφοὶ τὸν παρόντα κόσμον εἰ-

Mors ſecundæ animæ.

Mundus idolis plenus.

δωλόν φασι τοῦ χιτῶνος: ἀκολούθως δὲ καὶ τὰ ἐν τούτῳ πράγματα, εἴδωλα τῶν ἐνυπαρχόντων ἐν ἐκείνῳ. Hæc opinio ſundamentum habet à veritate male intellecta. Nam ex eo quod anima eſt immortalis (ex quo Plotinus cap. 1. eiuſd. lib. arguit eam eſſe incorruptibilem, & ex eo impaſſibilem) alteri quidem nimirum bruto corpori, ſui aliquid impertientem, nimirum vitam parit. dat igitur ſed nihil accipit aliunde niſi à ſubſtantiis ſuperioribus à quibus nihil mali accipere poteſt cum ſint præſtantiores & meliores (intelligit deos & angelos) & ideo cum nihil pati poſſit nec vitioſa quoque eſſe poteſt quia vitium eſt ex perturbatione aut paſſione animæ male affectæ, & proinde vitiorum expers ſuppliciis quoque non eſt obnoxia. verum ſane eſt immortalem eſſe: at ſalſum eſt nec vitioſam eſſe nec corruptibilem. Nam & angeli multo excellentiores etiam ſine corpore ſceleri ſe obligauerunt & æternis addicti fuere ſuppliciis. Quod ſi prima anima non peccat, omnes impiiſſimi cœleſtes ſedes ſortirentur. Vbi ergo erit præmium virtutis & probitatis? nonne ſatius eſſet ſeſe voluptatibus ingurgitare, & per ſas nefaſque eas parare, quam tot labores ſuſtinere? Nec obſtat quod illi aiunt animam non miſceri nec ineſſe corpori, ſed componere & addeſſe. Immortalis enim ſubſtantia pœnas patitur immortales ex iuſtitia ſummi Dei cuius ſolius ſubſtantia impaſſibilis eſt: Claudianus de ſtatu animæ, *Pati* (inquit) *non eſt niſi paſſibilis createque ſubſtantia quæ quoniam à ſumma eſſentia quæ Deus eſt vt exiſteret, vocata de nihilo eſt, inter illud de quo facta eſt & illud à quo eſt media, ita ſuperioribus affici poteſt vt proficiat: item inferioribus vt deficiat.* Tum paulo poſt ſubiicit: *Igitur nec nihilum affici aliquo pacto poteſt quia ſubſtantiam non habet, nec Deus quia detrimenta non ſentit, augmentaue non recipit.* His nouiſſimis verbis oſtendit Idola illa quæ vocant ſeu priuationem pati non poſſe, nec Deum quia eſt ſine accidente, ſine qualitate: paſſio eſt qualitas auctore Ariſtotele in prædicam. quæ accidit ſubſtantiæ: at Deo nihil accidit: accidit omni creatæ ſubſtantiæ etiam angelicæ: quia à ſe non eſt quod ab altiore principio pendet, quo fit vt non ſit vna cum ex vno ſit, ideoque vni ſubiecta eſt. Igitur patitur angelus, & anima hominis, paſſione tamen accidentali quæ ſubſtantiam tollere non poſſit: quia ſub lege immortalitatis eſt condita. Ergo nulla eſt ſecunda anima quæ vice primæ in pœnam ſubſtituatur. vna enim numero eſt, quæ pœnas ſcelerum in inferis ſuſtinet Ariſtoteles 1. de anima cap 5. reprehendit Platonem quod plures in homine animas eſſe ſenſit: quia vna eſt, plures potentiæ tum cap. 4. eiuſdem libri docet ab vna anima procedere, intelligere, amare, iraſci, cogitare &c. Mens ex cœlo, imo ex Deo, in inferiora declinans; vi quadam à ſui principio ingenerata, agens in ſubiectum in quod infuſa eſt, molitur illuſtrando, illud in ſui ſpeciem effingere; ſed partu quaſi concepto non ſecus ac mater amore filij ſui facile decipitur & labitur in naturam ſibi contrariam illecebra voluptatis

Anima impaſſibilis falſo dicitur.

Solus Deus impaſſibilis.

Angelus paſſibilis.

Quomodo peccat anima. ex ea ſimilitudine captæ: quo fit vt loco principis fiat ſubiecta, loco dominæ, ſerua, loco ciuis, exül & fugitiua, loco immortalis, in pœnam æternæ mortis incidat: Philo de mundi conſtitutione, ὁ δὲ νοῦς αὐτίκα δελεασθεὶς ὑπήκοος ἀνθ᾽ ἡγεμόνος, καὶ δοῦλος ἀντὶ δεσπότου, καὶ ἀντὶ πολίτου φυγάς, καὶ θνητὸς ἀντὶ ἀθανάτου γίνεται. Ergo intellectus eſt corruptibilis: probatur ex ſacra ſcriptura raptus eſt ne malitia mutaret intellectum eius, hinc patet error gentilium qui fluctuante religionis opinione nihil neque de animæ immortalitate, neque de Deo certi crediderunt. Sed redeo ad ius Romanum quod mir us impium videtur inter tot gentium impietatis. Nam Manes defunctorum coli voluerunt, & crediderunt vt eſſentias manere & multum poſſe in humanum genus. Sed hoc eſt ſuperſtitioſum. animas eorum qui æternum torquentur in inferis vt deos adorant non ardore pietatis ſed timore malæ poteſtatis: & hoc ineptiſſimum eſt. Quid enim poſſunt animæ dæmonum imperiis mancipatæ? Ethnici iniuriam cadaueri fieri prohibuere, & iuſtius exiſtimauere opem ferre defunctis quam viuentibus. Ariſtot. probl. ſect. 29. quæſt. 9. Διὰ τί δικαιότερον εἶναι νενόμισται τοῖς τετελευτηκόσι ἢ τοῖς ζῶσιν ἐπαμύνειν ἢ ὅτι οἱ μὲν ζῶντες δύναιντ᾽ ἂν αὐτοῖς ἐπαρκέσαι, ὁ δὲ τετελευτηκὼς οὐκ ἔτι. Hic aperte ait defunctum nihil amplius poſſe, non quod crederet animas damnari in pœnas immortales, nec quod ſenſerit animas cum corporibus interire, ſed quod in hominem nihil amplius poſſint cum iura humanæ ſocietatis morte ſoluta ſint quibus vindicta illatę iniuriæ poſtulari & exigi poſſit. Deinde maior iniuria qua defunctus affici poſſet, eſt in cadauere; at ipſius defuncti eſſe deſiit quod primis dominis eſt reſtitutum id eſt quatuor elementis: mortuum enim nihil ad viuentium poteſt pertinere. Quinetiam reddit morte quicquid vitæ à ſuperis accepit, ita vt nihil amplius illis debeat. Virgil. 11. Æneid.

Anima in inferis nil poſſunt.

Iniuria in cadauere.

Viuentes debent ſuperis.

Nos iuuenem examimum & nil iam cœleſtibus vllis
Debentem vano mæſti comitamur honore,

Vbi Seruius, *viui enim* (inquit) *Superorum ſunt mortui ad inferos pertinent vt in 12.*

Vos ô mihi manes
Eſte boni quoniam ſuperis auerſa voluntas.

Superis autem debemus omnia donec viuimus ideo quia vt dicunt phyſici cum naſci cœperimus, ſortimur à ſole ſpiritum, à luna corpus, à Marte ſanguinem, à Mercurio ingenium, à Ioue deſiderium, à Venere cupiditates, à Saturno humorem, quæ omnibus ſingulis reddere videntur extincti: hactenus ille. Igitur fati lege, anima nihil in hominem etiam impium poteſt. At fortaſſe poſſunt animæ in Elyſiis quieſcentes quia fiunt quodammodo cœleſtis beatitudinis participes: hoc falſum eſt: quoniam in inferis pœnæ dantur non præmia. Et hoc etiam Ariſtoteles intellexit, non quod auſus ſit aperte negare locum in inferis eſſe vbi bonorum animæ otio fruuntur ſed fingens ſe dubi-

ſe dubitare ait ſi quid ad bonos Manes pertineat ſeu bonum ſeu malum id leue eſſe tantillum ac tale vt neque adimat acceſſione ſui beatitudinem iis qui eam adepti ſunt, nec iis qui eam non poſsidēt addat, ethicorum 1. cap. 11. circa finem. Hic tamen errauit. Boni enim in hoc mari tot tempeſtatatum iniuriis agitati, ærumnoſe viuunt, & ex mediis tribulationum fluctibus emergentes euolant ad cœlos mutantes ſtatum ſuæ conditionis ex afflictione in beatitudinem incredibilem ſed præſuppoſuit ille ſolis Diis ianuam cœli patere. ſed accedamus ad legem noſtram quæ vult iura Manium ſancta eſſe: proprio vocabulo vtitur. Nam illa ſpecies æquitatis quæ ad defunctos pertinet ſanctitas appellatur Tullius in Topicis, *Quæ etiam* (inquit) *rurſus æquitas tripartita dicitur eſſe vna ad ſuperos deos: altera ad Manes tertia ad homines pertinere: prima pietas, ſecūda ſanctitas, tertia iuſtitia aut æquitas nominatur.* Non videntur hæc iura ſancta apud Ægyptios, qui ſuorum parentum cadauera pignori dabant creditoribus: ſed eū qui pignus nō lueret maxima ſequebatur infamia & priuatio ſepulturæ. Diodorus. 1. νόμιμον δ' ἐστὶ παρ' αὐτοῖς καὶ τὸ διδόναι τὰ σώματα τῶν τετελευτηκότων γονέων εἰς ὑποθήκην· τοῖς δὲ μὴ λυσαμένοις ὄνειδός τε μέγιστον ἀκολουθεῖ καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν, στέρησις ταφῆς. Hoc autem caput tribus partibus conſtat, prima ad ſanctitatem Manium pertinet quæ explicata eſt: ſecunda ad diuinitatem illorum, vt defuncti iuſtis ſepulturis conſecrati, Diui habeantur. Igitur letho dati Dij ſunto: mox enim prima parte defunctos deorum nomine appellauit. Lethum nomen eſt non inauſpicatum (vt mors à qua voce religioſi veteres abſtinuere) & ſignificat obliuionem à Græco λήθη: apud inferos fluuius eſt eiuſdem nominis. Vnde patet obliuionem morti eſſe conſecratam non quod mortui debeant obliuioni mandari: nam hæc conſtitutio contrarium iubet: ſed quia anima omnium quæ in compoſito acta ſunt prorſus obliuiſcitur diſſoluto compoſito Ariſtot. 1. de anima cap. 4. ait quod amare, odiſſe, cogitare & ſimiliā pereunt cum corpore, manet tantū intellectus. Vnde patet ſeparari poſſe ſenſitiuū & vegetatiuū ab intellectu vt incorruptibile à corruptibili idē 2. de anima c. 2. ait vt incorruptibile à corruptibili: quo intēdit eſſe immortalē intellectū, ſenſum mortalē: aliquādo enim ſumitur incorruptibile pro immortali, ergo pie & vere de animæ immortalitate ſenſit ille: quid enim aliud intelligit 1. cap. 1. de partib. animal. animā non eſſe formam naturalem, ergo ſupra naturā eſt & proinde immediate ex Deo eſt igitur pereūt cogitationes mortuorū omnes vt ſacra ſcriptura teſtatur. Hęc autem obliuio ſecundum paganos referenda eſt tātū ad bonos qui in his humanis calamitatibus verſantes ad Elyſios duce Mercurio traducti, Lethes aquam hauriunt vt obliuiſcantur malorum præteritorum. Priſcæ Romanorum ſuperſtitionis eſt, aquam hanc, obliuionem inducere Manibus vt in altera corpora reuoluerentur. Varro apud Seruium in 6. Æneid. libro 1. diuinarum ſic ſcripſit *Æneas dum per inferos pergeret, reſpexit fluuium quē-*

Error Ariſtotelis.

Sanctitas erga Manes.

Ægyptiorum mos.

Lethum quid.

Intellectus à ſenſu ſeparabilis.

Lethe fluuius.

dam loci remotioris ad quem innumera multitudo tendebat animarum, interrogauit patrem quis eſſet fluuius vel qua ratione ad eum pergerent animæ: pater ait: Lethæus eſt, pergunt autem vt potantes obliuionem patiantur. & incipiant, in corpora velle remeare. Stupefactus Æneas interrogat dic pater, animæ quæ per præteritam vitam tot ſupplicia pertulerunt, poſſunt habere votum reuertendi in corpora? non eſt veriſimile liberatas de corporis carcere ad eius nexum reuerti ſuſcepta narratione: hoc Anchiſes exequitur, primo debere fieri vt redeant: deinde poſſe: deinde velle: quæ quoniam obſcura ſunt aliis diuiſionibus innoteſcunt, quid eſt debere? cuncta animalia à Deo originem ducunt, quæ quia naſci cernimus, reuertuntur ſine duh) vnde cuncta procreantur. deinde poſſe ſic probat: quia immortales ſunt animæ, & ſunt quæ poſſunt reuerti. tertium eſt vtrum velint, quod dicit fieri per Lethæum fluuium: hactenus Varro. inter quinque fluuios inferorum, hic ſolus alluit campos Elyſios, ab aliis remotus & ſeparatus: Virgil.

Debent animæ reuerti in corpora.

Poſſunt.

Volunt.

> *Interea videt Æneas in valle reducta,*
> *Seclusum nemus & virgulta ſonantia ſyluæ,*
> *Lethæumque domos placidas qui prænatat amnem.*

Et hoc ſane reſpondet poculo voluptatis quo Ceres labores & dolores oblita eſt, vt formam ſeu animam materiæ nutricem vi ſuæ dulcedinis inebriatam alliciat ad amplexus & ſocietatem corporis. hoc autem poculum ex materiæ fluxu non ex vi formæ promanat, vt in myſteriis probaui. Igitur cũ obliuiſcatur anima propter corpus, per ſe memoriæ facultatem habet: hac ratione quod ſi per ſe non habet memoriam, nec adiunctione corporis acquiret quia corpus nihil habet, neque ſenſus, neque motus per ſe: ergo multo minus, memoriæ vt auctor eſt Plotinus 3. Ennead. 4. cap. 26. tum ſubiicit: τὸ δὲ τῆς μνήμης καὶ τὸ σῶμα, ἐμπόδιον ἔχει. ἐπεὶ καὶ νῦν προστιθεμένων τινῶν λήθη. εἰ δ' ἀφαιρέσει καὶ καθάρσει ἀνακύπτει πολλάκις ἡ μνήμη. μόνης δὲ οὔσης αὐτῆς ἀνάγκη τὴν τοῦ σώματος φύσιν κινουμένην καὶ ῥέουσαν λήθης αἰτίαν ἀλλ' οὐ μνήμης εἶναι. διὸ καὶ ὁ τῆς λήθης ποταμὸς οὕτως ἂν ὑπονοοῖτο. ψυχῆς μὲν δὴ ἔστω τὸ πάθημα τοῦτο. Apertè ait aquam Lethes eſſe obliuionem animæ in corpus deſcendentis. Sed alia Romani, alia Platonici ratione moueri videntur: illi animam obliuionis poculo circumueniri, vt in corpora velint remigrare: hi verò, quia hæc eſt natura corporis fluxa & mobilis, vt nihil tenaciter poſſit conſeruare: & ſic animam obliuiſci cum ſubiit antrum hoc tenebroſum. Romani etiam ab iſtis philoſophis didicere animas iam ante creatas in cœlis verſari: tum per certas annorum ambages in alia corpora reuerti Seruius, *ſciendum* (inquit) *non omnes animas ad corpora reuerti: aliquæ enim propter vitæ merita non redeunt, aliquæ redeunt propter malam vitam aliquæ propter fati neceſſitatem*, in hæc: Virgil.

An anima per ſe memoriam habeat.

De reditu animarum in corpora.

> *Tum pater Anchiſes animæ quibus altera fato,*
> *Corpora debentur Lethæi ad fluminis vndam*
> *Securos latices & longa obliuia potant.*

Securos vocat latices quibus futurum eſt in tuto corpus, alioqui ſi anima ſuæ excellentiæ & fœlicitatis conſcia recordari poſſet ſtatum in quo fuit antequam corporeis cathenis vinciretur ſe ipſam per vim iis exolueret: igitur iſta obliuio pertinet ad nouam generationem. ibid. Seruius: *Si anima æterna eſt & ſummi ſpiritus pars, qua ratione in corpore non totum videt, nec eſt tanta prudentia tantaque viuacitatis vt omnia poſſit agnoſcere: quia cum cœperit in corpus deſcendere, potat ſtultitiam & obliuionem: vnde non poteſt implere vim numinis ſui poſt naturæ ſuæ obliuionem. obliuiſcitur autem ſecundum poëtas præteriti, ſecundum philoſophos futuri: tum* (inquit) *docent philoſophi anima ad ima deſcendens quid per ſingulos circulos perdat: vnde etiam mathematici fingunt quod ſingulorum numinum poteſtatibus corpus & anima noſtra connexa ſunt ea ratione quia cum deſcendunt animæ trahunt ſecum torporem Saturni, Martis iracūdiam, libidinem Veneris, Mercurij lucri cupiditatem; Iouis regni deſiderium: quæ res faciunt perturbationem animabus, ne poſſint vti vigore ſuo, & viribus propriis.* Hic intelligit Lethen in corpore viuo: at Virgil. vult eam in inferis eſſe: in quo error eſt ex repugnantia manifeſtus, l. vbi pugnantia de regul. iur. Deinde in cœlis non ſunt Elyſij quos alluit Lethe: at Seruius ait animam è cœlis deſcendere. Sanè ex Plotini mente deſcenſus animæ ex cœlis obliuionem inducit adiunctione corporis & memoriam facit purificatione quadam & ablatione. at anima quæ jam infirmitates corporis experta eſt laticem hunc potat amore materiæ cuius ſtimulos, obliuioſa illa potio protinus admouet: quod fit Dei ductu & Imperio: Virgil. ibid.

Quid anima obliuiſcitur.

Error gentiliū.

Has omnes vbi mille rotam voluere per annos,
Lethæum ad fluuium Deus euocat agmine magno,
Scilicet immemores ſupera vt connexa reuiſant
Rurſus vt incipiant in corpora velle reuerti.

Igitur hoc conſtat apud Romanos animas obliuiſci malorum præteritorum vt ad noua corpora redirent: & apud Platonicos corporis naturam, hanc obliuionem inducere non laborum dumtaxat præteritorum, ſed etiam fœlicitatis qua in cœlis aut Elyſiis fruebantur, tum futurorum quia naturæ ſuæ ſinceritatem materiæ adiectione polluerunt. Nec obſtat quod in inferis eſt ille fluuius: nam ibi incipiunt deſiderare quod poſtea conſecuturæ ſunt: & hoc tātum in potentiis verſatur quæ ideo magis accommodantur inferis quod in iis nihil præter idola & vmbras eſſe exiſtimauerunt. Falſa autem hæc omnia eſſe quis verę religionis myſteriis tantiſper initiatus ignorat? Nam animæ non creantur ante corpus, ſed ſpiracula vitæ infunduntur in corpora adhuc in vtero matris latētia: quod intellexit Ariſtot. qui libro 12. Metaphyſ. textu 17. vult rerum formas ante ſubſtantias compoſitas non exiſtere, ſed non prohiberi quominus deſtructo compoſito ſubſiſtant, vt anima hominis quā manere totam impoſſibile eſt: quia remanet tantum intellectus. Sed idem ſibi pugnare videtur qui 2. de gener. animal. cap. 3. ſic

Conciliantur opiniones variæ.

Animæ non creantur ante corpus.

ait : ἀναγκαῖον δὲ ἤτοι μὴ οὔσας πρότερον ἐγγίνεσθαι πάσας, ἢ πάσας προϋπαρχούσας, ἢ τὰς μὲν τὰς δὲ μὴ· καὶ ἐγγίνεσθαι, ἢ ἐν τῇ ὕλῃ μὴ εἰσελθούσας ἐν τῷ τοῦ ἄρρενος σπέρματι, ἢ ἐνταῦθα μὲν ἐκεῖθεν ἐλθούσας : τὰ δὲ τῷ ἄρρενι ἢ θύραθεν ἐγγινομένας ἁπάσας, ἢ μηδεμίαν, ἢ τὰς μὲν, τὰς δὲ μή. Hic duas quæſtiones proponit., vnam, vtrum præexiſtant animę,altera an ex ſemine maris educantur,vel extrinſecus ingenerentur,& ſic reſpondet priori: οὐχ οἷόν τε πάσας προϋπάρχειν φανερόν ἐστιν ἐκ τῶν τοιούτων· ὅσων γάρ ἐστιν ἀρχῶν ἡ ἐνέργεια σωματική, δῆλον ὅτι ταύτας ἄνευ σώματος ἀδύνατον ὑπάρχειν. Hic ait animas quę ex potentia ſeminis educuntur non poſſe exiſtere ſine corpore, & ſic in hac parte poſteriorem ſoluit quęſtionem, nimirum eas extrinſecus non venire : at priorem non reſoluit quoad mētem de qua, ſic ait : λείπεται δὲ τὸν νοῦν μόνον θύραθεν ἐπεισιέναι καὶ θεῖον εἶναι μόνον : οὐδὲν γὰρ αὐτοῦ τῇ ἐνεργείᾳ κοινωνεῖ σωματικὴ ἐνέργεια. Sed excutiamus rationem prioris: ait ideò animam non pręexiſtere quia ex corpore venit non extrinſecus : an ſic ex eo licet inferre, ergo quę extrinſecus veniunt vt mens poſſunt pręexiſtere ? quid ita? quia diuina eſt : diuina ſunt natura humanis priora. Verum non eſt neceſſaria concluſio. Nam licet ea quę ex ipſa vi corporis veniunt non poſſint ante corpus exiſtere,non ſequitur, ea quæ inde non veniunt priora eſſe, nam intrinſecum aut extrinſecum non ſunt inter ſe priuantia, contraria, nec ſui ipſorum inuicē deſtructiua. Vtrumque enim ſimul eſſe poteſt in eodem ſubiecto: calor natiuus & exterior ſimul in eamdem partem facilè concurrunt: quinimò vnus ab altero roboratur. Cur ergo ait id eſſe impoſſibile in anima ſenſitiua ? ſcilicet vt pręexiſtere non poſſit. Verum non ideò excludit intellectiuam: ſed quia ratio in ſenſitiua naturaliter manifeſta eſt: ideo in ſcientia naturę id docet : at in intellectiua, ratio eſt Metaphyſica idcirco id planius in 12. Metaphyſ. docet. Redeo ad Platonicos : non eſt verum quod aiunt reminiſcentiam eſſe in anima eorum quæ nouit antequam in hoc exilium mitteretur, & memoriam ſolius animæ operationem eſſe : ſed eſt rationis cum imaginatione agentis: ex ea enim naſcitur memoria, non ex intellectu cuius munus ab ipſa memoria diſtinctum eſt quę vtitur ſignis & imaginibus ſi ſit artificialis: ſi naturalis, habet gradus & ordines rerum, locorum, & temporum, quæ omnia longe diſtant ab intellectus actione. Hæc ſigna, ſpecula, imagines,cęrę quibus imprimuntur omnia: hi loci, gradus, ordines, non ſunt in ratione, ſed imaginatione, quam ratio quaſi per ſpeculum conſiderans ex reflexione memoriam efficit. Hinc fit vt quędam ſit imago memorię in brutis quę ſenſu etiam communi vtuntur:quod Claudianus intellexit de ſtatu animæ, 1. cap. 21. *non abſque vero dicitur in memoria eſſe hominis pecudiſque confinium.* Sed hoc non videtur conuenire cum Ariſtot.3. de anima cap.3.vbi ait imaginationem non ineſſe formicis & apibus, in quibus maior eſt nota quaſi prudentię. Verum duplex eſt memoria (duplex quoque imagina-

Memoria cur non ſit ſolius animæ.

Duplex memoria.

tio, vt iam oſtenſum eſt) vna ex imaginatione procedens quæ lumen quoddam habet in intellectu eaque diſciplinę capax eſt, & ſcientiæ quę cietur arte & ratiocinatione & eam negat eſſe in brutis: at ea quę venit ex communi phantaſia iis ineſt: quia vbi eſt ſenſus ibidem eſt imaginatio. 2. de anima cap. 2 Sed apertius ait brutis quibuſdam ineſſe memoriam, nimirum quibus ineſt imaginatio per quam efformatur memoria. 1. Metaphyſ. cap. 1. φύσει μὲν οὖν αἴσθησιν ἔχοντα γίνεται τὰ ζῶα. ἐκ δὲ τῆς αἰσθήσεως τοῖς μὲν αὐτῶν οὐκ ἐγγίνεται μνήμη, τοῖς δ' ἐγγίνεται: καὶ διὰ τοῦτο ταῦτα μὲν φρόνιμα, τὰ δὲ μαθηματικώτερα τῶν μὴ δυναμένων μνημονεύειν ἐστίν, &c. Vult quędam ex ſenſu nõ habere memoriam imperfecto nempe vt ſunt conchylia, vermes, &cęt. quia non habent phantaſiam: at perfecto ſenſu prędítis ineſt licet rationem non habeant: vnde ita ibidem paulo poſt: τὰ μὲν οὖν ἄλλα ταῖς φαντασίαις ζῇ καὶ ταῖς μνήμαις, ἐμπειρίας δὲ μετέχει μικρόν. τὸ δὲ τῶν ἀνθρώπων γένος καὶ τέχνῃ καὶ λογισμοῖς. Ergo cum memoria ſit phantaſię, & phantaſia ſit in brutis perfectis, & in hominibus firmior & perfectior ob lumen intellectus non malè dicitur confinium hominis pecudíſque: Igitur in homíne pertinet ad intellectum non per ſe, ſed per accidens, etſi ſit de rebus intelligibilibus & vniuerſalibus Ariſtot. de memoria cap. 1. τῷ πρώτῳ αἰσθητικῷ τούτων ἡ γνῶσίς ἐστιν: ἡ δὲ μνήμη καὶ ἡ τῶν νοητῶν οὐκ ἄνευ φαντάσματός ἐστιν: ὥστε τοῦ νοουμένου κατὰ συμβεβηκὸς ἂν εἴη, καθ' αὑτὸ δὲ τοῦ πρώτου αἰσθητικοῦ: hac ratione concludit memoriam etiam in quibuſdam brutis eſſe: ibidem vero definit phantaſiam paſſionem ſeu affectionem ſenſus communis ſeu imaginationis. Igitur nec anima ante fuit quam corpus, nec habet memoriam à corpore ſeparata cum morte ſenſus communis intereat, vnde non mirum ſi Lethum dicitur pro morte non ea ratione quam Romani & Platonici & Pythagoræi, perperam adduxere. Sed quia omnium obliuiſcitur. male Seruius ait futurorum ſecundum philoſophos: memoria enim non eſt futurorum: ergo nec obliuio, vt philoſophus auctor eſt eodem cap. Itaque lex iubet, Letho datos Diuos haberi. huius legis cauſas expendamus quibus tanto honore memoriam defunctorum exornauit: prima eſt timor: ſecunda vtilitas: poſtrema pietas: de prima ſic Ouidius libro 2. Faſtorum.

Cur mors dicitur Lethum.

Cur mortui Diui habētur.

Aut quia pacatis ſunt tempora pura ſepulchris,
Tunc cum ferales prateriere dies
Omne nefas omnémque mali purgamine cauſam
Credebant noſtri tollere poſſe ſenes,
Gracia principium moris dedit, illa nocentes,
Impia luſtratos ponere facta putant.

Vtilitas autem manifeſta eſt. Nam niſi ſpes eſſet alterius vitæ poſt exceſſum animæ, & melioris poſt tot labores, conditionis fore, quis pro Rep. vitam impendere vellet & ſeipſum pro ſalute ciuitatis immolare? quis ſanguinis ſui diſpendio genus humanum be-

Cur ſceleratis mortuis iuſta non debentur.

neficiis vellet demereri? omnes ſane boni hac ſpe ducuntur. è contra qui maleficiis humanam ſocietatem violauerint, non tantum vt indigni hac vita priuantur, ſed etiam ſepulcris & iuſtis quibus Manes honorantur niſi id ſpecialiter impetratum fuerit à principe quo caſu eis iuſta non fiunt ex neceſſitate iuris, ſed ex officio pietatis l. 1. ff. de cadauer. punitor. poſtrema ratio in hoc eſt vt animi populorum deuinciantur quaſi vinculo quodam officij erga maiores vt gratiam beneficiorum ab iis acceptam hoc ſupremo munere rependant, & idem iis perſoluant quod cupiunt ſibi à poſteris ſuis eadem ratione præſtari. Pie vero credendum eos qui mole hac terrę exonerati è medio mortalium ſublati ſunt, aliquid ſupra hominem poſſidere. Quæramus notas & modos deificationis. Sunt in feriis primum quas vocant Denicales à nece ſeu morte Feſtus à Græco, νέκυν quod ſignificat mortuum: ſed vtrumque in idem recidit. Ferię autem ſolis Diis inſtituuntur Tullius, *Nec vero* (inquit) *tam Denicales quæ à nece appellatæ ſunt quia reſidentur mortui quam cæterorum cœleſtium quieti dies feriæ nominarentur, niſi maiores, eos qui ex hac vita migraſſent in deorũ numero eſſe voluiſſent*: Eæ non ſunt ſtatæ: quia in eos dies conferuntur quibus nec priuatæ feriæ in eadem familia coluntur, nec publicæ in vrbe. Nam priuatę feriæ ſunt in duplici differentia: aut enim ſunt natalium, aut Denicales, auctore Feſto. Denicales polluerent & publicas, & priuatas Nataliũ quia illę mortuis hę verò ſuperis cõſecratę ſunt: & quia ferię publicę omnes ſtatę nõ ſũt, ideo nec Denicales, ne in illud tẽpus incidãt quo publicę ferię indicerẽtur. Tull. ibid. *Eas* (inquit) *in eos dies cõferre ius quib. nec ipſius, nec publicæ feriæ ſint, totaque eius iuris compoſitio Pontificalis, magnam religionem cærimoniamque declarat.* Male Paulus ad Feſtum *Denicales* (inquit) *Feriæ colebantur cum hominis mortui cauſa familia purgabatur*. Hæ enim ſunt nouendiales quæ reuera colebantur ſimulatque homo mortuus eſſet. At Denicales non ſtatim à morte, ſed quodam anni die arbitrio eius qui ſacris erat obſtrictus excepto tempore aliarum feriarum. Deinde non fiunt purgandæ familiæ cauſa quia iam pura erat, ſed conſecrandæ animæ vt ex Tullio oſtenſum eſt. Denique nouemdiales ſeu purgatiuæ, ſemel tantum celebrabantur quia ſemel homo mortuus eſt: at denicales quot annis recurrunt: alioquin non eſſent ſacræ nec diuinitatem animæ colerent cum ſit perpetua diuinitas. Demonſtraui in cap. ſacrum commiſſum. numerum nonarium perfectis expiationibus conuenire: vnde non mirum ſi nouem dierum feriæ, cauſa purgandæ familiæ conſtituantur. In ſolis autem Denicalibus non eſt modus, ἀποθεώσεως animarum, ſed & in ſacrificiis quibus Manes, Dij Animales efficiebantur: quod ſic Seruius ex veteri auctore retulit. *Labeo in libris qui appellantur de Diis Animalibus in quibus ait eſſe quædam ſacra quibus animæ humanæ vertuntur in Deos qui appellantur Animales quod de animis fiant. Hi autem ſunt Dij Penates & Viales quod fiebat precibus magicis & certorum animalium ſanguine euocatis. Diis*

Notæ & modi quibus mortui Diui fiunt.

Denicales feriæ.

Differentia feriarum Denicalium & nouendialium.

Dij animales.

infernalibus. Arnobius 2. aduerſus gentes, *Neque quod magi ſpondent commendatitias habere ſe preces quibus emollita neſcio quæ poteſtates, vias præbeant ad cœlum contendentibus ſubuolare: neque quod Hetruria libris in Acheronticis pollicetur certorum animalium ſanguine, Numinibus certis data diuinas animas fieri & ab legibus mortalitatis educi: blandimenta hæc caſſa ſunt & inanium fomenta votorum: ſerua reanimas alius niſi Deus omipotens non poteſt, nec præterea quiſquam eſt qui longeuas perpetuitatis poſſit & ſpiritum ſubrogare niſi qui immortalis & perpetuus, & nulla temporis circumſcriptione finitur: cum enim Dij omnes vel quicumque ſunt veri vel qui eſſe rumore atque opinione dicuntur immortales & perpetui voluntate eius, ſint & beneficij munere, qui fieri poteſt vt alij præſtare vel quod ipſi ſunt valeant cum alienum id habeant & maioris potentiæ commendatum.* Quid mirum ſi iſtis ſacrificiis dæmones ſub ſpecie deorum apparerent qui ſubinde diuerſas in formas mutabantur; hos antiqui vocabant, Ἐμπούσας quarum toti vultus igne coruſcabant fingentes ſe incedere vno pede æreo: Ariſtophanes in Ranis.

Empuſæ.

> Ἔμπουσα τοίνυν γ' ἐστὶ, ξαν, πυρὶ γοῦν λάμπεται
> Ἅπαν τὸ πρόσωπον καὶ σκέλος χαλκοῦν ἔχει.

Vbi interpres δοκεῖ δὲ καὶ ταῖς μεσημβρίαις φαντάζεσθαι, ὅταν τοῖς κατοιχομένοις ἐναγίζουσι. Vult hoc dæmonium apparere horis meridianis quibus mortuis ſacra fiebant. Medium enim illud tempus diei ſacrum eſt inferorum poteſtatibus: at principium & finis cœleſtibus vt alibi oſtenſum eſt Lactantius in Papinium 2. Thebaid. *Nitide obſeruauit vt ſena hora eo tempore diuiderentur à ſole vt par numerus, quia eſt viuis contrarius poneretur.* In his cærimoniis plurimum poterant Dis, Proſerpina, & Mercurius infernalis: ſed quia Mercurius eſt mediator inter deos & homines ideo prius eum propitiabant vt conciliatus Diis Manibus placaret Ditem & Proſerpinam: vnde erat publicum Athenis Feſtum quod vocabatur. χύτραι ab olla quam, χύτραν vocant in qua omnia leguminum ſemina coquebantur vnde neſas erat edere Sacerdotibus quia infernis poteſtatibus ſacra erant de quo idem. θύειν αὐτοῖς ἔθος τῶν μὲν Ὀλυμπίων θεῶν οὐδενὶ τὸ παράπαν. Ἑρμῇ δὲ χθονίῳ καὶ τὰς χύτρας ἀς ἕψουσι πάντες κατὰ τὴν πόλιν, οὐδεὶς γεύεται τῶν ἱερέων. τοῦτο δὲ ποιοῦσι τῇ ἡμέρᾳ καὶ τοὺς τότε παραγενομένους ὑπὲρ τῶν θανόντων ἱλάσασθαι τὸν Ἑρμῆν. Non hoc vult legumina cœleſtibus Diis libari non poſſe ſed eo feſto neſas eſſe ea offerre cœleſtibus & iis veſci quod infernali Mercurio darentur. Sane Diis ſuperis legumina coquebantur ſi quando alicui Deo vel ara vel ſimularcum conſecrarentur prope apponentes ollam cum igne agebant gratias ob victum ſibi Dei beneficio datum quia primus hominum victus erat ex leguminibus & hoc in pace & otio ſed ſi ingrueret afflictionis tempeſtas pretioſa hoſtia litabant idem in Pace. ὁπότε μέλλοιεν βωμοὺς καθιδρύειν ἢ ἀγάλματα θεοῦ ἕψοντες ὄσπρια ἀπήρχοντο. τούτοις τοῖς ἀφιδρυμένοις χαριστήρια ἀπομίμησις τῆς πρώτης διαίτης, ὡς οὗτος εἶπεν ἐν Δαναΐσι

Meridiana hora Dys manibus ſacra.

Mercurius infernalis.

Legumina an Dijs ſuperis darentur.

μαρτύρομαι δὲ Ζηνὸς Ἑρκείου χύτρας· μεθ' ὧν ὁ βωμὸς οὗτος ἱδρυνόθη ποτέ. ποτὲ δὲ καὶ πολυτελεστέροις ἱερείοις ἀφιδρύετο ὡς φησὶ καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς· μεμφόμενοι δὲ ὡς πολυτίμητον οὖσαν ἄλλαις ἱερουργίαις αὐτὴν ἱδρύσαντο: ὡς οἱ μὲν νέφος ὀξὺ ἀπωσάμενοι πολέμοιο. Igitur terreſtrem Mercurium his leguminibus eo Feſto propitiabant. Sed ſi animæ *Venus ſepulcralis.* Diuæ factæ ſunt quid opus eſt propitiatione? hoc ſane ſignificat Manes quidem eſſe deos ſed principibus Diis obnoxios: quod Delphici intellexere qui defunctis libabant vt Diis ſed hoc faciebant ad imagunculam Veneris quam, Ἐπιτυμβίας id eſt ſepulcralem appellabant cuius vi Manes euocabant ad illas libationes. Venus enim licet præſes ſit generationis, eſt eadem naturæ ratione, corruptionis: quod docet Plutarchus etiam Romanis moribus conuenire Rom. quæſt. 23. Itaque feriis Denicalibus & ſacrificio iam dicto diui fiunt Manes, ſed ante ſacrificium animæ defuncti duæ aræ conſecrabantur quæ niſi Diis non extruuntur: Virgil. 3. Æneid. vbi de funere Polydori ſic loquitur.

Stant Manibus aræ
Cæruleis mœſtæ vittis atraque cupreſſo

Duæ aræ conſecrantur vni animæ. Idem de Hectoris cenotaphio libro idem 5.

Et geminas cauſam lacrymis ſacrauerat aras
Annuus exactis completur menſibus orbis
Ex quo relliquias diuinique oſſa parentis
Condidimus terra mœſtaſque ſacrauimus aras.

Sed cur potius duæ aræ quam vna, cum Diis ſingulis vna ara ſufficeret? *Paris & Imparis numeri ſignificatio.* quia numerus impar inferis ſacer eſt, impar ſuperis: illi diuiſionem paſſi ſunt morte, hi numquam: illorum principes Dij diuiſionis auctores & deſolationis, horum vnionis & conſeruationis. Ideo Æneas apud Virgil. 6. Æneid Plutoni duas aras extruit.

Tum Stygio regi nocturnas incohoat aras.

Hoc confirmat Lactantius in hos verſus Statij 5. Thebaid.

Quater axe ſereno
Intonuit, quater antra Dei fumantis anhelos
Exeruere apices.

Omnis (inquit) *impar numerus proſpera ſignificat & viuis aſcribitur: id vero quod par, exit infectum. Quod ergo nihil agit defunctorum eſt, & vbique geminum hoc eſt parem aſcribit numerum vel dualem.* Nec obſtat quod diximus nouenarium expiationibus tribui: nam expiātur omnia vi numinum cœleſtium. Sed alia vtitur ratione Lactantius quam quæ adducta eſt. Vult enim parem numerum infectum exire. Verum vtrumque in idem recidit. Nam in impari eſt ſignum actionis, in pari, paſſionis: quia quod diuidit agit, quod diuiditur patitur: ſolus par diuiditur: ergo cum ſit nota paſſionis, eſt quoque *Perfectum ſacrificium.* infirmitatis: impar vero diuinitatis eſt agentis: vnde ille paulo poſt, *Dicitur hic impar numerus à Pythagora repertus & maſculinæ virtutis & deorum ſuperum propter trinam regulam diuinæ rationis.* Apud Athenienſes perfectum ſacrificium tribus hoſtiis conſtabat ſue, hirco,

hirco, & ariete, interpres Ariſtoph. in Plut. ἐντελὴς θυσία παρ' Ἀθηναίοις ἡ ἐξ ὑὸς καὶ τράγου, καὶ κριοῦ ἣν καλοῦσι τριττύν. Accedunt etiam ludi funebres quibus pars quædam diuinitatis conflatur: ſed mirum quantæ in iis ſtrages innocentium patrarentur. Tertullian. de ſpectaculis. *Officium mortuis hoc ſpectaculo facere ſe veteres arbitrabantur, poſteaquam illud humaniore atrocitate temperauerunt. Nam olim quoniam defunctorum animas humano ſanguine propitiari credebant captiuos vel malo ingenio ſeruos mercati in exequiis immolabant poſtea placuit impietatem voluptate adumbrare itaque quos parauerant armis quibus tunc & qualiter poterant eruditos tantum vt occidi diſcerent mox edicto die inferiarum apud tumulos erogabant, ita mortem homicidiis conſolabantur: hac muneris origo, ſed paulatim prouecti ad tantam gratiam ad quantam & crudelitatem; quia ferrum voluptati non ſatisfaciebat niſi & feris humana corpora diſſiparentur.* Igitur mos fuit vetuſtiſſimus captiuorum ſanguine exangues Manes perfundere vt teſtatur Virgilius libro 5. Æneid. *Ludi funebres.*

Quatuor hic iuuenes totidem quos educat vfens
Viuentes rapit inferias quos immolet vmbris
Captiuoque rogi perfundat ſanguine flammas.

Quod à Græcis deductum eſſe docet Homerus apud quem Achilles duodecim adoleſcentes Troianos Patrocli Manibus mactauit.

Ὃς δ' ἐπεὶ κάμε χεῖρας ἐναίρων.
Ζωὺς ἐκ ποταμοῖο δυώδεκα λέξατο κούρους
Ποινὴν Πατρόκλω Μενοιτιάδαο θανόντος.

Sed hoc crudelius viſum eſt: ideo gladiatorij & beſtiarij ludi ſubrogati ſunt: ſed ſub ſpecie humanitatis, maior deliteſcit acerbitas. *Gladiatorij & beſtiarij ludi.* Quia qui inuiti trahebantur ad rogum ſe vltro trucidare coguntur, non tantum vt Manibus ſatisfiat ſed etiam vt crudelitas populi voluptate dira ſatietur. Illum morem mutauere Apius & Fuluius Cõſules qui primi in foro boario gladiatores cum feris commiſere auctore Valerio Max. 2. Arnobius autem 2. ſic ait, *Idcirco animas miſit vt quæ dudum mites, & feritatis affectibus neſciæ commoueri macella ſibi & amphitheatra conſtituerent loca ſanguinis & publicæ impietatis, ex quibus in altero mandi homines & beſtiarũ laniatibus diſſipari, interficere ſe alios nullius ob meriti cauſam ſed ingratam voluptatem conſeſſorum, ipſoſque illos dies quibus tantum committeretur nefas in gaudiis communibus ducerent & feſta hilaritate ſacrarent: ac in altero vero animalium miſerorum diſcerperent viſcera, alias alia raperent (vel canibus mos eſt & vulturibus) portiones ſubigerent dentibus & crudeliſſimo ventri darent, & in tam ſeuis atque horridis oribus, ſortem ſuam flerent, quas à talibus menſis paupertatis anguſtiæ vindicarent, pro beatis ac felicibus viuerent quarum ora ac faciem tam crudeles polluerent apparatus.* Hinc Seneca Epiſt. 123. *Mortuis certè viui parentantur.* Vbi innuit eo modo non poſſe Diuos fieri qui verè ſunt mortui: neque enim viuorum morte mortui reuiuiſcunt. Igitur feriæ primum conſtituuntur: tum Hetruſca & ſecreta ſacra celebrantur: Deinde ludi. Sed

Rrr

hæc nihil proſunt niſi iuſta perſoluantur de quibus in cap. ſequenti. quamquam enim iuſta non mutant ſtatum humanæ conditionis in ſtatum diuinitatis, tamen ad hoc aliquid conferunt quia placant eas & quaſi in quiete collocant. Poſtrema pars huius capitis eſt de minuendis ſumptibus in Deos Manes, ſed hoc eſt ex 12. tab. vt infra dicetur: Duæ priores partes ſunt ex iure Pontificio. Sanctitas enim religioſi iuris & ſolennitas ſacrorum quibus anima humana Diua fit ad diſciplinam & Canonem Pontificum pertinet. Tullius, *Sed videamus* (inquit) *Platonem qui iuſta funerum reiicit ad interpretes religionum quem nos morem tenemus.* Sed hoc ex lege Numæ datum eſt Pontifici qua ſpecialiter ei attributum eſt vt Manes placaret, & iuſta funebria curaret & conſtitueret: auctore Liuio 1. hæc itaque quæ reſtant ab aliis capitibus accipiantur.

AXIOMATA.

MANES boni dicuntur vt lenitate nominis placabiles fiant: manum enim bonum ſignificat ideo lux quia bona eſt, ab initio ſui ortus mane dicitur, ex voce manum dictum eſt, manare. In ſacris tamen Manes non à voce Mani ſed à Manare dicti ſunt vt rei quæ ab iis poſtularetur conuenientius etymum redderetur: nimirum ad aperiendum oſtium Orci vt inde manarent Manes ad mouendum aerem vt in agros arentes pluuiam effundat. Manium ſeu Larum Dea Mania vocabatur cui primum capitibus humanis ſacrificabatur ex præcepto Apollinis cuius crudelitatem eluſit Brutus ſub quo cœpit Maniæ offerri ſimulacrum ex farina factum quod foribus ædium ſuſpendebatur ad expiationem malorum quæ familiis imminent conſeruationem earum, & amplificationem. At foribus Athenienſium Mercurij figura pendebat ad arcendos fures huic autem Maniæ lac offerebatur non vinum vt amaritudo mortis dulcedine lactis leniretur.

Mvndvs Romæ non aperiebatur niſi ter in anno, diebus tantum atris qui Diis Manibus ſacri erant: at parentari Manibus atro die nefas erat quia præfandi erant Ianus & Iupiter in precibus quos atro die nominare nefas erat. Mundi pars ſuprema cœlo ſimilis erat ſub ſpecie fornicis: ima inferis in ſpeciem foſſæ tenebroſæ. Inferi autem ſunt ſub terris vbi Chriſtus ſoſpitator deſcendit, & vbi infelices torquentur animæ non earum Idola: idola enim cum nihil ſint, nihil patiuntur: ſed ſubſtantiæ ſunt quæ dant pœnas. omnis enim creatura etiam intellectualis, immortalis eſt, ſuſceptiua eſt gratiæ aut pœnæ. at vna eſt increata ſubſtantia nempe Deus ſola eſt æterna & impaſſibilis.

Damnatorvm animæ nihil in hominem poſſunt quod ſint dæmonibus ſubiectæ: tum loco inferorum circumſcriptæ: deinde cum ius humanæ ſocietatis morte ſolutum ſit, quibus vindicta illatæ iniuriæ poſtulari & exigi poſſet. Præterea quod in ſuo cadauere nihil defuncti patiantur, cum earum eſſe deſierit, lege fatali reſtituta materia ſuis principiis.

Veteres à vocabulo mortis abſtinuere ne quid inauſpicatum proferrent: ideo pro ea lethi vocem vſurpabant: id eſt obliuionis: quia bonorum animæ obliuiſcuntur omnium quæ in hoc carcere pertulerunt vt non detrectent, in altera corpora demigrationem. At Platonici aliter intellegebant Lethem nimirum pro ipſo ingreſſu animæ in corpus: quia memoriam ſolius eſſe animæ exiſtimabant (quæ tamen eſt ex compoſito) quam longe ante corpus creatam

credebant (quæ tamen ſimul cum corpore ingeneratur.) Memoria enim originem habet à ſenſu, perfectionem ab intellectus lumine, & hæc perfecta eſt: at imperfecta eſt in brutis perfecto ſenſu præditis quia vtuntur phantaſia quæ eſt affectio imaginationis ſeu ſenſus communis. Igitur perfecta memoria per ſe ad ſenſum pertinet, ad intellectum per accidens. Animæ vero pars illa diuina ſeu intellectiua poſt diſſolutionem compoſiti manet quia non eſt educta ex potentia materiæ ſed extrinſecus venit id eſt à Deo vnde ſapere debet naturam ſui opificis.

DEFVNCTORVM animas, conſecrauere veteres, cauſa timoris, vt placatæ mala non immitterent: vtilitatis, vt ſpe immortalitatis ad virtutem accenderentur: & pietatis vt pie credatur aliquid ſupra hominem poſſidere qui mole corporis exoneratus eſt, & reddatur maioribus officium ſupremum quod à poſteris inuicem expectatur. animæ autem Diuæ fiunt, feriis Denicalibus ſacrificiis, & precibus magicis, euocato dæmonum conuentu, & ludis funebribus in quibus proluſum eſt ſanguine captiuorum, tum gladiatorum, & ferarum. feriæ autem Denicales ſolennes ſunt & partem ſacrorum familiæ faciunt non tamen ſtatæ: nouendiales ſemel & gratia purgandæ familiæ non conſecrandi mortui. Iuſta autem funebria & placandi Manes pertinent lege Numæ ad ſummum Pontificem.

HOMINEM MORTVVM IN vrbe ne ſepelito, neue vrito.

CAP. XXIII.

HIC Iuſta mortuorum explicanda ſunt & cærimoniæ quibus vtebantur Ethnici. In primis corpus calida aqua lauabatur, vt ſi qui in eo ſpiritus vitales deliteſcerent cieprentur; & excitarentur caloris reliquiæ ſi quæ ſupereſſent. Quidam enim ſunt morbi in quibus ita cõſopiuntur ſpiritus, vt prorſus euanuiſſe videantur. Narratur quoſdam reuixiſſe teſte Plinio 7. cap. 52. non reuixere qui non erant mortui. Hinc etiam mos ille defluxit vt conclamarentur quo vocum vehementia & nominis conclamati vis quatiat & moueat ſi quid vitale inſit, Virgilius libro 6. Æneidos.

Cur calida aqua lauaretur cadauer, & cõclamaretur.

Pars calidos latices & ahena vndantia flammis
Expediunt corpuſque lauant frigentis & vngunt.

Vbi Seruius *Plinius* (inquit) *in naturali hiſtoria dicit hanc eſſe cauſam vt mortui calida abluantur & per interualla conclamentur, quod ſole plerumque vitales ſpiritus excluſus putari, & homines fallere: Denique refert quendam ſuppoſitum pyræ adhibitis ignibus erectum eſſe nec potuiſſe liberari: vnde & ſeruabantur cadauera octo diebus & calida abluebantur & poſt vltimam conclamationem: vnde traxit Terentius Deſine iam conclamatum eſt.* Lucanus.

Corpora nondum
Conclamata iacent.

Vnguntur autem ne fœtidum odorem exhalent: vnctio autem ſequitur ablutionem vt ex dicto Virgilij loco mox oſtenſum eſt & docet ibidem Seruius.

Cur vngerentur.

Tarquinij corpus bona fœmina lauit, & vnxit.

Quem verſum ex Ennio refert. Mos iſte à Græcis deductus eſt Ariſtophanes in Nubibus.

Ὥσπερ τεθνεῶτος καταλούει μου τὸν βίον.

Ariſtides, ἢ πρὸς θεῶν λούσασθαι μηδὲν κέρδος ἐπὶ ζῶντα ὃ καὶ τελευτήσαντα μέλλει δίπτεσθαι. Interpres Ariſtophanis eundem locum male intellexit, ἔθος ἦν μετὰ τὴν ἐκκομιδὴν τοῦ νεκροῦ λούεσθαι τοὺς κατ' οἶκον καθαρμοῦ χάριν. Verum quidem eſt quod ait Græcos inſtituiſſe vt poſt elatum cadauer, & iuſtis redditis aqua abluerentur viui qui funus duxerant expiationis gratia: ſed auctor non ſic eſt accipiendus, ait enim ſui tamquam mortui vitam lauari id eſt

omnia ab eo excuti quæ conferunt ad vitæ ſuſtentationem: quo innuit mortuum lauari non purificationis cauſa ſed vt extrema vitæ excuterentur. Perſæ nec lauabant, nec cremabant corpora quod eleganti Epigrammate docet Dioſcorides.

Perſæ nec lauabãt nec cremabant, & cur.

Ευφράτην μὴ χεῦε φιλάνθρωπε μηδὲ μιήνῃς
Πῦρ ἐπ' ἐμοὶ Πέρσης εἰμὶ καὶ ἐκ πατέρων
Πέρσης αὐθιγένης. ναὶ δέσποτα: πῦρ δὲ μιῆναι
Ἡμῖν τοῦ χαλεποῦ πικρότερον θανάτου.

Huius ſuperſtitionis cauſam dat Herodotus in Thalia quod ignem Deum eſſe crederent & adorarent, ita vt nefas eſſet eum impendere in mortui officium. ideo mortis pœna conſtituta eſt in eos qui ignem ſufflauerint vel cadauer in eum immiſerint vel ſtercus. Strabo. τοὺς δὲ φυσήσαντας ἢ νεκρὸν ἐπὶ πῦρ θείτας ἢ βόλβιτον, θανατοῦσι. Mortua polluunt: ſed viua pura habentur: ideo iis pium erat viuum concremare Lucanus.

Quique ſuas ſtruxere pyras, viuique calentes
Conſcendere rogos.

Medis & Perſis ſanctũ mortuos humare.

Eadem ratione aqua non abluebantur: quia aquam ſicut ignem adorabant vt duo vitæ principia. Medi autem id à Perſis didicere vt ſanctum exiſtimarent mortuum terræ mandare Pauſanias in Attic. τοὺς δὲ Μήδους Ἀθηναῖοι μὲν θάψαι λέγουσιν ὡς πάντως ὅσιον ἀνθρώπου νεκρὸν γῇ κρύψαι. Hunc morem etiam probat Homerus iliad Σ. Vbi introducit Achillem Patrocli cadauer aqua calida lauaſſe & poſtea vnxiſſe: ſic enim canit.

Ως εἰπὼν ἑτάροισιν ἐκέκλετο Δῖος Ἀχιλλεὺς
Ἀμφὶ πυρὶ στῆσαι τρίποδα μέγαν, ὄφρα τάχιστα
Πάτροκλον λούσειαν ἄπο βρότον αἱματόεντα.
Οἱ δὲ λοετροχόον τρίποδ' ἵστασαν ἐν πυρὶ κηλέῳ
Ἐν δ' ἄρ' ὕδωρ ἔχεαν ὑπὸ δὲ ξύλα δαῖον ἑλόντες
Γάστρην μὲν τρίποδος πῦρ ἄμφεπε, θέρμετο δ' ὕδωρ
Αὐτὰρ ἐπειδὴ ζέσσεν ὕδωρ ἐνὶ οἴνοπι χαλκῷ
Καὶ τότε δὴ λοῦσάν τε καὶ ἤλειψαν λίπ' ἐλαίῳ

Vbi Euſtathius, ξηραντικόν φασιν εἶναί τι τὸ νῦν παραληφθεὶ ἔλαιον ὅπερ σήψει νεκρῶν παριστάμενον: Igitur oleum deſiccatiuum eſt ideo aduerſatur putredini: quod gentilibus erat neceſſarium qui diutius aſſeruabant corpora in ædibus ſuis. Atque hoc videtur prohiberi lege 12. tabul. cuius hæc verba ſunt. *Seruilis vnctura omniſque circumpotatio tollatur.* Rectè ſeruilem ait vncturam. Nam officium pollinctorum erat viliſſimum quod ſerui gerere ſolebant l. 5. §. idem ait ff. de inſtit. act. quod ſi iuſta eſt impenſa vnctionis vt eſt l. funeris in princ. ff. de religioſ. l. & ideo §. illud ff. de in rem verſ. cur Decẽuiri id vetuere? Verũ hoc intelligendũ eſt de pollinctoribus ſeu curatoribus cadauerum qui non tantũ vngunt cadauera, ſed etiam ipſimet capita ſua vngunt quod voluptatibus obnoxij Romani faciebant largius potaturi. Horatius 2. Carm. od. 7.

Seruilis vnctura.

Cum quo morantem ſapè diem mero,

Fregi coronatus nitentes,
Malobathro Syrio capillos.

Seruis tamen hæc vnctura non erat conceſſa niſi ſolis pollinctoribus, non ſemper, nec temere, ſed cum cadauer curarent: aliquãdo enim tantus fœtor ex cadauere exſpirat, vt nec aquæ, nec vnguenti virtute tolli poſſit vt in corporibus accidit humore putrefactis: ideo licebat iis, vnguentis oblini: quia odor vnguenti, odorem cadaueris oburit maiore vi vt teſtatur Plinius 13. cap. 3. ex eodem fonte manat ratio circumpotationis: illi enim circa cadauer conſiſtentes & vncti, in honorem mortui circumpotabant, ſed reuera vt inebriati minus ſentirent eum odorem tetrum: tum vt mœrorem ex aſpectu mortui & lamentante familia conceptum excuterent. Hæc circumpotatio pollinctorum vno vaſe fiebat quod vocabatur obba, nunc vbba vt, auctor eſt Nonius. Tertullianus in Apologet. *quo differt ab epulo Iouis ſilicernium, à ſimpulo obba, ab haruſpice pollinctor.* Sed ad quid hæc vnctura nihil omnino defunctorum honori prodeſt: data eſt tantum honeſtis perſonis quæ voluptatis intercapedine laborum ſuorum curſus frangunt; aut corporibus defunctorum Plinius eodem libro cap. 11. *poſtea* (inquit) *voluptas eius à noſtris quoque inter laudatiſſima atque etiam honeſtiſſima vitæ bona admiſſa eſt: honoſque is & ad defunctos pertinere cœpit,* quod placandis inferorum poteſtatibus ſeruiebat Lucilius 4. Satyrarum, ſic apud Nonium loquitur: *Tiſiphone te pulmonibus adirem vnguentum excoctum attuli Eumenidibus ſanctiſſima Erinnys:* Plinius tamen originem vngendi deducit à Perſis, à quibus ad Græcos ſub regno Alexandri, a Græcis ad Romanos in deliciis, poſtea in funeribus veniſſe ait. Quod falſum eſſe ex Homero ſupra patet tum ex Virgilio & Ennio vbi de rebus longe ante Alexandri regnum exiſtentibus loquuntur. Verum tamen eſt in conuiuiis vſum vnguenti frequentem fuiſſe dumtaxat poſt Alexandrum, eo tempore quo Roma cœpit diffluere deliciis. Ergo iſta luxurioſa vncturæ impenſa & circumpotatio nimis intempeſtiua prohibetur, hac lege Decemuirali pollinctoribus tãtum qui huic ſeruili officio præſunt, non prohibetur diuitibus luxurioſis, non prohibetur cadaueribus, hanc prohibitionem Romani ex Solonis legibus ſumpſere Euſtathius Iliad. ξ. τὰ ὕστερον ἐπιτρέπεται μύρα ἐκώλυον οἱ φρονοῦντες εὖ. Σόλων γοῦν οὐκ ἐπέτρεπεν ἀνδρὶ μυρεψικῆς τέχνης προΐστασθαι· καὶ ὅτι καὶ τὰ στήθη ἐμύρουν οἱ τότε, διότι αὐτόθι ἡ καρδία: ὥστε καὶ τὴν κεφαλὴν, διὰ τὸ κατ' αὐτὴν τίμιον: καὶ ὅτι γυναικεῖον τὸ μυραλειφεῖσθαι: καὶ ὅτι οἱ παλαιοὶ ἐλαιώδεσι μύροις ἐχρῶντο: ait veteres pectus vnxiſſe quod in eo ſit cor, tum caput propter dignitatem illius: ſed hoc eſſe muliebre non virile: ideo Solon vetuit viris artem vnguentariam exercere: quid mirum ergo ſi ſe vngere pollinctores non debeant? Sed ex iis patet Solonem occurriſſe deliciis mollium tam virorum quam mulierum qui quæue pretioſis vtebantur vnguentis: Homerus eodem loco fingit Iunonem li-

Circumpotatio qua fiebat obba vel vbba.

Vnguentũ placat furias.

vngendi origo.

Lex Solonis,

cet caſta inter deas principes haberetur vnguentis ſumptuoſis delibutam, quo innuit matronas illuſtres id in deliciis habuiſſe: quod etiam poſtea ſeruauere vt patet ex l. 21. §. 1. ff. de auro & argent. Sed quæro an vnctura liberorum hominum prohibita ſit, non eſt, ſed tamen indecora viro apud priſcos habebatur. Quid apud Athenienſes? Iam legem Solonis adduxi quæ non prohibet, virum vngi, ſed vnguentariam exercere cuius appendicem quandam inueni apud Scholiaſtem Ariſtophanis in hunc verſum qui eſt in Acharnais.

τὸ χονίον φεύγουσι τὸ μεμιλτωμένον,

Quem ſic explicat ἐπεὶ ὀκνηρῶς εἶχον οἱ Ἀθηναῖοι πρὸς τὰς συνόδους, εἰώθασιν ὑπηρέται δύο, μεμιλτωμένον, τουτέστι μίλτῳ ἤτοι βάμματι κοκκίνῳ χοινίον ἐκτείνοντες διὰ τῆς ἀγορᾶς διώκειν τὸν ὄχλον εἰς τὴν ἐκκλησίαν ὥς φησι Πλάτων ὁ κωμικός. ὅσοι δὲ ἐχρίοντο ἐξέτινον ζημίαν. Hæc interpretatio omnino conuenit menti auctoris: nam ibi loquacitatem ciuium & animum in voluptates procliuem carpit: quod potius in foro rerum venalium, nugis occupentur quam Reip. adminiſtrationi: ideóque fugiant funem minio tinctum, quo apparitores per forum extenſo, in comitium impellebant multitudinem laſciuientem, aut otioſam, occluſis aliis viis quæ alibi quam ad locum publici conuentus ducebant, ſublatis è foro rebus venalibus, & extenſis gladiis ne fortè miniſtri violarentur à populo vt idem paulo ante ait, aut ludis animum intenderent: idcirco lege ſancitum erat, vt ſi quis per eos dies vngeretur mulctaretur. Igitur lauari & vngi cadauera religio Manium poſtulabat, ſicut & viuis mos erat ante cibum: Scholiaſtes Ariſtoph. in Pluto, ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς μετὰ τὸ λελοῦσθαι, ἐλαίῳ δι' ὅλου τοῦ σώματος ἀλείφεσθαι ἵνα οἱ πόροι ὑπὸ θέρμης ἀνεῳχθέντες κλεισθῶσιν ὑπὸ τοῦ ἐλαίου ἐπιπωματος ὄντος καὶ μὴ δέξωνται ἀέρα ἔκτοθεν. Reddit rationem. Nam pori à calore aquæ moti & aperti clauduntur ab oleo quod natura ſua denſat quod rarum eſt ne aër extrinſecus ingruens frigus inferat in interiora: nunquid, & hoc cadaueri prodeſt ne citius putreſcat? occluſis enim venis & poris nihil poteſt ex aëre externo contingere quo humor calore defectus in putredinem ſoluatur. Addo cadaueri eadem præſtari in iuſtis quæ viuo, ita vt etiã cibi poſt aquam & vnguentum tanquam cœnaturo donentur. Redeo ad noſtram legem ex qua arguitur duplex ſepulturæ genus: vnum humo, alterum igne, licet Tullius neget in igne ſepulturam. Quod *autem* (inquit) *addit neue vrito indicat non qui vratur ſepeliri, ſed qui humetur.* Verum ſepeliendi verbum quandoque generaliter accipitur, vt apud Plinium. 7. *ſepultus* (inquit) *intelligitur, quoquo modo conditus: humatus vero, humo contectus.* Quandoque ſpecialiter, vt pro eo qui terræ mandatus eſt quia hæc erat ſola ſepultura inter antiquos: Tullius, *ac mihi quidem antiquiſſimum ſepulturæ genus illud fuiſſe videtur quo apud Xenophontem Cyrus vtitur: redditur enim terræ corpus, & ita locatum ac ſitum quaſi operimento*

Mos Athenienſium.

Cur oleo vngerentur.

Duæ ſepeliendi ſpecies.

matris obducitur. Poſtea introducta eſt altera ſepulturæ ſpecies, igne videlicet quæ ſerius à Romanis admiſſa eſt: cuius mutationis cauſam ita refert Plinius eodem libro cap. 54. *ipſum cremare apud Romanos non fuit veteris inſtituti: terra condebantur: at poſtquam longinquis bellis obrutos erui cognouere, tunc inſtitutum & tamen multifarie priſcos ſeruauere ritus: ſicut in Cornelia domo, nemo ante Syllam Dictatorem traditur eſſe crematus, idque eum voluiſſe, veritũ talionem eruto C. Marij cadauere.* Vnde patet etiamſi mos cremandi apud Romanos receptus eſſet, vetuſtum tamen ſepeliendi genus à quibuſdam retentum aut vſurpatum fuiſſe in familiis etiam Patriciorum vt in Cornelia quem ſolus Sylla violauit: Tullius, *eodemque ritu* (inquit) *in eo ſepulchro quod ad fontis aras regem noſtrum Numam conditum accepimus: gentemque Corneliam vſque ad memoriam noſtram hac ſepultura ſcimus eſſe vſam. C. Marij ſitas reliquias apud Anienem diſſipari iuſſit Sylla Victor, acerbiore odio incitatus, quam ſi tam ſapiens fuiſſet, quam fuit vehemens: quod haud ſcio an timens ſuo corpori poſſe accidere primus è Patriciis Corneliis igni voluit concremari.* Ante Syllam Scipio Africanus ex gente Cornelia non eſt crematus: vnde ille ſubiicit, *declarat etenim Ennius ex Africano hic eſt ille ſitus verè. Nam ſiti dicuntur ij qui conditi ſunt.* Poſtea inſtitutum vt crematentur cadauera: quod permanſit diutiſſime, ita vt longe poſt initia Chriſtianæ religionis, mos iſtę ſeruatus fuerit. Chriſtiani reprobant ſepulturá quæ igne fit: quod paganus probro iis vertit apud Minutiũ, *vnde videlicet & execrantur rogos & damnant ignium ſepulturas, quaſi non omne corpus etſi flammis ſubtrahatur, annis tamen & ætatibus in terram reſoluatur: nec interſit vtrum feræ diripiant, an maria conſumant, an humus contegat, an flamma ſubducat: cum cadaueribus omnis ſepultura ſi ſentiunt, pœna ſit, ſi non ſentiunt ipſa conficiendi celeritate, medicina.* Homerus.

ἀεὶ δὲ πυραὶ νεκύων καίοντο θαμειαί.

Ibi Euſtathius ἔθος ἦν Ἕλλησι καίειν τοὺς νεκροὺς πρὸς ἔνδειξιν τοῦ, τὸ μὲν θεῖον τοῦ ἀνθρώπου ἀνωφορῆθει ὥσπερ ἐν ὀχήματι τῷ πυρὶ προσομίξαι: τὸ δὲ γήινον, κάτω μεῖναι, τὸ μὲν πυρὶ δαπανηθὲν, τὸ δὲ ἀπομεῖναι λειψάνοις ὀστῶν. Quæ ſententia ineptiſſima eſt. Nam cum cadauer igni deuorandum traditur, abeſt anima: quomodo ergo ea poteſt in actu cremandi igne vti tamquam vehiculo vt ad cælum perueniat? Sed crediderunt animam eo vſque circa corpus oberrare quo ei iuſta ſunt reddita. Quod falſum eſt. Corpus enim animam deſeruit lege neceſſitatis. Hoc apud eos conſtabat in igne eſſe modum conſequendæ immortalitatis: ideò Lycophron ait Scyllam ab Hercule occiſam à patre Phorco combuſtam fuiſſe, & ſic reparatam vt eſſet immortale malum prætereuntibus.

ἣν αὖτις πατὴρ σάρκας κηλαίθων λοφνίσι δωμήσατο.

Hac mente Gymnoſophiſtæ ſe viuos in ignem deiiciebant: vt Calanus coram Alexandro magno, quia ignis purgat & expiat omnes ſordes mortalis contagionis. Euſtathius ibidem, τὸ μὲν νεκρὸν οὐ κα-

Cur & quando Romani mortuos cremauerunt.

Anima igne corporis non vtitur vt vehiculo.

Ignis immortalis.

θαρὸν ἐδόκει. ἁγνισμὸς δέ τις ἦν ἡ διὰ πυρὸς δαπάνη τοῦ νεκρωθέντος: ὅτι καὶ πῦρ ἁγνιστικόν. διὸ καὶ οἱ καθαρμοὶ διὰ πυρὸς ἐγίνοντο καὶ Εὐριπίδης δὲ τοιοῦτόν τι ἐμφαίνει ὅπου φησὶν ὅτι τὸ τῆς Κλυταιμνήστρας δέμας πυρὶ καλιγνῆσθαι. Originem autem huius inſtituti ab Hercule deducit: cum enim aduerſus Laomedontem profecturus eſſet à Lycimnio amico filium petiit in ſocietatem belli, iurauitque ſe ei ſaluum filium reſtituturum. Non ſtetit iuriiurando quia in bello occiſus eſt filius. Sed religione ſe exſoluit corpus occiſi comburens & reliquias patri referens, quaſi meliori conditione fretum filium reſtituit. antiquorum tamen aliquis indignabatur, quod ignis

Græcorum Romanorumque in cremando diuerſa. datus cadaueribus inquinaretur, & ideo Prometheum ad opem ferendam inuocans dicebat, ἐπάρηξον, βοήθησον, κλέψον εἰ δυνατὸν καὶ πάλιν τὸ πῦρ. Eodem teſte. At quid opus eſt auxilio furis Promethei cum ignis polluī non poſſit. Materiam enim ex qua pollutis eſt, aut omnino conſumit aut ſordem eius expiat. Hæc inter Græcos. At inter Romanos gratia celeritatis hoc inſtitutum eſt. Sed Græcorum rationem expendamus. Corpora per ignem, materiæ fecem omnem exuunt eaque purgata puriſſimo elemento ætherea redduntur, & prope animæ ſimilia: Syneſius de Inſomniis, εἰ δὲ τὰ κρείττω τοῖς χείροσιν ἔξαντα τῆς κοινωνίας ἀπέλαυσε καὶ συνετέλεσεν εἰς ἰλυὸ σῶμα ἀκήρατον ὥσπερ ἰδιοποιηθὲν ὑπὸ τοῦ παραχωρηθέντος ἐν τῇ συνόδῳ κρατεῖν, τάχ' ἂν καὶ τὰ χείρω μὴ ἀντιτείναντα πρὸς τὴν ἐνέργειαν τῆς ψυχῆς, ἀλλ' εὐεικτα καὶ καταπειθῆ αὐτὰ τε ὁμαρτήσαντα καὶ τὴν φύσιν μέσην ἀπειργασμένα προσδεχόμενα τῇ τῆς πρώτης ἡγεμονίᾳ συνεξαιθεροῖτο ἂν καὶ συναπεμποῖτο εἰ μὴ μέχρι παντὸς, ἀλλά τοι διαβαίνοι τὴν τῶν στοιχείων ἀκρότητα καὶ γεύσαιτο ἂν τοῦ ἀμφιφαοῦς: ἔχει γὰρ τινὰ φησὶν ἐν αὐτῷ μερίδα τουτέστιν ἐν τάξει τινὶ τοῦ κυκλικοῦ γένεται. Atqui quomodo poteſt corpus igne conſumptum purum reddi quod amplius non eſt niſi in cinere quæ mera terra eſt. Non poſſum mihi perſuadere ita dementem fuiſſe Syneſium, qui meo iudicio doctiſſimus, fuit & prudentiſſimus crediddiſſe corpus peruadere partes Elementorum altiores & tandem attingere regionem illam vndique lucidam. quam Nicephorus ibidē Sphæram primam interpretatur, tum concludit: οἱ μέντοι παλαιότεροι τῶν Ἑλλήνων καὶ αὐτὰ τῶν τεθνεώτων τὰ σώματα ἔκαιον οἱονεὶ συνεξαιθεροῦντες καὶ ταῦτα.

Syneſij explicatio. Verum is ſenſus eſt Syneſij animam in corpus deſcendentem inclinatione quadam ad ipſum, ſecundam animam producere, quæ quamuis deterior ſit, vt pote immerſa materiæ dici poteſt corpus cum ex corpore, anima prima reflexione ſui eam eduxerit, & probat eam fieri poſſe obnoxiam materiæ & paſſionibus eius (materiam vocat deteriora, animam præſtantiora) ſi enim dominantur deteriora, tunc contagione participatæ materiæ corpus incorruptibile in ſecem deſinit, tamquam vindicatum dominio materiæ & eiuſdem naturæ factum in vtriuſque cōiunctione: è contrario ſi præſtantiora dominentur, cur anima ſecunda quam vocat ἀκήρατον σῶμα, non poſſet dominio primæ in eam-

dem naturam coaleſcere? Sed hoc iam refutatum eſt. Hanc autem purificationem prius dixit fieri aut Imperio formæ etiam conſtante compoſito: aut diſſoluto, per ignem quo labes omnis contracta per materiam expiatur: igitur, & Græci antiquiores cremauerunt cadauera: & poſtea Romani: cum tamen ſanctius eſſet terræ mandari. Tertullianus de anima: *alia eſt autem ratio pietatis iſtius non reliquiis animæ adulatrix, ſed crudelitatis etiam corporis nomine auerſatrix, quod & ipſum homo non vtique mereatur pœnali exitu impendi.* Ante Græcos Æthiopes antiquiſſimi igne vſi ſunt, ſed maiori cautela. Nam prius cadauera effingebantur ex auro, ſi diuites eſſent, ſi inopes ex terra: vtrumque ſimulacrum çauum erat ita, vt poſt ductam effigiem cadauera cremarentur: cineres autem in eo ſimulacro cōdebantur, tum illud vitro circumdabatur Diodorus. 2. κατακαυθῆναι γὰρ ταῦτα καὶ λυμανθέντα τελείως τὴν ὁμοιότητα μὴ δυνήσεσθαι διατηρεῖν· διὸ καὶ χρυσῆν εἰκόνα κατασκευάζεσθαι κοίλην εἰς ἣν ἐντεθέντος τοῦ νεκροῦ περὶ τὴν εἰκόνα χεῖσθαι τὴν ὕελον· τοῦ δὲ κατασκευάσματος τεθέντος ἐπὶ τὸν τόπον διὰ τοῦ ὕελου φαίνεσθαι τὸν χρυσὸν ἀφωμοιωμένον τῷ τετελευτηκότι. τοὺς μὲν οὖν πλουσίους αὐτῶν οὕτω θάπτεσθαι φησὶ τοὺς δὲ ἐλάττονας καταλιπόντας οὐσίας ἀργυρᾶς τυγχάνειν εἰκόνος· τοὺς δὲ πένητας κεραμίνης. Sic mos iſte fere totum orbem peruaſit. Sed redeo ad Romanos, qui morem iſtum ita coluere vt gratia honoris, magiſtratuum corpora ſimul cum prætextis vrerent. L. Valerius apud Liuium 4. dec. 4. vt perſuadeat, vſum purpuræ mulieribus eſſe concedendum, *magiſtratibus (inquit) in Colomiis, municipiiſque, hic Romæ infimo genere magiſtris vicorum, toga prætexta, habenda ius permittimus, nec vt id viui ſolum habeant tantum inſigne, ſed etiam vt cum eo crementur mortui: fœminis dumtaxat vſu purpura interdicemus.* Pontifices tamen legitimum & verè religioſum ſepulturæ genus non exiſtimauere niſi mortuus humaretur parte quadam corporis ſeruata in quam gleba iniiceretur. Tullius 2. de legib. *eumque morem (inquit) ius Pontificale confirmat. Nam priuſquam in os iniecta gleba eſt, locus ille vbi crematum eſt corpus, nihil habet religionis: iniecta gleba, tum & ille humatus eſt, & ſepulcrum vocatur, ac tum denique multa religioſa iura complectitur.* Alius ritus erat cum membrum ex corpore decidebatur: ſolebat ad hoc digitus ſeruari: Feſtus, *membrum (inquit) abſcindi mortuo dicebatur cum digitus eius decidebatur ad quod ſeruatum iuſta fierent reliquo corpore combuſto.* Varro 4. de ling. Lat. *& quod terra ſit humus, ideo humatus mortuus qui terra ſit obrutus; ab eo qui Romanus combuſtus eſt, aut in ſepulcrum eius abiecta gleba non eſt: aut ſi os exceptum eſt mortui ad familiam expurgandam donec in purgando, humo non eſt opertus, vt Pontifices dicunt quoad inhumatus ſit, familia funeſta manet, & dicitur humilior.* Hæc quia obſcura ſunt & ad legis explicationem pertinent, interpretanda ſunt. Hic duo disiunctiue proponuntur à Varrone, vt oſtendat quid ſignificet humatus, qui ab humo dictus eſt, & ait etiam humiliorem ab humo deriuari. humilior autem di-

Purificatio.

Mos Aethiopum.

Magiſtratuum corpora cũ prætextis Romæ cremata.

Iniectio glebæ in os.

Iuſta fiunt ad membrum deciſum. citur ab eo qui Romanus combuſtus eſt & cuius familia funeſta eſt, quod adhuc mortuus ſupra terram ſit, vt loquitur ex iure Pontificum Tullius 2. de legib. & hoc duobus modis accidit combuſto. Primo ſi poſt corpus crematum, reliquiæ quidem in ſepulcro ſint conditæ, in eas tamen iniecta gleba non eſt. At ſi deciſum ſit os, & exceptum, vt familia purgaretur, non dicitur humo opertus mortuus, quouſque ei iuſta facta ſint ad membrum deciſum. Cur potius ait Romanũ combuſtum quam alium quempiam? quia hi duo modi ſepeliendi aut humandi ſoli Romano conueniunt ex iure Pontificio. At quæ eſt inter vtramque ſepulturæ ſpeciem differentia? Magna ſane. Nam in priore ibidem iuſta reddebantur vbi crematus erat mortuus. At cum os exceptum erat, cremato corpore extra vrbem, iuſta in vrbe ſoluebantur, & ſepulchro condebatur, ita tamen vt terra in ſepulcrum non iniiceretur. Nam membrum illud erat intactum igne, non nudatum vſque ad os: ideoque in eo, ſicut in toto corpore quatuor elementorum eſt conſtitutio, ideoque humo ſatisfactum videtur, ſi in ſepulchro pars hæc condita ſit. At in poſteriore, os nudum eſt ex ignis reliquiis ſeruatum quod humo contegendum eſt; quia ignis ex eo nihil humoris, nihil aëris reliquit: at humus ex qua eſt humanum corpus, non tantũ terra nuda eſt, ſed & humore & aëre temperata addo, & igne: quia in ſanguine eſt, aliquid igneum, quæ omnia terræ reſtituũtur cum digitus humo datur, quæ cum ſit vt alibi dixi centrum omnium elementorum merito ad eam referuntur in diſſolutione compoſiti: & hoc ex ſentẽtia veterum philoſophorum refert Scholaſtes Ariſtophanis in nubibus λόγος γὰρ παρ᾽ ἐκείνοις ὡς ὅλως ἀπαντα εἰς ἑαυτὴν τὰς στοιχειώδεις οὐσίας ἡ γῆ. Humilior eſt igitur, id eſt adhuc ſupra terram non humatus, qui combuſtus eſt quidem, ſed adhuc membrum deciſum inſepultum eſt ad expurgandam familiam (inquit Varro.) Nonne poterat purgari familia iniecta gleba in os quod ſepulcro conditum eſt? minime, quia cremandum eſt corpus extra vrbem: ibi tamen ſepeliri non debet: quod infra declarabitur. Vt iuſta perſoluantur mortuo ſepeliendo, nouem diebus familia feriatur: quia intenta eſt purgationi & religioni Manium. Primo die vt dixi lauabatur & vngebatur, eodemque die fiebat, prima conclamatio. Deinde propinqui intra domum deflebant mortuum etiam per totam noctem: tumque corpus ſubtili velo à capite ad pedes induebant: & ſupra illud veſtem quoque candidam ſuperinducebant poſtquam lecto eſſet impoſitum: & hoc Homerus obſeruauit in Patrocli corpore Σ. Iliad.

Veſtitus mortui.

Ἐν λεχέεσσι δὲ θέντες ἑανῷ λιτὶ κάλυψαν.
Ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς καθύπερθε δὲ φάρεϊ λευκῷ
Παννύχιοι μὲν ἔπειτα πόδας ταχὺν ἀμφ᾽ Ἀχιλῆα
Μυρμιδόνες Πάτροκλον ἀνεστενάχοντο γοῶντες.

Quod in Miſeno partim Virgil. imitatur 6. Æneid.

Fit gemitus tum membra toro defleta reponunt,

Purpureaſque ſuper veſtes velamina nota
Coniiciunt.

Vbi Seruius *purpureas* (inquit) *ad imitationem ſanguinis in quo eſt anima:* at hoc non conſentit cum Homero qui Patrocli corpus induit non purpurea, ſed candida veſte cui mos Rom. magis videtur conſentaneus quam Virgilio. corpus enim hoc colore ornabant, quod mortuis aptior eſſet cum anima carcere terreſtri liberata purior & lucidior euadat & cum animam veſtire non poſſent, corpus in Symbolum animæ purificatæ eo colore decorabant. Plutarch. Rom. quæſt. 26. καθάπερ τὸ σῶμα τοῦ τεθνηκότος ἀμφιεννύουσι, καὶ τὴν προσήκουσαν ἀξιοῦσι· τὸ δὲ σῶμα κοσμοῦσιν οὕτως, ἐπεὶ μὴ δύνανται τὴν ψυχήν. Verum non ſic accipiendus eſt Virgil. neque enim ignorauit corpus, hoc genere veſtis indui, ſed ait præterea in illud coniectas fuiſſe purpureas veſtes ad hoc vt reliquiæ illis inuoluerentur, & ſic in ſepulcro conderētur ornatæ eo colore qui ſanguinis imaginem habet, quo corpus ipſum priuatum eſt, & in hoc etiam imitatur Homerum. qui refert combuſti cadaueris reliquias ſeu oſſa in vrnam purpureis pannis tecta, repoſita fuiſſe quod infra ſuo ordine oſtendetur. Rectè ergo ait purpureas veſtes in corpus coniectas. Sed obſtat quod ex Liuio dictum eſt corpora indui purpureis togis, & cum iis cremari. Verum aio illas veſtes candidas fuiſſe, ſed περιπορφύρους, id eſt, purpureo panno prætextas: Iſidorus originum 19. cap. 24. *dicta* (inquit) *prætexta quia prætexebatur ei latior purpura.* Alia eſt veſtis ὁλοπόρφυρος: proprie enim purpurea veſtis dicebatur (non prætexta:) cuius tres erant ſpecies, vt Seruius docet ex Suetonio libro de genere veſtium, vna quæ Diis ſacratur tantum purpura facta; alia regum quæ purpurea quidem eſt, habet tamen aliquid albi: tertia Auguralis ex purpura & cocco mixta. Igitur mortuo prætexta candida indulgebatur: at viuo qui funus eius curaret prætexta pulla conceſſa e at in ſignum luctus auctore Feſto: nam color pullus luctui conuenit, purpureus ſanguini. Et hoc in diuitum funeribus obſeruabatur: pauperes enim cum toga quidem efferebantur, non tamen prætexta: ea erat ſubcandida ſeu Pallens vt loquitur Martialis.

Cur candida veſte induebatur.

Purpureæ veſtis tres ſpecies.

Aut Pallens toga mortui tribulis;

Iuuenalis Satyr. 3.

Nemo togam ſumit niſi mortuus.

Quod etiam Græcis in more poſitum fuit, quod ſic Archilocus, apud Plutarchum oſtendit de marito ſuæ ſororis qui in mari perierat, ait ſe æquo animo laturum ſi fuiſſet in puris veſtimentis crematus,

Εἰ κείνου κεφαλὴν καὶ χαρίεντα μέλεα
Ἥφαιστος καθαροῖσιν ἐν εἵμασιν ἀμφεπονήθη.

Pura lintea ſunt candida, igitur corpus non induebatur veſte purpurea, nec obſtat mos Laconum à Lycurgo inſtitutus, vt eſt apud Plutarchum in eius vita, συνθάπτειν οὐδὲν εἴασεν ἀλλ᾽ ἐν φοινικίδι καὶ

Pura lintea.

φύλλοις ἐλαίας θέντες τὸ σῶμα περιέστελλον. Verum nō inſtituit Lycurgus, vt corpus indutum punicea veſte cremaretur, ſed vt in ſepulcro cum veſte illius coloris collocaretur, at quod ſupra dictum eſt, ſic tenendum vt non cremaretur indutum veſte purpurea. Iacens in lecto cadauer, & ita veſtitum ſeptem diebus in domo erat vbi propinqui flentes circumſtabant: octauo efferebatur in rogum: nono ſepeliebatur: quod Virgilius notauit libro 5. Æneid. vbi ludi funebres celebrantur.

Præterea ſi nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit radiiſque retexerit orbem.

Vbi Seruius *Sciendum* (inquit) *quia apud Maiores vbi quis fuiſſet extinctus ad domum ſuam referebatur, vnde eſt.*

Sedibus hunc refer ante ſuis & conde ſepulcro.

Et illic ſeptem erat diebus: octauo incendebatur: nono ſepeliebatur: nouem diales diſſipare pulueres: & ex Horatio hūc verſum adducit. Non idem lege Solonis cautum erat: qua mortuum in domum proponere licebat arbitratu propinquorum, ſed ſequenti die efferebatur. verba legis ſic refert Demoſthenes in Macartatum, τὸν ἀποθανόντα προτίθεσθαι ἔνδον ὅπως ἂν βούληται· ἐκφέρειν δὲ τὸν ἀποθανόντα τῇ ὑστεραίᾳ ᾗ ἂν προθῶνται πρὶν ἥλιον ἐξέχειν. Notanda lex quæ vetat ſole exorto efferre cadauer ſed ſummo mane idque paſſim apud veteres Græcos ſeruabatur. Heraclides, ἦν δὲ τὸ παλαιὸν ἔθος τὰ σώματα τῶν καμνόντων ἐπειδὰν ἀναπαύηται τοῦ βίου, μήτε νύκτωρ ἐκκομίζειν, ὅταν ὑπὲρ γῆς τὸ μεσημβρινὸν ἐπιλείπηται θάλπος, ἀλλὰ πρὸς βαθὺ ὄρθρον ἀπύροις ἡλίου ἀκτῖσιν ἀνιόντος. Eorum tamen funera poſt occaſum ſolis ducebantur quibus res familiaris anguſta erat: Feſtus. *Veſpa & veſpilones dicuntur qui funerandis corporibus officium gerunt, non à minutis illis volucribus, ſed quum veſpertino tempore eos efferunt qui funebri pompa duci propter inopiam non poſſunt.* Demetrius tamen cum Remp. regeret Athenienſium omnium corpora iuſſit ante lucem efferri, non ne ſolis aſpectus violaretur, ſed vt tempore, ſumptus minueretur quo minor eſſet celebritas & pompa Tullius 2. de legib. *Iſte igitur* (inquit) *ſumptum minuit non ſolum pœna ſed etiam tempore: ante lucem enim iuſſit efferri.* Sane non erat mos Græcorum vt ex Heraclide oſtendi multo ante Demetrium vt per lucem efferrentur, ſed ante radios ſolis exortos, tam inopum quam diuitum, licet Romæ diuitum tantum. Sed Demetrius Athenienſium non totius Græciæ more immutato, noctu tantum iuſſit efferri: & ſane ratio ſumptus minuendi tempori nocturno conuenit. non primo Auroræ crepuſculo quo mos erat efferri. Seruius tamen ait per noctem vſta fuiſſe cadauera in 6. Æneid. Vbi ait inde morem manſiſſe vt faces funeribus præferrentur Ouidius.

Conde tuas Hymenæe faces & ab ignibus atris
Aufer: habent alias mœſta ſepulcra faces.

Sed ſane faces funeribus alia ratione adhibentur. Si enim ratione

Lex Solonis.

Quādo efferebantur.

Veſpilones.

Lex Demetrij.

Cur faces funeribus & ludis adhibentur.

noctis qua cremabantur corpora adhiberentur, cur per diem datæ efferendi licentia non ſunt faces reiectæ cum inutiles eſſent? Sed verum eſt faces Diis præferri vt iam oſtendi. Quinimo idem docuit ludos Diis cœleſtibus ſacros inchoari à faculis: ſic enim ait in hunc verſum 5. Æneid.

Et tuba commiſſos medio canit aggere ludos.

Romano more ſicut hodieque videmus omnibus ludis funebribus vt ſunt Diuorum (intellige defunctorum.) *Nam ſi ſacri ſint id eſt Feſti illuſtrantur faculis: antea etiam ab hymnis incipiebant.* In ludis non poteſt dici faces adhiberi quia noctu olim fierent ſed quod ſpeciem habeant præſentis diuinitatis in igne & luce: ideoque ad expiationes etiam adhibebantur vt ante probaui: vtrumque Diis Manibus hic conuenit. nam furiarum facibus mortui luſtrantur ſimulatque ad inferos deiecti ſunt. Papinius 8. Thebaidos de Amphiarao quem viuum abſorpſerat humus ſic ait.

Mortui luſtrãtur furiarum facibus.

Necdum illum aut trunca luſtrauerat obuia taxo
Eumenis aut furuo Proſerpina poſte notarat.
Cœtibus aſſumptum functis.

Quia taxus (inquit ibi Lactantius) *venenoſa eſt: propterea ad perfectionem feritatis, ex hoc ligno faces dicuntur gerere: aſſerunt enim poëtæ mortuorum capita furiarum lampade luſtrari, & eorum nomina in inferorum poſte à Proſerpina conſcribi.* Ideo in inferis lampades, etiam Manibus attribuuntur ad eorum expiationem quod & idem docuit libro 2. Syluarum.

Neſcis tartaron & procul nocentum
Audis verbera, pallidumque viſa
Matris lampade reſpicis Neronem.

Igitur in funeribus faces præferuntur piaculi gratia: tum vt deſignati Dij intelligerentur. hoc fiebat die octauo. At vetuſtiſſimi Græci & Troiani nouem diebus in domo lugebant, decimo ſepeliebant, eodemque conuiuium mortui cauſa præſtabatur: vndecimo tumulus componebatur in quo conderentur reliquiæ: quod Homerus oſtendit Iliad. Ω. Vbi de cadauere Hectoris loquitur.

Antiquiſſimi Græci & Troiani vndecim dies in mortuũ impendebant.

Ἐννῆμαρ μὲ χαὶτὸν ἐνὶ μεγάροις γοάοιμεν
Τῇ δεκάτῃ δὲ κὴ θάπτοιμεν, δαίνυ τότε λαός
Ενδεκάτῃ δέκε τύμβον ἐπ' αὐτῷ ποιήσαιμεν.

Ait θάπτοιμεν id eſt ſepeliamus quod poſtea explicat nimirum in pyram cadauer fuiſſe coniectum & incenſum & cum in ignem coniectum fuiſſet apparuit aurora vt notetur tempus matutinum & ſublucanum quo mos erat efferri cadaueta, ſic enim ait.

Καὶ τότ' ἄρ' ἐξέφερον θρασὺν Ἕκτορα δάκρυχέοντες
Ἐν δὲ πυρῇ ὑπάτῃ νεκρὸν θέσαν ἐνδ' ἔβαλον πῦρ
Ημος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς.

Patet vndecim dies in iuſta mortuo perſoluenda impenſos fuiſſe. Sed poſtea duo tantum ex lege Solonis: apud Romanos nouem: ex quibus iam ſex dierum cærimoniæ expoſitæ ſunt: ſeptimo au-

tem ante fores deflebatur & laudabatur à muliere ad hoc conducta quæ præerat moderandæ lamentationi inter ancillas defuncti
Præfica. pro foribus flentes. Varro 6. de ling. Lat. *Præfica* (inquit) *vt Aurelius ſcribit mulier à luctu quæ conduceretur quæ ante domum mortui laudes eius caneret: hoc factitatum Ariſtoteles ſcribit in libro qui νόμιμα βαρβαρικὰ, inſcribitur quibus teſtimonium eſt quod fretum eſt Naeuy hac quidem hercle opinior Præfica eſt. nam mortuos conlaudat: Claudius ſcribit dicta quæ præficeretur ancilleis quemadmodum lamentarentur præfica eſt dicta.* Ideo mos iſte tamquam Barbarus ab Ariſtotele notatur quod à Phrygibus venerit. Papinius 5. Sylu.

Vt Pharios aliæ ficta pietate dolores
Mygdonioſque colunt & non ſua funera plorant.

Hunc ritum ante fores lamentandi per totam diem notauit Homerus cum de Hectoris funerandi ſolennibus agit eodem libro, idque inter Phryges.

Καὶ νύκε δὴ πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα
Ἔκλαιον δακρυχέοντες ὀδύροιντο περὶ πυλαων.

Verum Romani vſi ſunt his mulieribus in eorum funeribus quibus propinqui deficerent: vt infra ex Nonio oſtenditur. Nunc veniamus ad diem octauum quo primum domus euerritur ab herede:
Exuerra. Feſtus, *Euerriator* (inquit) *vocatur qui accepta iure hereditate, iuſta facere defuncto debet quæ ſi non fecerit, ſeu quid in ea re turbauerit, ſuo capite luat: id nomen ductum à Verrendo. Nam exuerræ ſunt purgatio quædam domus, ex qua mortuus ad ſepulturam ferendus eſt, quæ fit per euerriatorem certo genere ſcoparum ab extra verrendo dictarum.* Apud Græcos numiſma paruum in ōs mortui ponebatur vt eſſet merces Charontis pro vectura quod ναῦλον dicitur: Varinus ναῦλον τὸ εἰς τὸ στόμα τῶν νεκρῶν ἐμβαλλόμενον νομισμάτιον. Ariſtophanes in ranis introducit Charontem qui à Dionyſio flagitat naulum quem ē naui cedere cogeret niſi duos obolos præſtaret.

Ω παῦε παῦε παραβαλοῦ τῷ κωπίῳ
Ἔκβαιν᾽ ἀπόδος τὸ ναῦλον, Δι. ἔχε δὴ τὼ ὀβολώ.

Naulum. Interpres tamen ait duos obolos non dari pro vectura, ſed pro mercede iudicum inferorum in hunc verſum.

Ναύτης διάξει δύ᾽ ὀβολὼ μισθὸν λαβών.

Quæ interpretatio pugnat auctori: aperte enim ait nautæ hanc mercedem dari pro tranſuectione. Soli inter Græcos Hermionenſes tributum hoc non agnoſcebant apud quod compendioſum eſſe ad inferos iter vulgo iactabatur teſte Strabone: 8. Corpus autem in rogum efferebatur à liberis ſi quos reliquiſſet: ſed ſi ſint filiæ nudis capitibus, & paſſis crinibus, filij velatis capitibus, quia liberi parentum Manes vt deos debent adorare auctore Plutar. quæſt. Rom. 14. Deos autem viri operto capite colebant eodem teſte quæſt. 10. at fœminæ paſſis crinibus adorabant. Seruius in hunc verſum 6. Æneid.

Non compta manſere comæ.

Propter

Propter ſacra (inquit) *reſolutæ ſunt vt vittaſque reſoluit ſacrati capitis.* Ideo cum parentum defunctorum Manibus parentant ſe primum circumagunt ſuper ſepulcris, quo ritu vtebantur antequam deos in templis precarentur vt ibidem ille docet ex teſtimonio Varronis: quę vertigo indicat animi libertatem qua frui debent qui volunt ad deos accedere: is enim fuit mos ſeruorum manumittendorum quem venuſte carpit Perſius. *Vertigo.*

Heu ſteriles veri quibus vna Quiritem
Vertigo facit.

Igitur liberi patris corpus efferebant Plinius. 7. cap. 44. refert Q. Metellum Macedonicum à quatuor filiis rogo illatum eſſe & hoc vmbris defuncti gratiſſimum eſſe arbitrabantur. Iuuenalis Satyr. 10. de infelicitate Priami, ſic ait. *Liberi aut agnati corpus efferunt.*

Incolumi Troia Priamus veniſſet ad vmbras
Aſſaraci magnis ſolennibus Hectore funus
Portante ac reliquis fratrum ceruicibus, inter
Iliadum lacrymas.

Si non ſint liberi, hoc triſte officium incumbit propinquioribus virilis ſexus vt auctor eſt Seruius in 6. Æneid. quia inteſtati hereditas ad eos pertinet, quæ religionem & ſacra familię ſequitur: at ſi teſtamentum conditum ſit, heredem ſcriptum hoc onus reſpicit: qui quoniam ſolus corpus ſuſtinere & ferre non poteſt; ſerui teſtamento manumiſſi, huic miniſterio ſubiiciuntur: ſunt enim liberti Orcini, id eſt, eius qui ad orcum raptus eſt qui eius vmbris debent vitam ciuilem, & eius beneficio renati videntur, vt eſſent Quirites, quod teſtamento fieri ſolet, Perſius vbi de funere nobilis adoleſcentis ait.

In portum rigidos calces extendit, at illum
Heſterni capite induto ſubiere Quirites.

In efferendo canuntur laudes mortui certo genere carminis quod appellatur Nenia quæ à Præfica cantabatur ad tibiam quod carmē cum eſſet barbarum ineptum erat & inconditum: Nonius *Nenia* (inquit) *ineptum & inconditum carmen quod adducta pretio mulier quæ Præfica diceretur iis quibus propinqui non eſſent mortuis exhiberet. Varro de vita Populi Romani libro 4. ibi à muliere quæ optima voce eſſet per quam laudari, deinde Neniam cantari ſolitam ad tibias & fides.* Prius ergo laudatur nimirum ſeptimo: deinde cantatur videlicet octauo. Feſtus in voce Nenia qui locus eſt multis vulneribus confectus hoc tamen continet carmen eſſe quo laudes mortui ad tibiā canebantur: ſed hoc in minoribus exequiis locum habet: maiora enim ducuntur cum tubis. Perſius de eodem. *Nenia.*

Hinc tuba, candelæ, tandemque beatulus alto
Compoſitus lecto craſſiſque litatus amomis, &c.

Igitur nullæ tunc Neniæ cantantur, quia exaudiri non poſſent, tuba voces obtundente: tum quod nobiles iſti qui bene de Rep. meruerunt publica concione laudantur vt infra dicetur: & vt mos *Tuba in maioribus exequiis.*

Neniæ origo. Præficæ ex Phrygia fluxit, ſic & Neniæ, & Tibiarum. Sed origo huius carminis à puerorum funeribus emanauit in quibus modis Phrygiis ad tibiam, puerorum vmbræ placarentur: idque in funere infantis Archemori obſeruatum fuiſſe, ſic refert Papinius 6. Thebaid.

Dum ſignum luctus cornu graue mugit adunco
Tibia cui teneros ſuetum producere manes
Lege Phrygum mæſta: Pelopem monſtraſſe ferebant
Exequiale ſacrum carmenque minoribus vmbris
Vtile quo geminis Niobe conſumpta pharetris,
Squallida biſſenas Sipylon deduxerat vrnas.

Tibia. Poſtea tamen & in nobilium funeribus adhibita eſt Tibiarum modulatio & Nenia Tullius 2. de legib. *Hæc* (inquit) *habemus in duodecim ſane ſecundum naturam quæ norma legis eſt reliqua ſunt in more, funus vt indicatur, ſi quid ludorum dominusue funeris vtatur accenſo, atque lictoribus, honoratorum virorum laudes in concione memorentur, eaſque etiam cantus ad tibicinem proſequatur, cui nomen Neniæ, quo vocabulo etiam Græco cantus lugubres nominantur.* Sanè vox Neniæ barbara eſt origine, ſed poſtea vt propria à Græcis vindicata eſt, qua

Indictiuum funus. & hipponax vtitur Pollux 4. τὸ δὲ νηνίατον ὅτι ἐστὶ φρύγιον ἱππώναξ δ' αὐτοῦ μνημονεύει. Quod autem Tullius ait de funere indictiuo intelligendum eſt, cum effertur cadauer ex ædibus vel tabernis, tunc enim ſi laudandus eſſet defunctus, aut ſi ludi funebres eſſent celebrandi, conuocandus erat populus per præconem. Varro 4. de ling. Lat, *itaque* (inquit) *ex ædibus efferri indictiuo funere præco etiam eos dicit, qui è tabernis efferuntur*: Tum. 6. *alterum apparet in funeribus indictiueis quoniam dicitur letho datus eſt quod Græcus dicit* λήθῃ, *id eſt obliuioni* Quibus poſtremis verbis confirmantur ea quæ dixi de Lethi etymo. accenſus autem erat magiſtratuum miniſter cuius opera vtebantur ad acciendos Quirites eodem auctore 5. de ling. Lat. igitur ſi dominus funeris, ſit magiſtratus ideoque accenſum habeat aut lictores poteſt per præconem indicere funus: lictores autem non conuocant Quirites, ſed ſummouent turbas aut eorum impetum coërcent.

Simpludiaria funera. Alia erant funera non indictiua quæ ſimpludiaria appellantur, in quibus dumtaxat adhibebantur Ludij, qui coruitores dicebantur ſeu ſaltatores, ſurſum deorſumque in ſaltu ſpectantes inſtar coruorum qui eodem loco ſubinde caput mouētes ſurſum ſubindeque deorſum ſpectant. At in indictiuis, non modo ludij, ſed etiam deſultores adhibentur auctore feſto in voce ſimpludiaria: quod autem ait de laudandis mortuis initium, habuit à Publicola qui Bruti memoriam ornauit, vt auctor eſt Plutarch. in Publicola. Quod ab Athenienſibus acceptum eſt qui mortuos in acie, publicè laudabant: ſed melius Romani non tantum milites qui in prælio occubuerant, ſed & omnes quicumque vel armis vel conſiliis, vel domi, vel foris, vel in bello, vel in pace Remp. iuuerant teſte Dionyſio. 5. gloria huius moris male ſolis Græcis & Ro-

manis tribuitur. Nam multo ante eos, Æthiopes mortuorum regum interitus deflebant, & certum carmen concinentes lamentabantur, non ſecus ac Phryges Græci & Romani Nenias: tum eodem modo collaudabant Diodorus 1. καὶ τὸν μὲν θρῆνον εὐρύθμως μεθ' ᾠδῆς ποιούμενοι δὶς τῆς ἡμέρας ἔτι μὲν ἐγκωμίοις ἀνακαλούμενοι τὴν ἀρετὴν τοῦ τετελευτηκότος. Sed antequam, ciſta in qua corpus erat in ſepulcrum imponeretur cuilibet ex populo poteſtas accuſandi mortui dabatur: ſi bene egiſſet in vita, ſacerdotes omnia bene acta enumerabant, encomiis mortuum proſequentes: populus autem benedicebat vt idem ibidem teſtatur. Et idem fere in priuatis aſſerit ſeruari excepto eo quod iudices ſunt inter mortuum & accuſatorem: accuſatore vincente mortuus priuatur ſepultura. Igitur olim neniæ & tibiæ minoribus vmbris tribuebantur in efferendo cadauere quamuis ad laudes maiorum & neniæ & tibiæ poſtea adhibitæ fuerint, ita tamen vt non eſſent pluſquam decem tibicines Ouidius libro 6. Faſtorum.

Laudatio mortuorum.

Decem tibicines in funeribus.

Adde quod Ædilis pompa qui funeris irent
Artifices ſolos iuſſerat eſſe decem.

Nam Ædilium curæ incumbebat vt reſpicerent ne quo alio more quam patrio & legitimo Dij colerentur teſte Liuio pluribus locis: at hoc patrium erat in religione Manium. Sed præterea ludorum etiam funebrium procuratio Ædilium erat vt in ſecundo libro huius operis oſtendendum eſt. Addo tibicines etiam ſuperorum ſacris interfuiſſe, vt alibi iam demõſtraui. Ideo non mirũ ſi maioribus exequiis adhiberẽtur. Iubet itaque Ædilis decem tantũ aſſumi tibicines etiam in funeribus maioribus quia ſic cautum eſt lege, 12. tab. de qua ſic Tullius 2. de legib. *Extenuato igitur ſumptu tribus riciniis & vinculis purpura, & decem tibicinibus tollit etiam lamentationẽ.* Addit etiam adhiberi tria ricinia, & tria vincula purpuræ: quod obſcurum eſt. Sed diſcutiamus has tenebras. Hæc lex pertinet ad funerum ſumptus minuendos; inter quos partem faciunt mulieres flentes quæ in pompa funeris incedunt velatæ riciniis, quo genere pallij vtebantur in luctu & rebus aduerſis, ideoque conueniente funeribus. Varro de vita populi Romani libro 1. *mulieres in aduerſis rebus ac luctibus cum omnem veſtitum delicatiorem ac luxurioſum poſtea inſtitutum ponunt, ricinia ſumunt.* Notandum quod ait veſtitum luxurioſum poſtea inſtitutum: quoniam ricinij vſus antiquiſſimus eſt idem 4. de ling. Lat. *antiquiſſimi amictus ricinium, id quod eo vtebantur duplici ab eo quod dimidiam partem retrorſum iaciebant à reiiciendo ricinium dictum*: eoque antiquiſſimo tempore non in rebus aduerſis aut luctibus ricinio vtebantur, quod eſſet ornamento virorum: idem ad mulierum habitus traductum eſt, ita vt ricinium, quod virorum toga erat ad mulieres trãſferretur. Feſtus, *omne veſtimentum* (inquit) *quadratum ij qui. 12. ſunt interpretati eſſe dixerunt virilem togam qua mulieres vtebantur pretextam clauo purpureo vnde reciniati mimi planipedes, &c.* Vnde patet prius viri fuiſſe ornatum:

Riciniorum vſus.

neque totum erat purpureum, ſed tantum prætextum clauo purpureo: tum mulieris, & ideo mimos eo vſos fuiſſe, vt eſſent ornatiori habitu: qui tamen erat modeſtus: erat enim palliolum tantum quo caput tegeretur: & cum communis factus eſſet viris & mulieribus cœperunt mulieres ex eo togatæ appellari. Seruius in hunc verſum Virgil. libro 4. Æneid.

Mulieres togatæ.

Romanos rerum dominos gentemque togatam.

Bene gentem (inquit) *quia & ſexus omnis, & conditio toga vtebatur: ſed ſerui, nec colobia, nec calceos habebant: togas etiam fœminas habuiſſe Cycladum & Ricini vſus oſtendit, quod vulgo Mauorte dicunt.* Nonius tamen ait Maſurtium dici: *Ricinium* (inquit) *quod nunc Maſurtium dicitur palliolum fœmineum breue. Varro ταφῆ Μενίππου, nihilo magis dicere muliebre quam de muliebri ricinio palliolum ſimplex.* Igitur mulieres eo habitu caput obuelabant, eſt autem ricinium aliud à rica qua virgines velabantur. Turpilius veliterna apud Nonium, *Interea adſpexit virginem geſtantem in capite riculam indutam oſtrinã:* & ſic intelligitur Feſtus cum ait: *rica & riculæ vocantur parua ricinia vt palliola ad vſum capitis facta*, quod & de virginibus intelligi poteſt, & de matronis ſacrificantibus quæ flammeo velabantur: ſicque debet accipi Nonius cum ait: *Flammeus veſtis, vel tegmen quo capita matronæ tegunt Plautus Aulularia flammearij, violarij, carinarij.* Varro 4. de ling. Lat. *rica à ritu* (inquit) *quod Romano ritu ſacrificium cum faciunt fœminæ capita velant.* Sed hæc rica differt à ricinio, quod hoc ſit tantum prætextum purpura: hæc autem tota ſit purpurea ſeu flammea & præterea fimbriata: ſic Feſtus, *rica eſt veſtimentum fimbriatum purpureum quo flaminicæ pro palliolo mitraue vtebantur.* Sed inter alias mulieres & flaminicam hæc erat differentia quod non vterentur hoc habitu niſi ſacrificantes: at flaminica ſemper: idem, *flammeo* (inquit) *amicitur nubens ominis cauſa, quod eo aſſiduè vtebatur flaminica, &c.* Vnde patet nefas fuiſſe virginibus niſi cum nuberent ricis vti vt ille docet etiam in voce nuptiæ. Non eſt idem rica & tutulus. Rica enim eſt palliolum, illud capitis: at tutulus eſt vitta purpurea crinibus innexa: vnde ille: *tutulum* (inquit) *vocari aiunt flaminicarum capitis ornamentum, quod fiat vitta purpurea innexa crinibus:* vnde patet Granium erraſſe qui apud Feſtum definit ricam muliebre cingulum capitis quo provitta, flaminica redimiatur: eſt enim propriè tutulus. Ricinium igitur à viris ad mulieres tranſlatum caput earum velabat & ornabat clauo tantum purpureo, idque pudoris gratia vt earum vultus magis tegerentur: ſed cum cœpiſſent magis ſumptuoſis vti veſtimentis, inter ornamenta ricinium eſſe deſiit, & ideo poſtea vſurpatum eſt inter res aduerſas & luctuoſas: idque non immerito. Mos enim veterum erat vt mulieres in funeribus velarẽtur, ne quid indecorum in vultu ex earum planctibus appareret: & præter velum pallam habebant protenſam ad talos, quod vetus poëta docet 5. Epigr.

Ricinij et ricæ differentia.

Flaminica, matronæ ſacrificantes, & virgo nubens quãdo rica ornatæ.

Tutulus.

Veſtitus mulierum in funeribus.

Ἠγασάμην δὲ Κρέουσαν ἰδὼν πενθήμονι κόσμῳ,
Σύγγαμον Αἰνέαο καλάσκιον ἀμφὶ γὰρ αὐταῖς
Ἀμφολέραις κρήδεμνον ἐφελκύσασα παρειαῖς,
Πάντα πέριξ ἐκάλυψε ποδηνεκέι ζερὰ πέπλῳ.

Hic deſcribit Cruſam luctuoſo habitu indutam velatam capite & veſte talari indutam & vndique tectam Vnumquodque autem ricinium, vno vinculo purpuræ conſtrictum erat, iiſque vinculis eodem die vtebantur ad oſſa mortui colliganda: nam & ricinia & vincula, ſimul condebantur cum oſſibus mortui in ſepulchro. Neque enim poſtea ea ſeruiebant mulieribus illis lugentibus; alioqui male numerus reſtrictus eſſet ad tria, ſumptus minuendi cauſa: cum ſumptus riciniorum aliis temporibus neceſſarius futurus ſit & in aliis rebus. Ideo tribus illis veſtibus vtebantur ad ornandas reliquias defuncti ipſo in tumulo. Quod ex lege Solonis ſumptum eſt, ex quo maximam partem harum legum ſumptam eſſe apparet & fatetur Tullius ibidem Plutarchus in Solone, ἐξὸν συντεθεῖναι πλέον ἱματίων τριῶν. Sed ad quid hæ veſtes? quaſi vero animam poſſint conſolari. Quid eſt opus ſpiritui veſtibus? fortaſſe coloribus delectatur: an habet ſenſum quo poſſit colorum voluptati frui? ſanè harum veſtium ſumptum etiam, ipſi Ethnici damnauere l. et ſi quis §. non autem ff. de religioſ l. Seruo §. vltim. de legat. 1. l. vltim. §. vltim. de auro & argent. Honor eſt mortui, in funere ferre veſtes pretioſas: ideo ſi defunctus ſit Conſul, aut Prętor ſumunt veſtes purpura prætextas: ſi ſit Cenſor, purpureas: ſi triumphalis, auro intextas Polybius 6. ἐὰν μὲν ὕπατος ἢ στρατηγὸς ᾖ γεγονὼς περιπορφύρους λαμβάνουσι· ἐὰν δὲ τιμητὴς πορφυρᾶς· ἐὰν δὲ τεθριαμβευκὼς διαχρύσους. Sed quænam mulieres hæc ricinia in efferendo cadauere ferebant? non filię defuncti: quia paſſis crinibus funus proſequebantur: non virgines pronubæ ſeu deſponſatæ Syneſius Epiſtola 3. οὐ γὰρ οἶμαι νομίζεται νυμφευτρίαις βαδίζειν ἐπ' ἐκφοράν· ἀλλ' ἐν φοινικίδι καὶ πέπλῳ καὶ διαφανὴς ὁ κεκρύφαλος καὶ χρυσία καὶ λίθους ἐξήρτητό τε καὶ περιέκειτο ἵνα μὴ τῷ νυμφίῳ σύμβολος ἀπαίσιος γένηται. Mulieri extraneę nefas erat funus ducere quia familiam ſuam pollueret, excepta ea quæ Sexageſimum annum impleuit. Ea enim iam ſenectute prope funerata eſt cum amplius generare non poſſit: at ingredi in domum funeſtam ne quidem ſexagenarię fas eſt niſi intra ſobrinas ſit: quod lege Solonis definitum eſt Demoſthenes in oratione aduerſus Macartatum, βαδίζειν δὲ τοὺς ἄνδρας πρόσθεν, ὅταν ἀναφέρωνται, τὰς δὲ γυναῖκας ὄπισθεν· γυναῖκα δὲ μὴ ἐξεῖναι εἰσιέναι εἰς τὰ τοῦ ἀποθανόντος, μηδ' ἀκολουθεῖν ἀποθανόντι ὅταν εἰς τὰ σήματα ἄγηται ἐντὸς ἑξήκοντ' ἐτῶν γεγονυῖαν, πλὴν ὅσαι ἐντὸς ἀνεψιαδῶν εἰσί. Hic eſt ordo pompæ vt primum viri, deinde propinquæ, & ſi qua ſexagenaria extranea ſit, ſequantur: in eadem pompa ſimulacra parentum illuſtrium ducebantur circa lectum quo iacebat corpus Tacitus 3. Annal. *Circumfuſas* (inquit) *Lecto Claudiorum Iuliorumque ima-*

Tres veſtes.

Pretioſæ veſtes in funere.

Virgo deſponſata non debet funus proſequi, nec extranea niſi ſexagenaria.

Ordo pompæ.

gines, defletum in foro, laudatum pro roſtris cuncta à Maioribus reperta. Horatius Epod. 8.

Eſto beata: funus atque imagines
Ducant triumphales tuum

Effigies mortui & illuſtrium parentum.

Statius 6. Thebaid.

Exin magnanimum ſeries antiqua parentum
Inuehitur miris in vultum animata figuris.

Vbi Lactantius ait hoc fieri ad miraculum ſpectantium: ſed effigies mortui præferebatur toro: Tacitus de funere germanici eodem libro, *Vbi* (inquit) *Illa veterum inſtituta, prapoſitam toro effigiem meditata ad memoriam virtutis carmina. &c.* Poſtquam in rogum illatum eſt corpus, auerſo vultu facem ſupponunt vt videantur inuiti membra defuncti conſumere: Virgilius 6. Æneid.

Pars ingenti ſubiere pheretro
Triſte miniſterium & ſubiectam more parentum
Auerſi tenuere facem.

Dona.

Inter cremandum dona quædam gratia mortui in ignem coniiciuntur vt thura, dapes, arma vnde ille ſubiicit.

Congeſta cremantur
Thurea dona, dapes, fuſo crateres oliuo

Papinius 6. Thebaid.

Ditantur flamma non vmquam opulentior illo
Ante cinis crepitant flamma atque immane liqueſcit
Argentum & pictis exſudat veſtibus aurum
Nec non aſſyriis pugneſcunt robora ſuccis

Virgilius libro 11. Æneid.

Pallentique croco ſtrident ardentia mella
Coniiciunt igni galeas enſeſque decoros
Frænaque feruenteſque rotas pars munera nota
Ipſorum clipeos & non felicia tela.

Hæc dona non ſunt ex præſcripto legis aut canonis Pontificij, ſed ex officio liberæ pietatis. Nam aliquando nihil donabatur igni niſi quæ ante diximus aliquando aliquid vel plus vel minus: aliquando etiam pecudes ingulantur in flammam vt ſanguis innocentium victimarum vmbras nocentes poſſit placare vnde Virgil. ſubiicit.

Multa boum circa mactantur corpora morti
Set geroſque ſues raptaſque ex omnibus agris
In flammam ingulant pecudes.

In ſanguine victimarum lac & vinum miſcetur.

Hic non adſcribam quod ait Homerus Iliad. Ψ. quia verſus illi ibidem à Seruio referuntur: ſed annotandum duxi in ſanguine ipſo victimarum miſceri vinum & lac quod Papinius ibid. docet.

Spumanteſque mero patera verguntur & atri
Spumanteſque mero patera verguntur & atri

Vbi Lactantius, *Duas* (inquit) *res mittit, vnam qua nutrit animam idest lac, alteram qua conſtat, id eſt ſanguis: nec mirandum, quia ſanguinem*

ad inferos placandos intulerit : Nam ſanguis proprie videtur anima eſſe poſſeſſio: vnde exangues mortuos dicimus.

Poſt combuſtum corpus iam flammis ſopitis manent oſſa ſeu reliquiæ quæ inter fauillas deferueſcentes vino infuſo lauantur: quod idem paulo poſt ſic eleganter oſtendit.

Finis erat lapſuſque putres iam Mulciber ibat
In cineres, inſtant flammis, multoque ſoperant
Imbre rogum poſito donec cum ſole labores
Exhauſti ſeris vix ceſſit cura tenebris.

Et ſic oſſa iam vino purgata & frigefacta conduntur in vrnam purpureis pannis inuoluta : lac etiam adhibent in hac parte Tibullus.

Et primum annoſo ſpargam collecta Lyæo
Mox etiam niueo fundere lacte parent
Poſt hac carbaſeis humorem tollere ventis
Atque in marmorea ponere ſicca domo.

Nam quibuſcumque cęrimoniis Dij Manes colerentur maximo tribus libationum generibus delectabantur, vino, lacte, & ſanguine: ſed ex more vinum abluendis oſſibus ſufficiebat. Sed hoc lex Numæ prohibet quę refertur à Plinio 14. cap. 12. in hæc verba. *Numæ regis Poſthumia lex eſt Vino rogum ne reſperguto.* Quod ſancitum fuiſſe propter inopiam vini certum eſſe ait. Nonnulli putant legem Numæ exoleuiſſe ex his verbis Feſti, *Reſperſum vinum dixerunt quia vino ſepulcrum ſpargebatur.* Male hæc ad legem Numæ referunt. Numa enim vetat rogum non ſepulcrum reſpergi. rogus longe à ſepulcro differt. Eſt enim congeries illa lignorum quæ ſuppoſito igne accenſa eſt vt Seruius docet in 11. Virgil. Æneid. Nihil ergo commune habet rogi reſperſio cum ea quæ in ſepulcrum fit: At reuera ad hanc legem referenda eſt hęc, *Et ſumptuoſa reſperſio*, &c. Quæ verba coniuncta ſunt cum lege qua tollitur circumpotatio ſic tollitur reſperſio. Nam cum olim vinum ob inopiam in rogum infundi non poſſet, poſtea cum vini copia ſuccreuiſſet paulatim exoleſcente lege Numæ reſtitutæ ſunt antiquæ reſperſiones non tantum ex vino ſed & aliis liquoribus : idcirco nouis vulneribus nouo eſt opus remedio quod Decemuiri introduxerunt. hanc etiam legem conſtituere, *Rogum aſcia ne polito*, hic, rogus non vt apud. Virgil. & Seruium pro lignis incenſis accipitur ſed tantum pro congerie non incenſa. Eſt enim rogi & pyrę promiſcua ſignificatio. Ex hac lege patet, ita curioſos fuiſſe veteres vt ligna quibus cadauera cremarent dolabra, vel aſcia polirent. Quod ſuperfluum & vanum eſſe nemo non videt cum mox ignis ea ſit conſumpturus, & æque indolatis & impolitis crementur corpora: addunt conſequenter Decemuiri. *Neue Murrata potio, mortuo indatur*, de qua ſic Feſtus. *Murrata potione vſos antiquos indicio eſt quod etiam nunc Ædiles per ſupplicationes Diis addunt ad puluinaria & quod 12. tabulis cauetur ne mortuo indatur vt ait Varro in antiquitatum lib. 1.* Vnde Pa-

Vino abluebãtur oſſa.

Poliebantur ligna rogi.

Vinum murratum Diis libatur.

tet Diis ſuperis ad ſingula puluinaria id eſt in ſingulis ſacellis vbi deorum ſimulacra in puluinaribus quieſcebant libatum fuiſſe ex vino odorato in quo myrrha infuſa erat. Hoc autem per ſupplicationes fiebat. Nam publicis illis cærimoniis decretæ ſupplicationes ad ſingula templa, ſacellaque celebrabantur. Sed ſuperis hoc genus potionis effundunt, quia credebantur edere & bibere nectar & ambroſiam vt ſupra oſtendi, in epulis deorum. ideo ea potione tamquam nectare deos delectari putabant, vnde nomen Nectaris ei indidere: Feſtus, *Murrina* (inquit) *genus potionis qua Græce dicitur nectar, hanc mulieres vocabant murriolam, quidam murratum vinum:* Sed cum experientia docuiſſet hanc potionem dulciſſimam eſſe, cœpit gula mortalium ſibi vindicare quod ſuperſtitio Diis Manibus attribuerat: Ideoque nectar illud, non ſecus ac purum vinum ab iis vſurpatum eſt quod Plinius 14. cap. 13. ſic teſtatur: *Laudatiſſima apud priſcos vina erant Myrrhæ odore condita vt apparet in Plauti fabula quæ Perſa inſcribitur, quamquam & in ea calamum addi iubet ideo quidam aromaticis delectatos: ſed Fabius Dorſenus his verſibus decreuit.*

Tum ab hominibus vſurpatur.

Mittebant vinum pulcrum murrinam.

Scæuolam quoque & Lælium & Atheium Capitonem in eadem ſententia video fuiſſe quoniam in Pſeudolo ſit.

Quod ſi opus eſt vt dulce promat
Indidem ecquid habet? rogas,
Murrinam paſſum defrutum mellinam.

Emendatur Plinius.

Quibus apparet non modo inter vina Murrinam ſed inter dulcia quoque nominatam. Hic emendaui Plinium cum ante legeretur miro odore: repoſui, Myrrhæ. Agit enim dumtaxat de murrina. Quinimo eo prouecta eſt iſta luxuria, vt non dubitauerint vnguentum vino confundere idem libro 13. cap. 3. *At Hercule* (inquit) *iam quidem etiam in potu addunt, tantique amaritudo eſt vt odore prodigo fruantur, ex vtraque parte corporis, L. Plotium L. Plotij bis Conſulis Cenſoriſue fratrem proſcriptum à Triumuiris in Salernitana latebra, vnguenti odore proditum conſtat. quo dedecore tota abſoluta proſcriptio eſt: quis enim non merito iudicet periiſſe tales?* Mortuo autem potio indebatur primum vt vi vini, calore, tum odore Myrrhę, interiora corporis minus fœteant cum ab igne conſumentur: præterea vt nectare fruatur mortuus mox Deus futurus: ſed quia hoc ſuperfluum eſt lege decemuirali prohibetur. Vnde patet hanc potionem non eſſe intelligendam de liquoribus quibus rogus reſpergebatur: Nam nec potio eſt quam nemo potat nec libat, neque reſpergere, indere eſt. Reſpergere eſt extra fundere: indere eſt intus ponere. Reſperſionibus abſolutis in vrna reliquiæ conduntur. Virgil. ibidem.

Cur mortuo hæc potio indebatur.

Poſtquam collapſi cineres & flamma quieuit
Relliquias vino & bibulam lauere fauillam
Oſſaque lecta cado texit Chorinæus aheno.

Et de

Et de hoc optime Homerus.

Πρῶτον μὲν πυρκαϊὴν σβέσαν αἴθοπι οἴνῳ
Πᾶσαν, ὁπόσσον ἐπέσχε πυρὸς μένος αὐτὰρ ἔπειτα
Ὀστέα λευκὰ λέγοντο κασίγνητοι ἕταροί τε
Μυρόμενοι. θαλερὸν δὲ κατείβετο δάκρυ παρειῶν
Καὶ τάγε χρυσείην ἐς λάρνακα θῆκαν ἑλόντες
Πορφυρέοις πέπλοισι καλύψαντες μαλακοῖσι.

Hic oſſa inter cineres lecta poſtquam vino abluta eſſent veſtibus purpureis & mollibus circumuoluta in ciſtam auream reconduntur: & hoc prætεrea notādum quod reliquiæ adhuc recenti fauilla incaleſcentes aſperguntur lacrymis amicorum. Quem morem etiam à Romanis obſeruatum fuiſſe innuit Horatius 2. Carm. in Oda, qua prouocat amicum vt ſecedat cum eo in locum vbi vitam definire optabat. *Reliquiæ lacrymis aſperguntur.*

Ibi tu calentem
Debita ſparges lacryma fauillam,
Vatis amici.

Quod non ignorauit Virgilius.

Spargitur & tellus lacrymis, ſparguntur & arma
Vt cœlo clamorque virum clangorque tubarum.

Sic ille libro 11. Æneid. Sanciunt etiam Decemuiri. *Neue aurum addito*, aurum aliquando in ſepulchris ſimul cum mortuis condebatur: patet ex ſepulcro Semiramidis cuius inſcriptio aurum intus eſſe mentiebatur teſte Iuſtino: Ioſephus & Cedrenus aiunt Solomonem in ſepulcro patris magnum auri pondus defodiſſe. Notum eſt exitium Sardanapali qui ſecum pretioſa omnia combuſſit. Iam ex Homero dictum eſt oſſa in auream vrnam repoſita eſſe: Ad hęc lex hæc non pertinet ſed ad ea tantum quæ cum reliquiis in tumulo reconduntur: aut gratia viuentium vt ibi opes ſuas in tuto reponerent: aut mortui: ſed de priore caſu videamus. Theſauros ſuos ab hominum rapacitate, tutiores eſſe credebant ſi religione cuſtodia eorum ſanciretur: quod locum habet in iis quæ animo retinendæ poſſeſſionis includuntur à Domino vt ad certum tempus ibi referuentur, poſtea vero recluſo ſepulcro recipiantur à Domino: ſi quis ea ſubduxerit furtum facit: ſed ſi tanto tempore depoſitio facta ſit vt eius memoria non extet, iam Dominum non habet, ideo eius eſt qui inuenerit l. numquam §. 1. de acquir. rer. dom. theſaurum facit depoſitio non ſola ſed & tempus immemoriale. Depoſitione non amittitur directum dominium etiamſi animo alienandi facta ſit l. acceptam Cod. de vſur. at hic non fit animo alienandi cur ergo is qui inuenit theſaurum erit Dominus? quia non depoſitoris animus ſed lex alienationem proprietatis inducit, vt in heredis inſtitutione & legato per vindicationem: immemoriale tempus efficit hanc alienationem: quia vetuſtas ſemper pro lege habetur l. 2. in princ. ff. de aqua & aquæ pluu. arc. ea non eſt accipienda pro præſcriptione, quia non eſt immemorialis temporis nec iure

Aurum in ſepulcru.

Theſauri in ſepulcru.

Vetuſtas pro lege.

conſtituit dominium aut ſeruitutem ſed æquitate Prætoris vtilis tantum datur l. ſi quis diuturno ff. ſi ſeruit. vindic. ergo de centum annis accipienda eſt quia eius temporis non eſt memoria l. hoc iure §. ductus ff. de aqua quotid. & æſt. cum enim longiſſima vita hominis ſit centum annorum l. an vſusfr. ff. de vſuf. eodem termino memoria hominis definitur. Ergo qui inciderit in tumulum in quo aurum eſſet depoſitum, non mortui cauſa ſed depoſitoris & non inueniatur qui fidem facere poſſit de auctore depoſitionis, eius erit Dominus: quod Diuus Adrianus conſtituit idque ſi fortuito contigerit: at ſi data opera ſepulcra ſcrutatus fuerit ſecus l. vnica C. de theſaur. Si quis igitur data opera in alieno theſaurum inuenerit, eius non erit. Quid ſi in communi? pro rata, ſocio acquiritur & agi poteſt aut communi diuidundo, aut familiæ erciſcundæ. Vnde ſi coheres inſcio coherede, cum extraneo, in ſolo hereditario data opera, nimirum effoſſa terra inuenerit & partitus ſit tenetur famil. erciſc. iudicio, quia in ſuo non inuenit l. 22. in princ. ff. fam. erciſc. neque enim ſolum illud erat ſolius inuentoris, ſed pro parte indiuiſa: quod ſi fortuito, in alieno inuenerit dimidium acquiritur etiam ignoranti Domino l. ſi is qui ff. de acquir. rer. dom. Atqui fortaſſe obiicietur poſſeſſionem tempore non perire: quia continuatur in heredem quaſi iuncta l. cum miles ff. ex quib. cauſ. maio. Ergo morte depoſitoris non eſt alienatum dominium, cum poſſeſſio ſit retenta coniunctione & continuatione iuris. Verum illud obtinet in perficiendo iure quod ratione iuſtæ poſſeſſionis à defuncto rite inchoatum erat nimirum vſucapione: quod ius breuiori annorum curriculo definitum eſt, quam vetuſtas de qua hic agitur cur ergo ſuperflua & inanis eſſet in vetuſtate coniunctio & continuatio imo id quod perfectum & perpetuum intelligitur vt eſt terminus vitæ? magis eam videretur deſiderare, iura recipiunt ſubſtitutiones perſonarum: cur ergo theſauri dominium non retinebitur inſtitutione heredum? Verum ſi hæc coniunctio & continuatio contra vetuſtatem admitteretur; duo ſequerentur abſurda & iniuſta. Primum turbarentur diuturnæ poſſeſſiones imo & immemoriales nihilque poſſideri poſſet quod non poſſet in periculum euictionis incidere, tollerentur è medio præſcriptiones & vſucapiones quæ non patiuntur diu incerta eſſe dominia & bono publico introductæ ſunt l. 1 ff. de vſucap. nam heredes ſemper dicerent auctores ſuos poſſediſſe & in ſe continuatam eſſe poſſeſſionem, negligentia etiam vetuſtorum dominorum foueretur qui poſt longiſſimum tempus poſſeſſores etiam bonæ fidei vexarent, rem vindicantes cum fructibus cum tamen breuius tempus ad inquirendas res ſuas eis debeat ſufficere d. l. 1. in fine. Secundo terminus vitæ à Deo & Natura conſtitutus non poſſet definire rei viliſſimæ dominium quo omnia humana finiuntur, plus poſſet hominis conſtitutio in vſucapione quam Dei in vetuſtate. Quæ rationes ceſſant in vſucapione & iuſta poſſeſſione vbi continuatio & coniun-

Cuius eſt theſaurus inuentus.

Cur contra vetuſtatem non admittitur coniunctio poſſeſſionis.

ctio admittitur breuioris temporis. Igitur theſauri dominium datur vetuſtate. Obſtat l. peregre in princ. ff. de acq. poſſeſſ. vbi in terra aurum eſt conditum ab eo qui peregre profecturus erat: poſt longum tempus, non repetiit memoria locum theſauri Papinianus ait poſſeſſorem nihilominus remanere ſi ab alio non fuerit poſſeſſus: ergo ante centum annos, ante tempus immemoriale theſaurus fit ea depoſita pecunia & poteſt alienari ſi alius illam inuenerit. Verum ibi improprie theſaurum accipit pro pecunia recondita vel repoſita Iſidorus orig 16. cap. 17. *Theſaurus* (inquit) *iuxta Græcam proprietatem*, ἀπὸ τοῦ θέσεως *à poſitione hoc eſt a repoſito nominatur.* At proprie Caſſiodorus 6. variarum, *Theſaurus* (inquit) *eſt depoſitiua pecunia quæ longa vetuſtate competentes dominos amiſit.* Improprie ſumitur in d. l. peregre. Nec obſtat quod ait poſſeſſionem amitti nam remanet ſemper dominium cuius ratione vindicatio cõmpetit l. à tutore ff. de rei vindic. & in eadem ſignificatione accipitur in l. theſaurus in fine ff. ad exhibend. Nec mirum ſi ſublata poſſeſſione maneat dominium: nam poſſeſſionem amittimus rei, quam vbi ſit ignoramus l. ſi id quod ff. de acquir. poſſ. at dominium tantum abeſt vt nobis ignorantibus pereat cum ne quidem noſtra nuda voluntate amitti poſſit l. ſi quis vi. §. vlt. ff. de acq. poſſ. factum enim noſtrum deſideratur l. quod noſtrum de reg. iur. Redeo ad eum qui in religioſo loco theſaurum inuenit fortuito cuius dominium ſolidum acquirit, licet Diui fratres ſtatuerint contra naturalem æquitatem eo caſu Dei donum pro parte dimidia ſcindi l. 3. §. penult. ff. de iure fiſci in quo male ſanctionem Adriani ſuſtulere, quam tamen Iuſtinianus reſtituit in §. theſauros inſtitut. de rer. diuiſ. non videtur tamen dominium theſauri in ſepulcro conditi, acquiri nec principi nec vlli priuato. Nam quæ religioſis adhærent religioſa ſunt l. quæ religioſis ff. de rei vindicat. religioſa autem nullius ſunt l. 1. ff. de rer. diuiſ. quæ nullius ſunt conſtant duabus ſpeciebus: aut enim nullius ſunt priuata proprietate vſu & poſſeſſione, ſed communi tantum, vt mare, aër, litora, feræ, piſces maris &c. quæ primo occupanti conceduntur, quia humani iuris ſunt l. 3. ff. de acq. rer. dom. aut omnino nullius ſunt id eſt & communi & priuato iure vt quæ ſunt diuini iuris d. l. 1. de rer. diuiſ. quia ſunt extra commercium humanum l. inter ſtipulantem §. ſacram ff. de verb. oblig. eaque nullo iure omnino acquiri poſſunt. Ergo theſaurus in loco religioſo inuentus non fit inuentoris, nec fiſci. Verum in d. l. quæ religioſis, agitur de lapidibus inædificatis quibus ſepulcrum ſuſtinetur ideoque ad religionem corporis pertinent ne inſepultum maneat: At quod ab homine non mortui cauſa poſitum eſt diuini iuris eſſe non poteſt, idcirco vetuſtate acquiritur. Nec obſtat l. obligationum §. placet ff. de oblig. & act. vbi tempus non eſt modus acquirendæ obligationis, ideoque nec dominij. Verum non acquiritur per tempus ſed per legem cuius ipſa vetuſtas vim habet. Igitur opes ſuas Diis Manibus commen-

Poſſeſſionis & dominij differentia.

Quæ nullius ſunt.

dabant, quod ſancta & timenda ſit eorum veneratio:ſed hoc nihil ad aurum de quo Decemuiri legem tulerunt: hoc enim non facit theſaurum etiam per tẽpus immemoriale quia mortui cauſa conſecratum eſt, in auro eſt imago vitæ ob ignis ſpeciem & ſplendoris quem emittit quod ideo veteres Græci ſoli conſecrauerunt teſte Euſtathio in A Iliad. Eſt & aptiſſimum ſanitati conſeruandæ & reſtituendæ: quia aduerſatur putredini:nec corrumpi poteſt. Plinius

Auri vis. 33. cap. 4. aduerſatur mortalitati quod ne igne quidem minui poteſt. idem eodem lib. cap. 3. *Rerum vni (inquit) nihil igne deperit: tuto etiam in incendiis rogiſque durante materia. &c.* Quamobrem aurum ad animæ virtutem refertur quæ ex ſanguine maiorum nobilibus ingenerata eſt. Vnde Plato vetuit ne adoleſcentes nobiles aurum ornamenti gratia gererent aut poſſiderent, quia in anima continent natiuum aurum. Plutarchus in præceptis polit. ὥσπερ οὖν ὁ Πλάτων ἀχρύσεον εἶναι τοῖς νέοις ἔλεγεν ἐκ παίδων εὐθὺς οὔτε περικεῖσθαι χρυσὸν αὐτοῖς ἔξωθεν οὔτε κεκτῆσθαι θέμις· οἰκεῖον ἐν τῇ ψυχῇ συμμεμιγμένον ἔχοντας, αἰνιττόμενος οἶμαι τὴν ἐκ γένους διατείνουσαν εἰς τὰς φύσεις αὐτῶν ἀρετήν. Id genuinum aurum, eſt ſemen virtutis antiquæ ſucceſſiue à parentibus in-

Æs Symbolum laboris. ſitum. Idcirco eſt Symbolum virtutis animæ: æs autem laboris: quod probatur ex Chriſtodoro libro 5. Epigrammatum vbi de Porphyrio equite ſic ſcribit. Ἔνθεν ἀνέστη.

χρύσεος ἀλλ' ἀρετῆς· χάλκεος ἀλλὰ πόνων.

Pindarus aurum igni lucenti in tenebris comparat.

Ἄριστον μὲν ὕδωρ· ὁ δὲ,
χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ
ἅτε διαπρέπει νυ-
κτὶ μεγάνορος ἔξοχα πλούτου.

Innuens aquam eſſe neceſſariam vitæ (ex qua acceptum eſſe vitale principium credebatur,) ſed obſcuram eſſe & ingratam ſine virtute & nobilitate. Sed hæc cum ſint ſigna tantum, nihil prorſus ad eſſentiam faciunt vnde non immerito prohibetur, aurum in ſepulchrum inferri. Hac lege decemuiri excipiunt aurum quo dentes vinciuntur his verbis. *Aſt quoi auro dentes vincti eſunt im cum ollo ſepelire vrerene ſe fraude eſto.* Parua eſt in vinculo dentium auri iactu-

Cur aurũ quo dentes ſunt vincti non prohibetur. ra quod quia iam viuis inerat & in vita inditum ad ſuſtentationem corporis iniurioſum & impium eſſet id mortuo adimere. Hoc enim agitur in his cærimoniis vt quadam oblata imagine vitæ mortuus placetur, quam tollerent qui corpus priuarent iis quæ ſibi viuenti, quaſi propria vindicaſſet. Quidam ſibi dentes eburneos inſerebant, & auro vinciebant Martialis 11. Epigram.

Sic dentata ſibi videtur Ægle,
Emptis oſsibus indicoque cornu.

Lucianus τέτταρας ἔτι λοιποὺς ὀδόντας ἐχούσης χρυσίῳ καὶ τούτους ἐνδεδεμένους. Loquitur de ea quæ adhuc quatuor dentes habebat eoſque auro vinctos. Aurum enim dentium conſeruationi maxime

conuenit. Hoc autem manet quouſque ignis diſſoluerit: idem dicemus de coronis de quibus ita Decemuiri: *corona virtute parta, & ei qui peperit & eius parenti dum intus poſitus eſit, foriſue feretur, ſe fraude impoſita eſto.* Tullius ibid. *illa* (inquit) *iam ſignificatio eſt laudis, ornamenta ad mortuos pertinere, quod coronam virtute partam, & ei qui peperiſſet & eius parenti ſine fraude eſſe lex impoſitam iubet.* Vnde patet hic agi de corona parta virtute non pecunia alioquin ex ea nullum laudis ornamentum duci poſſet. Igitur propinqui hanc illuſtrem gratiam referunt mortuo, vt eum laudent & ornent coronis ſua virtute partis: neque enim puluis occultat eam & mortuis pars ſua gloriæ & laudis ex lege debetur, quod elegantiſſime Pindarus cecinit. Olymp. Oda. 8. vbi de coronis agit quæ ex ſacris certaminibus reportantur.

Corona virtute parta non detrahitur corpori.

Ἔστι δὲ καὶ τι θανόντεσσι μέρος·
Κὰν νόμον ἐρδόμενον,
Καλακρύπτει δ' οὐ κόνις
Συγγόνων κεδνὰν χάριν.

Sic ornarunt mortuos ad exemplum deorum quos etiam coronis decorabant: qui mos à Græcis fluxit vt teſtatur Clemens Alex. 2. Pędag. ἀοχλησίας δὲ καὶ ἀμεριμνίας ὁ στέφανος σύμβολον· ταύτῃ καὶ τοὺς νεκροὺς καλαστεφανοῦσιν· ᾧ λόγῳ καὶ τὰ εἴδωλα ἔργῳ προσμαρτυροῦντες αὐτοῖς τὸ εἶναι νεκροῖς. Igitur quia corona eſt Symbolum imperturbatæ tranquillitatis & otij, ideo & deos & mortuos hac nota inſigniunt. Hæc autem verba. *Dum intus poſitus*, &c. apertè oſtendunt à primo die vſque ad octauum coronam impoſitam remanere. Et ſicut in vnguento & murrato vino diximus, ſic in coronis dicendũ quas poſt deos & defunctos læti compotores accipiunt ſuis capitibus, quod ſic arguit Minutius Felix: *quis autem ille qui dubitat vernis indulgere nos floribus cum capiamus & roſam veris, & lilium, & quicquid aliud in floribus blandi coloris, & odoris eſt? his enim & ſparſis vtimur mollibus & ſolutis, ac ſertis colla complectimur. Sane quod caput non coronamus ignoſcite: auram boni floris naribus ducere, non occipitio capilliſue ſolemus haurire: nec mortuos coronamus. Ego vos in hoc magis miror, quemadmodum tribuatis exanimi, aut ſentienti facem, aut non ſentienti coronam cum & beatus non egeat & miſer non gaudeat floribus. At enim nos exequias adoramus eadem tranquillitate qua viuimus, nec adnectimus areſcentem coronam, ſed à Deo æternis floribus viuidam ſuſtinemus.*

Dij coronati.

Hinc patet primum impoſitas fuiſſe mortuis coronas ab ipſis acquiſitas: ſed poſtea omnibus mortuis datas fuiſſe. Tertullianus de corona militis ſic de corona loquitur. *Quid tam dignum Deo quã quod indignum idolo? quid autem tam dignum idolo quam quod & mortuo? Nam & mortuorum eſt ita coronari, vel quoniam & ipſi idola ſtatim fiunt & habitu & cultu conſecrationis quæ apud nos ſecunda idololatria eſt.* Hæc lex pendet ex altera quæ, ſic concepta eſt. *Qui coronam parit ipſe, pecuniaue eius virtutis ergo arguitor*, hic oſtendit quomodo accipi debeat parta corona nimirum, quam ipſe per ſeipſum, vel

Omnibus mortuis poſtea corona data.

per pecuniam ſuam peperit. Pecunia eſt id quod eſt in ipſius dominio, vt ſerui & equi l. pecunia ff. de verb. ſignifi. quorum opera, labore, & induſtria vtuntur in ludis Circenſibus de quo ſic Plinius 21. cap. 3. *Semper tamen* (inquit) *auctoritas, vel ludicro quæſitarum fuit. Namque ad certamina in circum per ludos & ipſi deſcendebant, & ſeruos ſuos quoſque mittebant: inde illa 12. tabularum lex, qui coronam parit ipſe pecuniaue eius virtutis, ergo arguitor, quam ſerui, equiue meruiſſent, pecunia partam lege dici nemo dubitauit, quis ergo honos? vt ipſi mortuo parentibuſque eius, dum intus poſitus eſſet foriſue ferretur ſine fraude eſſet impoſita.* Senſus auctoris & legis eſt, coronas etiam ludicro non virtute partas, virtuti tamẽ imputari (quid ſit ludicrum, & quæ eius ſpecies petendum ex cap. ludis ſupra) ideoque poſtquam quæſitæ ſunt arguuntur virtutis ergo, id eſt in monumentum virtutis habentur etiamſi ab equis vel ſeruis partæ ſint. Græci in certaminibus ſacris equos qui curſu vicerant coronare ſoliti erant patet ex Hierocle 2. veterinariæ, Ὀλυμπίασι τε καὶ πανταχοῦ τῶν ἀγώνων ἵπποις ὥσπερ ἀνδράσι τάχους ἁμίλλης προκεῖσθαι γέρα.

Coronantur & proclamantur victores.

Imo non tantum ſerui equique coronabantur ſed & proclamabantur victores quod Leunteus hoc epigrammate docet.

Ὁ πρὶν ἐπ' Ἀλφειῷ στεφανηφόρος, ὁ νέρ ὁ τὸ πρὶν
Διστάκι κηρυχθεὶς Κασταλίης παρ' ὕδωρ.
Ὁ πρὶν ἐγὼ Νεμέῃ βεβοημένος, ὁ πρὶν ἐπ' Ἰσθμῷ
Πῶλος ὁ πρὶν πνοιαῖς ἴσα δραμὼν ἀνέμοις,
Νῦν ὅτε γηραλέος γυροδρόμον ὠκύνιδε πέζον
Δινεύω στεφάνων ὕβριν ἐλαυνόμενος.

Patres ex filiorum victoria proclamantur victores.

Ideo non male Romani ludicris Circenſibus equos admittebant & ſeruos, ſub honore tamen & nomine dominorum ſuorum: ſed cur parenti eius qui coronam acquiſiit imponetur? Sane hoc ex antiquis Græcorum inſtitutis emanauit. Nam in ludis quibus filij vicerant, primum patres victores proclamabantur, Pindarus Olymp. Oda. 5.

Ὃν πατέρ' Ἄκρων' ἐκάρυξε
Καὶ τὰν νέοικον ἕδραν.

Tum patria.

Vbi Scholiaſtes, ἐν γὰρ τῷ ἀγῶνι οἱ νικῶντες ἀπὸ πατέρων ἀνηγορεύοντο καὶ ἀπὸ προγόνων καὶ πόλεων. Quod enim ait patrias victrices clamari minus eſt antiquum Plinius 16. cap. 4. *In ſacris* (inquit) *certaminibus vſurpatur hodieque non victori dant, ſed patriam coronari ab eo pronuntiant.* Igitur coronæ mortuo imponebantur & poſt iuſta reddita, effigies eius ex cera compoſita in atrio ponebatur & coronabatur ſi eſſet illuſtris perſona. Hæ enim in ſignum antiquæ nobilitatis habebantur Iuuenalis Satyra 12.

Inde domum repetam graciles vbi parua coronas
Accipiunt fragili ſimulacra nitentia cera.

Sed ille ait veram nobilitatem eſſe in ſola virtute, non in illis ſimulacris.

Tota licet veteres exornent vndique ceræ

Atria, nobilitas ſola eſt atque vnica virtus.

His peractis reliquum huius diei erat vt qui his cærimoniis inter- Funus polluit.
fuerant à pollutione luſtrarentur: funus enim quia mortuorum eſt
viuentes polluit: idcirco ſuffitione purgabantur: Feſtus, *Funus*
(inquit) *proſecuti redeuntes ignem ſupergrediebantur aqua aſperſi quod*
purgationis genus ſuffitionem vocabant. Romulus, populum inſontem Suffitio.
cædis fraternæ, ſed oculis & præſentia pollutum flammis expiauit
Dionyſ. lib. 1. μετὰ δὲ τοῦτο πορκεύας περὶ τῶν σκηνῶν γενέσθαι κελεύ-
σας, ἐξάγει τὸν λαὸν τὰς φλόγας ὑπερθρώσκοντα τῆς ὁσιώσεως τῶν
μιασμάτων ἕνεκα. Inuiſa ſunt mortua immortalibus. Ideo nefas
erat flamini vt pote ſacro Diis cœleſtibus, audire tibias funebres
vt auctor eſt Feſtus, quæ tamen etiam ſuperorum ſacris adhibeban-
tur: quinetiam exiſtimauere ſolem cadauere pollui etiam cum non
efferretur ſub luce radiorum eius patet ex venuſta illa reſponſio-
ne Adriani ad mendicum qui dimidia parte corporis ſiccus erat &
frigidus quod ea parte corporis ſoli iniuriam faceret.

Ἀμφοτέρους ἀδικεῖς καὶ Πλούτωνα καὶ φαέθοντα
Τὸν μὲν ἔτ' εἰσορόων τὸν δ' ἀπολειπόμενος.

Offendebat ſolem qua parte mortuus eſt & eadem Plutonem quia
Orco iam vindicanda erat. Igitur neceſſaria erat luſtratio, quæ fie-
bat aqua pura id eſt ſumpta ex flumine perenni non ducta ex ope-
re manufacto, quæ aſperſio cum ramo felicis arboris celebrabatur.
Virgil. 6. Æneid.

Idem ter ſocios pura circumtulit vnda
Spargens rore leui & ramo felicis oliuæ.

Renera ter (inquit ibi Seruius) *licet enim à funere contraxerint pollu-*
tionem, tamen omnis purgatio ad ſuperos pertinet: vnde & ait imparem
numerum. Cur autem Virgilius oliuam luſtralem fecerit, ſic Seruius
docet, *moris fuerat vt de lauro fieret: ſane dicit Donatus quod hoc pro-* Error Seruij.
pter Auguſtũ mutauit. Nã nata erat laurus in palatio eo die quo natus
eſt Auguſtus, vnde triumphantes coronari cõſueuerant, propter quam rem
noluit laurum dicere ad officium lugubre pertinere. Quaſi vero res lu-
ſtrales & pullutionum expiatrices, aliquid Auguſti aut triumphan-
tium dignitati detrahant: tãtum abeſt; cum vis omnis purgationis ex
cæleſtium poteſtate pendeat. Verum quidem eſt laurum piacula-
rem eſſe etiam in ſepulcris Propertius 2.

Et ſit in exiguo laurus ſuperaddita buſto
Qua tegat extincti funeris vmbra locum.

Et aliis etiam pollutionibus ſeruit: Feſtus, *Laureati* (inquit) *mili-*
tes ſequebantur currum triumphantis; vt quaſi purgati à cæde humana
intrarent vrbem, itaque eandem laurum omnibus ſuffitionibus adhiberi
ſolitum erat, vel quod medicamento ſiccisſimũ ſit, vel quod omni tempore
virat vt ſimiliter Reſp. vireat. Melius dixiſſet hanc plantam eſſe ma-
xime igneam, ideoque ſacram Apollini ſeu ſoli penes quem eſt ex-
piatio contractarum pollutionum, ideo malis eſt inuiſa dæmonibus
vt ſupra in cap. ludis ex Euſebio demonſtraui. Verumtamen qui

Laurus magicis carminibus apta.

magicis carminibus vtebantur, quia ſe bonos dæmones euocare credebant laurum adhibere ſolebant Propertius ibidem.

Deficiunt magico torti ſub carmine rhombi,
Et tacet extincto laurus aduſta foco.

Eam tamen ſuo crepitu igni eſſe contrariam Plinius aſſerit. 15.cap. vlt. Sed hoc non quod ignea non ſit: ſed quia mouetur extrinſecus per alterum ignem, cum quo videtur certare vi humoris qui ei arbori ineſt. Quod Iuuenalis non ignorauit qui humidam laurum

Humida laurus.

vocauit (cum tamen à Feſto ſicciſſima dicatur, quod non pertinet ad naturam lauri, ſed ad effectum, quia deſiccat calore in ea dominante) Satyra.1.

Cuperent luſtrari, ſi qua darentur,
Sulphura cum tedis et ſi foret humida laurus.

Doctiſſime tamen Virgilius non laurum, ſed oliuam huic purgationi adhibuit quæ ſane apud veteres Græcos, funeribus adhibebatur: quod ſic probo ex lege Solonis, cuius hæc verba ſunt in oratione Demoſthenis aduerſus Macartatum ἐάν τις ἐλαίαν Ἀθήνησιν ἐξορύττῃ (ἐὰν μὴ εἰς ἱερὸν Ἀθηναίων δημόσιον ἢ δημοτικὸν ἢ) ἑαυτῷ χρῆσθαι μέχρι δυοῖν ἐλαίαιν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου, ἢ ἐπὶ ἀποθανόντα δέῃ χρήσασθαι. Si quis Athenis oleam effoderit (niſi ad templum Athenienſium publicum aut municipale requiratur) in ſuos vſus vſque ad binas oleas quot annis conuerterit niſi poſtuletur ad vtendum in mortuum, &c. Olea ſane apud Athenienſes eſt mali depulſiua & maxime aduerſus famem: vnde ex ea ramum ianuis cum lana ſuſpendebant ad auertendam famem à ſingulis familiis vt oraculo iis præſcriptum erat auctore Scholiaſte Ariſtophanis in Pluto. ideo oleæ ramo populus purgabatur. Dictum eſt ex Lycurgi lege corpus in ſepulcro condi cum foliis oleæ quod ad luſtrationem pertinere neceſſe eſt, alioqui illius arboris folia à prudentiſſimo legiſlatore fruſtra fuiſſent ſepulcro attributa. Accedo ad alias ſolennitates. Si equites adeſſent funeri, ter circum pyram

Oliua funeribus adhibita.

Equites ter circa rogum currunt.

decurrebant vlulantes vt poſtremum hoc mœroris officium Manibus exſoluerent. Virgilius libro 11. Æneid.

Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis,
Decurrere rogos, et mæſtum funeris ignem
Luſtrauere in equis vlulatuſque ore dedere.

Apollonius Argonaut. 1.

Τρὶς περὶ χαλκείοις σὺν τεύχεσι δινηθέντες
Τύμβῳ ἐνεκτερέϊξαν.

Vbi de funere Cyzici occiſi agit: ter autem decurrunt incipientes à læua quia ſunt grata inferis (citra cauſam augurij) quod Papinius oſtendit libro 6. Thebaid.

Luſtrantque ex more, ſiniſtro
Orbe rogum & ſtantes inclinant puluere flammas
Ter curſus egere ſinus.

Vbi Lactantius, *ſiniſtro orbe* (inquit) *quia nihil dextrum mortuis conuenit*

conuenit vt funeribus abſoluantur dextro ordine redeunt. Poſt collecta oſſa & peractas purgationes, præfica, vel qui ad hoc munus allegatus erat clamabat Ilicet vt docet Seruius in hunc verſum libri 6. Æneidos.

Ilicet.

Luſtrauitque viros dixitque nouiſſima verba.

Huc pertinet Græca populorum dimiſsio quam ſacerdos pronunciabat ἄφεσις ἴστω. Sequitur alia lex 12. tab. *Hominis mortuo ne oſſa legito quoi poſt funus fiat*, & hoc ad minuendos ſumptus: *ſed excipit bellicam peregrinamque mortem* (inquit Tullius) quis excipit? lex ipſa 12. tab. de ea enim ipſe loquitur. Qui enim peregrè vel militię obierunt comburuntur in loco vbi mortui ſunt qui dicitur vſtrina: ſed oſſa eorum reſtituuntur in ſepulchris maiorum ſuorum. Feſtus, *Buſtum* (inquit) *propriè dicitur locus in quo mortuus eſt combuſtus & ſepultus, diciturque buſtum quaſi bene vſtum: vbi vero quis combuſtus tantummodo, alibi vero eſt ſepultus is locus ab vrendo vſtrina vocatur.* Tibullus timet ne ſibi moriendum ſit in peregrino ſolo, quia non habet matrem quæ corporis eius combuſti oſſa legat vt in patrium monumentum referantur.

Buſtum, vſtrina.

Abſtineas mors atra precor non his mihi mater,
Quæ legat in mœſtos oſſa peruſta ſinus.

Ergo ex hac lege 12. tab. licet peregre mortui oſſa alibi transferre ſine permiſſu principis aut Pontificis l. & ſi quis § impenſa ff. de religioſ. alioquin ſecus l. oſſa in princip. ff. eod. obſtat l. ſi quis enim ff. eod. vbi licet in vno loco oſſa ad tempus deponere, ita vt locus ille profanus ſit & ideo ſine permiſſu poſſunt alibi transferri. Verũ non licet ad tempus oſſa commendare, niſi ex cauſa neceſſaria veluti ſi quis peregre aut militiæ obierit: ideo hac lege poſſunt impune transferri, & ſic accipienda eſt, l. pen. §. pen. ff. de cond. & dem. obſtat l. Diui ff. de religioſ. vbi corpus in arca conditum vt ibi perpetuo eſſet, terra quidem conditum videtur, ſed tamen in locum commodiorem tranferri poteſt. Verum hoc Diui fratres reſcripſerunt & eo reſcripto Martianus nititur, vt reſponſo ſuo fidem faciat, quod alioquin inutile eſſet ſi iure communi id licuiſſet: id autem non ait abſolute, ſed non eſſe denegandum ſi poſtuletur. Ergo eſt poſtulandum, & impetratur, *ſi res exigat*, quod in cognitione Præſidis conſiſtit. Hæc de arca quæ moueri poteſt: quid ſi ſepulcrum in ſolo religione rite conſecratum ſit: non aiunt principes exarari poſſe priuata poſtulatione: hoc enim ſine piaculo fieri non poteſt: publica auctoritate poteſt, vt ſi in loco publico nulla lege, id ſpecialiter tribuente, ſepulcrum factum ſit, vel in ſacro, non videtur locus religioſus: quia in alienum inferre mortuum non licet, niſi conſentiẽte domino vel in communem inuito ſocio, licet in commune ſepulcrum, inuito ſocio liceat inferre l. in tantũ §. religioſum ff. de rer. diuis. Nec ideo violatur regula qua cauetur in pari cauſa ſocij prohibentis conditionem eſſe potiorem l. Sabinus ff. comm. diuid. hic enim non eſt par cauſa inferẽtis & pro-

Peregre mortui oſſa transferuntur.

Vtrum ad tempus oſſa deponi poſſint in terra.

Vtrum in communem locum purum inuito ſocio liceat inferre.

hibentis cum in loco religioſo nihil noui fiat à ſocio, ſi corpus in eum inſerat, nec prohibeat alterum ſocium iure ſuo vti in re illa communi: ei enim integrum eſt eodem iure vti, quod ſi liceret in communem locum purum inuito ſocio inferre, quod noſtrum eſt, à nobis poſſet auferri ſine facto noſtro contra l. quod noſtrum de regul. iur. nam religioſa nullius ſunt, nec poſſunt vindicari. Ergo ſi quis in locum publicum vel ſacrum intulerit non facit locum religioſum, & ſi bona fide intulerit: quod ſi dolo malo, extraordinē plectendus eſt d.l. oſſa §. ſi in locum. Nec obſtant ſacra & cærimoniæ quarum ſanctitati commendatum eſt cadauer in illo loco. Hæc enim priuatæ ſunt religionis qua publicum obligari non poteſt. Tullius ibidem, *Sed cum multa (* inquit*) in eo loco ſepulcra fuiſſent, exarata ſunt: ſtatuit enim collegium locum publicum non potuiſſe priuata religione obligari.* Igitur non debent legi oſſa homini mortuo. At cur non prohibent Decemuiri membrum decidi vt ad illud poſtea funus fiat? quia ſpeciali ratione quibuſdam datum eſt, vt quidam in vrbe ſepelirentur, non tamen vrerentur. Nam extra vrbem cremato corpore fas erat oſſa colligere, eaque ſimul cum membro deciſo (in quo tota vis humationis eſt) in ſepulcrum cum funebri pompa inferebantur, & cum ſacrificiis quæ in expoſitione noni diei explicabuntur. Familia enim funeſta erat: quia non ſufficiebat combuſtio: nec poterant iuſta fieri in vſtrina ei qui alibi erat ſepeliendus. At nunquid membro non deciſo poterat humus in oſſa dari? poterat quidem: ſed quia alibi corpus vſtum erat, imperfectum videbatur priuilegium, quo in vrbe ſepeliri conceſſum eſt. Sepeliri non vri, ſed humari verius & antiquius eſt ideoque non eſſet pura familia eius qui in vrbe nihil præter cineres aut oſſa peruſta haberet niſi in ſepulcro pars quædam integra ex corpore cōderetur. Quid ita cum ex vrbis loco in quo ſepelitur humus iniici poſſit? quoniam qui primi in vrbe ſepulti ſunt, ibidem & cremati & conditi ſunt. Ideoque neceſſe tunc non erat digitum excipere: & quia eodem priuilegio freti deberent etiam ibidem vri & ſepeliri & ſic integris ſuis cadaueribus in eo loco iuſta recipere, loco totius corporis integrum membrum excipiebatur. Decemuiri ergo prohibent oſſa legere ex reliquiis combuſti corporis, ne alibi tranſlata iuſtis honorentur & impenſæ geminentur contra intentionem legis. Male hanc legem accipit quidam quaſi membrum decidi prohibeat. Nam ex corpore adhuc integro decidebatur: ex combuſto non poteſt decidi: quia per ignem omnia membra diſſoluta ſunt. Præterea deciſio membri, ſpecialis ſepulturæ gratia cōceſſa eſt, quæ exceptio non continetur hac lege. Specialia enim generalibus derogant l. in toto ff. de reg. iur. de hoc infra clarius.

Deciſo membro iuſta fiunt.

Ad nonum diem accedamus in quo ſepulcrum componebatur in quo vrna condebatur & ſacrum nouemdiale peragebatur. Primū ſepulcra ab antiquis ſedes mortuorum vt notat Seruius in Virgil. & à Tertulliano in Apologetico appellantur aſyla mortis quæ miſe-

Noni diei explicatio.

riarum omnium finis eſt & requies. Atque hic honos tanti æſtimatus eſt vt crederent animas mortuorum errantes ripam Acherontis obire, nec in cymbam Charontis introduci niſi corpora eſſent ſepulta. Patroclus dormienti apparet Achilli conquerens ſe inſepultum arceri à Manibus de quo ſic Homerus. Iliad. Ψ.

> Θάπτε με ὅττι τάχιστα πύλας ἀΐδαο περήσω,
> Τῆλέ με εἴργουσι ψυχαὶ εἴδωλα καμόντων
> οὐδέ με πως μίσγεσθαι ὑπὲρ ποταμοῖο ἐῶσιν,
> Ἀλλ' αὔτως ἀλάλημαι ἀν' εὐρυπυλὲς Ἄϊδος δῶ.

Hoc Virg imitatur 6. Æneid. *Inſepulti arcētur ab inferis, cur.*

> *Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta,*
> *Tranſportare prius quam ſedibus oſſa quierint.*

Pœna ergo erat non ſepeliri; duas ob cauſas, prima quod honore communi omnibus mortuis priuantur inſepulti vt docet Euſtathius in iliad Ω. Secunda fabuloſa eſt quod anxij mortui inter cœli auras & terræ ſinus ſuſpenduntur quam ſic Statius explicat libro 12. Thebaid.

> *Quos vetat igne Creon Stygiaque à limine portæ*
> *Cenſator Eumenidum aut Lethæi portitor amnis*
> *Summouet ac dubio cœlique erebique ſub axe*
> *Detinet.*

Huius fictionis rationem ita explicat Tertullianus de anima: *Ita querelas animæ inſepultæ ad vtrumque conſinxit vt inſtantia funeris & honor corporum ſeruetur & mœror affectuũ temperetur.* Quod ſi vt vera accipitur hæc fabula maximam ſecum trahit abſurditatem: quod ſic ille ſubiiciens arguit, *Cæterum quam vanum vt anima, corporis iuſta ſuſtineat quaſi aliquid ex illis ad inferos auehat? multo vanius ſi iniuria deputabitur animæ, ceſſatio ſepulturæ, quam pro gratia deberet amplecti. Vtique enim ad inferos abſtrahi mallet, quæ nec mori voluit, amabit impium heredẽ per quem adhuc paſcitur luce.* Igitur vera ratio qua ſepelienda ſunt ex officio pietatis cadauera, eſt honor à viuentibus mortuis debitus & conſolatio lugentium, Ariſtoteles inter honoris notas ſacrificia, monumenta, & imagines defunctorum enumerat 1. Rhet. cap. 5. *Ratio ſepeliẽdi corporu.* μέρη δὲ τιμῆς, θυσίαι· μνῆμαι ἐν μέτροις καὶ ἄνευ μέτρων, γέρα, τεμένη, προεδρίαι, τάφοι, εἰκόνες. &c. Nos cadaueri honorem impendimus quia fuit domus animæ in qua Dei imago eſt: eſt & fabrica Dei: deinde reſurrectionis erit compos vt cum conſorte anima immortalitate fruatur. is cuius corpus inſepultum eſt abortiuo partui comparatur, eccleſiaſtes 9. Igitur gentiles die nono ſepulcrum componebant: antiquiſſimi tamen die vndecimo vt ex Homero oſtenſum eſt. Hoc non imponit neceſſitatem ſepulcri vno die conſtruendi, ſed vt vel ante cœptum perficiatur eo die vel vt eodem die inchoetur & perficiatur. Modus tamen huic ædificationi impoſitus eſt Athenienſium lege de qua ſic Tullius 2. de legib. *Propter has amplitudines quas in Ceramico videmus lege ſanctum eſt ne quis ſepulcrum faceret operoſius quam quod decem ho-* *Impenſa in ſepulcro ædificando.*

mines effecerint triduo, neque id opere tectorio exornari, nec Hermas hos quos vocant licebat imponi: tum paulo poſt ſubiicit, *Sed ait rurſus idem Demetrius increbuiſſe eam funerum ſepulcrorumque magnificentiam quæ nunc fere Romæ eſt quam conſuetudinem lege minuit: ipſe paulo poſt ſepulcris nouis finiuit modum. Nam ſuper terræ tumulum noluit quid ſtatui niſi columellam tribus cubitis ne altiorem aut menſam aut labellum & huic procurationi certum magiſtratum præfecerat.* Itaque magnificentius ſepulcrum extrui non licebat quam quod decem triduo perficere poſſent. Atqui hoc tamquam impoſſibile refertur in l. ſi quis ita inſtitutus ff. de condit. inſtitut. vbi heres inſtitutus eſt ſub hac conditione ſi in triduo proximo à morte teſtatoris monumentum feciſſet, ait euaneſcere conditionem tamquam impoſsibilem ideoque perinde eſſe ac ſi pure inſtitutus eſſet. Si debet in triduo ſepulcrum extrui quomodo impoſſibilis eſt conditio? Lex ſane vana eſt & violenta quæ iubet impoſſibile fieri, adhibeat heres 500. fabros, nonne vno die ſepulcrum facient? Hic monumentum rectiſſime accipitur pro loco ſepulturæ deſtinato: quia nondum illatus eſt mortuus ſed poſtquam illatus eſt ex monumento ſepulcrum fit l. monumentum ff. de religioſ. & hæc eſt mens teſtatoris, vt triduo à morte teſtatoris monumentum extructum religione corporis teneatur: quod ſane fieri non poteſt: Iuſta enim reddi non poſſunt in triduo, ergo nec monumentum ſub intentione teſtatoris: Nam alioquin eius iudicium in hac conditione inutile eſſet. Quid enim intereſt ipſius, in triduo, monumenlum ędificari cum in triduo, in eo ſepeliri non poſsit? ſi de ædificando tantum monumento non etiam de corpore inferendo ſenſit teſtator, cur hæc conditio non ſeruabitur? cum & poſsit fieri & in ea non excedat modum ſumptus legitimum. Imo hoc principis vel Pontificis partes reſpicit vt ad hoc heredes cogantur extraordinem l. hereditas §. 1. de pet. her. at hic non video ſumptum eſſe immoderatum ſed tempus tantum efficere conditionem impoſsibilem. At fortaſſe defunctus voluit ſibi perfici ſepulcrum, antequam ei iuſta fierent vt nihil deeſſet religioni Manium cum nono die corpus eſſet inferendum Verum hoc ſenſu iudicium teſtatoris impoſsibile non eſt: etiam neque neceſſarium, licet enim imperfectum eſſet monumentum fas eſſet inferre reliquias l. vlt. in princ. ff. de mort. inf. Plato 12. de legib. legem poſuit quam Tullius in 2. de legib. tranſtulit in hæc verba. *Extrui autem vetat ſepulcrum altius quam quod quinque diebus homines quinque abſoluerint:* In quo minor eſt ſumptus quam decem hominum in triduo. Eſt enim plus operæ in decem hominibus per triduum quam in quinque, per dies quinque. dicemus ergo teſtatorem voluiſſe ſibi iuſta fieri & impleri in triduo, quod in aliis gentibus fieri poterat (non Romæ) nam ſupra ex Solone oſtenſum eſt minimum temporis mortuum in domo ſua proponi: nimirum vno die, altero efferebatur tertio implebantur iuſta. Præterea apud Doliones triduum iuſtis impendebatur vt oſtēdit Apollonius 1. Argonaut. Vbi de Cyſici funere loquitur.

Explicatur l. ſi quis ita inſtitutus.

Triduũ apud alias gentes iuſtis impenſum.

Ἤματα δὲ τρία πάντα γόων.

Tum de principe alterius gentis loquens idem ait per tres dies defletum fuiſſe & quarto ſepultum 2. Argonaut.

Ἤματα δὲ τρία πάντα γόων, ἑτέρῳ δὲ μιν ἤδη
Ταρχύον.

Vnde patet id tempus paſſim in iuſtis reddendis vſitatum fuiſſe, nec teſtatorem ita dementem fuiſſe vt conditionem inuſitatam apud omnes inſtitutioni adſcriberet in qua eſt totius teſtamenti ſubſtantia l. inter ff. de liber. & poſth. ex ſuperioribus apparet columnas ſepulcris impoſitas fuiſſe in honorem mortui.

Ἔνθά ἑ ταρχύσουσι κασίγνητοί τε ἔται τε
Τύμβῳ τε στήλῃ τε· τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων.

(Inquit Homerus Iliad Π.) idque antiquiſſimis temporibus: vt memoria mortui cum corpore non moreretur: at ſane ſicut corpori ita & ſepulcris ſua ſunt fata vt Iuuenalis ait Satyra 10.

Quandoquidem data ſunt ipſis quoque fata ſepulcris.

Nihilominus exiſtimabantur æternæ ſedes defunctorum, non quod earum in æternum ſit duratura conſtructio, ſed quod in æternum mortui ſub terra manſuri crederentur. Et hæc erat Ægyptiorum opinio quam ſic Diodorus refert 1. καὶ τὰς μὲν τῶν ζώντων οἰκήσεις καταλύσεις ὀνομάζουσι ὡς ὀλίγον χρόνον ἐν ταύταις οἰκούντων ἡμῶν: τοὺς δὲ τῶν τετελευτηκότων τάφους ἀϊδίους οἴκους προσαγορεύουσι ὡς ἐν ᾅδου διατελούντων τὸν ἄπειρον αἰῶνα: διόπερ τῶν μὲν κατὰ τὰς οἰκίας κατασκευῶν ἧττον φροντίζουσι: περὶ δὲ τὰς ταφὰς ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολείπουσι φιλοτιμίας. Vnde mos columnæ tumulis adſtruendæ manauerit ita docet Seruius: *Apud maiores nobiles aut ſub montibus, aut in domibus ſepeliebantur: vnde natum eſt, vt ſuper cadauera, aut pyramides fierent aut ingentes locarentur columnæ.* *Sepulcra cur æternæ ſedes mortuorum dicuntur.* *Vnde mos colũnas aſtruendi ſepulcris.*

Lege Athenienſium columnæ eorum tantum imponebantur ſepulcris qui publice ſepeliebantur quod pro Rep. pugnantes occubuerint iiſque inſcribebatur vbi ceciderant. Ariſtophanis interpres in auibus de Ceramico loco vbi publicæ erant ſepulturæ ſic ait. βαδίζουσι δὲ ἔνθεν καὶ ἐντεῦθεν εἰσὶ στῆλαι ἐπὶ τοῖς δημοσίᾳ τεθαμμένοις: οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ ὑπὸ τοῦ δήμου πεμφθέντες, ὅσον ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ ὑπὲρ τῆς πόλεως τετελευτήκασιν. ἔχουσι δὲ αἱ στῆλαι ἐπιγραφὰς ποῦ ἕκαστος ἀπέθανεν. Nunc de ſitu oſſium in ſepulcro poſitorum videamus: & ſane caput reſpicit occidentem verſus quia lux eorum occidit ex more Athenienſium Ælianus, νόμος Ἀττικὸς θάπτειν τοὺς νεκροὺς πρὸς δυσμὰς βλέποντας. Tamen huic ſententiæ Thucididis interpres aduerſatur cum ait, τῶν ἄλλων γὰρ ἐπ' ἀνατολὰς ποιούντων ὁρᾶν τοὺς νεκροὺς, οἱ Φοίνικες ἐξεπίτηδες ἐπὶ δύσιν. Hic aperte vult cæteras gentes orientem verſus mortuos componere Phœnices ſolos ad occidentem. Sane ſicut Phœnices, Athenienſes ad occaſum cadauera conſtituebant. Sed interpres Thucididis intellexit etiam ad orientem diſpoſuiſſe cadauera eorum ſcilicet qui myſteriis eſſent initiati vel qui pro patria vitam impendeſſant: neque enim lux *De oſſium ſitu.*

eorum extincta credebatur, & in elyſiis alteram vitam fœliciorem ducere & ſolem etiam benigniorem habere. Quid deinceps? inſcribebatur ſepulcrum, cuius eſſet. licebat enim omnibus ſepulcris inſcribere nomina defunctorum: ſed Lycurgus vt magis ad bellum accenderet animos ciuium vetuit nomina inſcribi ſepulcris prꝑterquam eorum qui in acie pugnantes cecidiſſent teſte Plutarcho in inſtitutis Laconicis: aut ſacrarum virginum vt idem docet in eius vita: idem alij Græci poſtea ſeruauere: ideo Niciæ ſepulcro non eſt nomen inſcriptum quia non fortiter pugnauerat ſed tamquam vile mancipium ſe hoſti tradiderat teſte Pauſania in Attic. Vbi etiam ait ſeruos Athenienſium qui aduerſus Perſas in Marathone pugnauerant & occubuerant publicæ ſepulturę datos fuiſſe eorumque nomina columnis ſepulcralibus inſculpta. permittit Plato quatuor verſus in laudem defuncti ſepulcro imponi. Tullius. *Nec è lapide excitari plus nec imponi plus quam quod capiat laudem mortui inciſam ne plus quatuor herois verſibus quos longos appellat Ennius.* At apud Latinos communis hæc erat inſcriptio D. M. id eſt diis Manibus ſed nominis inſcriptio non erat prohibita: parum enim ad gloriam faciebat cum in familia ſacra perpetua manerent iure antiquo: ſed poſtea paulatim parentalibus & anniuerſariis deficientibus ob auaritiam ſucceſſorum, nonnihil glorioſum in nominis inſcriptione videbatur Tibellus.

Inſcriptio ſepulcri.

Quod ſi fatales iam nunc expleuimus annos
Fac lapis inſcriptis ſtet ſuper oſſa notis
Hic iacet immiti conſumptus morte Tibullus
Meſſalam terra dum ſequiturque mari.

Igitur initium noni diei à ſepulcro inchoandum eſt. Statius libro 6. Thebaid.

Roſcida iam nouies cœlo dimiſerat aſtra
Lucifer & totidem Luna prauenerat ignes
Mutato nocturnus equo nec conſcia fallit
Sidera & alterno deprenditur vnus ab ortu
Mirum opus accelerante manu, ſtat ſaxea moles.

Vis nouenarij.

Vnde patet noctu ædificationem ſepulcri inceptam fuiſſe vt ſub auroram noni diei perfectum appareret: tantæ virtutis erat numerus iſte nonarius vt eo diuinitas infernæ poteſtatis abſolueretur. Hinc Styx quæ vim potiſsimam inferorum continet, in qua luſtrantur animæ ad Elyſios venturæ nouem circulis circumdatur. Virgil. 6. Æneid.

Nouies Styx interfuſa coercet.

In ſacro nouendiali, hoſtia humana.

Iam, dixi in ἐπιτηδείοις duas aras prope ſepulcrum extrui in quibus ſacrificium nouemdiale peragebatur: quo genere victimæ, nemo ait. Sed ſane ad hoc emebantur captiui, vel ſerui nequiores quorū ſanguine placari manes, priſci ſibi auctore diabolo perſuaſerant vt ex Tertulliano demonſtraui: ſed hoc in magnorum tantum funeribus exercebatur quæ per præconem indicebantur vt pompa illa

& ludi funebres ſpectarētur quibus illud ſacrū celebrabatur. Licebat olim domino vel heredi ſeruum iugulare etiam ſine cauſa, quinimo & filium quanto magis ex cauſa religionis infernæ? Iam enim nono die Deus factus eſt, nimirum poſt purgatū igne corpus: ideoque combuſto cadauere cum primum os reperiunt, mortuum diuinæ naturæ participem eſſe factum dicunt auctore Plutarcho quæſt. Rom. 14. in funeribus plebeiorum aut ſane eorum qui hanc immanitatem prohibuerint, vel quorum heredes humaniores eſſent ſufficiebant verueces duo vel quatuor vel plures numero pari ijque nigri pro modo facultatum ex quorum ſanguine defuncti Manibus parentabatur, & ſic intelligi debet Tullius cum ait, *neque neceſſe edisſeri à nobis quis finis funeſtæ familiæ: quod genus ſacrificij lari veruecibus fiat, &c.* Verueces conueniunt mortuo quia natura eorū verſa eſt vt ex Varrone demonſtraui, tum quod ſint ſteriles vt inferi quod ſic eleganter oſtendit Scholiaſtes Apollonij in 1. Argonaut. ἔντομα τοῖς τεθνεῶσιν ἐνάγιζον ὡς ἄγονα τοῖς ἀγόνοις· τοῖς δὲ οὐρανίοις θεοῖς ἔνορχα ἔθυον. Aliquando tamen hoſtia maxima parentare piū fuit: Tullius ibid. hoſtia maxima parentare pietatis adiunctum putabat. Maxima autem hoſtia ouis erat teſte Feſto: quod tamen præter verueces intelligendum eſt quorum ſanguis ſepulcro debetur. Quod tamen pugnare videtur cum eo quod ait Virgil. 5. Æneid. cum de Anchiſæ inferiis loquitur.

Vel verueces duo.

Cædit quinas de more bidentes,
Totque ſues totidem nigrantes terga iuuencos,
Vinaque fundebat pateris animamque vocabat
Anchiſæ magni Maneſque Acheronte remiſſos.

Hic impari numero mactabat oues, tum ſues deinde Iuuencos. Verum hic Æneas iam parentauerat patri vt infernali Deo: ſed cum vidiſſet ſerpentem ſepulcro erepentem dapes deguſtaſſe, animi pendens, ei ſacrificauit vt Deo cœleſti quia ſerpens ſignum eſt ſuperæ diuinitatis: ſed quia omnino certus non erat de hac diuinitate ei tanquam heroï etiam immolat eius animam vocans & vinum libans. Dij facti euocantur ad tumulum libationibus quibus infernæ diuinitatis acerbitas delinitur & mitigatur, lacte, melle, vino, & ſanguine victimæ quem ſacrum illi vocant, quod ea antequam immoletur conſecrata ſit. Magi deteſtandis imprecationibus ex inferis animas excientes ſanguine ſacro foueam implent eáſque redeuntes in orcum lacte aſpergunt, Tibullus.

Magica euocatio Manium.

Iam ciet infernas magico ſtridore catervas,
Iam iubet aſperſas lacte referre pedem.

Eoque ſanguine credebantur aſpergi euocatæ animæ: & ideo quia ſub terra ſunt, in ſcrobem infunditur: Lycophron de Vliſſe, ſic loquitur.

Ψυχαῖσι θερμὸν αἷμα προσφάρξας βόθρον.

Huic pretioſo liquori adiicitur, vinum, lac, & mel quæ omnia nouies infundebantur vt nouenario ſacro expiatus euocator facilius

cum vmbris loqueretur, & optata conſequeretur. Statius.

Principio largos noues tellure cauata,
Inclinat Bacchi latices & munera verni,
Lactis, & Actæos imbres ſuadumque cruorem,
Manibus aggeritur quantum bibit arida tellus.

Seneca ſic ait de euocandis Manibus in Oedipo.

Carmenque magicum voluit & rabido minax
Decantat ore quicquid aut placat leues
Aut cogit vmbras, irrigat ſanguis focos,
Solidaſque pecudes vrit & multo ſpecum,
Saturat cruore, libat & niueum inſuper,
Lactis liquorem, fundit & Bacchum manu
Laua.

Ratio libationum. Sanguis adhibetur vt conſolentur in eo quo per fatum priuati ſunt: mel ad demulcendam mortis acerbitatem, quo nihil dulcius: lac ad tenebrarum quæ maxime nigræ ſunt leuamentum, quo nihil candidius: vinum ad molliendum mœrorem, quo nihil lætius Nicephorus Gregoras μέλι μὲν διὰ τὸ ἀντίπαλον τῆς τοῦ θανάτου πικρότητος: γάλα δὲ διὰ τὸ μέλαν τοῦ σκότους: οἶνος δὲ διὰ τὴν λύπην: ὕδωρ δὲ διὰ τὸ ἐκ τεσσάρων στοιχείων συγκεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον. Vnde patet aquam etiam adhiberi quia ex quatuor elementis corpus (cuius deſtructi amore inſaniunt) erat compoſitum: ex eo receſſere aqua & ignis: reſtant aëris tenebræ & terra ipſa quibus inuoluitur mortuus: ſed addendum eſt, aqua etiam purgationem fieri quæ in ſacro nouemdiali perficitur. Igitur ſepulchrum aſpergebatur libationibus non ſecus ac templa deorum: hoc autem vinum vocatur reſperſum auctore Feſto de his effuſionibus. *Vinum reſperſum.*

Hic duo rite mero libans Carcheſia Baccho
Fundit humi duo lacte nouo, duo ſanguine ſacro.

Sic Virgil. 5. Æneid. vbi introducit Æneam patri Anchiſæ parentantem: ſed notandum ter ibi parem numerum repeti: quia ſalutat Manes parentis ad parentationem euocatos: ſubiicit enim.

Purpureoſque iacit flores ac talia fatur:
Salue ſancte parens iterum ſaluete recepti
Nequicquam cineres animæque vmbræque paternæ.

Aue, ſalue vale Vbi Seruius *Salue* (inquit) *& vale ſecundum Varronem in logiſtoricis ſyonyma ſunt vnde his & in ſalutatione vtimur & execrationibus vt valeant qui inter nos diſsidium quærunt: vnde etiam hæc mortuis dicimus, nō quod exoptemus ſalutē in quibus nulla eſſe poteſt ſed vt ſignificemus nos ſic degredi vt oſtēdamus eos nūquā in noſtram communionē eſſe venturos: ait autem iterum: nam quo tempore ſepeliit eum dixit ſine dubio ſalue & vale*: Hoc enim poſt tumuli peracta ſolennia fiebat vt docet idem in 1. Æneid. in hæc verba, *Nec iam exaudire vocatos*, & in librum 6. in hæc verba, *dixitque nouiſsima verba*. Tunc enim anima humanis legibus ſoluta traducitur ad inferos vbi viam vltimam inuenit quod Euripides ita confirmat,

Χμεῖς

Ὑμεῖς δὲ τὴν ζαίνουσαν ὡς ἐπὶ τέρμα
Προσέπταλ' ἐξιοῦσαι ὑστάτην ὁδόν.

Catullus.

Multas per gentes & multa per æquora vectus,
Aduenio has miſeras frater ad inferias,
Vt te poſtremo donarem munere mortis,
Et mutum nequicquam alloquerer cinerem,
Accipe fraterno multum manantia fletu,
Atque in perpetuum frater que atque Vale.

His peractis ſepulcra longis coronis exornabantur, id eſt, quæ to- *Sepulcra coro-*
tum ſepulcrum ambire & complecti poſſent: idque fiebat ad imi- *nantur.*
tationem deorum quorum ſimulacra tota longis coronis circumdabantur Ariſtides: ἰδίως οὖν στέφανον πέμπειν τῷ θεῷ τὴν μακρὰν οἱ εἰσιν οὓς ἰδίᾳ τῷ Ἀσκληπιῷ νομίζουσι. Minutius de iiſdem, *Coronas* (inquit) *etiam ſepulcris denegatis pallidi, trepidi, miſericordia digni, ſed noſtrorum deorum, &c.* Sic etiam deorum aræ longis coronis decorabantur. Statius 10. Thebaid.

Ille coronatos iamdudum amplectitur ignes.

Vbi Lactantius, *Quia aræ* (inquit) *omnibus ſacrificiis coronabantur.* Quinetiam templa ſi commode poſſent coronari, eodem honore colebantur alioquin eorum limina ſertis ornabantur. Virgil. 4. Æneid.

Variis florentia limina ſertis.

Vbi loquitur de Iarba qui templa Iouis ornabat: hæc ſerta partim ex floribus partim ex lana alba contexta erant: vnde ille eodem libro.

Preterea fuit in tectis de marmore templum
Velleribus niueis & feſta fronde reuinctum.

Poſtea autem templa velata ſunt vt mox ex Varrone patebit. Igi- *Tripodes Phœ-*
tur ſepulcris ſicut & ſimulacris deorum longæ coronæ adhibeban- *bi lauro coro-*
tur quia ſuperis conueniunt: vnde Tripodes Apollinis erant cir- *nati.*
cumamicti ex lauro vnde ille per Pythiam ex coronis reſpondere dicitur Ariſtophanes in Pluto.

Τί δῆτ' ὁ Φοῖβος ἔλακεν ἐκ τῶν στεμμάτων.

Vbi Scholiaſtes, ἐπεὶ οἱ τρίποδες δάφνῃ ἦσαν ἐστεμμένοι. Non mirum igitur ſi lege 12. tab. prohibitum eſt iis ſepulcra coronari, *Ne longæ coronæ ſepulcris adhibeantor*, Violata tamen fuit hæc lex vt ex Minutio probaui: nam inuita lege dei & Naturę & ciuitatis voluerunt æquales cœleſtibus facere mortuos. Plinius 21. cap. 3. *Etiam* (inquit) *tunc coronæ deorum honos erant & Larium publicorum priuatorumque & ſepulcrorum & Manium.* Non immerito igitur pro-
hibitæ fuerunt: ſunt enim Symbola veræ perfectionis: hæc enim *Corona ſignum*
figura perfectiſſima eſt quod ex Ariſtotele demonſtrat Euſtathius *perfectionis.*
in Iliad Σ. σεμνύνει δὲ μάλιστα τὸ στέφανον Ἀριστοτέλης εἰπὼν ὅτι ἐν θυσίαις στεφανοῦνται ἐπεὶ οὐδὲν κολοβὸν θεῷ προσφέρεται ἀλλὰ τέλεια καὶ ὅλα: τὸ δὲ πλῆρες τέλειον: τοιοῦτοι δὲ παρ' Ὁμήρῳ τὸ στέφειν δὲ οὐ

πλήρωσις συμβαίνῃ. Sed cum parum abfuiſſet, quin æquati eſſent inferi ſuperis Maieſtate coronę etiam ſepulcris & Manibus datæ ſunt & ſepulcris ſua velamenta ſicut & templis & ſacerdotibus & hoſtiis Varro 6. de ling. Lat. *Jnfulas* (inquit) *datas appar et in hoſtieis quod velamenta è lana qua adduntur infulæ intra hoſtiarum cornua velamenta erant: itaque cum ad ſepulcrum ferunt frondes atque flores, addunt nunc lanas, ſed velatas frondentes comas.* Vnde patet ante Varronem frondibus & floribus coronas fuiſſe compoſitas ſed poſtea lanam adhibitam fuiſſe vt tęniæ ex lana ad amplitudinem ornamenti ex illis pendentes ſepulcrum velarent: & ſic intelligitur Cæcilius comicus in Androgyno.

Velamenta ſepulcrorum.

Sepulcrum plenum tæniarum ita vti aſſolet.

Qui mos diutiſſime manſit. Ammianus libro 16. *Suaſitque conſarcinatis mendaciis leſæ maieſtatis arceſſere maritum inſontem & fingere, quod velamen purpureum à Diocletiani ſepulchro furatus quibuſdam cõſciis occultabat.* Legis tamen is ſenſus eſt vt prohibeantur longæ coronæ, non quod defuncti non habeantur Dij, ſed quod minuendi ſint ſumptus: idem eſt de lege ſequenti iudicium. *Neue acerra prætereantor*, acerræ ſunt arculæ in quibus thura incenduntur auctore Feſto, vbi etiam ait aras eſſe quæ ante mortuos poni ſolent in quibus odores incenduntur. Vtraque ſignificatio hic poſſet accommodari. Nam duæ erant aræ in quibus ſacrum illud offerebatur de quo dixi: tum odores incendebantur: & hoc ſane non minus prohibetur quam ne prætereantur incenſiones odorum. Quid enim intereſt ratione ſumptus vtrum in ara odorum incenſio fiat, an aliquis ob defuncti Sepulcrum in circuitu eoſdem odores incendat, vt ſuffitum manibus præbeat? Acerra eſt igitur quodcumque incenſos odores continet inter quos thus maxime ſacris aptum erat, vnde dicitur: ἀπὸ τοῦ θύειν, id eſt, à ſacrificando: Ouidius 4. de Ponto.

Acerra thuris.

Nec quæ de parua pauper Dijs libat acerra,
Thura minus grandi quam data lance valent.

Suffitum tamen Diis Manibus datum fuiſſe probatur ex Palladæ Epigrammate quo queritur mercedem magiſterij à diſcipulis ſibi dari tenuiſſimam quam prope cathedram apponebant non ſecus, ac qui ſepulcro pauci thuris odorem circumfundunt.

Ὡς δὲ κάπνισμα τιθεῖ παρὰ τὸν θρόνον ὡς παρὰ τύμβον,
Τὸν σμικρὸν χάρτην τὸν παρειπόμενον.

Epulæ Manium.

Hæc omnia ſuperis & inferis Diis communia facta ſunt: ſed reſtant epulæ quæ cum offerantur cœleſtibus vt in cap. Ludis oſtendi, debentur pari iure Manibus. Idcirco epulæ aris illis imponuntur tanquam eas anima ſit delibatura & pateræ etiam vino plenæ, quod Virgilius expreſſit. 5. Æneid.

Tandem inter pateras & leuia pocula ſerpens,
Libauitque dapes rurſuſque innoxius imo,
Succeſsit tumulo & depaſta altaria liquit.

Vbi Seruius, *Leuiter* (inquit) *guſtauit epulas ſuperpoſitas quæ ſilicernium dicuntur quaſi ſilicœnium ſuper ſilicem poſitum, tum depaſta*, inquit, *altaria non à ſe nam ſupra ait libauitque dapes, ſed hoc dicit tamdiu permanſit quamdiu cuncta aris ſuperpoſita flamma conſumeret.* Et docte quidem. Nam ex eo quod Manibus offerretur nulli edere, aut bibere fas erat: patet ex ſacro Mercurij terreſtris cui leguminũ ollæ offerebantur, vt ſupra probaui tum ex dicto loco Senecæ cum ait, ſolidaſque pecudes vrit. Erant enim holocauſta ita vt nihil ex hoſtia vel victima ſupereſſet, quod non conſumeret ignis, idem in ſacro Platonis. Virgil. 6. Æneid. *Non veſcẽdum eo quod Manibus offertur.*

Et ſolida imponit taurorum viſcera flammis.

Quæ ſuperſtitio à Græcis eſt. Pauſanias in Corinthiac. narrat Phœſtum cum in Sicyoniam veniſſet incolas increpaſſe, quod Herculi vt heroï, non vt Deo parentarent. Illi enim nihil ex eo ſacrificio comedebant: ſed tota hoſtia igne vorabatur. Sed poſtea vt Deo ſacrum fecerunt, nonnihil tamen ex ritu priſtino ſeruantes. Nam vna agni immolati parte veſcebantur, altera parentabant. Idem 1. Eliac. ait nefas eſſe templum Iouis ingredi iis qui ederint ex nigro ariete Pelopi immolato: & idem in Pergamo ſeruari aduerſus eos qui Telepho faciunt: nam ſi veſcantur hoſtia, ædem Aſculapij inire non poſſunt, niſi prius aqua ſe abluerint. Non tamen aſſentior Seruio in Etymo Silicernij: neque enim ſemper in ſilice ferales epulæ collocantur, cum aræ aliquando ex ceſpite viuo fiant vt apud Horatium: aliquando ex alia materia: melius Verrius apud Feſtum eſſe. *Farcimen quo familia fletum purgare ſolet, hinc dictũ quod is cuius nomine inſtitutum erat iam ſilentium cerneret*: Vnde patet poſt fletum adhiberi: & poſtquam manes in inferis eſſent & quiete ſilentij. In hac ſepulcrali cœna, partim expiatorij cibi, partim delinitiui ferebantur: illi vt contractam familiæ pollutionem expurgarent: hi vt ſui dulcedine mortis acerbitatem in anima mortui tẽperarent. Expiatorij ſunt oua, lens, faba, ſal: in lenitiuis, pultes ſunt quæ ματτύαι dicuntur à Latinis mattyæ compoſitæ ſecundum Suidam ex lacte & farina: ſecundum Athenæum ex dulcibus quibuſque edulijs: vere pultes erant ex iiſdem compoſitæ prope, ex quibus libationes ad tumulum fundebantur: dixi prope vt ſanguis exciperetur. Iam ex Verrio patet ſarcinem eſſe, id eſt, libum, ex multis dulcibus compoſitum. Sed de ſingulis huius epuli partibus diſpiciamus. Ouum eſſe luſtrale oſtendit Apuleius 11. Metamorph. cuius verba quia iam à me citata ſunt non repetam. tum Ouidius de arte amandi. *Silicernium vnde.* *Mattyæ quæ.* *Ouum luſtrale.*

Vt veniat quæ luſtret anus lectumque locumque,
Præferat vt tremula ſulphur & oua manu,

Iuuenalis Satyra. 6.

Niſi ſe centum luſtrauerit ouis,

Et ideo ferali cœnæ adhibentur.

Dimidio conſtrictus gammarus ouo,

Ponitur exigua feralis cœna patella,

Sane eſt in Ouis ſemen vitalis motus & naturæ animalis principiũ. Omnia autem principia purgatiua ſunt, quia ſimpliciſſima: Sal etiã teſte Plutarcho Symbolum eſt generationis: quia ex humore eſt & calidum eſt. Lens autem adhibetur & faba: quia leguminum libationes Diis inferis debentur: Plutarch. in Craſſo cum de lente & ſale loquitur: ἃ νομίζουσι Ῥωμαῖοι πένθιμα καὶ προτίθεσθαι τοῖς νέκυσιν Appianus in Parth. de eadem re φακοὺς καὶ μάζας, id eſt, lentes & pultem. Nam puls illa præter lentem & ſalem ferebatur: adde fabam de qua ſic Feſtus: *Fabam, nec tangere, nec nominare Diali flamini licet, quod ea putatur ad mortuos pertinere. Nam & Lemuralibus iacitur Laruis, & parentalibus, adhibetur ſacrificiis & in flore eius, luctus literæ apparere videntur.* Euſtathius in Iliad. N. γράφουσιν οἱ παλαιοὶ ὅτι τοὺς κυάμους ὡς μέλανας οὐκ ἐσθίουσιν οἱ ἱερεῖς, οἷς καὶ λόγον φασὶν εἶναι ἱερὸν τοιοῦτον.

Lens. *Faba.*

Ἶσόν τοι κυάμους τε φαγεῖν κεφαλάς τε τοκήων.

Διὰ τὸ τῆς ψυχῆς ἀιζηῶν βάσιν ἔμμεναι ἠδὲ ἀνάβαθμον ἐξ Ἀΐδαο ὅταν αὐγὰς εἰσανίωσι, hic adducit verſus Pythagoricos quibus Pythagoræ ſententia continetur exiſtimantis in fabis eſſe animas defunctorum quæ cum immortales ſint ex inferis ad lucem ſolis paulatim exſurgunt maxime ſub cortice huius leguminis Plinius 18. cap. 12. *Quin ex priſco ritu fabacia ſuæ religionis Diis in ſacro eſt, prævalens pulmentari cibo & hebetare ſenſus exiſtimata, inſomnia quoque facere: ob hoc Pythagorica ſententia damnata vel vt alij tradidere quoniam mortuorum animæ ſunt in ea, qua de cauſa parentando vtique aſſumitur: Varro & ob hæc flaminem ea non viſci tradit: quoniam in flore eius literæ lugubres reperiantur.* Per fabaciam intelligit pultem ex faba quæ Diis offertur publico ſacro non inferis. Nec obſtat quod Manibus ſacra ſit & ideo cœleſtibus inuiſa. Nam hæc puls ex primitiis primarum frugum cœleſtibus offerebatur Kalendis Iuniis teſte Macrobio: vnde fabariæ Kalendæ dictæ: quo die etiam deæ Carnæ larido & pulte fabaria res diuina fiebat 1. ſat. cap. 12. eo die quiſque domum referebat ex ſegete fabam auſpicij cauſa quæ à referendo refriua dicta eſt: Feſtus *Refriua* (inquit) *faba dicitur vt ait Cincius quoque quæ ad ſacrificiũ referri ſolet domũ ex ſegete auſpicij cauſa quaſi reuocẽt fruges domũ: data eſt & tritico ad rem diuinã faciendã: Ælius dubitat an ea ſit quæ prolata in ſegetẽ domũ referatur, an quæ refrigatur, quod eſt torreatur. Sed opinionem Cincij confirmat quod in ſacrificiis publicis cum puls fabata Diis datur nominatur refriua.* Igitur eo die libantur primitiæ ex faba non tantum leguminum ſed etiam tritici: vnde faba in ſolis primitiis eoque die tantum ſuperis ſacra eſt: quibus rerum omnium principia debentur. in cæteris, ſolum inferis debetur iiſque ita grata vt familiam ſuam à crudelitate Lemurum liberare credantur ſi noctu auerſi fabas Lemuribus iecerint: Varro apud Nonium de vita populi Romani libro 1. *Quibus* (inquit) *temporibus*

Refriua.

Domus purgatur Lemurib.

in ſacris fabam iactant noctu, ac dicunt ſe Lemures domo extra ianuam eijcere. Ouidius.

> *Cumque manus pure fontana perluit vnda*
> *Vertitur, & nigras accipit ore fabas*
> *Auerſuſque iacit: ſed dum iacit: hac ego mitto*
> *His inquit redimo meque meoſque fabis*
> *Hæc nouies dicit nec reſpicit: vmbra putatur*
> *Colligere, & nullo terga vidente ſequi.*

Apparet hoc ſacrum eſſe piaculare quo malis vmbris familia purgatur, ex eo quod auerſus iacit fabas nec retro ſe, aſpicit. Claudianus de quodam genere expiationis ſic ait.

> *Trans caput auerſis manibus iaculatur in Auſtrum*
> *Secum rapturas cantata piacula tedas.*

Et præterea ex eo quod ait nouies qui numerus eſt in purgando perfectiſſimus. Hæ ſunt ſpecies quę in epulis ſepulcralibus apponuntur: quas tamen Græci non nono ſed ſeptimo die offerebant quia non obſeruabant totidem dies quot Romani. Synefius Epiſto. 3. μόλις δ' οὖν περιμείνασα τὴν ἑβδόμην καθ' ἣν ἡμεῖς ἐπιλάχειμεν τὸ δεῖπνον τὸ ἐπιτάφιον. &c. Poſtea ſub veſperam domum redibant id eſt epulis omnino flamma conſumptis propinqui ad epulas lautiores. Tunc enim in domo mortui, funeris pollutione luſtrata coronati liberalius potabant vt dolorem ex amici morte conceptum diluerent maioribus poculis. Tullius ibid. *Sequebantur* (inquit) *epulæ quas inirent propinqui coronati apud quas de mortui laude cum quid veri erat prædicatum (nam mentiri nefas habebatur) iuſta confecta erant*: qui mos antiquiſſimus eſt, vt probatur ex Homero qui inter iuſta Hectori perſoluta hoc poſtremum refert. Iliad. Ω.

Gracorũ epula die ſeptimo.

Epula propinquorum.

> Χεύαντες δὲ τὸ σῆμα πάλιν κίον, αὐτὰρ ἔπειτα,
> Εὖ συναγειράμενοι δαίνυντ' ἐρικυδέα δαῖτα,
> Δώμασιν ἐν Πριάμοιο διοτρεφέος βασιλῆος.

Hæc tamen cœna Poſthuma, non erat ex neceſſitate iuſtorum, ſed ex pietate heredum qui eam omittebant, ſi defuncto irati fuiſſent (vt ſi hæreditatem legatis & fideicommiſſis deminuiſſet) Perſius Satyra. 6.

Cœna poſthuma non eſt ex neceſſitate.

> *Sed cœnam funeris heres,*
> *Negliget iratus quod rem curtaueris, vrna*
> *Oſſa inodora dabit.*

Alioqui ſi iuſta legis neceſſitate ſoluenda prudens ſcienſque neglexiſſet, impius ſemper habebatur nec poterat vmquam expiari. Non ſufficiunt hæc omnia niſi quotannis epulæ ſepulcrales, & libationes repetantur. Hæc enim vocantur parentalia, quæ & ſacra anniuerſaria à Tullio dicuntur. Quod notauit etiam Virgil. in Anchiſæ tumulo.

> *Annuus exactis completur menſibus orbis,*
> *Ex quo relliquias diuinique oſſa parentis,*
> *Condidimus terra.*

Lumina ad Sepulcrum.

Cætera quæ ſequuntur (5. Æneid.) rem planam faciunt. His adde lumina quibus credebant mortuos delectari lumine caſſos Suetonius in Auguſto cap. 18. *Maſgaba tumulum cum ex triclinio animaduertiſſet magna tuba multiſque luminibus celebrari.* Hæc ſacra menſe Februario celebrantur: quia erat vltimus anni ſicut mors eſt vltima linea rerum omnium. Sed Decimus Brutus menſe Decembri, id fecit vt ibidem Tullius ait & Plutarch. quæſt. Rom. 34. Nam eius tempore December erat vltimus menſis. Mihi videtur aliud ſenſiſſe Brutum & reſpexiſſe ad ſolis curſum qui Decembri finitur & renouatur, quod conuenit iis qui vitam à ſole deductam ſtatuunt eamque in altero regno renouant. Idcirco ſacerdotes Larentiæ eodem menſe parentabant, vt idem teſtatur: in Februario tamen adhuc remanſerant parentalia ne initia religionis infernæ mutarentur. Aliam rationem Macrobius excogitauit in Somnium Scipionis. *Aquarius* (inquit) *aduerſus Leoni eſt & illo oriente mox occidit: ideo cum ſol Aquarium tenet Manibus parentatur, vtpote in ſigno quod humanæ vitæ cõtrarium vel aduerſum feratur.* Dies ille anniuerſarius non erat ſtatus quia incidere non debebat in ferias publicas: idcirco ex illo menſe arbitrio patrisfamilias ſine piaculo poterat eligi. Et hæ veriſſimæ erant feriæ Denicales quibus non licebat in ius vocare feriatum ſeu parentantem: & idem aio de eo qui funus ducebat, quia dies funeris erat etiam ex numero feriarum Nouemdialium l. 2. in fine & l. 3. ff. de in ius vocand. heredem vero ne quidem intra nouem dies nouella 115. cap. 15. ideo, ſi quis iudicio ſiſti cauerit & domeſtici funeris impedimento non ſtiterit, cõmiſſa quidem eſt ſtipulatio, ſed reus exceptione adiuuatur l. 4. §. prætere a. ff. Si quis cautionibus, his perfectis Sepulcrum ius habet ſanctum & religioſum quo caſu nulli alij licet in illud inferre mortuum niſi ex familia ſit. Demoſthenes in Eubulidem: παίδων αὐτῷ τετλάρων γενομένων ὁμομητρίων ἐμοὶ καὶ τελευτησάντων, ἔθαψε τούτους εἰς τὰ πατρῷα μνήματα ὧν ὅσοπερ εἰσὶ τοῦ γένους κοινωνοῦσι καὶ τούτων οὐδεὶς οὐκ ἀπεῖπε πώποτε οὐκ ἐκώλυσεν, οὐ δίκην ἔλαχεν, quod etiam teſte Tullio ex lege Solonis oſtendetur in cap. penult. huius libri. At qui non ſunt ex familia in eo ſepeliri non debent vt ibidem ſubiicit Demoſth. Tullius ibid. *Iam* (inquit) *tanta eſt religio Sepulcrorum vt extra ſacra & gentem inferri fas negent eſſe: idque apud maiores noſtros A. Torquatus in gente Popilia iudicauit.* Hæc ſepulcra vocantur familiaria. Alia ſunt hereditaria l. 5. ff. de religioſis in familiare non poſſunt inferri affines, cognatiue niſi heredes inſtituti ſint. l. 8. C. eodem: ſecus ſi inſtituti ſint: nam heredes etiam extranei ius habent in ſepulcro familiari l. 4. C. eod. quia onus ſacrorum familiæ eis incumbit l. 6. in princ. ff. eod. at iis qui ſunt ex familia licet heredes non extiterint ius eſt ſepulcri familiaris l. 13. C. eod. non tamen hereditarij: at filiis exheredatis non competit iure ſtricto: quia exheredatio ſicut emancipatio tollit ius ſuitatis, ſed ex humanitate conceditur d. l. 6. §. liberis. Sed ſi pater perduellio-

Tempus parẽtandi.

Sepulcra familiaria & hereditaria differunt.

nis ſit damnatus poſt mortem ſuam. licet filius ſuus heres extiterit, priuatur tamen iure ſepulcri familiaris l.1.§. interdum etiam ff. de ſuis & legit. quia totum familiæ ius ad fiſcum deuolutum eſt. Nunc de loco ſepulturæ videamus. Hæc lex 12. tabul. vetat in vrbe ſepeliri aut vri. Antiquiſſimis temporibus cum in domibus mortui ſepelirentur patet etiam id in vrbibus fieri potuiſſe, teſte Seruio: ſed cum iura religionum maiora in dies & ſubtiliora fierent, cœpit diſtingui cœleſtium cultus ab inferorum adoratione. Quod tamen Lycurgus ſuſtulit permittens in media vrbe ſepeliri & prope deorum delubra vt ciuibus opinionem imprimeret nihil eſſe in morte diuinitati contrarium nihil abominandum cum omnibus communis ſit, nihilque fugiendum cum tandem ferenda ſit auctore Plutarcho: vnde liquet ante legem Lycurgi permiſſum non fuiſſe, alioqui fruſtra id ſpeciali lege permiſiſſet. Igitur extra vrbem efferebantur cadauera: Statius.

De loco ſepulturæ.

Bina per ingentes ſtipabant funera portas.

Loquens de liberis Niobes Theophraſtus in charactere, ἀναισθησίας: καὶ λέγοντός τινος πόσους οἴει κατὰ τὰς ἱερὰς πύλας ἐξενηνέχθαι νεκρούς, &c. Vnde patet per ſacras portas elata fuiſſe cadauera. Sacræ vocabantur ex lege Solonis qui voluit mortuos ſacros exiſtimari: qua ratione impium duxit mortuo maledicere. Plutar. in Solone: ἐπαινεῖται δὲ τοῦ Σόλωνος καὶ ὁ κωλύων νόμος τὸν τεθνηκότα κακῶς ἀγορεύειν· καὶ γὰρ ὅσιον τοὺς μεθεστῶτας ἱεροὺς νομίζειν. Ideo caluariæ, oſſa ſacra dicebantur ſita in loco quodam extra muros quod προσάστιον dicebatur de quo ſic 2. Epigramm.

Sacræ portæ, ſacri mortui.

Καὶ τοῦτο φθιμένοιο προσάστιον ἱερὸν ὀστεῦ
Ἐγκεφάλου ψυχῆς φρούριον ἀκρόλατον.

Eadem lex antiqua religioſiſſime ſeruabatur à Sicyoniis Plutarchus in Arato, νόμου δὲ ὄντος ἀρχαίου μηδένα θάπτεσθαι τειχῶν ἐντὸς, ἰσχυρᾶς δὲ τῷ νόμῳ δεισιδαιμονίας προσούσης. Tertullianus: *De teſtimonio animæ* (inquit) *vocas ſecuros mortuos ſi quando extra portam cum obſoniis & mattyis tibi potius parentans ad buſta cedis aut à buſtis dilutior redis.* Duplex eſt ratio huius legis: vna ciuilis, altera diuina: ciuilis cauet ab aëris putrefactione cum vetat ſepeliri: cum vetat vri, cauet ab incendio: idcirco Vulcani templum extra vrbem poſuerunt auctore Plutarcho quæſtio Roman. 47. addit Tullius decretum eſſe à collegio Pontificum non eſſe ius in loco publico fieri ſepulcrum. Sed decreti ratio huc tantum pertinet vt ſepulcra in publico ſita iure Pontificio tolli poſſint vt ex ſequentibus Tullij verbis apparet. Neque enim lex prohibet tantum ſepeliri in loco publico vrbis ſed & in domo, in hortis, in areis priuatis: hæc enim etiam in vrbe ſunt. Diuina ratio cauet à pollutione ſacrorum publicorum: ideo qui corpus in ciuitatem intulerit extra ordinem punitur: quia funeſtauit ſacra ciuitatis, Paulus 1. ſent. tit. vlt. §. corpus: & hac ratione dixi poſt exortum ſolem nefas fuiſſe efferri cadauera quod confirmat Iulianus in l. 5. C. Theod. de ſepulc. viol.

Duplex ratio qua prohibetur ſepeliri & vri in vrbe.

Adrianus pœnam 40. aureorum ſtatuit in eum qui in ciuitate ſepelierit l. 3. §. Diuus ff. eod. idque etiam in municipiis obſeruari metu pollutionis l. mortuorum l. 6. Cod. Theod. eod. hinc fluxit mos apponendi cupreſſus in veſtibulo ędium funeſtarum: Seruius. *Romani* (inquit) *moris fuit propter cærimonias ſacrorum quibus Pop. Romanus obſtrictus erat vt potiſſimum cupreſſus quæ exciſa renaſci non ſolet in veſtibulo mortui poneretur, ne quis imprudens, funeſtam domum rem diuinam facturus, introeat & quaſi attaminatus ſuſcepta peragere non poſſit.* Hoc videtur ex Feſto ſumpſiſſe, vbi prętereà ait in tutela Ditis patris eſſe cupreſſum quod ſucciſa non renaſcatur: & vt ait Lactantius in Statium quod arbor illa ſit ſterilis. Sed hæc cęrimonia in nobilium tantum funeribus exercebatur Lucanus.

Cur cupreſſus in domo funeſta proponerentur.

Et non plebeios luctus teſtata cupreſſus.

Et hoc innuit Horatius cum ſcribit ad Poſthumium virum diuitem & parcum libro 2. carm. Oda. 14.

Neque harum quas colis arborum
Te præter inuiſas cupreſſos
Vlla breuem Dominum ſequetur.

Hoc ſigno igitur ſacrificaturus admonebatur ne ſe pollueret ingreſſu domus funeſtæ. Eadem ratione nefas erat Pontificem funus aſpicere: ideo Tiberius Pontifex pro roſtris defunctum filium laudauit velo inter cadauer, & ipſum interecto, ne oculi eius aſpectu mortui funeſtarentur Seneca in conſolatione ad Martiam, *Tiberius Cæſar & quem genuerat & quem adoptauerat amiſit: ipſe tamen pro roſtris laudauit filium, ſtetitque in conſpectu poſito corpore, interiecto tantum velamento quod Pontificis oculos à funere arceret.* Idem refert Dio. 54. rationem tamen improbat, ait enim nefas non eſſe cadauer aſpicere: hic morem non ignorat, ſed fatetur ſe cauſam eius ignorare. Patet ex iis quæ mox ex Seruio adduxi, eum tantum pollui qui rem diuinam facturus eſt, & ſic intelligitur Pontificem pollui quoniam ſcilicet ſæpius ſacrificat: Seruius in 3. Æneid. *Moris Romani fuerat ramum cupreſſi ante domum funeris poni ne quiſquam Pontifex per ignorantiam pollueretur.* Sed hoc iis tantum diebus quibus rem diuinam facturus eſt: alioqui non committit ſacrum qui elatum cadauer aſpexit aut in domum funeſtam introiit modo ex propinquis fuerit aut per imprudentiam id fecit, & in hoc Dio doctiſſime loquitur. Nam pollutiones funere contractæ certis modis diſſoluuntur quos diximus, adeo vt non ſolus Pontifex aut Sacerdos ſed & omnes qui interfuerunt inceſtati ſint & iiſdem cęrimoniis perinde purgentur ac ſi numquam eſſet contracta pollutio. Sed in eo qui ſacrum facturus eſt hæc ratio ceſſat. Nam expectandus eſt dies nonus, & ſic ſuſcepta religio interrumpēda eſt corū quid ne fiat cauendum illi eſt ne polluatur ante diem nonum. Cur ergo velamentum interiectum eſt ſi nec rem diuinam facturus eſſet Tiberius nec difficilis eſſet expiatio: nihil ille in publico fruſtra fecit qui fuit princeps & doctiſsimus & callidiſsimus. Voluit hoc modo

Cui nefas eſt cadauer aſpicere.

modo demonſtrare ſe regem eſſe cui nefas eſt videre vmbras & mortuos vt ſupra probaui: maxime apud Romanos qui imperatores ſuos etiam viuentes adorauere, Iulium quidem mortuum ſed ab Auguſto viuorum adorationem incœpere vt Virgilius oſtendit. Ecloga. 1.

Namque erit ille mihi ſemper Deus: illius aram,
Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.

Vbi ſeruius, *Semper* (inquit) *poſt mortem & dum viuit*: alij imperatores poſt mortem in numerum referuntur deorum. Auguſtus templa viuus. Emeruit Horatius:

Præſenti tibi maturos largimur honores,
Iurandaſque tuum per nomen ponimus aras.

Sic Lucanus de Nerone.

Sed mihi iam numen.

Tiberius non tantum meruit, ſed & maxime appetiit. Prætexuit tamen ambitioni ſui, Pontificis ſanctitatem vt ex dicto loco Senecæ intelligi poteſt, ſed vere ſe Diis ſimilem & regem effici voluit. Deorum enim ſimulacra quæ gentiles pro Diis coluere velabantur, ſi in publico expoſita eſſent ne cædes & funera Maieſtatem Numinum funeſtare poſſent. Dixi ſepulcra hoſtias & templa velata eſſe, quia patent omnibus: at ſimulacra longis quidem coronis ambiri non tamen toto capite velari: hoc præterea addo ſtatuas deorum in templis velatas & opertas non eſſe: in aliis locis publicis vt in foro, in comitio, &c. Velandas eſſe ne quid eas poſſit polluere Dio libro vlt. narrat. Imperio Claudij tantum ſeruorum libertorumque numerum in publico periiſſe vt neceſſe fuerit Auguſti ſtatuam alio transferri, ne vel ſemper aſpiceret cædes, vel ſemper vel acta eſſet: τοσοῦτον δ' οὖν τὸ πλῆθος τῶν ἐν τῷ κοινῷ ἀποθανόντων ἐγένετο ὥστε καὶ τὸν τοῦ Αὐγούστου ἀνδριάντα τὸν ἐν τῷ χωρίῳ ἐκείνῳ ἱδρυμένον ἑτέρωσέ ποι μετενεχθῆναι· τοῦ δὴ μήτε ἐφορᾷν αὐτὸν τοὺς φόνους νομίζεσθαι, μήτε ἀεὶ καταλύπεσθαι. Igitur quid mirum ſi princeps non mortuum, ſed Dei viuum ſimulacrum cadaueri velum interiiciat, cum hac ipſa ratione ſtatua ptincipis mortui velata fuerit hic notanda eſt lex Meſſeniorum apud quos ſi quis ex liberis ſacerdotis interiiſſet ſacerdos priuabatur ſacerdotio, quia funere domeſtico pollutus erat Auctore Pauſania. 4. at hoc non idem apud Romanos: neque enim Tiberius depoſuit Pontificatum: quia pollutio tollitur nono die, id eſt in fine octaui diei. Igitur non debent ſacra ciuitatis pollui ſepultura: quia ſacerdotes publicè ſacrificaturi attaminarentur: non alij qui eo die rem diuinam facturi non ſunt: excepto principe qui tamquam Deus à ſuis colitur. Sicque in vrbe ſepultura pollueret. Quod vt impium & abſurdum Leo abrogauit nouella 53. qua fas eſt mortuos ſeu in vrbe, ſeu extra vrbem ſepeliri neque inde vllæ contrahuntur pollutiones. Sed agamus de iure gentilium Romanorum. Hanc legem eſſe 12. tab. Tullius teſtatur: & verum eſt ex legibus regiis eam eſſe, transcri-

Deorum ſimulacra velata.

Leo ſanxit vt etiam in vrbe ſepeliretur.

ptam in leges Decemuirales. Nam multo ante Decemuiros Publicolæ ſpeciali priuilegio datum eſt vt in vrbe ſepeliretur teſte Plutarc. in eius vita. Quod pretioſius eſſe omnibus diuitiis & ipſo regno ait Dionyſius. 5. καὶ χωρίον ἔνθα ἐκαύθη καὶ ἐτάφη μόνῳ τῶν μέχρις ἐμοῦ γενομένων ἐπιφανῶν ἀνδρῶν ἐν τῇ πόλει σιώπησις τῆς ἀρετῆς ἀπέδειξεν ... ἐλεύς. καὶ ἔστιν ὥσπερ ἱερὸν τοῦτο τοῖς ἐξ ἐκείνου τοῦ γένους ἐνθάπτεσθαι ἀνεμέσητον· παντὸς πλούτου καὶ βασιλείας κρεῖττον ἀγαθὸν, εἴ τις μὴ ταῖς ἡδοναῖς μετρεῖ τὴν εὐδαιμονίαν· ἀλλὰ τῷ καλῷ. Ait non tantum Publicolæ, ſed & omnibus ex Valeria gente. Sed in quo præſtantius eſt hoc priuilegium regia maieſtate? quia tanquam Deus habetur. In vrbe enim ſunt ſedes hominum viuentium, & deorum: mortui ab vtriſque diſcrepant, fati conſtitutione & natura. Veſtales, licet inceſtatæ in vrbe ſepeliebantur: quia corpora earum ſanctiſſimis cærimoniis conſecrata erant ita vt publica ſacra iis non polluerentur. Datum eſt etiam hoc ius Poſthumio Tuberto & Fabritio: Tullius ibid. *Credo Tite fuiſſe aut eos quibus hoc ante hanc legem virtutis cauſa tributum eſt vt Publicola, vt Tuberto, quod eorum poſteri iure tenuerant: aut eos ſi qui hoc vt Fabritius virtutis cauſa ſoluti legibus conſecuti ſunt:* poſtea & iis qui triumphum egiſſent Priuilegium poſteris datum eſt non vt cremarentur in vrbe, ſed vt os ſumptum in vrbem inferre & ſepelire liceret auctore Plutar. quæſt. Rom. 79. Sic ius in poſteris inuidiæ cauſa deminutum eſſe ait ita vt funeri in forum allato fax ardens ſubiiceretur, & ſtatim ſubtraheretur. At ſane hoc non eſt ſoluere iuſta mortuo: Nam ei debetur in vrbe ſepultura: Iuſtum eſt reddere quod ſuum eſt l. 10. ff. de iuſtit. & iur. non eſt ſepultura in vrbe peracta cum funus extra vrbem ductum ſit, ibidemque ea peracta quæ octauo die celebrari mos eſt. Sed vt hæc obligatio ſoluatur antequam corpus efferatur, in domo funeſta fit ſacrificium luſtrale in præſentia mortui immolata porca, Feſtus. *Præſentanea ſacra* (inquit) *porca fiunt quæ familiæ purgandæ gratia immolatur: quod pars eius ſacrificij ſit in conſpectu mortui eius cuius funus inſtituitur.* An porca illa pro parte immolari poteſt: minime. Quid ergo ſibi vult partem eius ſacrificij in conſpectu mortui fieri? nimirum quod ſacri præſentanei duæ ſint partes: prima fit porca in ipſa domo ad expiandam familiam quæ corpus in vrbe non vrit: poſtrema fit nigris veruecibus, in vrbe ad tumulum vbi cum oſſibus digitum aut membrum deciſum perinde colunt iuſtis funebribus ac ſi totum corpus adeſſet: quæ poſtrema pars licet non fiat in conſpectu corporis, fieri tamen fingitur & videtur præſentia membri integri: quæ etiam piacularis eſt: quia eo modo conditis reliquiis & digito corpus ipſum perfectè in vrbe ſepultum videtur. Erat enim vt dixi humatio ſpecies antiquiſſima ſepulturæ & iuſtiſſima vt quod à terra eſt non tantum à principio ſed etiam in progreſſu ab alimentis quæ ex ea ſumuntur eidem reſtituatur vt vult Cyrus apud Xenophontem, hi ſunt ritus quibus animæ reuera inferis commendatæ & æternis addictæ ſup-

Quibus datum eſt priuilegium vt in vrbe ſepelirentur.

Præſentaneum ſacrum.

pliciis diuæ fieri credebantur:quæ diuinitas,eas à pœna non liberabat, ſed credebant eam tempore finiri: quod Virgilius cenſuit etiam de vmbris heroicis & fere diuinis 6. Æneid. Vbi ſic loquentem Anchiſen introducit.

Pœna animarum in infern.

Quiſque ſuos patimur Manes:exinde per amplum
Mittimur Elyſium & pauci læta arua tenemus
Donec longa dies perfecto temporis orbe
Concretam exemit labem purumque reliquit
Ætherium ſenſum atque aurai ſimplicis ignem.

Sane Plinius cum harum rerum abſurditatem animaduertiſſet in errorem peiorem incidit vt ſibi perſuaderet animas hominum perinde ac brutorum emori,irrideatque Democritũ qui vnus inter gentiles reſurrectionem corporũ præſenſit.Sic ait 7.cap. 55. *Poſt ſepulturam aliæ atque aliæ Manium ambages, omnibus à ſuprema die eadem quæ ante primum:nec magis à morte ſenſus vllus aut corpori aut animæ quam ante natalem: eadem enim vanitas in futurum etiam ſe propagat: & in mortis quoque tempora ipſa ſibi vitam mentitur, alias immortalitatem animæ,alias transfigurationem alias ſenſum inferis dando & Manes colendo deumque faciendo qui iam etiam homo eſſe deſierat: ſeu vero vllo modo ſpirandi ratio homini à cæteris animalibus diſtet* : Tum ſubiicit:*Similis & de aſſeruandis corporis hominum ac reuiuiſcendis promiſſa à Democrito vanitas qui non reuixit ipſe:quæ malum iſta dementia eſt, iterari vitam morte,quæ genitis quies vnquam ſi in ſublimi ſenſus animæ manet inter inferos vmbræ? perdit profecto iſta dulcedo credulitaſque præcipuum naturæ bonum,mortem,ac duplicat obitus ſi dolere etiam poſt futuri æſtimationem euenit. Etenim ſi dulce viuere eſt,qui poteſt viuiſſe?* Hactenus ille qui difficilime intelligeretur niſi ex præcedentibus. Hæc de liberorum hominum ſepulturis.quid de ſeruorum? liberi propria habent ſepulcra non ſerui niſi ſpeciali beneficio Dominus id ſeruo conceſſiſſet,vt ille qui ſeruum ſuum Timanthem liberorum ſuorum inſtitutioni præfecerat: quem mortuum proprio ſepulcro honorauit,Dioſcorides libro 3. Epigrammatum.

Serui proprium non habent ſepulcrum.

Δῦλος ἐγὼ καὶ δῦλος· ἐλευθερίῳ δέ με τύμβῳ
Δέσποτα τιμάνθη τὸν ἔθεν τροφέα.

Artemidorus. ἐπεὶ μὴ δῦλοι μνημεῖα κτῶνται ἀλλὰ ἐλεύθεροι. Sed communi ſepulcro condebantur id eſt foſſa profundius ducta ad ſimilitudinem putei: quinimo locus ille dicebatur putei vel puticuli quod in eo corpora inopum ſeruorumque putreſcerent vt Feſtus ex Ælio docet in voce puticuli,qui locus extra portam erat vt ibi ait. Varro 4. de ling. Lat. *Extra oppida à puteeis puticulæ quod ibi in puteeis obruebantur homines.* Huius antiqui moris veſtigium deprehendi apud Antiphilum 1. Epig. vbi aquæ fontis aut putei conqueruntur ſe conſumptas cadauere alicuius agricolæ.

Antiquæ inopũ ſepultura in puteis.

Κρηνῖδες λιβάδες τί πεφεύγατε; ποῦ τόσον ὕδωρ;
Τίς φλὸξ ἀενάους ἔσβεσεν ἀελίου;
Δάκρυσιν ἀγροικόλα τεθύμμεθα· πᾶν δ' ὅσον ἡμῖν

ἣν ποτὸν ἢ κάνεε δεῖπας ἔχει ἀποδίν.

Vbicumque autem ſeu inopes ſeu ſerui ſepulti eſſent locus ille (æque ac liberorum ſepulcra) religioſus erat quia humani corporis reuerentia à Natura eſt: in iis autem quæ ſunt à Natura par eſt ſeruorum & liberorum conditio l. quod attinet ff. de regul. iur. ęque omnes morti ſumus obnoxij l. 2. in princ. ff de religioſ. & poſt mortem æquales. Itaque ſicut ſeruorum ſic & miſerorum inopum commune erat ſepulcrum. Horatius.

Hoc miſeræ plebi ſtabat commune ſepulcrum.

Patet veteres non neglexiſſe ſeruorum cadauera. Quinimo & eorum Manibus ſacerdotes etiam publici parentabant. Varro 5. de lingua Lat. *Hoc* (inquit) *ſacrificium fit in velabro qua in nouam viam exitus vt aiunt quidam ad ſepulcrum Accæ vt quod ibi prope faciunt Diis Manibus ſeruilibus ſacerdotes qui vterque locus extra vrbem antiquam fuit &c.* Huc igitur pertinet hęc lex vt intelligatur nulli fas fuiſſe in vrbe ſepeliri niſi ſoluto legibus virtutis cauſa: excipio conditores vrbium qui ex more in medio ſuarum vrbium ſepeliebantur. Scholiaſtes Pindari, οἱ οἰκισταὶ ἐν μέσοις ταῖς πόλεσιν ἐθάπτοντο ἐξ ἔθους.

Vrbium conditores in media vrbe ſepulti.

AXIOMATA.

LAVABANTVR corpora aqua calida, & ſæpius conclamabantur vt excitarentur, ſi qui eſſent ſpiritus conſopiti: vngebantur autem ne putreſcerent, ſed quia quandoque corporum fœtor bonum odorem vincit: ideo ſerui cadauerum curatores ſeu pollinctores, vngebant capita ſua (quod diuites in conuiuiis liberalibus facere ſolebant) & obba poculo circumpotabant ad depellendum fœtorem & mœrorem ex conſpectu præſentis cadaueris conceptum: ſed hanc ſeruilem vncturam & circumpotationem lex 12. tab. ſuſtulit: quia vngi molle eſt & muliebre potare ebrioſum.

PERSÆ non lauabant corpora, nec vrebant, quia mortuo nefas exiſtimabant aquam & ignem ſuos deos pollui: ideo terræ mandabant cadaue-

ra,quod Medi ab iis dedicere;& eſt antiquiſſima & iuſtiſſima ſepultura quæ etiam inſtituto cremandi ritu in quibuſdam Patriciorum gentibus ſeruata eſt:tandem mos vrendi inueteratus etiam poſt initia noſtræ religionis inter gentiles permanſit, quod celerius conſumatur quod tardius putreſceret: crudelius tamen quod ignis in pœnam non in honorem impendi debeat. Sed illi in igne ſemen vitæ & immortalitatis eſſe crediderunt:qui ritus ab Hercule fluxit.

Sepeliendi mos duplex erat Romanis,aut iniecta gleba in os conditum ſepulcro:aut membro deciſo & ad illud iuſtis in vrbe peractis quo caſu non erat opus glebæ iniectione:quia integro membro ſepulto cum reliquiis terræ ſatiſfactum videbatur quatuor elementis in ea incluſis. His autem cærimoniis & ſacris quæ iuſta dicuntur nouem dies impenduntur. Primo die poſtquam corpus lauatum & vnctum & primo conclamatum,& nocte prima vigilantes lugebant propinqui, ſubtili velo à capite ad pedes & ſupra illud veſte etiam candida corpus induebant cum in lectum impoſitum eſſet:adhibebantur autem purpureæ veſtes non eo die, ſed in corpus cõiiciebantur cum eſſet efferendum vt reliquiæ eo habitu inuoluerentur & in ſepulcro conderentur : at apud Romanos induebatur corpus veſte quidem candida ſed quæ purpura prætexta erat : ei autem qui funus curabat,pulla prætexta dabatur:& hoc in diuitum funeribus : at inopum cadauera toga pallenti id eſt ſubcandida quidem ſed nullo ornatu purpuræ prætexta induebantur.

In eo ſtatu manebat mortuus per ſeptem dies:

octauo incendebatur:nono ſepeliebatur. At lege Solonis primo die licebat mortuum intus proponere, ſequenti die efferebatur, ante ſolis exortum primo Auroræ crepuſculo: quamuis Demetrius per noctem efferri iuſſerit vt minueret ſumptus & pompa minor eſſet contra morem Græcorum & Romanorum. Inopes tamen ſub veſperam efferri, Romæ inſtitutum erat. Faces autem funeribus adhibebantur expiationis gratia: quibus etiá in Orco luſtrari animæ credebantur. Alij olim vndecim dies in iuſta perſoluenda impendebant, Septimo, ante fores ancillæ lamentabantur inter quas præfica modum flendi præſcribebat, more à Phrygibus ducto: quod locum habebat vbi propinqui non erant per quos defleri poſſet. Octauo die euerrebatur domus, tum corpus efferebatur: filiæ crinibus paſſis ſequebantur, filij operto capite more adorantium. Si liberi non exiſterent, hoc onus propinquis virilis ſexus incumbebat ſi defunctus inteſtatus deceſſiſſet: at teſtamento facto heredis munus eſt qui quoniam ſolus huic oneri impar eſt, ſeruis quoque teſtamento manumiſſis iniungitur.

SOLONIS lege nulli mulieri fas erat ingredi domum mortui, niſi intra ſobrinas eſſet: nulli funus proſequi ſi extranea ſit niſi ſexagenaria: propinqua poteſt & debet niſi deſponſata: prope lectum mortui ducuntur ſimulacra illuſtrium parentum quæ ad hoc ex atrio educuntur tum ante lectum effigies mortui conſtituta erat more Romano. Inter efferendum canuntur Neniæ laudes mortui ad tibiam: quod primum in minorum exequiis locum habuit: poſtea & in nobilium fu-

neribus admiſſæ ſunt tibiæ & laudationes introductæ initio ſumpto à funere Publicolæ (licet apud Athenienſes ij tantum laudarentur qui in acie cecidiſſent.) quod fiebat tantum in funeribus indictiuis, vbi etiam ludi funebres celebrabantur: non in ſimpludiariis.

EXEQVIIS decem tantum tibicines adhibentur, tria ricinia, & tria vincula purpuræ ex lege 12. tab. quæ ricinia erant velamenta capitis purpura prætexta velabant enim capita lugentiũ, ne quid indecorum ex earum vultu prodiret, ſed flaminica vtebatur rica purpurea & fimbriata, virgines primo die nuptiarum eo quoque flammeo vtebantur, non aliæ matronæ niſi cum ſacrificant. Vtebantur autem ad rogum politis lignis: ſed lex 12. tab. prohibet rogum aſcia poliri: tum ne murrata potio mortuo inderetur, quæ Diis in ſupplicationibus offerri ſolebat: poſtea ad Manes, deinde ad homines tranſlata eſt. Auerſi facem pyræ ſupponunt vt videantur, inuiti ſupremum officium impendere: in ignem multa dona proiiciũtur: deinde vino rogum iam deferueſcente igne reſpergunt, vel aliis pretioſis liquoribus quod lege 12. tab. prohibetur cum ante lege Numæ prohibitum eſſet ne rogus vino reſpergeretur: tum oſſa lauant vino & lacte quibus addebant & lacrymas ſuas.

SOLEBAT aurum in rogum coniici, & ſimul cum reliquiis humari quia igne non conſumitur, vel alias mortui cauſa in ſepulcro condi: ſed ſi cuſtodiæ gratia conditum ſit, manet in poſſeſſione & dominio depoſitoris niſi centum anni a depoſitione præterfluxerint: quo caſu vetuſtas quæ

pro lege eſt dominum conſtituit eum qui inuenit pro dimidia parte, altera dimidia domino loci debetur, ſi in alieno, fortuito inuenerit, ſed ſi data opera non fit dominus: hoc enim, beneficium Dei, aut fortunæ eſt non operæ aut induſtriæ: quod ſi inuenerit in loco communi data opera, pro rata acquiritur ſocio: ſed ſi fortuito, dimidium inuentoris eſt omnino: alterum diuiditur inter ſocium & inuentorem, quia priore caſu iure dominij acquiritur: poſteriore beneficiũ eſt, quod ratione partis ſocij perinde eſt ac ſi in alieno inueniſſet, ratione ſuæ perinde ac ſi in ſuo.

IN RELIGIOSO loco theſaurus inuentus caſu fortuito inſolidum acquiritur inuẽtori, ſublato diuorum principum reſcripto theſauri autem poſſeſſio non continuatur in heredem, ſed ea tantum quæ ius vſucapionis a defuncto inchoatæ quaſi iuncta perficit ex perſona heredis, quia ſi in vetuſtate admitteretur coniunctio & continuatio poſſeſsionis turbarentur diuturnæ & immemoriales poſſeſsiones tollerentur è medio præſcriptiones & vſucapiones, & vetuſtorum dominorum culpanda negligentia foueretur: tum poſſet plus hominis in vſucapione conſtitutio quam Dei & naturæ in centum annorum termino qui vitæ humanæ præfinitus eſt, nec tamen tempus modus eſt acquirendi dominij aut obligationis, ſed in vſucapione lex 12. tab. in theſauro vetuſtas quæ legis vim habet.

DE THESAVRO impropriè loquimur quem dicimus eſſe poſſeſſionem ab alio nõ occupatam ante tempus immemoriale: ſi occupetur ab alio,

is cuius erat amittit quidem poſſeſſionem nõ dominium cuius cauſa actiones ſunt proditæ. Rerum enim mobilium quarum ignoramus locum poſſeſſioné amittimus. Quæ in nullius ſunt proprietate & poſſeſſione priuatim & in communi, in dominium ciuium cadere non poſſunt, vt ſacra, & religioſa, puta lapides quibus cõſtructum eſt ſepulcrum: at quæ in ſepucro cuſtodiæ cauſa poſita ſunt, non ſunt nullius, ſed humani iuris. Lex vero quæ aurum inferri prohibet non eſt accipienda de theſauris, ſed de auro quod cauſa religionis Manium additur: ante addebatur: quia aurum eſt imago lucis, ideo ſoli ſacrum eſt & vitæ Symbolum, ſanitati tuendæ & reſtituendæ optimum: putredini aduerſatur, incorruptibile eſt, nec ab igne quidem minuitur, & accipiebatur olim pro ſigno virtutis à nobilium parentum inſitæ ſanguine: æs laboris. Tamen Decemuiri paſſi ſunt auro reuiñctos dentes in ſepulcrum inferri quibus etiam viuentes vtebantur.

Fas eſt vrere mortuum cum corona ab eo parta vt ei impoſita maneat & eius parenti: idem ſi pecunia ſit parta defuncti, vt a ſeruis vel equis quæ ei eſt tanquam in argumentum virtutis. Coronati ſacrificabant, coronabant deos, & coronati potabant: ſecus in Chriſtianis. olim autem qui vicerant in certaminibus vnde coronæ referebantur, non proclamabantur victores tantum, ſed etiam patres eorum: deinde patria coronabantur etiam equi.

Fvnvs mortui polluit viuentes ideoque ſuffitione, id eſt aqua & igne cum ramo lauri vel oleæ purgabantur. Nam vtraque arbor eſt luſtralis.

Equites in funere militari ter in equis circumcurrentes, ignem cadauere pollutum luſtrabant, vlulantes: poſtea præfica clamabat Ilicet & dimittebat populum.

LEX 12. tab. vetat homini mortuo oſſa legi cui poſt funus fiat; vult enim minuere ſumptus, qui duplicarentur, ſi alibi vrendum eſſet corpus, alibi ſepeliendum & iuſta reddenda: excipit eos qui peregre vel in bello mortui ſunt: quorum oſſa licet inferre in ſepulcra maiorum ſuorum: aliorum oſſa transferre non licet ſine permiſſu principis aut Pontificis: tamen ſi in arca conditum, ſit corpus ex reſcripto principum, in alium locum trāſferri poteſt permiſſu magiſtratus, ſi paret ei commodiorem eſſe locum in quem arca transferenda ſit; & hoc quia moueri poteſt ſine attactu reliquiarum: ſed ſi in alienum, vel publicum locū illatus ſit, locus religione corporis non occupatur, & ſi communis ſit purus, quia in pari cauſa potior eſt cauſa prohibentis: at ſi locus communis religioſus ſit, potior eſt cauſa inferentis, non enim par cauſa eſt, vbi religio cum iure priuatæ prohibitionis concurrit.

NONO die perfectio erat ſepulturæ, ſine qua remouentur ab inferis animæ, & tenentur anxiæ ſuſpenſæque inter cœli auram & tenebras inferorum: quod fictum eſt vt honor mortuis deferatur, & mœror lugentium temperetur: igitur in triduo non poteſt corpus in ſepulchro condi propter nouem dierum cęrimonias licet ſepulchrum poſſit ædificari. ſepulcrorum autem magnificentia deminuta eſt ita vt liceret tantum columnam apponere nomen inſcribebatur ſepulcro vel D.

M. licet apud Græcos inſcriptio non permitteretur niſi iis qui in acie pugnantes occubuiſſent. ſic autem diſpoſita ſunt corpora vt verſus orientem capita reſpiciant exceptis Phœnicibus & Athenienſibus ad occidentem ſpectantibus quod ſol corũ vitæ occidiſſet: ſane & Athenienſibus quoque hic mos erat vt ad orientem mortui conuerterentur ſi initiati eſſent aut in bello fortiter dimicantes cecidiſſent quia vitæ & lucis felicioris eſſent facti conſortes.

Hostia ſacri nouendialis erat homo emptus vel bello captus aut nigri verueces aut ouis ſimul: quæ hoſtiæ ſolidæ in aris incendebantur ne quis cibo Inferis dato veſceretur & hoc holocauſtũ dicitur. harum ſanguine iſti ſacrificuli & magi animas euocabant, lacte reducebant ad inferos: nam aſpergi credebantur iis liquoribus quarum erant effectibus priuatæ. animæ autem euocatæ dicebant ſalue, vel vale, vel aue.

Sepulcra longis coronis ſicut ſimulacra deorum & aræ ornabantur; templorum fores ſertis: poſtea velata ſunt templa & vt ſepulchris idem honor tribueretur coronis ſepulcrorum additæ ſunt tæniæ quibus & ipſa velabantur: lex tamen 12. tab. prohibet longas coronas ſepulchis adhiberi & acerras præteriri: antea enim thuris odores aris Manium incendebantur.

Silicernium dabatur mortuo ſuper aras ſepulcrales, tam ex cibis luſtralibus quam lenitiuis. Luſtrales ſunt faba, lens, ſal, oua: lenitiui ſunt pultes ex lacte, melle & ducibus aliis farina ſubactæ. puls fabacea Diis ſuperis primitiarum cauſa, nomine frugum libabatur vno tantum die, ſcili-

cet Kalendis Iuniis: alias faba ſemper erat ſacra inferis ita luſtralis vt domum malis vmbris noctu, auerſo vultu iactata expiaret. (apud Græcos die ſeptimo hæc cœna dabatur) deinde domum redeunt propinqui qui coronati tunc largius bibebant. Epulæ autem ferales quot annis ad ſepulcrum ferebantur ab iis quibus ius eſt ibi parentare auctore Varrone, & libationes offeruntur & lumina accenduntur. Parentalia vero fiunt vltimo menſe qui olim Februarius nunc December eſt: manſit tamen in Februario parentatio ne quid ex religione Manium mutaretur.

IN Sepulcrum gentis aut familiæ inferre ius non eſt alium niſi ſit ex familia aut heres: at in ſepulcrum hereditarium ne quidem eos qui ſunt ex familia inferre ius eſt, niſi ſint heredes.

PRIMVM in vrbibus licuit ſepelire quia in domibus licuit: deinde diſtincto cultu diuinæ religionis ab inferna, licet vtraque ex inferis eſſet id prohibitum eſt, ne putredine corporum, aut incendio vel aer vrbis corrumperetur, vel domus incenderentur: tum ne publica ſacra funeſtarentur: ideo ſacrificaturi admonebantur ramo Cupreſſi ne in domum funeſtam eo notatam introirent. Princeps autem idemque Pontifex velum inter ſe & filij mortui corpus obtendit ne aſpectus eius pollueretur, licet Pontifici non facturo rem diuinam nefas non eſſet mortuum aſpicere: tamen principis perſona vt Dei cœleſtis inquinari potuiſſet: ideo ſtatuæ deorum vel principum niſi eſſent in operto velabantur, ne quid funeſti viderent.

VESTALIBVS, Publicolæ, Poſthumio Tuber-

to, Fabritio & eorum poſteris, & iis qui triumphaſſent (& vrbium conditoribus etiam apud alias gentes) datum eſt quaſi ius diuinitatis à morte, nimirum vt in vrbe poſſent ſepeliri. Sed poſteri ad euitandam inuidiam, vno tantum digito vel membro alio deciſo, & reliquiis extra vrbem igne purgatis in vrbe deponi potuerunt: qui quoniam iuſta & debita ſepultura priuari videbantur; ideo familia in conſpectu mortui porcam immolabat: & poſtea cum ſepeliretur, altera pars ſacri præſentanei verucibus ad digitum quaſi ad integrum corpus peragebatur. Quæ omnia quam vana ſint, vani etiam Ethnici non ignorauere.

MVLIERES GENAS NE RAdunto: neue leſſum, funeris ergo habento.

Cap. XXIIII.

HOc caput pertinebat ad expoſitionem octaui diei: ſed quia luctus, dolor & triſtitia non extinguntur aut euaneſcunt ſimul cum igne rogi, nec ſepeliuntur cum oſſibus mortui, ideo ſeparatim de luctu dicendum qui minuendus eſt ex ſententia cap. Deorum ſup. Cæci iſti gentiles exiſtimabant, ſe non aliter ſatisfacere religioni Manium niſi ſeipſos aut vulnerarent, aut fingerent mori ſibi tumulum imaginarium quaſi præparantes: vnde luto vel cinere ſuum caput fœdabant ſibi ſpeciem ſepulcri fingentes. Euſtathius in Iliad. Ω. τῇ κεφαλῇ κόνεως ἐπαμᾶται τῷ γέροντι πρὸς τύπον ἐπιταφίου κόνεως. Ideo vellebant capillos ſuos vt notat Apollonius in funere Cyſici. 1. Argonaut.

Viuentes imagine ſua mortis placant mortuos.

Τίλλοντό τε χαίτας,
Αὐτοὶ ὁμῶς λαοί τε Δολίονες.

Hos capillos in corpus mortui proiiciebant & ei quaſi ex ſuo corpore libabant Homerus, Iliad. Ψ.

Θριξὶ δὲ πάντα νέκυν καταείνυσαν ἃς ἐπέβαλλον,
κειρόμενοι.

Equis & iumentis crines detonſi.

Vbi Euſtathius ex Herodoto probat etiam equis & iumentis crines detonſos fuiſſe, τὴν ζώνην τὰ μὲν γεννῶντα ζῶα ἔσφαζον ἐπὶ νεκροῖς· ὅσα τε ἔσειρον καὶ ὅσα μὴ ἦσαν ἔνορχα. ὅτι δὲ πολλάκις καὶ ζῶα ἔκειρόν τινες Ἡρόδοτος ἱστορεῖ εἰπὼν ὡς ἐπὶ τῷ Μασιστίῳ Μαρδόνιος καὶ ὁ στρατὸς ἐπένθησαν σφέας τε αὐτοὺς κείροντες καὶ τοὺς ἵππους καὶ τὰ ὑποζύγια. Sic Achilles ibidem Patroclo cæſariem libauit. Tyrius oratione 8. τὸ τελευταῖον δῶρον ἤδη καταθαπτομένῳ ἡ κόμη. Vult donum vltimum iam ſepulcro eſſe comam viuentis. Ex his quæ ibi Euſtathius ait apparet hoſtias ſteriles aut quibus exſecti fuiſſent teſticuli mortuis immolatas fuiſſe. Mulieres autem genas ita ſibi carpebant vt cruorem ex iis in mortuum funderent, ſi deeſſent ſerui, vel captiui, vel buſtuarij gladiatores mactandi. Seruius in hunc verſum ex libro 12. Æneidos.

Steriles hoſtiæ.

Sanguinis humani effuſio.

Et roſeas laniata genas.

Moris fuerat (inquit) *vt ante rogos humanus ſanguis effunderetur, vel captiuorum vel gladiatorum: quorum ſi forte copia non fuiſſet, lamantes genas ſuum effundebant cruorem vt rogis illa imago reſtitueretur; tamen ſciendum cautum lege 12. tabularum ne mulieres carperent faciem his verbis, Mulier faciem ne carpito:* At hic aliis verbis lex concepta eſt: veriſimile eſt Seruium ex legibus regiis id ſumpſiſſe, quæ poſtea in 12. tab. tranſlatæ ſunt non eadem ſemper verborum conceptione: non enim faciem carpere ſed genas radere vetantur hic mulieres. Plinius 11. cap. 37. *Infra oculos mala homini tantum, quas priſci genas vocabant 12. tabularum interdicto radi à fœminis eas vetantes: Pudoris hac ſedes, ibi maxime oſtenditur rubor.* Ideoque ex ea facilius ſanguis ex quo rubor ille eſt, excutitur: Feſtus, *Radere genas* (inquit) *lege 12. tab. eſt vnguibus lacerare.* Tullius ait hanc legem ex Solonis legibus excerptam fuiſſe & recte. Plutarchus in Solone, ἀμυχὰς δὲ κοπτομένων καὶ τὸ θρηνεῖν πεποιημένα καὶ τὸ κωκύειν ἄλλον ἐν ταφαῖς ἑτέρων ἀφεῖλεν: Tum paulo poſt Plut. ait plurima earum legum decreta etiam à Romanis ſeruari. quod ſane non videtur. Poſtea enim mulieres facies ſuas vnguibus cruentabant: Seruius, *Varro* (inquit) *dicit in exequiis & luctu mulieres ideo ſolitas ora lacerare vt ſanguine oſtenſo inferis ſatisfaciant:* Verè ait ille hoc prohiberi, parum tamen obſeruari legem quam ſępius frangit infamia ſuperſtitionis. Fas ſit aliquid humanæ infirmitati condonare & lacrymas libare vmbris amicorum, non eorum gratia quorum dolores & pœnæ non leuantur fletibus viuentium ſed noſtri cauſa vt veri amoris argumenta prodamus: ſic deſolationem noſtram doloris fructu conſolamur: nam vt ait Comicus.

Ad quid lacrymæ.

Ἡ λύπη δ' ἔχει
Ὥσπερ τὰ δένδρα τοῦτο καρπὸν τὰ δάκρυα,

Seneca Epiſtola 63. *Per lacrymas argumenta deſiderij quærimus, & dolorem non ſequimur ſed oſtendimus: nemo triſtis ſibi eſt: ô infelicem ſtul-*

titiam, eſt & aliqua doloris ambitio. Abſurdum eſt ita indulgere dolori vt etiam in ſanguinem noſtrum ſæuiamus. Si enim boni ſunt Manes cur noſtri pernicie delectantur: ſi mali quid dolore conficimur eorum gratia. Quod ſi tu id timore facis, fingis dolorem & per vim tibi extorques lacrymas. Quid mendacio paſcis deos quos credis mortuos. Sane ſi Dij facti ſunt non ſunt lugendi: Papinius 5. Thebaid.

Ne fletu violate ſacrum ne plangite Diuos
Nam Deus iſte Deus.

Tibullus alludens ad hanc legem 1.

Tu Manes ne lede meos ſed parce ſolutis
Crinibus & teneris Delia parce genis.

Statius 2. Syluarum.

Quid caram crucias tam ſæuis luctibus vmbram.

Idem libro 5. Syl.

Parce precor lacrymis ſæuo nec concute planctu
Pectora nec crucia fugientem coniugis vmbram.

Ergo bonæ vmbræ nimiis luctibus offenduntur. Sapiens Charondas ſtatuebat non lamentis & lacrymis colendos eſſe mortuos ſed pia recordatione & frugum illatione ad tumulum per ſingulos annos: exiſtimans nimios dolores infernis dęmonibus non eſſe gratos. *Bonæ vmbra nimiis luctibus offenduntur.* χρὴ δὲ τῶν τελευτησάντων ἑκάστου τιμᾶν μὴ δακρύοις μηδὲ οἴκτοις ἀλλὰ μνήμῃ ἀγαθῇ καὶ τῇ τῶν καθ' ἔτος ὡραίων ἐπιφορᾷ ὡς ἀχαριστίας οὔσης πρὸς δαίμονας χθονίους λύπης ὑπὲρ τὸ μέτριον γινομένης. Difficile tamen eſt modum immodico dolori imponere vt ſi parens vnicum amiſerit filium ſolamen ſenectutis: Statius libro 5. Syluarum de filio mortuo: *Quis dicere legem*
Fletibus aut fines audet cenſere dolendi.

Si tamen credimus Plotino non magis afficiemur dolore, propter obitus parentum liberorum, & amicorum quam ſi in ſcena videamus iugulari, defleri, & viceuerſa, alios naſci, lætari, & per tranſmutationes rerum alternatim omnia fingi 2. Ennead 3. ὥσπερ δὲ ἐπὶ τῶν θεάτρων ταῖς σκηναῖς οὕτω χρὴ καὶ τοὺς φόνους θεᾶσθαι καὶ πάντας θανάτους καὶ πόλεων ἁλώσεις καὶ ἁρπαγάς μεταθέσεις πάντα καὶ μετασχηματίσεις καὶ θρήνων καὶ οἰμωγῶν ὑποκρίσεις: καὶ γὰρ ἐνταῦθα ἐπὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ ἑκάστων οὐχ ἡ εἴσω ψυχὴ, ἀλλ' ἡ ἔξω ἀνθρώπου σκιὰ καὶ οἰμώζει καὶ ὀδύρεται καὶ πάντα ποιεῖ ἐν σκηνῇ τῇ ὅλῃ γῇ πολλαχοῦ σκηνὰς ποιησαμένων. *Doloris fictio.* Non poteſt negare hominem pati, dolere, flere, lamentari: ſed ait non cadere id in hominem verum & internum id eſt in animam primam ſed in externum id eſt in vmbram ſeu idolum animæ primæ in qua ludunt paſſiones vt in ſcena hiſtriones: & hoc non mirum eſſe ait cum mundus plenus ſit idolis & vmbris quæ ex rerum eſſentiis exiliunt: Sed hæc iam refutata ſunt. Credimus mœrere vere animam, docente Chriſto animam ſuam triſtem eſſe: ſic ait lætari. Igitur apud antiquos fletus in honorem mortui fundebatur Homerus Iliad. Ψ. *Fletus in honorem mortui.*

Πάτροκλον κλαίωμεν, ὃ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων.

Idem apud Romanos ſed cum modo: nam muliebris leſſus prohibetur, id eſt immoderata eiulatio. Neque enim vera eſt coniectura ſexti Ælij & L. Acilij opinantium leſſum eſſe veſtimenti aliquod
Leſſus. genus funebris. Tullius ibidem, *L. Ælius* (inquit) *leſſum quaſi lugubrem eiulationem vt vox ipſa ſignificat: quod eo magis indico verum eſſe quia lex Solonis id ipſum vetat*: Tum 2. Thuſcul. *Et hic nimirum eſt fletus quem 12. tabulæ in funeribus adhiberi voluerunt.* Et hic leſſus ante 12 tabulas maioribus vmbris debebatur quod Plautus innuit in Truculento.

Thetis quoque etiam

Lamentando. leſſum fecit filio.

Potius lex interdicit mulieribus hæc doloris argumenta: quia faciliores ſunt ad motum mulieres quam viri (dolor autem eſt motus animi contra naturam patientis) tum impotentiores, & ideò excitantur ad lacrymas eadem leuitate qua ad riſum: vnde ad commiſerationem proniores; quia & ad iram, eſt ergo muliebre nimium
Nimius luctus virum non decet. indulgere luctibus. Ideo Lyciorum legiſlator viros ab his ſuperſtitionum officiis prohibere ſtatuens ſanxit vt viri in luctibus muliebri veſte vterentur oſtendens virum non decere iſta dolorum inſignia teſte Plutarcho in conſolat. ad Apollon. Hæc omnia minuuntur aut augentur opinione, ſed augentur in iis quibus minus ineſt virtutis. Seneca in conſolat. ad Marciam, *Plus eſt quod opinio adiicit quam quod Natura imperauit; aſpice mutorum animalium quam concitata ſint deſideria & tamen quam breuia*: tum paulo poſt, *nec vlli animali longum fœtus ſui deſiderium eſt niſi homini qui adeſt dolori ſuo; nec tantum quantum ſentit, ſed quantum conſtituit afficitur: vt ſcias autem hoc non eſſe naturale luctibus frangi, primum magis fœminas quam viros, magis barbaros quam placidos eruditaque gentis homines, magis indoctos quam doctos eadem orbitas vulnerat &c.* Nonnulli ex Græcis (quorum ingenia vt ſubtiliora ita leuiora) ita dementes fuere vt prope tumulos terram foderent & in ſcrobibus miſerrime lugen-
In ſcrobibus lugent. tes degerent quo vſque extenuata eſſent membra & vitæ lumen prope extinctum Ion Tragœdus.

Ἐξῆλθον ὑμῶν καὶ τὰ ὑμῶν τροφὸς παίδων
Βόθροις λιποῦσα πενθητηρίοις.

Hi in his foſſis ſibi viuentibus non imaginem ſepulcri ſed veram ſepulturam componebant: nam luce ſolis in his ſubterraneis locis vltro priuabantur. At quid tantopere dolendum? naturæ beneficium male interpretari eſt: abſtulit quidem ſed dederat (inquit Seneca:) amicorum defunctorum memoria non debet eſſe dolori ſed potius gaudio, quod quadam amaritudine temperatum ſit: nam vt dicere ſolebat Attalus (apud Senecam) *Sic amicorum defunctorum memoria iucunda eſt quomodo in vino nimis veteri nos amaritudo delectat, &c.* Mulieres autem lugent maritos ſuos non mariti ſuas vxo-
Qui lugendi. res l. conſenſu §. virum C. de repud. poſſunt tamen ſed non compellunt

pelluntur l. 9. ff. de his qui not. infam. at mulieres coguntur niſi principis beneficio impetrauerint vt nubere poſſent l. ſolet ff. eodem. Igitur iure communi vxor maritum debet elugere, & intra tempus luctus nubere prohibetur, duabus rationibus, prima propter reuerentiam mariti, altera propter turbationem ſanguinis. Sed ſi talis maritus ſit vt ei nulla reuerentia debeatur ceſſat ſola ratio poſtrema qua ſola etiam impeditur nubere l. liberorum §. 1. eod. quæ ratio ceſſat ſi intra tempus luctus enixa eſt, ideo impune nubere poteſt d. l. liberorum §. Pomponius: idem in ea quæ per diuortium ſoluta eſt matrimonio. Nam ſi prægnans non ſit, ſtatim nuptias poteſt contrahere alioqui timetur confuſio ſanguinis l. ſi conſtante C. de ſecund. nupt. ſed quodnam tempus luctui præfinitum eſt? Decem menſes: quia ferunt annum ſub Romulo decem tantum menſibus conſtitiſſe Ouidius 1. Faſtorum. *Tempus luctus*

Per totidem menſes à funere coniugis vxor
Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo.

Seneca in conſolatione ad Heluiam, *Non eſt quod vtaris excuſatione nominis muliebris cui penè conceſſum eſt immoderatum in lacrymis ius, non immenſum tamen: & ideo maiores decem menſium ſpatium lugentibus viris dederunt vt cum pertinacia muliebris mœroris publica conſtitutione deciderent: non prohibuerunt luctus ſed finierunt.* Sed non videtur ſibi conſtare cum in Epiſtola 63. *Annum* (inquit) *fœminis ad lugendum conſtituêre maiores non vt tamdiu lugerent, ſed ne diutius: viris nullum legitimum tempus eſt quia nullum honeſtum.* Hic non decem menſes ſed annum ait à Maioribus luctui præſcriptum quod Dionyſ. Halic. confirmat. 5. αὐτὸν Ῥωμαίων αἱ γυναῖκες ἅπασαι συνεπάμεναι τὸν αὐτὸν τρόπον ὥσπερ ἰούνιον Βροῦτον ἀποθέσει τε χρυσοῦ καὶ πορφύρας ἐνιαύσιον ἐπένθησαν χρόνον ὡς ἔθος ἐστὶν αὐταῖς πενθεῖν ἐπὶ τοῖς ἀναγκαίοις τῶν συγγενῶν κήδεσι. Hic apertè annuum tempus definitum eſt luctibus mulierum: nec poteſt hoc de anno Romuli intelligi: nam ſecundum illorum ſententiam à Numa 12. menſes in anno deſcripti ſunt: at loquitur de Valerio ad ſimilitudinē Bruti lugendo qui longe poſt Numæ tempora floruerunt. Verum ſic hęc conciliantur: vt Seneca ad Heluiam loquatur de luctu viduarum quæ pietatis officium maritis impendunt: at in epiſtola. 63. de iis quæ parentes aut conſanguineos lugent, & de hoc poſtremo Dionyſ. intelligitur: paulo minus tempus tribuitur elugendo marito quia Reip. intereſt viduarum matrimonia non impediri vt legitima ſobole ciuitas repleatur. l. 1. ff. ſolut. matrim. intereſt quoque reuerentiam præſtari Manibus virorum & non turbari ſanguinem primi, & ſecundi viri confundi: ſed vtraque ratio tollitur luctu, fere anni conſtituto: quia hoc tempus ad partum ſufficit. At in aliorum luctu quid intereſt indulgere mulieribus lugendi conſolationem ex qua captant ſæpius gloriam. Igitur anni ſpatium legitimum eſt. Sidonius 4. epiſt. *Si deceſſiſſet æger tribueret heredibus anni luctus tempus immune.* At in viduis decem menſes: quod patet *Decem menſes dantur luctui mariti, annus propinquorum.*

Bbbb

Lex Iulia Miſcella. ex lege Iulia Miſcella, qua cauetur, vt ſi quid relictum ſit vxori, ſub hac conditione ſi non nupſerit, ſi tamen poſt decem menſes intra annum nupſerit conſequitur legatum, quia hæc conditio eſt contra libertatem matrimonij & proinde contra ius publicum l. ſed ſi hoc §. vlt. ff. de condit. & dem. Sed hanc legem Iuſtinianus ſuſtulit l. 2. & l. 3. C. de indict. vid. toll. & nouella 22. cap. 43. Sed apertius ex lege Numæ patet hæc temporis diſtinctio quem volunt auctorem eſſe 12. menſium. Is enim non reſpicit terminum anni in luctu viduarum, ſed tantum quantum ad ferendum vterum natura præſtituit nimirum decem menſes & hoc etiam tempore voluit omnem luctum terminari teſte Plutar. in eius vita. Sed ſi quæ vellet ante illud tempus ad ſecunda vota conuolare tenebatur immolare bouem prægnantem vt idem refert. Poſtea tamen aliis annus eſt datus ex more, viduis autem tempus conſtitutum remanſit. Sane viduæ caſtæ luctus eſt loco coniugis amiſſi & properatio ſecundi lecti deſiderium habet animæ luxuriantis: melius illa apud Lucanum. *Viduæ caſtæ, luctus eſt pro coniuge.*

Perfruitur lacrymis & habet pro coniuge luctum.

Cum autem decem tantum menſes viduæ præſcripti eſſent poſtea additi ſunt duo qui ad perfectionem anni deſiderabantur l. 2. C. de ſecund. nupt. Lycurgus auctore Plutarcho in eius vita luctum vndecim diebus definiuit duodecimo Proſerpinę ſacrificabatur & luctus deponebatur, non omnes autem lugendi ſunt. Nam infantes non lugentur, ſi ſint triennio minores, ſed qui trimatum exceſſit tot menſibus lugetur, quot annos vixerit, modo decem menſes non excedantur vt ille teſtatur in Numa: quam legem Romani poſtea ſeruauere. Nam infantem nondum dente nato non cremant Iuuenal. Sat. 15. *Infantes infra trimatum cur non lugentur.*

Vel terra clauditur infans,
Et minor igne rogi.

Quod etiam aliæ gentes conſtituere. Plinius 7. cap. 16. *Hominem priuſquam dente genito cremari mos gentium non eſt.* Non fiunt ei libationes, non ſepulcrum nec cætera in aliis ſolennia, quia eſſent ſuperflua. Papinius infantis Archemori funus inane eſſe ait & inutile 6. Thebaid.

Gloria mixta malis afflictaque ambitus aula,
Ceu grande exequiis onus atque immenſa ferantur,
Membra rogo ſed caſſa tamen ſterilíſque dolentes,
Fama iuuat paruique augentur funere Manes,
Inde ingens lacrymis honor & miſeranda voluptas.

Ideoque finguntur eſſe in limine inferorum ibique tantum detineri quantum impleat integram ætatem quam victuri eſſent ſi humanæ vitæ curſum iuſtum confeciſſent. Virgil. 6. Æneid.

Continuo auditæ voces, vagitus, & ingens:
Infantumque animæ flentes in limine primo,
Quos dulcis vitæ exortes & ab vbere raptos

Abſtulit atra dies & funere merſit acerbo.

Quod grauiſſime reprehendit Tertullianus de anima vbi *Aiunt* (inquit) *& immatura morte præuentas euſque vagari iſthic, donec reliquatio compleatur ætatis qua cum peruixiſſent, ſi non intempeſtiue obiiſſent, &c.* Ethnici autem huius moris hanc rationem reddunt, quod igne non ſit opus ad expiationem corporis infantis quia nullam adhuc pollutionem contraxit quæ poteſtate ignis expurganda ſit. Quod autem priuant eum legitimis funerum officiis hoc ſignificat in meliorem ſtatum tranſiiſſe: nec & epulas ex terræ frugibus ferebant, quia ei terra nunquam communicata eſt. Plutarch. in conſolatione ad vxorem, τοῖς γὰρ αὐτῶν νηπίοις ἀποθανοῦσιν οὔτε χοὰς ἐπιφέρουσιν οὔτε ἄλλα δρῶσι περὶ αὐτὰ οἷα εἰκὸς ὑπὲρ θανόντων ποιεῖν τοὺς ἄλλους· οὐ γὰρ μέτεστι γῆς οὐδὲν· οὔτε τῶν περὶ γῆν αὐτοῖς, οὐδ' αὐτοῦ περὶ ταφὰς καὶ μνήματα καὶ προθέσεις νεκρῶν φιλοχωροῦσι καὶ παρακάθηνται τοῖς σώμασιν· οὐ γὰρ ἐῶσιν οἱ νόμοι τοὺς τηλικούτους θρηνεῖν ὡς οὐχ ὅσιον εἰς βελτίονα καὶ θειοτέραν μοῖραν ἅμα καὶ χώραν μεθεστηκότας. Sed ſi trimatum exceſſerit an eſt lugendus a parente? nulla lex cogit, ſed pudor & natura pietatis officium exigunt. Idcirco aduerſus Demoſthenem lege agi non potuit, quod ſeptimo die à morte filiæ antequam luctus defunctus eſſet & mortuæ iuſta perſoluiſſet coronatus albatuſque rem diuinam fecerit: in quem ſic Æſchines inuehitur: ἑβδόμην δ' ἡμέραν τῆς θυγατρὸς αὐτῷ τετελευτηκυίας πρὶν πενθῆσαι καὶ τὰ νομιζόμενα ποιῆσαι στεφανωσάμενος καὶ λευκὴν ἐσθῆτα ἀναλαβὼν ἐβουθύτει καὶ παρηνόμει, τὴν μόνην ὁ δειλαιὸς καὶ πρώτην αὐτὸν πατέρα προσειποῦσαν ἀπολέσας. At liberi lege ciuili coguntur parentes lugere etiam exheredati. l. vlt. ff. de his qui not. infam. Cui non obſtat. l. parentes ff. eod. vbi qui non eluxerit parentes non notatur infamia. Elugere eſt legitimum tempus in luctum impendere; lugere eſt quãtocumque tempore. Qui non luxerit parentem infamis eſt, qui non eluxerit ſecus, niſi ſit heres: tunc enim lugere debet per annum. Igitur ſi heres non extiterit pro animi arbitrio & patientia lugebit parentem filius & in eo tempore filia nubere non prohibetur, d. l. liberorum in princ. Quid opus eſt parentem cogere vt liberos lugeat quem ipſa natura nimiũ cogit: Statius exacto menſe poſt iuſta perſoluta ad tumulum filij deplorat orbitatem ſuam. 5. Syluarum.

Supra trimatū à parente lugẽtur ex officio pietatis.

Etiam exheredati liberi lugere debent parentem.

Hoc quoque cum meditor ter dena luce peracta,
Acclinis tumulo luctus in carmina verto.

Videntur tamen filij viuis parentibus mortui licet iis ſint iuſta reddita, a Charonte remoueri perinde ac ſi inſepulti eſſent. Virgil. de iis qui in ripa Acherontis errabant. 6. Æneid.

Liberi viuis parentibus mortui.

Impoſitique rogis iuuenes ante ora parentum.

Quia ſicut infantes præmaturo fato ſublati ſunt, *& patrios fœdarunt funere vultus*, vt ille ait 2. præpoſtero ſeu turbato ordine mortalitatis, vt loquitur. Papinianus in l. 15. ff. de inoff. teſt. quo maior & acerbior dolor & luctus infligitur. Statius autem ait terdena luce,

peracta, id eſt, menſe. Nam ſingulis menſibus Lares ſuos adorabant. Tibullus libro 1.

At mihi contingat patrios celebrare Penates,
Reddereque antiquo menſtrua thura Lari.

Dij elugent filios ſuos. Sic Statius filij Manibus eundem defert honorem ac ſi eſſet paterfamilias. Quinetiam Dij ipſi filios ſuos eluxere Ariſtophanis Scholiaſtes in Nubibus, Μέμνων δὲ καὶ Σαρπηδὼν υἱοὶ ὄντες Διὸς ἀποθανόντες ἐν Τροίᾳ οὕτω παρὰ θεοῖς ἐτιμήθησαν τοῦ πατρὸς νομοθετήσαντος ὡς τὴν ἡμέραν καθ' ἣν ἀπέθανον ἐν πένθει καὶ νηστείᾳ τοὺς θεοὺς διάγειν κατ' ἔτος. Nunc de veſte lugubri dicendum. Ater color ſignum eſt noctis in qua mortui degunt & mœroris lugentium & priuationis lucis: ideo veſtes lugubres eius coloris fuiſſe vulgo creditur. Ideo Paulus 1. ſent. tit. vlt. *Qui luget* (inquit) *abſtinere debet ab alba veſte conuiuiis & ornamentis.* Diodorus Siculus ait in publica calamitate Carthaginenſes muros pannis nigris inuoluiſſe libro 1. familia autem id eſt ſerui & reliqui quibus non datur pars vlla in funere præterquam lugendi ſeptem dies in pellibus ſunt id eſt amicti pellibus. Feſtus, *Lugentes quoque* (inquit) *diebus luctus in pellibus ſunt.* Idque diebus nouem duntaxat quibus tota familia erat luctuoſa nec mirum ſi amiciantur ſerui pellibus cum & Lares domeſtici tutores familiæ & maxime ſeruorum cuſtodes & amici (vt alibi docui) pellibus erant caninis amicti. Plutarchus quæſt. Rom. Si & recte: canes enim ſunt quaſi cuſtodes & ſerui familiæ ideoque dominis grati. Sed Lares perpetua hac veſte induti erant: at ſerui, illis dumtaxat diebus: ſed de hoc infra latius. Domus autem tota nigris erat pannis infuſcata. Statius 5. Syluarum.

Luctus color ater.

Sed cum plaga recens & adhuc in vulnere primo
Nigra domus queſtu miſeramque acceſſus ad aurem
Coniugis orbati, tunc flere & ſcindere veſtes
Et famulos laſſare greges & vincere planctus
Fataque & inuiſtos rabidis pulſare querelis
Cœlicolas ſolamen erat.

Recte ait recenti plaga & primo vulnere. Neque enim per annum aut decem menſes heres aut vidua domum habent inuolutam atratis panis ſed à morte vſque ad tempus quo iuſta fuerint perſoluta: tantumdem enim funeſta eſt familia l. 28. §. vlt. ff. de ſtipul. ſer. Igitur lugubris veſtis nigra erat. Contra Plutar. quæſt. Rom. 26. Διὰ τί λευκὰ φοροῦσιν ἐν τοῖς πένθεσιν αἱ γυναῖκες ἱμάτια καὶ λευκοὺς κεκρυφάλους; πότερον ὡς τοὺς Μάγους φασὶ πρὸς τὸν Ἅδην καὶ τὸ σκότος ἀντιτασσομένους, τῷ δὲ φωτεινῷ καὶ λαμπρῷ συνεξομοιοῦντας ἑαυτοὺς τοῦτο ποιεῖν: Hic aperte ait mulieres Romanas in luctu candidis vti veſtibus exemplo Magorum qui vt fortius Plutoni reſiſtant omnibus vtuntur ei contrariis vt lucidis & fulgentibus: ſic illæ aduerſus acerbitatem mortis vtantur Symbolo vitæ quod eſt color lucidus & candidus. Qui mos etiam Argis inſtitutus eſt vbi luctuoſæ mulieres veſtibus albis vtebantur aqua elutis eodem teſte

ibid. Verum diſtinguendus eſt ſexus & diſcernenda tempora. Nam viri numquam albati luxere: quia hoc colore vtebantur in Feſtis & ſacrificiis cœleſtium & ſic Paulus in ſent. intelligitur. Ouidius in Ibim abſolute ſacro luctuoſo pullam veſtem deſiderat.

Et nigra veſtes corpora veſtra tegant.

Idem color mulieribus conuenit non per tempus anni aut decem menſium ſed tamdiu atratæ ſunt, quamdiu ſupra terram eſt mortuus id eſt octo diebus quibus ricinia ferunt eaque cum reliquiis condunt quia ſumunt albas veſtes & vittas. Nonius, *Anthracinus* (inquit) *niger à Græco:* ἄνθρακες *enim Græce, carbones Latine appellantur & eſt lugentium veſtis. Varro de vita Populi Romani libro 2. propinquæ adoleſcentulæ etiam anthracinis, proximæ amiculo nigello, capillo demiſſo ſequerentur luctum:* Tum ex eodem libro Varronis ſequitur, *Vt dum ſupra terram eſſet, riciniis lugerēt, funere ipſo vt pullis pallis amictæ.* Recte ait funere ipſo riciniis lugere propinquas. Nam extra funus non lugent niſi ſint heredes, quo caſu poſt funus lugent ſed fœminæ non atris veſtibus: hic legendum vt veteres Codices habent riciniis & pullis pallis (non palliis) nam ricinia iſta ſunt palliola: at pallæ ſunt veſtes longæ quæ totum corpus induunt ſupra tunicam eodem teſte & Horatio in Satyr. Ergo cum deſiit mortuus ſupra terram eſſe deponunt anthracinam veſtem & ſumunt albam vt admoneantur eum quem lugent eſſe in luce non in tenebris factum diuinitatis participem. Cur non eodem modo viri admonentur? quia fortiores animos habent ad dolorem ſuſtinendum & comprimendos mœrores: ideoque in iis nigra veſtis non eſt periculoſa. Varinus, πένθος τὸ μελανειμονεῖν definiuit luctum à veſtitu nigro. Dixi per dies octo atratas eſſe quo vſque oſſa collegerint Tibullus.

Fœminæ deponūt atram veſtem & ſumūt albam cū mortuus ſupra terram eſſe deſiit.

Pars quæ ſola mei ſuperabit corporis, oſſa
Incinctæ nigra candida veſte legant.

His iterum obſtat Dionyſius N. Ῥωμαῖοι ἐπειδὴ τὸ πάθος ἐγνώσθη μεγάλην συμφορὰν ὑπολαβόντες εἶναι τῆς πόλεως πένθος ἐποιήσαντο ἴδια καὶ δημόσια· καὶ γυναῖκες αὐτῶν ἃ νόμος ἐστὶν αὐταῖς ἐπὶ τοῖς ἰδίοις τε καὶ ἀναγκαίοις ποιεῖν κήδεσιν ἀποθέμεναι χρυσόν τε καὶ πορφύραν καὶ τὸν ἄλλον ἅπαντα κόσμον μέλασιν ἀμφιασμοῖς χρώμεναι τὸν ἐνιαύσιον ἐπένθησαν χρόνον. Hic ait luctum ſuſceptum fuiſſe à mulieribus & nigris indutas veſtibus integrum annum eluxiſſe. Verum vult integrum annum in luctu fuiſſe & mulieres vſas atris veſtibus non tamen per annum ſed eo modo quo per legem propinquos elugere debebant, iterum aliud occurrit dubium ex Herodiano libro 4. qui ait ſtatim à morte principis ſenatum lecto mortui aſſiſtere in veſtibus atris, matronas vero in albis. Verum incipit luctus mulierum ab atro colore cum decem aut duodecim menſium luctus eſt: at in ſepultura principis ſeptem tantum dies luget ciuitas eodem teſte, nec debent matronæ atram ferre veſtem cum princeps mori nunquam intelligatur; nec perfectus ſit iſte

luctus, nec ratione temporis, nec ratione mœroris, quia luctus ille feſtæ & publicæ lætitiæ, & celebritati mixtus eſt. Viri ergo luctus ſemper atratus eſt Dio in Adriano, Πλωτίναν ἀποθανοῦσαν ἐτίμησεν ὡς καὶ ἐπὶ ἡμέρας ἐννέα μελανειμονῆσαι. Sed hæc veſtimenta lugubria in ipſis mulieribus argumentum habent infelicis ominis & futuris nuptiis infauſtum, idcirco ſenatus decreuit vt ea remitterentur mulieribus non tamen tempus l. decreto C. ex quib. cauſ. infam. irrog.

Luctus inſignia remiſſa mulieribus.

AXIOMATA.

PLACABANT mortuum ſpeciem ſepulcri ſuo corpori viuo fingentes: libabant mortuo comas ſuas & crines equorum ſuorum. Quod ſi deficerent homines qui immolarentur, mulieres carpebāt genas ſuas ex quibus ſanguinem effundebant: quod lege prohibetur. Prudentiores enim credebant bonas vmbras nimiis luctibus offendi. Debetur tamen mortuis luctus non vt eorum animæ quid inde boni percipiant, ſed vt amor oſtendatur, & pietatis officium exerceatur. Anima autem vere dolet & lætatur: plus tamen & facilius mulieris quam viri: quæ ideo ad luctum procliuior eſt: quia leuior.

VXORES tenentur lugere ſuos maritos cum propter reuerentiam, tum propter confuſionem ſanguinis. Sed ſi talis ſit maritus vt ei nulla debeatur reuerentia, reſtat cauſa confuſionis quæ ceſſat ſi intra tempus luctus pariant. Viri lugere poſſunt vxores ſuas non tamen coguntur: lege Numę longiſſimum tempus lugendi fuit decem menſes quod remanſit viduis. Sed poſt Numam aliis luctibus annus legitimus fuit vt heredi aut liberis qui parentes ſuos lugere tenentur licet exheredati ſint quia Naturę eſt munus & ius quod

exheredatione quæ iuris eſt ciuilis, tolli non poteſt: at pater non tenetur lugere liberos ſuos ex neceſſitate ſed tantum ex officio pietatis ſi triennio maiores deceſſerint: infra trimatum nefas eſt infautem lugere, cremare & cætera (Iuſta cæteris mortuis) perſoluere: quia hæc fiunt ad expiationem mortui & familiæ quæ in morte infantis eſſet ſuperflua: quia & purum habet corpus nihil debens terræ ex qua nihil ſumpſit & puriorem animam.

Per nouem dies atrata erat domus: ſerui in pellibus (Lares perpetuo) propinqui & propinquæ pullati pullatæque octo diebus reſiduo tempore, albatæ erant mulieres luctuoſæ, nimirum filiæ, neptes, & deinceps, aut etiam ſorores, ſi ſint heredes vt hoc colore lucido temperenta mœrore ſi tamen luctus ſit tantum dierum paucorum vt in morte principis etiam ſeptem primis diebus erant albatæ quia princeps mori non videtur vnde luctus ille eſt feſtæ celebritati permixtus at viris eſt nigra veſtis quia fortiores ſunt ad comprimendum dolorem. Poſtea Senatus decreto mulieribus inſignia luctus remiſſa ſunt quia mali ominis & futuris nuptiis infauſti argumenta eſſe videbantur: non tamen eſt remiſſum tempus quo à ſecundis nuptiis abſtinere debent.

VNI PLVRA FVNERA NE fiant neue lecti plures inferantur.

CAP. XXV.

VNI corpori vnum funus debetur & vnus luctus. Sed quid dicemus de eo qui in mari periit? quid ſi nuſquam corpus appareat quid ſi à feris, aut piſcibus deuorata ſint membra & oſſa diſſipata & aliquis vni iuſta reddiderit, an in cæteris iteranda ſunt? Sane ſi ne vnum quidem funus factum ſit, aut quia mors ignorata eſt, aut omiſſa ſunt iuſta quia corpus non aderat, anima in ſuſpenſo exiſtimabatur. fingunt errantes animas miſere cruciari quod ad inferos penetrare non poſſint vt ad Elyſios poſſint peruenire. Virgilius libro 6. Æneidos.

Error animarum.

> *Centum errant annos volitantque hæc littora circum*
> *Tum demum admiſſi ſtagna exoptata reuiſunt.*

Centum annorum tempus & longiſſimæ vitæ hominis finis Dei præſcripto conſtitutus poſt diluuium errori animarum eſt præſtitutum: quia quod centum annis manere potuit centum annis ad ſua principia reuoluitur id eſt corpus ex quatuor elementis compoſitum. Quam ſunt æqui iudices inferorum qui pœnam impietatis humanæ referunt in mortuos & ſic alienæ culpæ obnoxios reddunt. Sed videamus an iis caſibus nullum omnino funus faciendum ſit. Certum eſt heredem teneri iuſta defuncto perſoluere: ſed non ſemper iiſdem cærimoniis. Nam Scæuola ſummus Pontifex non exiſtimabat funeſtam eſſe familiam cuius Dominus in naui necatus, deinde in mare proiectus eſſet: hac ratione quod os ſupra terram non extaret Tullius, *Itaque* (inquit) *in eo qui in naui necatus deinde in mare proiectus eſſet decreuit P. Mutius familiam puram quod os ſupra terram non extaret.* Quæ ſequuntur multis vulneribus confecta ſunt in hæc verba; *Portam heredi eſſet contra cenſet habendas triduum ferias & porco fœmina piaculum pati: ſi in mari mortuus eſſet, eadem præter piaculum & ferias.* In his ſententiæ magnorum virorum continentur: In aliis codicibus ſcriptum eſt; *procam heredi eſſe C. Cotta cenſet*: ſed inter has voces, *extaret*, & , *porcam* lacuna eſt quæ aſteriſco notatur vt & inter voces, *eadem*, & , *præter.* Senſus auctoris eſt diſtingui eum qui in naui periit & poſtea in mare proiectus eſt, ab eo qui in ipſo mari interiit. Priore caſu Mutius puram eſſe familiam decreuit, ideo heres non tenetur ad

Differt Vtrum quis in mari periit, an in naui necatus in mare proiectus ſit.

præſtanda

præſtanda ea quibus purificaretur familia vt ferias & porcam. contra C. Cotta ferias habendas ſtatuebat non ſolennes vt ſunt eæ de quibus dixi ſed triduales & præterea porcam immolandã. Scæuolæ ratio eſt quod cum ſupra terrã non ſit, nec ſolem, nec viuẽtes inceſtat: cũ aquæ operimẽto tegatur quod loco terræ eſt: at loco expiationis quę ſit per ignẽ, aqua eſt quę etiã purificat. Nec opus eſt aliis vti luſtrationib. quibus à funere piãtur: cũ familia nullũ funus viderit. Cottę ratio non eſt in luſtrationibus à funere, ſed in iuſtis mortuo perſoluẽdis. Nã duo hæc agũtur in his cæremoniis & vt reddatur mortuo pietatis officiũ, & ab eo cõtracta pollutio tollatur. Igitur iuſta fieri voluit ei qui in naui mortuus eſſet quãuis os eius ſupra terram non extaret, neque enim ſufficit hominẽ humare aut tegere quiã deflendus eſt tum laudandus: præterea ſepeliendus. Hic poteſt defleri & laudari, non poteſt ſepeliri: quia ſub vndis eſt: ſed imagine ſepulcri veritas eſt penſanda. Huic recte triduum impenditur non nouem dies. Quia ſex priores dies fluunt & celebrãtur in conſpectu mortui vt loquitur Feſtus. Cotta melius cenſuit, quam Mutius decreuit, at in eo qui in mari periit eadem fuit vtriuſque ſententia non eſſe funeſtam omnino familiam; ideo nihil heredi patiendum eſſe propter piaculum & ferias. His ita poſitis locus ille Tullij, ſic videtur priſtinæ ſanitati reſtituendus, *ſuſcipiẽdam porcam heredi eſſe C. Cotta cenſet, & habendas triduum ferias, & porco fœmina piaculum dare: ſi in mari mortuus eſſet, eadem vtrique fuit ſententia, nihilque heredem debere propter piaculum & ferias.* Fuit hæc quorumdam Græcorum etiam doctiſſimorum, opinio eum qui vitam in aquis amiſiſſet omnino periiſſe quia anima quæ ignis crederetur eſſet extincta vt in cap. Virgines oſtendi. Ideo quid opus eſt lacrymis ei qui deſiit eſſe? quid piaculo? nihil enim expiationis deſiderat quod pollui non poteſt, nec polluere, quia non eſt. Ex toto homine reliquiæ corporis ſuperſunt, quas cum fluctus ad litus detorſerit pium eſt ſepelire: non neceſſarium. Ideo ſi nauis graui tempeſtata agitata periclitaretur, ſolebat aliquis ex nautis nuntiare vt ſi quis aurum haberet aut quid aliud pretioſum ſuo corpori firmius annecteret vt qui in naufragoſi cadauer incideret, hoc in ſepulturæ præmium acciperet. Si enim reuereatur leges Adraſtææ pretio pietatis accepto ſepeliat corpus iuſtis aliis prætermiſſis Syneſius epiſtola. 4. εἶτα κηρύττει τις ἐξαρτᾶσθαι χρυσίον οἷς ἐστι· καὶ οἷς ἦν ἐξῆπτο καὶ χρυσίον, καὶ ὅτι ἄξιον χρυσοῦ καὶ ἀγκυρωτάκες αὐλαιτε ἐσκευάζοντο καὶ τοῖς δεομένοις ἀρτεδόνας διένεμον· παλαιὸν καταδεδειγμένον τοῦτο ποιεῖν. νοῦν δὲ ἔχει τοιοῦτον· φέρειν δεῖ τιμὴν ἐντάφιον τὸν ἐκ ναυαγίου νεκρόν. ὁ γὰρ περιτυχὼν καὶ κερδάνας, νόμους Ἀδραστείας αἰδέσεται μὴ οὐχὶ μικρόν τι μέρος ἀποδάσασθαι τῷ χαρισαμένῳ τὸ πολλαπλάσιον. Sed ad quid ſepulcrum ſi anima non eſt? aliquis reſpondebit eiectum in terram corpus, ſolis & viuentium aſpectũ funeſtare. At quid hoc ad eum qui non eſt amplius? reſpondeo ad animas etiam in inferis, aut in cœlis degentes quid

Diſſertatio Scæuolæ & Cottæ.

Reſtituitur Tullij locus.

Naufragoſi corpus ex pietatis officio ſepliẽdũ.

pertinet ſepultura, niſi vt earum memoria inter mortales, mortalis non ſit? at memoria animæ non amplius exiſtentis inanis eſt, ideo inane ſepulcrum. Hoc teſtatur vetus Epigramma 3. Epigr. in quo ſic fingitur loqui lapis in quo ſepultus fingitur naufragus cuius cadauer piſces deuorauerant.

Ad quid ſepulchra.

Αἶ αἶ τόνδ' ἤδη φάγον ἰχθύες· ἡδὲ πελαστὴ,
Πέτρος ἐγὼ τὸ μάτην γράμμα τυπωθὲν ἔχω.

Recte ſe lapis inutilem ait & fruſtra nomen naufragi inciſum habere: quia non erat. (Nam nomina etiam cenotaphiis inſcribebantur.) Sed cum ad animæ ſtatum peiorandum vel meliorandum nihil afferat ſepulcrum aut ſepulturæ priuatio, ſed ad memoriam mortui quam omnes natura appetunt (quia eſt vmbra quædam immortalitatis, obliuio vero mortis) ideo naufragio peremptis ſepultura maximus honos habebatur. Hæc opinio non eſt omnium gentium. Romani enim ſenſere animam viuere, ſed ad inferos non traduci inſepulto corpore. Virgil. Romani iuris religioſiſſimus interpres, id ſignificauit. 6. Æneid. vbi introducit Æneam in limine inferorum inueniſſe commilitones qui in mari perierant.

Inſepulti arceantur ab inferis.

Cernit ibi mœſtos & mortis honore carentes,
Leucaſpim & Lycia ductorem claſsis Orontem
Quos ſimul a Troia ventura per æquora vectos,
Obruit Auſter aqua inuoluens nauemque viroſque.

Miſenus quoque in vndis periit eodem teſte & tamen ei vt Heroï iuſta facta ſunt. Igitur animæ naufragoſæ non extinguntur licet vitalis calor extinguatur, ne quidem ex mente Virgilij licet igneas animas eſſe crediderit: in quo error eius oſtenditur. Si enim ex igne eſt, cur aqua prædominante non extinguetur? Sed in hoc alia impietate defenditur. Finxit enim inferos ad terrorem, non quod eos eſſe crediderit præter priuationem. Huc enim pagana & cætera religionum turba reducitur (excepta Chriſtiana vniuerſali quæ ſola eſt firmamentum veritatis & ſalutis humanæ fundamentum) vt a diuinitate diuerſis modis culta & intellecta in atheiſmum deſinant. Igitur ſi ex doctrina humani iuris non magis intelligitur extincta anima eius qui in vndarum vorticibus periit quam qui alio modo cur ergo Pontifex & reliqui iuris Pontificij periti in hoc conſentiunt vt iuſta non reddantur ei qui in mari mortuus eſt? Verum tunc locus eſt huic canoni cum corpus non apparet, ideo ſi appareat iuſta ſoluenda ſunt. Miſeni corpus in terram eiectum inceſtabat exercitum Troianum, & eo pollutus princeps inferos adire non poterat quos leſiſſe videbatur inſepultum corpus deſerendo. Ideoque inter præcepta Sibyllæ hoc erat vt Miſenum ſepeliret: quo peracto poſſet in inferos deſcendere de quo ſic Virgilius 6. Æneid.

Corpore non apparente nihil heres debet.

Præterea iacet examinum tibi corpus amici,
(Heu neſcis) totamque inceſtat funere claſſem.

At ſi corpus non appareat nihil debet heres, neque alius quiſquam.

Hoc enim Sibylla exigit non quod debeatur ob animam mortui, ſed ob pollutionem viuentium. Vnde ſequitur quoquo loco quis corpus inuenerit eum pollui & impium eſſe niſi terram iniiciat mortuo. Horatius. 1. Carminum Oda. 28.

At tu nauta vagae ne parce malignus arenæ,
Oſsibus & capiti inhumato,
Particulam dare.

Vbi Acro, *in ſacris* (inquit) *hoc genus ſepulturæ tradebatur, vt ſi non obrueretur, manu plena ter iacta terra, cadaueri pro ſepultura eſſet.* Hac opera tenuiſſima grauiſſimum piaculum ſoluitur. Demoſthenes aduerſus Ariſtogitonem, ἀποθανόντα ὁ ἀσεβὴς οὗτος καὶ μιαρὸς οὐκ ἔθαψεν, Scholiaſtes Sophoclis, οἱ νεκρὸν ὁρῶντες ἄταφον καὶ μὴ ἐπαμησάμενοι κόνιν ἐναγεῖς εἶναι ἐδόκουν. Igitur impurus & impius eſt qui cadauer deſtitutum non ſepelierit. Quod nullis expiatur victimis, ita vt vindicta diuina ſequatur non ſolum eum, ſed etiam liberos eius. Quia hæc pollutio à ſciente cōtracta eſt: quod ſi ignorauerit idem eſt, quia iuris diuini & humani communis ratio non debuit ignorari: Horatius ibidem.

Impius eſt qui non ſepelit cadauer.

Negligis immeritis nocituram,
Poſt modo te natis fraudem committere fors &
Debita iura viceſque ſuperbæ,
Te maneant ipſum, precibus non linquar inultis
Teque piacula nulla reſoluent.

Neque enim glebæ iniiciebantur, ſed terra ſoluta vt puluis & arena aut liquida vt cœnoſa Euſtathius, οὐ γὰρ βῶλοι τοῖς νεκροῖς ἐπιτίθενται ἀλλὰ χοῦς ὅς ἐστι γῆ χυτή. At iis quibus iuſta debebantur, glebam iniici oportebat. Ergo etiam in aquis extincti hominis corpus debet ſepeliri, quia polluit. At non perfecte. Sed ſolutæ tantum terræ iniectione. Qui vero occiſus eſt in naui, vel in bello, vel in terra peregrina iuſta meretur licet corpus non appareat. Quid tam variè? quia deorum voluntate incidit in acerbiſſimum genus mortis qui in aquis periit: at qui ſuo fato vel manu violenta interemptus eſt, non deorum numine, ſed naturæ lege impleta, vel aliena iniuria defecit: quod homini mortuo fraudi eſſe non debet. Videtur tamen non deberi magis ei qui occiſus eſt quam qui in mari periit: ſic enim Palinurus occiſus apud Virgilium eodem libro precatur.

Non gleba, ſed puluere, arena, aut cœno ſepeliri poteſt.

Cur minus debetur ei qui periit in aquis quam qui occiſus in eas eſt proiectus.

Eripe me his inuicte malis aut tu mihi terram,
Iniice.

Sed hæc anima ignara loquitur, quam mox Sibylla reprehendit: neque enim ipſi ſufficiebat iniectio terræ: ſed polluta oſſa impia cæde quam paſſus erat Palinurus expianda erant ſacrificiis: tum tumulus ei conſtituendus erat cum inſcriptione nominis vt æternum ei ſit monumentum ad quem ſolennia fierent parentalia.

Nam tua finitimi longe lateque per vrbes,
Prodigiis acti cœleſtibus oſſa piabunt,

Et ſtatuent tumulum, & tumulo ſolennia mittent,
Æternumque locus Palinuri nomen habebit.

Quid debetur mortuo in terra cuius non apparet corpus. Itaque mortuo in mari nihil debetur niſi corpus videatur. Finge non in mari mortuum, ſed in terra periiſſe non tamen corpus apparere, tunc iuſta redduntur hoc modo. Familia defuncti & proinde heredis triduo feriatur. Hę feriæ ſpecialiter appellantur præcidaniæ: earum primo die, ſacrum fit pręcidaneum in quo hoſtia piacularis immolatur Cereri & Telluri dictum à præcidanea porca quod prius cædenda eſſet, quam ex nouis frugibus guſtaſſet, is cui hoc onus incumbebat. Alioquin ipſe & familia eius funeſta erat. Varro de vita populi Rom. apud Nonium. *quod humatus non ſit heredi porca præcidanea ſuſcipienda Telluri & Cereri aliter familia pura non eſt.* Feſtus, *præcidanea porca vocabatur, quæ Cereri mactabatur ab eo qui mortuo iuſta non feciſſet, id eſt, glebam non obieciſſet: quod mos eis erat facere antequam nouas fruges guſtarent.* Gellius. 4. cap. 6. *Porca etiam præcidanea appellata quam piaculi gratia ante nouas fruges fieri cœptas, immolari Cereri mos fuit, ſi qui familiam aut non purgauerant, aut aliter eam rem quam oportuerat, pronunciauerant.* Hic ergo dies primus impenditur in placanda Cerere & Tellure. Ei enim iniuria facta eſt, quod corpus ex terra ortum & ea deinde nutritum eidem cum honore reſtitutum non eſt. Si vero corpus appareat heredi, nec ei iuſta ſoluta ſint iam non ad porcam deueniendum eſt: ſed ad Tribunal Summi Pontificis qui eum capitali ſupplicio afficiet vt ſupra oſtenſum eſt ex Feſto in voce euerriator. Nam ſacrum à prudente commiſſum inexpiabile eſt cap. Sacrum ſup. huius tridui extat quoddam antiquum veſtigium apud Heraclidem in Rep. Lacedæmoniorum qui mortuo rege à fori negotiis feriabantur per triduum & paleis forum conſternabant in ſignum fructus excuſſi remanentibus tantum reliquiis ſterilibus, tum ex lege Athenienſium & quorumdam aliorum qui triduũ in iuſta impendebant. Sed

Porca præcidanea.

Differentia inter ferias præcidaneas & nouemdiales. hæ feriæ triduales ſunt-ne eædem cum iis quę in funerando corpore celebrantur, an vero cum iis quæ in parentalibus, & vocantur denicales? reſpondeo in locum nouemdialium inſtitui detractis ſex diebus. Sed ab iis differunt. Nam nouemdiales quoque die contingere poſſunt cum non poſſint in certum diem indici quia mors quolibet die contingit. At pręcidaneę eo die inſtitui debent, quo nec ferię publicæ, nec alię priuatæ eiuſdem familiæ incidunt, ſuntque in arbitrio heredis. Neque enim vrget corporis reuerentia aut neceſſitas, vt nec in feriis denicalibus: ideo ſæpius in atrũ diem conferuntur, ne quid polluant ex publicis ſacris & cum hoc religioni haberetur, alio die quam atro ferias pręcidaneas inſtituere, hoc ad collegium Pontificum relatum eſt, quod decreuit alio die quam atro, modo non publice, aut priuatim in eadem familia feriato, has ferias haberi poſſe Gellius ibid, verba Ateij capitonis ex quinto librorum quos de Pontificio iure compoſuit, ſcripſi, *in atrum diem inaugurata ſunt: collegium decreuit non habendum religioni,*

quin eo die feriæ præcidaneæ eſſent. At cur potius præcidaneę in atrum diem inauguratæ ſunt quam denicales? Nam præcidaneis etiam parentari videtur, quod fieri atro die nefas eſſe iam probatum eſt. Verum præcidere porcam non eſt parentare. Quia hoc ſacrum non fit Manibus defuncti, ſed deabus terreſtribus ob cauſam funeſtam quia mortui anima miſere vagatur, & ob cauſam infauſtam, quia corpus non adeſt. At parentatio fit Manibus iam Diis factis, ideoque non polluunt: nec præſumuntur noxiæ poteſtates quia placatæ ſunt. Atqui octo priores dies ex nouem non faciunt defunctum Deum, & tamen incidere poſſunt in dies faſtos, & feſtos, atros, & interciſos. Cur ergo non polluunt vt præcidanei. Verum non polluunt, quia loci terminos non egreditur anima defuncti in quibus eſt mortuus, videlicet domum aut tabernam. at vbi ſacrum fit ſine corpore anima vagatur, & errans quemcumque locum poſſet polluere, vbi vocatur anima traducit vrbem inceſtata vt domum veniat vbi ſacrum fit. Quid abſurdius aut ineptius dici poſſet his nugis? harum inſaniam agnouere Pontifices cum ſtatuunt præcidaneas etiam die non atro inaugurari, & maxime cum tertius dies ater eſſe non debeat qui in iuſtis, noni locum obtinet qui ſi forte ater ſit, intermittitur vt in ſequentem traductus cærimoniis rite poſſit parentari. Ex hoc triduo ſecundus dies datur lacrymis vt mortuus defleatur. tertio conſtruitur pyra & fit tumulus honorarius ad quem mortuo ſacrificatur veruecibus, duabus aris ibi poſitis huc vocantur Manes & ſalutantur per Aue, aut vale, aut ſalue: tum fiunt libationes, offeruntur epulæ ſepulcrales, ſuffitus adhibetur, & longæ coronæ cenotaphio circumponuntur: quod locum habet in iis quorum corpora non inueniuntur Xenophon, οἷς δὲ μὴ εὕρισκον, κενοτάφιον αὐτοῖς ἐποίησαν μέγα καὶ πυρὰν μεγάλην καὶ στεφάνους ἐπέθεσαν. ἦν γὰρ ἄταφον σῶμα, θέαμα τῷ ἡλίῳ οὐδαμῶς φίλον. Hoc vult fieri quod corpus inſepultum ſoli ſit minime gratum ſpectaculum. Atqui inani tumulo corpus alibi iacens non eſt ſepultum: quomodo ergo cenotaphium ſoli ſatisfacit ne polluatur eius aſpectus, & corpus ſepelit quod in eo non eſt? Iam oſtendi in ſacris ea quæ præſtari non poſſunt, fictione reparari & ſubſtitui: quod etiam in ſacris Manium locum habet: Seruius, *tantum valebat inanis, quantum plena ſepultura quæ circa abſentium cadauera eorumque qui in peregrina regione obiiſſent corpora, quibuſdam ſolennibus ſacris fiebat.* Amphiarai vatis corpus abſorptum terra nuſquam apparuit ſed anima eius placata eſt imaginario funere: quod docte Papinius ita docuit libro 8. Thebaidos.

Præcedere porcam non eſt parentare.

An hæ feriæ polluant alia ſacra.

Cenotaphium ad quid.

> *Nigrantes terra pecudes obſcuraque mergit*
> *Armenta, ac viuis cumulos vndantis arenæ*
> *Aggerat, & vati mortis ſimulacra rependit.*

In hoc cenotaphio mortui effigies loco cadaueris imprimebatur propius ad imaginem eius expreſſa quam fieri poſſet. Varinus, κενοτάφιά τινε ἦσαν ἐλιοσόμενα ὡς τύπος νεκροῦ μὴ ἔχοντα νεκρόν. Ve-

Imago mortui in cenotaphio.

ris autem ſepulcris ſtatuas etiam aliquando ponebant l. 15. qui puteum §. 15. qui de monumento ff. quod vi aut clam. ſolennia autem Cenotaphiorum ſic Virgilius deſcribit libro 3. Æneidos,

Solennes tum forte dapes & triſtia dona
Ante vrbem in luco falſi Simoentis ad vndam
Libabat cineri Andromache Maneſque vocabat
Hectoreum ad tumulum viridi quem ceſpite inanem
Et geminas cauſam lacrymis ſacrauerat aras.

Recte ait ante vrbem vt notet morem quo extra vrbem ſepulcra conſtituebantur. At iam ſepultus fuerat Hector in ſolo Troiano vt ex Homero dictum eſt redditis iuſtis cum ſummo honore. Ad quid ergo Cenotaphium in Græcia? ad conſolationem vxoris. An ſacrum erit? an duo, ſepulcra vni fient? ſane non immerito principes reſcripſerunt cenotaphium locum religioſum non eſſe l. ſed Diui ff. de rer. diuiſ. Ideo vendi poſſe quia non eſt diuini iuris l. vel quod ff. de religioſ. eſt enim monumentum quod gratia defuncti memoriæ factum eſt l. monumentum in fine ff. eod. Cur ergo Martianus in l. 6. §. vltimo ff. de rer. diuiſ. ex teſtimonio Virgilij ait cenotaphium religioſum eſſe? Martianus recte: ſed male principes accepere mentem Martiani & teſtimonium Virgilij: licet recte ſtatuerint. Nam interpretati ſunt Martianum vti auctoritate verſuum, ſupra adductorum de Andromacha ad inane ſepulcrum Hectoris parentante: quod Virgilius finxit non ignarus iuris Pontificij: ſed introducit vxorem amoris veri & pietatis ardentis in memoriam defuncti mariti argumenta prodere, & ſic luctum & dolorem ſuum quodammodo leuare. Non tamen ſenſit illum locum religioſum eſſe cum alius religione corporis occupatus ſit: ideoque hoc recte ſanxere non eſſe religioſum: quod ad cætera ſimilia eſt producendum. Sed non intellexerunt Iuriſconſultum doctiorem, alio Virgilij loco vti in auctoritatem ſui reſponſi vbi de ſepulcro Deiphobi loquitur cuius corpus truncatũ in incendio Troiæ conflagrauerat & conſumptum erat: cumque nuſquam ſepulcrum eius eſſet Æneas ei inanem tumulum fecit ibique anima ſacris euocata locum religione deuinxit: hic locus eſt in 6. Æneidos.

An cenotaphiũ ſit religioſum.

Tum egomet tumulum Rhetaeo in littore inanem
Conſtitui, & magna Manes ter voce vocaui.

Ideo vi huius cenotaphij fingit vates eum vt ſepultum in inferis inuentum ab Ænea fuiſſe. Et recte in litore Rhetæo. Eſt enim pars regionis illius in qua defecerat Deiphobus. Neque hæc vox, ter, otioſa eſt. Nam quia corpus non erat ſæpius conclamatum ideo tertio die ter vocabatur, quod exigit religio tridui. Sed hanc euocationem irridet Seneca, *Magnum* (inquit) *Solatium appellare ſepius nomina non reſponſura.* Poterat autem Iuriſconſultus non tantum ex Virgilio ſed & ex Homero probare cenotaphium eſſe religioſum Odyſſ. 1. vbi introducit Vlyſſem qui quoſdam ex ſociis

amiſerat interfectos à Ciconibus apud quos corpora remanſerant vocaſſe ad inanem tumulum animas eorum ſic enim ait.

Οὐδ' ἄρα μοι προτέρω νῆες κίον ἀμφιέλισσαι
πρίν τινα τῶν δειλῶν ἑτάρων τρὶς ἕκαστον ἀῦσαι;
Οἳ θάνον ἐν πεδίῳ Κικόνων ὑπὸ δῃωθέντες.

Ter ait vocari. Nam qui ſuperſtites ex clade fuerant ſingulorum interemptorum animas ter vocabant vt errantes ad hunc tumulum reducerentur, aut ſaltem in patrias ſedes reſtituerentur ſic ibi Euſtathius. ἔθος ἦν φασι τὰς τῶν ἐπὶ ξένης ἀπολλυμένων ψυχὰς ἀνακαλεῖν τρὶς τοὺς περιλειπομένους καὶ οὕτως ἀπιέναι. ὁ ψυχαγωγία τις ἦν ὡς τῶν ἀνακαλουμένων δοκούντων κατάγειν ἐκείνους, ἢ μετάγειν εἰς τὴν πατρίδα. Iaſon profecturus ad aureum vellus Phrixi animam qui in Cholchide perierat ad ſe euocauit: Athenienſes cenotaphia conſtruxere iis qui in nauali prælio ceciderant ter euocatis eorum Manibus ad litora dicentes eos illuc deſcendiſſe: idem faciebant iis qui in terreſtri acie occubuerant, ſi apud hoſtes eſſent eorum cadauera: quod factu facilimum erat quia eorum qui ceciderant nomina in numeris relata ignorari non poterant: ideo vocabantur ne viderentur per ignorantiam obliti & contempti, vel hoſtium iniuria (à quibus detinebantur corpora) honore mortis à ſuis ſpoliari. Sic religione Manium ſoluebantur eorum memoriam recenſentes: Euſtathius ibdem. Ἀρριανὸς δὲ λέγει καὶ ὅτι παρὰ Βιθυνοῖς τελοῦνται τὰ νεκύσια καλεῖν ὀνομασὶ τὰς τῶν κατοιχομένων ψυχὰς ὅσοι τελευτᾶν ἔτυχον ὑπερόριοι καὶ καταγκαλεῖν αὐτοὺς ἐς τρίς: καὶ δέεσθαι ἀνελθεῖν ὡς μετάσχοιεν τοῦ δαιτός. φασὶ γοῦν καὶ ὅτι Ζαμόλξιδος διδάξαντος ἔθυον οἱ Γέται καὶ εὐωχοῦντο ἐπὶ τοῖς τεθνεῶσι ὡς αὖθις ἥξοντος τοῦ ἀποθανόντος. Nec Bithyni nec Getæ recedunt ab hoc more. Nam hic euocant ter animas qui longe à patria deceſſere & precantur eas vt aſcendant ad conuiuium funebre eius participes futuras. Præterea probatur etiam ex lege Solonis cenotaphium eſſe ſacrum quam Tullius excepit in hæc verba, *De ſepulcris autem nihil eſt apud Solonem amplius quam ne quis ea deleat, neue alienum inferat: pœnaque eſt ſi quis buſtum (nam id puto appellari τύμβον) aut monumentum inquit aut columnam violarit, deiecerit, fregerit.* &c. Quod de inſcriptione veri ſepulcri intelligendum eſt aut de imagine cenotaphij. Quod ait neue alienum inferat de ſepulcro familiari eſt in quo ij tantũ qui ſunt ex familia debent inferri. Quod ait monumentum, cenotaphium eſt: prius enim cauit de tumulo, ſeu buſto: tum de monumento: noluit dicere cenotaphium: quia vitat voces Græcas vbi Latinæ ſuppetunt. Igitur cum pœna lege Solonis æque in eum ſancita ſit qui monũmentum deleuerit aut violauerit, atque in eum qui verũ ſepulcrum, ſequitur vtrumque æque eſſe religioſum. Quid ſi corpus terra ſit conditum nullis cærimoniis nec ſacris factis? tunc inſtaurandum eſt funus: an porca præcidenda? minime. quia non mactatur niſi cum corpus terræ non eſt redditum: at hic humatum quidem eſt ſed ſine ho-

Vocatio animarum.

Lex Solonis.

Inſtauratio funeris.

nore: ideo non videtur Cereri & Telluri ſatisfactum. Verum hic honos ad Cererem non pertinet, ſed ad defunctum: idcirco præcidanea tum deſiderabatur cum corpus iacebat non datum ſuo elemento. An in hac inſtauratione nouendiales feriæ poſtulantur? Minime neque enim cadauer ſupra terram eſt. Ergo triduales. Primo deflebant: ſecundo laudabant: tertio ſacrificabant & libabant ad aras ibi poſitas: Virgilius libro 3. Æneidos.

Ergo inſtauramus Polydoro funus & ingens,
Aggeritur tumulo tellus ſtant Manibus aræ,
Cæruleis mœſtæ vittis atraque cupreſſo
Et circum Iliades crinem de more ſolutæ,
Inferimus tepido ſpumantia Cymbia lacte,
Sanguinis & ſacri pateras, animamque ſepulcro
Condimus & magna ſupremum voce ciemus.

Recte ait Iliadas de more crinem ſoluiſſe, vt doceret morem quo filiæ patris ſui funus proſequuntur. Nec obſtat quod Polydorus adhuc adoleſcens eſt interfectus. Nam princeps erat Troianus ideoque pater patriæ mortuo Priamo & reliquis fratribus natu maioribus. Antiquiſſimi Græci terram fodiebant, & in eam deſcendentes fruſta hoſtiarum quæ omnino nigræ & ſteriles immolatæ erant in corbibus ferebant vt in iis ſcrobibus ſepulcrale conuiuium fieret, libabantque ad tumulum aqua & melle vt animam defuncti placarent Orpheus loquens de Cyſico ab Hercule imprudenter occiſo cui funus inſtaurabatur, ſic canit.

Conuiuium ſepulcrale in ſcrobibus.

Φιτρὺς δ' αἶψα κόμιζον ἰδ' ἔντομα πορσύνοντες,
Παμμέλαν' ἐν βόθροις κατεκίαθον αὐτὰρ ἐγώ γε,
Ψυχὴν ἱλασάμην σπένδων μειλίγματα χύτλων.
Ὕδατι δ' ἠδὲ γάλακτι μελισσοβρύτων ἀπὸ νασμῶν,
Λοιβὰς συμπροχέων καὶ ἐμοῖς ὕμνοισι γεραίρων.

Hinc proculdubio mos iſte deſcendit quem adduxi in luctus expoſitione, lugendi in foſſis prope tumulum ductis. Sed hæc funeris inſtauratio nonne huic legi aduerſatur quæ vetat plura funera vni fieri? inſtauratio enim eſt iteratio. Verum quoties vitioſe aliquid factum eſt perinde eſt, ac ſi factum non eſſet l. quoties ff. qui ſatiſd. cog. neque terræ mandare proprie eſt funerari. Iuſta enim conſtant ſolennitatibus & ſacris quæ iuſtorum eſſentiam faciunt. At quid opus erat prohibere hac lege ne vni plura fierent funera cum de eo ſatis in altera lege cautum videatur qua vetuere Decemuiri oſſa legi homini mortuo quoi poſt, funus fiat? Verum hoc quod dixi de inſtauratione permittenda pertinet ad tranſlationem reliquiarum quæ in loco quodam ſitæ ſunt non legitimis cærimoniis cultæ. Ibi autem vult eas honorari vbi ſepultæ ſunt niſi mors peregre vel militiæ contigerit. Sed ſi iam funus factum ſit, & vel ibi, vel alibi (tranſlatis reliquiis) aliud funus fiat, hoc pertinet nunc ad hanc legem. Quid ſi iam funus factum eſt peregre mortuo in terra peregrina altera lex in exceptione, permittit homini mortuo

oſſa

oſſa legi idem ſi militiæ mortuus ſit. At hæc lex funus iterari non vetat in iis caſibus imo videtur etiam altera lege funus permitti aut vetari: *Qui poſt funus fiat.* Verum eſt, ſi nondum funus factum ſit, aut minus legitime procuratum: quia vtrumque in idem recidit. Huic autem legi videtur obſtare l.1.C. de religioſ. vbi ſolo Præſidis permiſſu ſi iuſta & neceſſaria cauſa interceſſerit, reliquiæ in alium locum transferuntur contra Paulus: negat enim id fieri poſſe ſine ſacrificiis & cærimoniis funeralibus.1. ſent. tit. vlt. *ob incurſum* (inquit) *fluminis vel metum, corpus iam perpetuæ ſepulturæ traditum ſolennibus redditis ſacrificiis per noctem in alium locum transferri poteſt*: rectè ait perpetuæ ſepulturæ. Nam corpora ad tempus alicubi commendata ſine cauſæ cognitione pro arbitrio tranſponuntur.l.3.§.non perpetuæ.ff.de ſepul.viol. meritò per noctem, ne quid polluatur. Non enim licet ſub crepuſculum lucis aut ſub veſperam: quia licet ſol non luceat, ibi tamen homines prætereuntes inceſtari poſſunt. Cur potius quam cum primò cadauer effertur? quoniam omnibus communis ſors cum prima fit elatio demonſtratur, nihilque eſt quod interturbet obuios. At ſi iteratur funus, quies mortuorum interpellatur: deinde huc euocatæ ex inferis animæ lucis aſpectum horrent: quod Seneca in anima Tantali dudum ſepulti oſtendit, quæ lucem odit peius quam pœnas quas in inferis patitur. Sicque eam loquentem introducit in Thyeſte.

An transferri oſſa poſſunt.

Iterata elatio cur noctu fit non vt prima quæ fit ſub crepuſculum auroræ aut ſub veſperam.

Quis male deorum Tantalo viuas domos
Oſtendit iterum? peius inuentum eſt ſiti.

Moris erat proditorum corpora ex terra eruere vt bis morerentur, ſolem aſpicere coacti extractis ad lucem oſſibus. Vnde Nicias Cous conqueritur mortem non eſſe vitę finem: & eſſe in morte nouarum miſeriarum initia, quòd corpus eius ſepultum erutum ſit vt morte ſecunda plecteretur eius proditio de quo ſic Crinagoras.1. Epigramm.

Pœna eſt animæ ſolem videre.

Μὴ εἴπῃς θάνατον βιότης ὅρον· εἰσὶ χαμοῦσιν,
Ὡς ζωοῖς ἀρχαὶ συμφορέων ἕτεραι,
Ἄθρει Νικίεω Κώου μόρον ἤδη ἔκειτο,
Εἰν Ἀΐδῃ νεκρὸς δ' ἦλθεν ὑπ' ἠέλιον.
Ἀστοὶ γὰρ τύμβοιο μετοχλίσσαντες ὀχῆας,
Εἴρυσαν εἰς ποινὰς τλήμονα δυστανέα.

Addo per hanc legem ſumptus minui qui geminarentur ſi plura funera vni fierent. Redeo ad Paulum qui vult transferri corpus ſolennibus ſacrificiis redditis, id eſt, iiſdem quibus ſolenniter vtuntur in condendis Manibus: quæ ſuperflua eſſent niſi ex illo loco in quo ſunt conſtitutæ reliquiæ, Manes in alterum locum eſſent euocandi & in illo condendi ad quem euocantur: quo caſu prius ſepulcrum religione ſoluitur, & fit locus profanus l. cum in diuerſis. §.vlt.ff.de religioſ. neque enim vnum corpus duo ſepulcra poteſt efficere d.l. cum in diuerſis in princ. vbi quæritur vtrum corporis partibus ſeparatim ſepultis omnes loci fiant religioſi, & ea ratione

Solus locus vbi caput eſt fit religioſus.

non ſunt, ſed is tantum in quo caput eſt: quia eſt princeps pars ex qua imago cuiuſque cognoſcitur. Imo videtur ſolo capiti iura ſepulturæ dari non poſſe. Philippus 1. Epigramm. refert puerum in fluuium conſtrictum glacie lapſum cuius violentia caput a reliquo corpore abſciſſum eſt ſub aquis remanente. Caput igni datum eſſe & ſepultum, mater tamen infelix dicitur, quod diuiſum partum videat, igni & aquæ neutrius tamen ſit.

Δύσμορος ἧς ὠδῖνι διείλετο πῦρ τε καὶ ὕδωρ;
Ἀμφοτέρων δὲ φοινῶν, ὕδασιν ἐστὶν ὅλος.

Verum ait neque igni neque aquæ datum fuiſſe corpus integrum non tamen negat puerum fuiſſe ſepultum. reſtat altera pars huius legis quæ eſt de prohibitione lectorum. Nam corpora lectis elata fuiſſe patet ex Perſij loco quem capite ſuperiore adduximus: & hoc antiquiſſimum eſſe, Varro ſic oſtendit 4. de ling. Latin. *Nam* στέγαστρον, *vbi lectus mortui fertur dicebant pheretrum noſtri. Græci* φέρβον καὶ φέρβον: στέγαστρον, non eſt lectus, ſed eo lectus continetur, & inuoluitur. quod erat contectum pellibus. Nam hæc veterum fuit frugalitas vt pelliceis ſtragulis vterentur quibus indormirent: vnde Valerius Max. ait Catonem hœdinis pellibus pro ſtragulis vſum fuiſſe, tanquam ex priſca frugalitate, nihil remiſiſſet: ideoque antequam purpureis pannis inuoluerent oſſa, pellibus ea tegebant quod ex Æſchylo probat Pollux: καὶ στέγαστρον δὲ ὅτῳ ἐθέλει ὀνομάζειν εἴπερ ἡ πολλὴ χρῆσις τὴν στεγαστρίδα διφθέρας τὸν σκύτινον τοῦτον χιτῶνα, καταφεύγειν ἐπὶ τὸν Αἰσχύλον εἰπόντα ὀστέων στέγαστρον. Et Plato in Timæo ſic intellexit, στέγασμα ὀστέινον. Licet purpura multo ante inuenta fuiſſet vt ex Homero eſt demonſtratum in reliquiis Hectoris: quod tantum in corporibus principum erat receptum. Nec obſtat quod apud Virgil. Miſeni corpus purpureis eſt ornatum veſtibus. Nam nec purpura indutum, nec cum ea conditum eſt. Pelles ſunt Diis gratiſſimæ terreſtribus & infernis vt Fauno quem infernum eſſe Seruius ait, & nocentem auctore Horatio: quem qui de futuris conſulerent indormiſcebant pellibus cæſarum ei Deo ouium Virgil. 7. Æneid.

Offa pellibus tecta.

Gratia Diis pelles.

Cæſarum ouium ſub nocte ſilenti
Pellibus incubuit ſtratis ſomnoſque petiuit.

Tum paulo poſt.

Centum lanigeras mactabat rite bidentes
Atque harum effultus tergo ſtratiſque iacebat
Velleribus.

Pellicea veſtis erat nocturna, quo magis inferis conuenit (nam ſtragulæ erant pelliceæ vt mox probaui) & proinde merito ea tegebantur oſſa mortui. Hinc fit vt non eſſet boni auſpicij incidere in hominem pellibus amictum, quaſi funeſtum: quod Plautus apud Porphyrionem indicat hoc verſu.

Anus hac in pellis periculum protenditur.

Ideo luctuoſa veſte pro ſtragula lecti vtebantur, quod Nonius do-

cet ex Accio in Pelopidis.

Ceſſo hinc ire & rapere lucti veſtem in lecto coniugis.

Nec immerito: nam nox & Somnus funeſta ſunt & polluunt: vt oſtenſum eſt in cap. 1. Sed hæ pelles quibus dixi mortui pheretrum aut lectum inuolui, funeſtæ erant, quia mortuus nondum Deus erat. At hæ quibus oſſa teguntur apud Romanos non erãt funeſtæ quia tunc Deus erat. Quæ ſint pelles funeſtæ docet Feſtus, *Mortua* (inquit) *pecudis corio calceos aut ſoleas fieri flaminibus nefas habebatur: quoniam ſua morte extincta omnia funeſta ſunt.* Vtuntur ergo flamines pellibus immolatarum pecudum; quia non tantum non ſunt funeſtæ, ſed etiam ſacræ: & ſic intelligendum eſt ſacerdotes Herculis cinctos eſſe pellibus, nempe mactatarum hoſtiarum. Ergo & pelles ouium fauiq cæſarum ſacræ ſcilicet illi Deo inferno cui erant immolatæ. Idem refert Pauſanias de Amphiarao a quo petentes oracula pellibus incubantes per Somnium ventura videbant, in Atticis: κριὸν θύσαντες αὐτῷ καὶ τὸ δέρμα ὑποστρωσάμενοι καθεύδουσιν ἀναμένοντες δήλωσιν ὀνείρατος. Igitur ſacræ ſunt pelles hoſtiarum immolatarum, quia totum earum corpus ante mactationem conſecratur, cuius partem quamdam pellis ipſa facit, idcirco etiam ſuperi in iis oracula reddebant, pelles enim hoſtiarum ſectas in ignem iaciebãt Iamidæ ſacerdotes Apollinis in Olympia & ex fruſtis prout recta, vel obliqua eſſent ſutura iudicabant Scholiaſtes Pindari. Olympic. Oda. 11. Hæc de lectis mortuorum qui pelle inuoluebantur & ſtragulis pelliceis tegebantur apud priſcos: ſed non erant ſacræ illæ pelles, vt nec ſunt quę in laniona comparantur. At oſſa tegebantur pellibus immolatorum veruecum. Poſtea inuentæ ſunt lecticæ quæ primum vt lecti viuentibus inſeruiere, poſtea mortuis. Florente enim Imperio & ad ſummum fere poteſtatis gradum euecto, loco vnius lecti qui lege preſcriptus eſt lectica vſi ſunt qua cadauer efferebant. C. Gracchus apud Gellium. 10. cap. 3. *His annis paucis ex Aſia miſſus eſt, qui per id tempus magiſtratum non ceperat homo adoleſcens pro legato: is in lectica ferebatur: ei obuiam bubulcus de plebe venuſina aduenit & per iocum cum ignoraret qui ferretur, rogauit num mortuum ferrent.* Iſte mos ad poſteros traductus eſt: Lectica cadauer elatum.
Martialis 2. Epigramm, 81. Epigrammate.

Laxior hexaphoris tua ſit lectica licebit
Cum tamen hæc tua ſit Zoile ſandapila.

Idem 6. Epigrammate 77.

Inuidioſa tibi quam ſit lectica requiris
Non debes ferri mortuus hexaphoro.

Idem 9. Epigrammate 3.

Octo ſyris ſuffulta datur lectica puellæ
Nondum ſandapilæ pondus amicus erit.

Igitur lectica ita vtebantur primum ad ſomnum tum & ad ferendum cadauer: quia prius & lectis ad vtrumque finem vſi erant. lectica ſane à lecto dicta eſt, ea quæ ſicut lectorum ſtragulę veſtes, pel-

transfertur: ſed grata ei eſt nox: quia lucem odit qua priuata eſt & ad quam aſpirare non poteſt, nocturnis inferorum tenebris inuoluta, & infernis deuota ſacris. quod ſi corpus diuiſum in multis locis ſepultum ſit, vnus tantum locus in quo caput eſt religioſus fit: quia in eo eſt character formæ.

PRISCI in lectis dormiebant & in lectis ad rogum efferebantur: hi pellibus contegebantur. Frugalitas enim priſca pelliceis ſtragulis indormiebat: ideo ea veſtis nocturna erat & mali ominis: nocturna polluebant: vnde veſte luctuoſa per ſomnum noctu tegebantur. Pellibus primum oſſa mortui inuoluta ſunt (niſi principum quorum reliquiæ aliquando purpureis pannis tegebantur:) in pellibus etiam mortuarum pecudum luctuoſa erat familia quia ſunt funeſtæ. Reliquę pelles in vſum communem adhibebantur earum pecudum quæ in laniena cæſæ fuerant. Quibus autem flamines ad calceos vtebantur erant immolatarum pecudum quibus etiam oſſa mortui inuoluebantur: quia tunc anima dea facta eſt: ideo ſacris pellibus vti debet. Hæ autem pelles gratæ Diis erant ita vt in iis dormientes Dei oracula mererentur. Poſt lectum lectica ad dormiendum & poſtea etiam ad efferendum cadauer vſurpata eſt eaque primum ſtramentis deinde pellibus tecta eſt.

NE ROGVM BVSTVMVE nouum propius ſexaginta pedes, Ædes alienas inuito Domino quis adiicito: neue forum ſepulcri buſtumue vſucapito.

CAP. XXV.

HIC Eſt poſtremum caput, quod ex reliquiis harum legum & canonum de ſtatu religionis ad hos quaſi tempeſtate delatum eſt: & duas partes continet, quarum vna præſcribit terminum quo ſepulcrum debet ab ædibus alienis ſeparari. altera prohibet veſtibulum ſepulcri & ipſum ſepulcrum vſucapi. Vtraque pertinet ad ſepulturas quæ ſunt extra pomœrium: nam in vrbe vruntur aut ſepeliuntur priuilegij iure, in loco publico non iure communi quo caſu priuati ædificij gratia non poteſt impediri publici iuris executio. Tum quod loca publica ſolum habeant ab ædificiis ſeparatum in quibus populus conſiſtit. idem eſt in altera parte vbi priuilegio locus eſt nam nec forum nec ſepulcrum alia ratione vſucapi prohibetur quam quia publicum eſt. Quod enim ſolo inædificatur ſoli conditionem ſequitur, ideo publicum fit, quod vſucapi non poteſt l. 9. ff. de vſucap. ſed ad primæ partis ſenſum accedamus ſecundum ius commune patet ex iis quæ mox dixi hic ædes accipi quæ in agris ſunt & quæ alienæ. Vox alieni ambigua eſt: ſignificat enim quod non eſt noſtri dominij. Dominium triplex eſt, proprietatis l. proprietatis C. de probat l. ſtatuliber §. vltimo ff. ad leg. falcid. ideo Neratius cum dicit dominium ne quis decipiatur ambiguitate verbi ſubiicit id eſt proprietas in l. ſi procurator. ff. de acquir. rer. dom. Aut poſſeſſionis, quod non à lege vt proprietas ſed prætoris iuriſdictione datur: qui proprietatem dare non poteſt l. qui vſumfructum ff. ſi vſuſf. pet. poſſeſſionis dominium poteſt l. 1. ff. de bonor. poſſeſſ. Eſt & dominium quoddam vſuſfructus: nam in d. l. qui vſumfr. qui legitime vſumfructum habet dominium uſusfructus habet, at qui ex cauſa fideicommiſſi, poſſeſſionem tantum à Prætore conſequitur. Ideo in l. in venditione in princ. ff. de reb. auct. iud. poſſ. fructuarius appellatione Domini continetur. Sed cum iure ciuili agitur, neque poſſeſſionis neque vſusfructus vllum dominium intelligitur l. falſus §. vltimo ff. de furt. l. ſuos de leg. 3. ſed ſi accipiatur ſecundum quid id eſt prout

Alienum quid.

Et ſtatuent tumulum, & tumulo ſolennia mittent,
Æternumque locus Palinuri nomen habebit.

Quid debetur mortuo in terra cuius non apparet corpus.

Itaque mortuo in mari nihil debetur niſi corpus videatur. Finge non in mari mortuum, ſed in terra periiſſe non tamen corpus apparere, tunc iuſta redduntur hoc modo. Familia defuncti & proinde heredis triduo feriatur. Hę feriæ ſpecialiter appellantur præcidaniæ: earum primo die, ſacrum fit pręcidaneum in quo hoſtia piacularis immolatur Cereri & Telluri dictum à præcidanea porca quod prius cædenda eſſet, quam ex nouis frugibus guſtaſſet, is cui hoc onus incumbebat. Alioquin ipſe & familia eius funeſta erat. Varro de vita populi Rom. apud Nonium. *quod humatus non ſit heredi porca præcidanea ſuſcipienda Telluri & Cereri aliter familia pura non eſt.* Feſtus, *præcidanea porca vocabatur, quæ Cereri mactabatur ab eo qui mortuo iuſta non feciſſet, id eſt, glebam non obieciſſet: quod mos eis erat facere antequam nouas fruges guſtarent.* Gellius. 4. cap. 6. *Porca etiam præcidanea appellata quam piaculi gratia ante nouas fruges fieri cœptas, immolari Cereri mos fuit, ſi qui familiam aut non purgauerant, aut aliter eam rem quam oportuerat, pronunciauerant.* Hic ergo dies primus impenditur in placanda Cerere & Tellure. Ei enim iniuria facta eſt, quod corpus ex terra ortum & ea deinde nutritum eidem cum honore reſtitutum non eſt. Si vero corpus appareat heredi, nec ei iuſta ſoluta ſint iam non ad porcam deueniendum eſt: ſed ad Tribunal Summi Pontificis qui eum capitali ſupplicio afficiet vt ſupra oſtenſum eſt ex Feſto in voce euerriator. Nam ſacrum à prudente commiſſum inexpiabile eſt cap. Sacrum ſup. huius tridui extat quoddam antiquum veſtigium apud Heraclidem in Rep. Lacedæmoniorum qui mortuo rege à fori negotiis feriabantur per triduum & paleis forum conſternabant in ſignum fructus excuſſi remanentibus tantum reliquiis ſterilibus, tum ex lege Athenienſium & quorumdam aliorum qui triduũ in iuſta impendebant.

Porca præcidanea.

Differentia inter ferias præcidaneas & nouemdiales.

Sed hæ feriæ triduales ſunt-ne eædem cum iis quę in funerando corpore celebrantur, an vero cum iis quæ in parentalibus, & vocantur denicales? reſpondeo in locum nouemdialium inſtitui detractis ſex diebus. Sed ab iis differunt. Nam nouemdiales quoque die contingere poſſunt cum non poſſint in certum diem indici quia mors quolibet die contingit. At pręcidaneę eo die inſtitui debent, quo nec ferię publicæ, nec alię priuatæ eiuſdem familiæ incidunt, ſuntque in arbitrio heredis. Neque enim vrget corporis reuerentia aut neceſſitas, vt nec in feriis denicalibus: ideo ſæpius in atrũ diem conferuntur, ne quid polluant ex publicis ſacris & cum hoc religioni haberetur, alio die quam atro ferias pręcidaneas inſtituere, hoc ad collegium Pontificum relatum eſt, quod decreuit alio die quam atro, modo non publice, aut priuatim in eadem familia feriato, has ferias haberi poſſe Gellius ibid, verba Ateij capitonis ex quinto librorum quos de Pontificio iure compoſuit, ſcripſi, *in atrum diem inauguratæ ſunt: collegium decreuit non habendum religioni,*

quin eo die feriæ præcidaneæ eſſent. At cur potius præcidaneę in atrum diem inauguratæ ſunt quam denicales? Nam præcidaneis etiam parentari videtur, quod fieri atro die nefas eſſe iam probatum eſt. Verum præcidere porcam non eſt parentare. Quia hoc ſacrum non fit Manibus defuncti, ſed deabus terreſtribus ob cauſam funeſtam quia mortui anima miſere vagatur, & ob cauſam infauſtam, quia corpus non adeſt. At parentatio fit Manibus iam Diis factis, ideoque non polluunt: nec præſumuntur noxiæ poteſtates quia placatæ ſunt. Atqui octo priores dies ex nouem non faciunt defunctum Deum, & tamen incidere poſſunt in dies faſtos, & feſtos, atros, & interciſos. Cur ergo non polluunt vt præcidanei. Verum non polluunt, quia loci terminos non egreditur anima defuncti in quibus eſt mortuus, videlicet domum aut tabernam. at vbi ſacrum fit ſine corpore anima vagatur, & errans quemcumque locum poſſet polluere, vbi vocatur anima traducit vrbem inceſtata vt domum veniat vbi ſacrum fit. Quid abſurdius aut ineptius dici poſſet his nugis? harum inſaniam agnouere Pontifices cum ſtatuunt præcidaneas etiam die non atro inaugurari, & maxime cum tertius dies ater eſſe non debeat qui in iuſtis, noni locum obtinet qui ſi forte ater ſit, intermittitur vt in ſequentem traductus cærimoniis rite poſſit parentari. Ex hoc triduo ſecundus dies datur lacrymis vt mortuus defleatur. tertio conſtruitur pyra & fit tumulus honorarius ad quem mortuo ſacrificatur veruecibus, duabus aris ibi poſitis huc vocantur Manes & ſalutantur per Aue, aut vale, aut ſalue: tum fiunt libationes, offeruntur epulæ ſepulcrales, ſuffitus adhibetur, & longæ coronæ cenotaphio circumponuntur: quod locum habet in iis quorum corpora non inueniuntur Xenophon, οἷς δὲ μὴ εὕρισκον, κενοτάφιον αὐτοῖς ἐποίησαν μέγα καὶ πυρὰν μεγάλην καὶ στεφάνους ἐπέθεσαν. οὐ γὰρ ἄταφον σῶμα, θέαμα τῷ ἡλίῳ οὐδαμῶς φίλον. Hoc vult fieri quod corpus inſepultum ſoli ſit minime gratum ſpectaculum. Atqui inani tumulo corpus alibi iacens non eſt ſepultum: quomodo ergo cenotaphium ſoli ſatisfacit ne polluatur eius aſpectus, & corpus ſepelit quod in eo non eſt? Iam oſtendi in ſacris ea quæ præſtari non poſſunt, fictione reparari & ſubſtitui: quod etiam in ſacris Manium locum habet: Seruius, *tantum valebat inanis, quantum plena ſepultura qua circa abſentium cadauera eorumque qui in peregrina regione obiiſſent corpora, quibuſdam ſolennibus ſacris fiebat.* Amphiarai vatis corpus abſorptum terra nuſquam apparuit ſed anima eius placata eſt imaginario funere: quod docte Papinius ita docuit libro 8. Thebaidos.

Praecedere porcam non eſt parentare.

An hæ feriæ polluant alia ſacra.

Cenotaphium ad quid.

Nigrantes terra pecudes obſcuraque mergit
Armenta, ac viuis cumulos vndantis arenæ
Aggerat, & vati mortis ſimulacra rependit.

In hoc cenotaphio mortui effigies loco cadaueris imprimebatur propius ad imaginem eius expreſſa quam fieri poſſet. Varinus, κενοτάφιά τινε ἦσαν ἐλλιστόμενα ὡς τύπος νεκροῦ μὴ ἔχοντα νεκρόν. Ve-

Imago mortui in cenotaphio.

ris autem ſepulcris ſtatuas etiam aliquando ponebant l. 15. qui puteum §. 15. qui de monumento ff. quod vi aut clam. ſolennia autem Cenotaphiorum ſic Virgilius deſcribit libro 3. Æneidos,

Solennes tum forte dapes & triſtia dona
Ante vrbem in luco falſi Simoentis ad vndam
Libabat cineri Andromache Maneſque vocabat
Hectoream ad tumulum viridi quem ceſpite inanem
Et geminas cauſam lacrymis ſacrauerat aras.

Recte ait ante vrbem vt notet morem quo extra vrbem ſepulcra conſtituebantur. At iam ſepultus fuerat Hector in ſolo Troiano vt ex Homero dictum eſt redditis iuſtis cum ſummo honore. Ad quid ergo Cenotaphium in Græcia? ad conſolationem vxoris. An ſacrum erit? an duo, ſepulcra vni fient? ſane non immerito principes reſcripſerunt cenotaphium locum religioſum non eſſe l. ſed Diui ff. de rer. diuiſ. Ideo vendi poſſe quia non eſt diuini iuris l. vel quod ff. de religioſ. eſt enim monumentum quod gratia defuncti memoriæ factum eſt l. monumentum in fine ff. eod. Cur ergo Martianus in l. 6. §. vltimo ff. de rer. diuiſ. ex teſtimonio Virgilij ait cenotaphium religioſum eſſe? Martianus recte: ſed male principes accepere mentem Martiani & teſtimonium Virgilij: licet recte ſtatuerint. Nam interpretati ſunt Martianum vti auctoritate verſuum, ſupra adductorum de Andromacha ad inane ſepulcrum Hectoris parentante: quod Virgilius finxit non ignarus iuris Pontificij: ſed introducit vxorem amoris veri & pietatis ardentis in memoriam defuncti mariti argumenta prodere, & ſic luctum & dolorem ſuum quodammodo leuare. Non tamen ſenſit illum locum religioſum eſſe cum alius religione corporis occupatus ſit: ideoque hoc recte ſanxere non eſſe religioſum: quod ad cætera ſimilia eſt producendum. Sed non intellexerunt Iuriſconſultum doctiorem, alio Virgilij loco vti in auctoritatem ſui reſponſi vbi de ſepulcro Deiphobi loquitur cuius corpus truncatū in incendio Troiæ conflagrauerat & conſumptum erat: cumque nuſquam ſepulcrum eius eſſet Æneas ei inanem tumulum fecit ibique anima ſacris euocata locum religione deuinxit: hic locus eſt in 6. Æneidos.

An cenotaphiū ſit religioſum.

Tum egomet tumulum Rhetæo in littore inanem
Conſtitui, & magna Manes ter voce vocaui.

Ideo vi huius cenotaphij fingit vates eum vt ſepultum in inferis inuentum ab Ænea fuiſſe. Et recte in litore Rhetæo. Eſt enim pars regionis illius in qua defecerat Deiphobus. Neque hæc vox, ter, otioſa eſt. Nam quia corpus non erat ſæpius conclamatum ideo tertio die ter vocabatur, quod exigit religio tridui. Sed hanc euocationem irridet Seneca, *Magnum* (inquit) *Solatium appellare ſepius nomina non reſponſura.* Poterat autem Iuriſconſultus non tantum ex Virgilio ſed & ex Homero probare cenotaphium eſſe religioſum Odyſſ. 1. vbi introducit Vlyſſem qui quoſdam ex ſociis

amiſerat interfectos à Ciconibus apud quos corpora remanſerant vocaſſe ad inanem tumulum animas eorum ſic enim ait.

> Οὐδ' ἄρα μοι προτέρω νῆες κίον ἀμφιέλισσαι,
> πρίν τινα τῶν δειλῶν ἑτάρων τρὶς ἕκαστον ἀῦσαι;
> Οἱ θάνον ἐν πεδίῳ Κικόνων ὑποδῃωθέντες.

Ter ait vocari. Nam qui ſuperſtites ex clade fuerant ſingulorum interemptorum animas ter vocabant vt errantes ad hunc tumulum reducerentur, aut ſaltem in patrias ſedes reſtituerentur ſic ibi Euſtathius. ἔθος ἦν φασι τὰς τῶν ἐπὶ ξένης ἀπολλυμένων ψυχὰς ἀνακαλεῖν τρὶς τοὺς περιλειπομένους καὶ οὕτως ἀπιέναι. ὁ ψυχαγωγία τις ἦν ὡς τῶν ἀνακαλουμένων δοκούντων κατάγειν ἐκείνους, ἢ μετάγειν εἰς τὴν πατρίδα. Iaſon profecturus ad aureum vellus Phrixi animam qui in Cholchide perierat ad ſe euocauit: Athenienſes cenotaphia conſtruxere iis qui in nauali prælio ceciderant ter euocatis eorum Manibus ad litora dicentes eos illuc deſcendiſſe: idem faciebant iis qui in terreſtri acie occubuerant, ſi apud hoſtes eſſent eorum cadauera: quod factu facilimum erat quia eorum qui ceciderant nomina in numeris relata ignorari non poterant: ideo vocabantur ne viderentur per ignorantiam obliti & contempti, vel hoſtium iniuria (à quibus detinebantur corpora) honore mortis à ſuis ſpoliari. Sic religione Manium ſoluebantur eorum memoriam recenſentes: Euſtathius ibdem. Ἀρριανὸς δὲ λέγει καὶ ὅτι παρὰ Βιθυνοῖς τελοῦνται τὰ νεκύσια καλεῖν ὀνομαστὶ τὰς τῶν κατοιχομένων ψυχὰς ὅσοι τελευτᾶν ἔτυχον ὑπερόριοι καὶ κατακαλεῖν αὐτοὺς ἐς τρίς· καὶ δέεσθαι ἀνελθεῖν ὡς μετάσχοιεν τοῦ δαιτός. φασὶ νῦν καὶ ὅτι Ζαμόλξιδος διδάξαντος ἔθυον οἱ Γέται καὶ εὐωχοῦντο ἐπὶ τοῖς τεθνεῶσι ὡς αὖθις ἥξοντος τοῦ ἀποθανόντος. Nec Bithyni nec Getæ recedunt ab hoc more. Nam hic euocant ter animas qui longe à patria deceſſere & precantur eas vt aſcendant ad conuiuium funebre eius participes futuras. Præterea probatur etiam ex lege Solonis cenotaphium eſſe ſacrum quam Tullius excepit in hæc verba, *De ſepulcris autem nihil eſt apud Solonem amplius quam ne quis ea deleat, neue alienum inferat: pœnaque eſt ſi quis buſtum (nam id puto appellari* τύμβον*) aut monumentum inquis aut columnam violarit, deiecerit, fregerit.* &c. Quod de inſcriptione veri ſepulcri intelligendum eſt aut de imagine cenotaphij. Quod ait neue alienum inferat de ſepulcro familiari eſt in quo ij tantũ qui ſunt ex familia debent inferri. Quod ait monumentum, cenotaphium eſt: prius enim cauit de tumulo, ſeu buſto: tum de monumento: noluit dicere cenotaphium: quia vitat voces Græcas vbi Latinæ ſuppetunt. Igitur cum pœna lege Solonis æque in eum ſancita ſit qui monumentum deleuerit aut violauerit, atque in eum qui verũ ſepulcrum, ſequitur vtrumque æque eſſe religioſum. Quid ſi corpus terra ſit conditum nullis cærimoniis nec ſacris factis? tunc inſtaurandum eſt funus: an porca præcidenda? minime. quia non mactatur niſi cum corpus terræ non eſt redditum: at hic humatum quidem eſt ſed ſine ho-

Vocatio animarum.

Lex Solonis.

Inſtauratio funeris.

nore: ideo non videtur Cereri & Telluri ſatisfactum. Verum hic honos ad Cererem non pertinet, ſed ad defunctum: idcirco præcidanea tum deſiderabatur cum corpus iacebat non datum ſuo elemento. An in hac inſtauratione nouendiales feriæ poſtulantur? Minime neque enim cadauer ſupra terram eſt. Ergo triduales. Primo deflebant: ſecundo laudabant: tertio ſacrificabant & libabant ad aras ibi poſitas: Virgilius libro 3. Æneidos.

Ergo inſtauramus Polydoro funus & ingens,
Aggeritur tumulo tellus ſtant Manibus aræ,
Cæruleis mœſtæ vittis atraque cupreſſo
Et circum Iliades crinem de more ſolutæ,
Inferimus tepido ſpumantia Cymbia lacte,
Sanguinis & ſacri pateras, animamque ſepulcro
Condimus & magna ſupremum voce ciemus.

Recte ait Iliadas de more crinem ſoluiſſe, vt doceret morem quo filiæ patris ſui funus proſequuntur. Nec obſtat quod Polydorus adhuc adoleſcens eſt interfectus. Nam princeps erat Troianus ideoque pater patriæ mortuo Priamo & reliquis fratribus natu maioribus. Antiquiſſimi Græci terram fodiebant, & in eam deſcendentes fruſta hoſtiarum quæ omnino nigræ & ſteriles immolatæ erant in corbibus ferebant vt in iis ſcrobibus ſepulcrale conuiuium fieret, libabantque ad tumulum aqua & melle vt animam defuncti placarent Orpheus loquens de Cyſico ab Hercule imprudenter occiſo cui funus inſtaurabatur, ſic canit.

Conuiuium ſepulcrale in ſcrobibus.

Φιτρῦς δ' αἶψα κόμιζον ἰδ' ἔντομα πορσυνέοντες,
Παμμέλαν' ἐν βόθροις κατεχεύαθον αὐτὰρ ἔγωγε,
Ψυχὴν ἱλασάμην σπένδων μειλίγματα χύτλων.
Ὕδατι δ' ἠδὲ γάλακτι μελισσορρύτων ἀπὸ νασμῶν,
Λοιβὰς συμπροχέων καὶ ἐμοῖς ὕμνοισι γεραίρων.

Hinc proculdubio mos iſte deſcendit quem adduxi in luctus expoſitione, lugendi in foſſis prope tumulum ductis. Sed hæc funeris inſtauratio nonne huic legi aduerſatur quæ vetat plura funera vni fieri? inſtauratio enim eſt iteratio. Verum quoties vitioſe aliquid factum eſt perinde eſt, ac ſi factum non eſſet l. quoties ff. qui ſatiſd. cog. neque terræ mandare proprie eſt funerari. Iuſta enim conſtant ſolennitatibus & ſacris quæ iuſtorum eſſentiam faciunt. At quid opus erat prohibere hac lege ne vni plura fierent funera cum de eo ſatis in altera lege cautum videatur qua vetuere Decemuiri oſſa legi homini mortuo quoi poſt., funus fiat? Verum hoc quod dixi de inſtauratione permittenda pertinet ad tranſlationem reliquiarum quæ in loco quodam ſitæ ſunt non legitimis cærimoniis cultæ. Ibi autem vult eas honorari vbi ſepultæ ſunt niſi mors peregre vel militiæ contigerit. Sed ſi iam funus factum ſit, & vel ibi, vel alibi (tranſlatis reliquiis) aliud funus fiat, hoc pertinet nunc ad hanc legem. Quid ſi iam funus factum eſt peregre mortuo in terra peregrina altera lex in exceptione, permittit homini mortuo

oſſa

oſſa legi idem ſi militiæ mortuus ſit. At hac lex funus iterari non vetat in iis caſibus imo videtur etiam altera lege funus permitti aut vetari: *Qui post funus fiat.* Verum eſt, ſi nondum funus factum ſit aut minus legitime procuratum: quia vtrumque in idem recidit. Huic autem legi videtur obſtare l.1.C. de religioſ. vbi ſolo Præſidis permiſſu ſi iuſta & neceſſaria cauſa intercesſerit, reliquiæ in alium locum transferuntur contra Paulus: negat enim id fieri poſſe ſine ſacrificiis & cærimoniis funeralibus.1.ſent. tit. vlt. *ob incurſum* (inquit) *fluminis vel metum, corpus iam perpetua ſepulturæ traditum ſolennibus redditis ſacrificiis per noctem in alium locum transferri poteſt*: rectè ait perpetuæ ſepulturæ. Nam corpora ad tempus alicubi commendata ſine cauſæ cognitione pro arbitrio tranſponuntur.l.3.§.non perpetuæ.ff.de ſepul.viol.meritò per noctem, ne quid polluatur. Non enim licet ſub crepuſculum lucis aut ſub veſperam: quia licet ſol non luceat, ibi tamen homines prætereuntes inceſtari poſſunt. Cur potius quam cum primò cadauer effertur? quoniam omnibus communis ſors cum prima ſit elatio demonſtratur, nihilque eſt quod interturbet obuios. At ſi iteratur funus, quies mortuorum interpellatur: deinde huc euocatæ ex inferis animæ lucis aſpectum horrent: quod Seneca in anima Tantali dudum ſepulti oſtendit, quæ lucem odit peius quam pœnas quas in inferis patitur. Sicque eam loquentem introducit in Thyeſte.

An transferri oſſa poſſint.

Iterata elatio cur noctu fit non vt prima quæ fit ſub crepuſculum aurora aut ſub veſperam.

Quis male deorum Tantalo viuas domos,
Oſtendit iterum? peius inuentum eſt ſiti.

Moris erat proditorum corpora ex terra eruere vt bis morerentur, ſolem aſpicere coacti extractis ad lucem oſſibus. Vnde Nicias Cous conqueritur mortem non eſſe vitę finem: & eſſe in morte nouarum miſeriarum initia, quòd corpus eius ſepultum erutum ſit vt morte ſecunda plecteretur eius proditio de quo ſic Crinagoras.1.Epigramm.

Pœna eſt animæ ſolem videre.

Μὴ εἴπῃς θάνατον βιότης ὅρον· εἰσὶ καμοῦσιν,
Ὡς ζωοῖς ἀρχαὶ συμφορίων ἑτέρων·
Ἄθρει Νικίεω Κῴου μόρον· ἤδη ἔκειτο,
Εἰν Ἀΐδῃ νεκρὸς δ' ἦλθεν ὑπ' ἠέλιον.
Ἀστοὶ γὰρ τύμβοιο μετοχλίσσαντες ὀχῆας,
Εἴρυσαν εἰς ποινὰς τλήμονα δυσθανέα.

Addo per hanc legem ſumptus minui qui geminarentur ſi plura funera vni fierent. Redeo ad Paulum qui vult transferri corpus ſolennibus ſacrificiis redditis, id eſt, iiſdem quibus ſolenniter vtuntur in condendis Manibus: quæ ſuperflua eſſent niſi ex illo loco in quo ſunt conſtitutæ reliquiæ, Manes in alterum locum eſſent euocandi & in illo condendi ad quem euocantur: quo caſu prius ſepulcrum religione ſoluitur, & fit locus profanus l. cum in diuerſis. §.vlt.ff.de religioſ. neque enim vnum corpus duo ſepulcra poteſt efficere d.l. cum in diuerſis in princ. vbi quæritur vtrum corporis partibus ſeparatim ſepultis omnes loci fiant religioſi, & ex ratione

Solus locus vbi caput eſt ſit religioſus.

non ſunt, ſed is tantum in quo caput eſt: quia eſt princeps pars ex qua imago cuiuſque cognoſcitur. Imo videtur ſolo capiti iura ſepulturæ dari non poſſe. Philippus. 1. Epigramm. refert puerum in fluuium conſtrictum glacie lapſum cuius violentia caput a reliquo corpore abſciſſum eſt ſub aquis remanente. Caput igni datum eſſe & ſepultum. mater tamen infelix dicitur, quod diuiſum partum videat; igni & aquæ neutrius tamen ſit.

Δύσμορος, ἧς ὠδῖνα διείλετο πῦρ τε καὶ ὕδωρ;
Ἀμφοτέρων δὲ φθορῶν, οὐδενὸς ἐστὶν ὅλος.

Verum ait neque igni neque aquæ datum fuiſſe corpus integrum non tamen negat puerum fuiſſe ſepultum. reſtat altera pars huius legis quæ eſt de prohibitione lectorum. Nam corpora lectis elata fuiſſe patet ex Perſij loco quem capite ſuperiore adduximus: & hoc antiquiſſimum eſſe, Varro ſic oſtendit 4. de ling. Latin. *Nam στέγαστρον, vbi lectus mortui fertur dicebant pheretrium noſtri. Græci* φέρετρον καὶ φέρετρον: στέγαστρον, non eſt lectus, ſed eo lectus continetur, & inuoluitur. quod erat contectum pellibus. Nam hæc veterum

Oſſa pellibus tecta. fuit frugalitas vt pelliceis ſtragulis vterentur quibus indormirent: vnde Valerius Max. ait Catonem hœdinis pellibus pro ſtragulis vſum fuiſſe, tanquam ex priſca frugalitate, nihil remiſiſſet: ideoque antequam purpureis pannis inuoluerentur oſſa, pellibus ea tegebant quod ex Æſchylo probat Pollux. 10. καὶ στέγαστρον δὲ ὅτις ἐθέλει ὀνομάζειν εἴποι ἂν ἡ πολλὴ χρῆσις τὴν στεγαστρίδα διφθέραν τὸν σκύτινον τοῦτον χιτῶνα, καταφευγέτω ἐπὶ τὸν Αἰσχύλον εἰπόντα ὀστέων στέγαστρον. Et Plato in Timæo ſic intellexit, στέγασμα ὀστέινον. Licet purpura multo ante inuenta fuiſſet vt ex Homero eſt demonſtratum in reliquiis Hectoris: quod tantum in corporibus principum erat receptum. Nec obſtat quod apud Virgil. Miſeni corpus purpureis eſt ornatum veſtibus. Nam nec purpura indutum, nec cum

Gratiæ Diis pelles. ea conditum eſt. Pelles ſunt Diis gratiſſimæ terreſtribus & infernis vt Fauno quem infernum eſſe Seruius ait, & nocentem auctore Horatio: quem qui de futuris conſulerent indormiſcebant pellibus cæſarum ei Deo ouium Virgil. 7. Æneid.

Cæſarum ouium ſub nocte ſilenti
Pellibus incubuit ſtratis ſomnoſque petiuit.

Tum paulo poſt.

Centum lanigeras mactabat rite bidentes
Atque harum effultus tergo ſtratiſque iacebat
Velleribus.

Pellicea veſtis erat nocturna, quo magis inferis conuenit (nam ſtragulæ erant pelliceæ vt mox probaui) & proinde merito ea tegebantur oſſa mortui. Hinc fit vt non eſſet boni auſpicij incidere in hominem pellibus amictum, quaſi funeſtum: quod Plautus apud Porphyrionem indicat hoc verſu.

Amus hac in pellis periculum protenditur.

Ideo luctuoſa veſte pro ſtragula lecti vtebantur, quod Nonius do-

cet ex Actio in Pelopidis.

Ceſſe hinc ire & rapere luctu veſtem in lecto coniugis.

Nec immerito: nam nox & Somnus funeſta ſunt, & polluunt: vt oſtenſum eſt in cap. 1. Sed hæ pelles quibus dixi mortui pheretrum aut lectum inuolui, funeſtæ erant, quia mortuus nondum Deus erat. At hæ quibus oſſa teguntur apud Romanos non erãt funeſtæ quia tunc Deus erat. Quæ ſint pelles funeſtæ docet Feſtus, *Mortua* (inquit) *pecudis corio calceos aut ſoleas fieri flaminibus nefas habebatur: quoniam ſua morte extincta omnia funeſta ſunt.* Vtuntur ergo flamines pellibus immolatarum pecudum; quia non tantum non ſunt funeſtæ, ſed etiam ſacræ: & ſic intelligendum eſt ſacerdotes Herculis cinctos eſſe pellibus, nempe mactatarum hoſtiarum. Ergo & pelles ouium fauniq cæſarum ſacræ ſcilicet illi Deo inferno cui erant immolatæ. Idem refert Pauſanias de Amphiarao a quo petentes oracula pellibus incubantes per Somnium ventura videbant, in Atticis: χριὸν θύσαντες αὐτῷ καὶ τὸ δέρμα ὑποστρωσάμενοι καθεύδουσιν ἀναμένοντες δήλωσιν ὀνείρατος. Igitur ſacræ ſunt pelles hoſtiarum immolatarum, quia totum earum corpus ante mactationem conſecratur, cuius partem quamdam pellis ipſa facit, idcirco etiam ſuperi in iis oracula reddebant, pelles enim hoſtiarum ſectas in ignem iaciebãt Iamidæ ſacerdotes Apollinis in Olympia & ex fruſtis prout recta, vel obliqua eſſent futura iudicabant Scholiaſtes Pindari. Olympic. Oda. 11. Hæc de lectis mortuorum qui pelle inuoluebantur & ſtragulis pelliceis tegebantur apud priſcos: ſed non erant ſacræ illæ pelles, vt nec ſunt quę in laniena comparantur. At oſſa tegebantur pellibus immolatorum veruecum. Poſtea inuentæ ſunt lecticæ quæ primum vt lecti viuentibus inſeruiere, poſtea mortuis. Florente enim Imperio & ad ſummum fere poteſtatis gradum euecto, loco vnius lecti qui lege pręſcriptus eſt lectica vſi ſunt qua cadauer efferebant. C. Gracchus apud Gellium. 10. cap. 3. *His annis paucis ex Aſia miſſus eſt, qui per id tempus magiſtratum non ceperat homo adoleſcens pro legato: is in lectica ferebatur: ei obuiam bubulcus de plebe venuſina aduenit & per iocum cum ignoraret qui ferretur, rogauit num mortuum ferrent.* Iſte mos ad poſteros traductus eſt: Lectica cadauer elatum.

Martialis 2. Epigramm. 81. Epigrammate.

Laxior hexaphoris tua ſit lectica licebit
Cum tamen hæc tua ſit Zoile ſandapila.

Idem 6. Epigrammate 77.

Inuidioſa tibi quam ſit lectica requiris
Non debes ferri mortuus hexaphoro.

Idem 9. Epigrammate 3.

Octo ſyris ſuffulta datur lectica puellæ
Nondum ſandapila pondus amicus erit.

Igitur lectica ita vtebantur primum ad ſomnum, tum & ad ferendum cadauer: quia prius & lectis ad vtrumque finem vſi erant. lectica ſane à lecto dicta eſt, eaque ſicut lectorum ſtragulę veſtes, pel-

mum ſtramentis tecta eſt Varro 4. de ling. Lat. ſic de lectica ſcribit. *Niſi ab eo quod Græci antiqui dicebant, λέκτρον lectum potius quam lecticam quod inuoluebant quod fere ſtramenta erant è ſegete ſegeſtriam appellant vt etiam nunc in caſtreis*: poſtea pelle contecta eſt lectica non ſecus ac de lecto diximus Martialis libro 11. Epigrammatum 99. Epigr.

Non te cucullis aſſerat caput tectum
Lectica nec te tuta pelle veloque,

In lectis dormiebant ſub ſtramento vel pelle: ſic & in lecticis: idem libro 9. Epigrammatum 94. Epigramm.

Dat tibi ſecuros vilis lecticula ſomnos
Peruigil in pluma canis ecce iacet.

Statilius Ruffus libro de vita ſua apud Iſidorum originum libro 20. cap. 11. *Primum* (inquit) *iuxta conſuetudinem imperatorum ipſe pro lectis lecticis vtebatur.* Ex hac autem lege patet lectis olata tunc fuiſſe cadauera: ſed pluribus efferri prohibet quæ violata eſt in funere Marcelli, Syllæ, & Auguſti quod quia vulgaro eſt prætermitto.

AXIOMATA.

VNI corpori, vnum funus, vnus lectus debetur. Quod ſi corpus non appareat, animæ quies ſuſpendi credebatur, quo vſque ſepultum ſit: alioqui centum annis errant inſepulti: quia totidem annis reuoluitur compoſitum in ſua principia. Heredis tamen familia funeſta manet, niſi præcidanea porca piaculum & tridui ferias inſtituerit. Sed ſi in aquis vita ſepulta ſit & extincta, pura eſt familia: quia non amplius eſſe credebatur à nonnullis: at Romanorum ſententia animæ viuunt, ſed non debetur ſepultura: niſi adſit corpus quia polluit ſolis vt viuentium aſpectum: alioqui nihil ei debetur: quia tunc opertum & conditum vndis nihil poteſt polluere: tum quia diuina vindicta prolapſus eſt naufragus in hoc genus mortis qui elementi violentia periit non

ſuo fato non hominis iniuria.

SI HERES per contumeliam iuſta legis aut canonis neceſſitate ſancita non ſoluerit, ſummi Pontificis ſententia capiti plecti poteſt: quia expiari non poteſt: ſecus ſi per imprudentiam. Feriæ autem triduales ſeu præcidaneæ ſimiles ſunt tribus poſtremis diebus nouemdialium: differunt tamen: quia triduales non poſſunt conferri in diem publice feriatum aut eidem familiæ Feſtum; ſed in atrum quo parentari non poteſt ſed porca præcidi primo die ex tribus: ſecundo defletur: tertio pyra conſtruitur & cenotaphium quod coronatur, & libationibus & ſuffimentis & epulis colitur: huc etiam anima errans ter vocatur, ne videantur per obliuionem præteriti & in hoſtium poteſtate, ſuorum ope deſtituti. Ibi quamuis corpus non ſit, eius tamen imago ponitur qua ſicut & cenotaphio quod eſt imago veri ſepulcri anima delectatur: & ſic vmbræ vmbris placantur: ſi tamen funus iam ad corpus alibi factm ſit, tumulus inanis licet his ſacris imbutus, ſacer non eſt, etſi leuamento viuentis eſſe poſſit.

SI CORPVS humo mandatum ſit ſine honore, inſtaurandum eſt funus iiſdem cærimoniis: corpus autem perpetuæ ſepulturæ datum ex iuſta & neceſſaria cauſa, transferri poteſt, permiſſu præſidis per noctem legitimis ſacrificiis redditis quibus anima ex ſede ſua ad aliam euocetur: at ſi non perpetuæ ſepulturæ datum ſit, pro arbitrio transfertur. Anima autem emoto cadauere interturbatur & ſequitur ſedem in quam

tranſfertur: ſed grata ei eſt nox: quia lucem odit qua priuata eſt & ad quam aſpirare non poteſt, nocturnis inferorum tenebris inuoluta, & infernis deuota ſacris. quod ſi corpus diuiſum in multis locis ſepultum ſit, vnus tantum locus in quo caput eſt religioſus fit: quia in eo eſt character formæ.

PRISCI in lectis dormiebant & in lectis ad rogum efferebantur: hi pellibus contegebantur. Frugalitas enim priſca pelliceis ſtragulis indormiebat: ideo ea veſtis nocturna erat & mali ominis: nocturna polluebant: vnde veſte luctuoſa per ſomnum noctu tegebantur. Pellibus primum oſſa mortui inuoluta ſunt (niſi principum quorum reliquiæ aliquando purpureis pannis tegebantur:) in pellibus etiam mortuarum pecudum luctuoſa erat familia quia ſunt funeſtæ. Reliquę pelles in vſum communem adhibebantur earum pecudum quæ in laniena cæſæ fuerant. Quibus autem flamines ad calceos vtebantur erant immolatarum pecudum quibus etiam oſſa mortui inuoluebantur: quia tunc anima dea facta eſt: ideo ſacris pellibus vti debet. Hæ autem pelles gratæ Diis erant ita vt in iis dormientes Dei oracula mererentur. Poſt lectum lectica ad dormiendum & poſtea etiam ad efferendum cadauer vſurpata eſt eaque primum ſtramentis deinde pellibus tecta eſt.

NE ROGVM BVSTVMVE nouum propius ſexaginta pedes, Ædes alienas inuito Domino quis adiicito: neue forum ſepulcri buſtumue vſucapito.

CAP. XXV.

HIC Eſt poſtremum caput quod ex reliquiis harum legum & canonum de ſtatu religionis ad nos quaſi tempeſtate delatum eſt: & duas partes continet, quarum vna præſcribit terminum quo ſepulcrum debet ab ædibus alienis ſeparari. altera prohibet veſtibulum ſepulcri & ipſum ſepulcrum vſucapi. Vtraque pertinet ad ſepulturas quæ ſunt extra pomœrium: nam in vrbe vruntur aut ſepeliuntur priuilegij iure, in loco publico non iure communi quo caſu priuati ædificij gratia non poteſt impediri publici iuris executio. Tum quod loca publica ſolum habeant ab ædificiis ſeparatum in quibus populus conſiſtit. idem eſt in altera parte vbi priuilegio locus eſt nam nec forum nec ſepulcrum alia ratione vſucapi prohibetur quam quia publicum eſt. Quod enim ſolo inædificatur ſoli conditionem ſequitur, ideo publicum fit, quod vſucapi non poteſt l. 9. ff. de vſucap. ſed ad primæ partis ſenſum accedamus ſecundum ius commune patet ex iis quæ mox dixi hic ædes accipi quæ in agris ſunt & quæ alienæ. Vox alieni ambigua eſt: ſignificat enim quod non eſt noſtri dominij. Dominium triplex eſt, proprietatis l. proprietatis C. de probat. l. ſtatuliber §. vltimo ff. ad leg. falcid. ideo Neratius cum dicit dominium ne quis decipiatur ambiguitate verbi ſubiicit id eſt proprietas in l. ſi procurator ff. de acquir. rer. dom. Aut poſſeſſionis, quod non à lege vt proprietas ſed prætoris iuriſdictione datur: qui proprietatem dare non poteſt l. qui vſumfructum ff. ſi vſusf. pet. poſſeſſionis dominium poteſt l. 1. ff. de bonor. poſſeſſ. Eſt & dominium quoddam vſusfructus: nam in d. l. qui vſumfr. qui legitime vſumfructum habet, dominium uſusfructus habet, at qui ex cauſa fideicommiſſi, poſſeſſionem tantum à Prætore conſequitur. Ideo in l. in venditione in princ. ff. de reb. auct. iud. poſſ. fructuarius appellatione Domini continetur. Sed cum iure ciuili agitur, neque poſſeſſionis neque vſusfructus vllum dominium intelligitur l. falſus §. vltimo ff. de furt. l. ſuos de leg. 3: ſed ſi accipiatur ſecundum quid id eſt prout

Alienum quid.

exigit rerum æquitas circunſtantiis accommodata, & vſusfructus & iuſta poſſeſſio dominij iure cenſebuntur d. l. Tuos §. 1. & alienari dicentur ea iura quæ quis in alium tranſtulerit l. 4. §. Pedius ff. de alienat. iud. mut. l. ſancimus C. de reb. alie. non alie. At hic ædes alienæ iure ne ciuili religioſius interpretandæ ſunt, ſi proprietas penes alium ſit, penes inferentem mortuum vſusfructus aut iuſta poſſeſſio; an liberius? Hic certe alienum dici aſſero quod in alieno iure eſt, non tantum proprietatis, ſed & poſſeſſionis quæ iure Prætorio vicem obtinet proprietatis, & vſusfructus qui etiam iure ciuili in multis caſibus pars dominij eſt l. 4. ff. de vſufr. Ideo inuito fructuario non poteſt inferri mortuus &c. vt in l. locum ff. eod. vbi etiam hoc traditur quod nudæ proprietatis Dominus ne conſentiente quidem fructuario deteriorem cauſam vſusfructus facere poteſt excepta cauſa religionis cuius fauore hoc ſpecialiter inductum eſt. Et ſic hac lge ſeu Dominus ſit ſeu extraneus prohibetur inferre prope ædes quarum vſusfructus eſt alienus. Neque enim hic iure ciuili mero dominium dicitur ſed mixto: quia ex æquo & bono colendum eſt ius religionis ita vt alteri non noceat alienorum Manium veneratio. Nec ſolo iure Romanorum ſanctitas hæc inſtituta eſt, ſed & gentium conſenſu recepta. Hoc enim cuique inſitum eſt alterum non lædere & ſuum cuique tribuere: quia eſt ex iuſtitia cuius ſemina ſunt ex vi rationis homini ingenerata l. iuſtitia ff. de iuſt. & iur. Inuitus autem intelligitur is tantum qui contradicit quia qui ſcit videtur conſentire (quamuis in ſeruitutibus expreſſus deſideretur conſenſus neque enim ad factum ſed ad ius ſeruitutis hæc verba referuntur l. inuitum ff. de ſeruit. vrb. præd.) itaque ſi quis intra legitimum modum prope ædes alienas intulerit mortuum ſciente ædium Domino locus ita fit religioſus vt poſtea prohibere non poſſit ex hac lege quominus alius mortuus inferatur l. 3. §. vlt. ff. de mort. infer. quod Iuriſconſultus reſpondit ſecundum hanc legem. Nam hæc lex ait Nouum quia iam ædificata ſine religione moueri non poſſimt. Igitur qui mortuum effert caueat ne intra 60. pedes prope alienas ædes inferat. Quod videtur pugnare cum lege Solonis de qua ſic Plutarchus in eo. ὥρισε δὲ καὶ φυτειῶν μέτρα μάλ' ἐμπείρως· τοὺς μὲν ἄλλο τι φυτεύοντας ἐν ἀγρῷ, πέντε πόδας ἀπέχειν τοῦ γείτονος κελεύσας· τοὺς δὲ συκῆν, ἢ ἐλαίαν, ἐννέα· πορρωτέρω γὰρ ἐξικνεῖται ταῦτα ταῖς ῥίζαις καὶ οὐ πᾶσι γειτνιᾷ τοῖς φυτοῖς ἀσινῶς, ἀλλὰ καὶ τροφὴν ἀφαιρεῖται καὶ βλάπτουσαν ἐνίοις ἀποφορὰν ἀφίησι. βόθρους δὲ καὶ τάφρους τὸν βουλόμενον ἐκέλευσεν ὀρύττειν, ὅσον ἐμβάλλοι βάθος ἀφιστάμενον μῆκος τοῦ ἀλλοτρίου. Hoc differentiam oſtendit quæ eſt inter plantas. Nam olea & ficus nouem pedibus abeſſe debent quia radices agunt longius & vicinia earum noxia eſt cum alimentum eripiant vicinis plantis & quibuſdam earum nocentem exſpirent halitum: cæteræ arbores in quinque pedum ſpatio plantentur. Sed ſi ſcrobes aut tumulos fodiat aliquis, tantum ſpatij inter ſuum & alienum relinquat

Inuitus quis.

Lex Solonis de interuallis plantarum & ædificiorum.

quat quantum profunditatis & longitudinis habuerint. Hic ante legebatur τάφρους, & ſic qui in Latinum vertit auctorem, legit quia interpretatus eſt ſcrobes & foſſas: idem eſt error in verſione Gallica, patet hic error ex l. vltima ff. fini regund. vbi Iuriſconſultus ipſamet verba legis Solonis, ſic ſcribit, ἐὰν δὲ τάφρον ἢ βόθρον ὀρύττῃ, &c. Igitur non ſexaginta pedes, ſed ſi minus habeat profunditatis minus ſpatij relinquendum. Non eſt autem dubium quin hæc lex 12. tab. ex Solonis lege ſumpta ſit. Vtrum non extat lex Athenienſium de eo qui prope ædes alienas tumulum adiecit, ſed tantum qui prope agrum alienum: quod ex verbis Plutarchi patet, ἐν ἀγρῷ: tum ex d. l. vlt. παρ' ἀλλοτρίῳ χωρίῳ, id eſt ſolo, ſeu loco qui ædificio non eſt occupatus. Tum etiam ex natura iudicij finium regundorum, quod non habet locum in ædificiis l. Sed & loci §. pen. ff. eod. Tullius in Topicis, *Si in vrbe fines non reguntur, neque in vrbe aqua arceatur.* Quod ait in vrbe latius eſt accipiendum & producendum ad ædificia quæ ruri ſunt quia vrbana etiam ſunt prædia l. 1. ff. com. præd. nec obſtat l. 2. in prin. ff. finium reg. vbi locus eſt huic iudicio quamuis ædificia interueniant. Nam id vlp. accipit de ædificiis quæ in confiniis agrorum non ſecus ac lapides aut arbores interpoſita ſunt. Ergo in agris tumulum fodienti ſufficit intermittere tantum ſpatij quantum eſt in eo profunditatis: at prope ædes alienas deſideratur ſpatium 60. pedum. Vnde hæc ex natura locorum iuris diuerſitas? nimirum quod ex cadauere nihil noceat agro, niſi foſſa qua ducta profundius ea parte vicini ſolum infirmat: facile enim in cauum inclinat quod eſt ponderoſius, & ſic terra grauior ibi ſubſideret. Adde quod cum corpus ibi religioſe conditum ſit, arator non audeat ibi propius accedere, ne quid contra religionem faciat. At prope ædes & fœtor corporis viuentibus nocet, & combuſtio ipſius periculum incendij minatur vt Tullius interpretatur: ſed interuallum 60. pedum vtramque cauſam tollit. Sed ſi ædes & locus vicinus ad defunctum pertinerent non eſt locus huic termino: hoc enim priuati detrimenti cauſa ſancitur in re aliena. Ergo in re propria aliud eſt. Sed finge aliquem ſepulcrum ædificaſſe, non ſeruato legitimo ſpatio? potuit dominus ante perfectum opus illud interrumpere per nuntiationem noui operis vt quod inchoatum eſt deſtruatur: ſed eo perfecto competit tantum interdictum, quod vi aut clam. l. 3. in princ. ff. de mort. inf. videtur tamen hoc ſpatium non tantum gratia vicini prædij relinqui, ſed etiam ipſius ſepulcri l. tenetur §. ſi locum ff. de act. empt. vbi emiſti locum ſepulcri, id eſt ad hoc vt in eo mortuum ſepelires, ſed antequam ſepeliretur venditor ædificauit propius quam lege præſcriptum eſt, tibi actio ex empto datur in venditorem quæ non datur niſi in id quod intereſt. l. 1. in princ. ff. eod. Ergo intereſt aliquid, ſepelientis alienas ædes prope ſepulcrum non ædificari. Verum in d. l. tenetur actio competit ſi ædificatum ſit antequam infer-

Emendatur lectio.

Finium regundorum in agris.

Diuerſitas ſpatij ex diuerſitate loci.

retur mortuus. Vnde ſequitur contrarium ſi poſt illationem ædificatum ſit: & eſt ratio quod ædificio perfecto poſt religionem loci nihil interſit emptoris propius ædificari: cum enim locum ſepulcri emerit & illatione religioſus factus ſit, venditor impleuit fidem contractus, ita vt agi amplius exempto non poſſit: nec obſtat quod propius ædificauit: hoc enim nihil attinet ad obligationem emptionis quia potius conditionem ſuam deteriorem fecit, vt patet, at antequam inferatur mortuus non eſt ſatisfactum contractui quia habere non licet emptori ſepulcrum quod propius ædes alienas ædificari non poteſt, idque ex facto venditoris, qui propè illũ locum adhuc purum ædificauit. In publicis autem ædificiis alius terminus inductus eſt. Nam ſi quis velit priuatim ædificare quindecim pedum ſpatium à publicis ædificiis intermittere debet l.46. C. Theod. de oper. publ. l. ſi cui loci C. de ędific. priuat. at ſi priuatim prope priuatum ædificetur decem pedes ſufficiunt l. Meniana. C. eod. Sed poſtea Zeno conſtituit vt 12. pedes interponerentur l.12 §.2. C. eod. At ex lege Solonis ſufficit inter priuata ædificia ſpatium duorum pedum d.l. vlt. ff. fini reg. ex l. 12. tab. inde ſumpta paulo plus nimirum duorum pedum & ſemiſſis. Feſtus, *Ambitus* (inquit) *proprie dicitur circuitus ædificiorum patens in latitudinem pedes duos & ſemiſſem. in longitudinem idem quod ædificium.* Hoc ex l. 12. tab. eſſe aſſerit Varro 4. de ling. Lat. *Ambitus iter quod circumeundo teritur: nam ambitus circuitus, ab eoque 12. tabularum interpretes ambitum parietis circuitum eſſe deſcribunt.* Verum hi termini in antiqua Roma diu ſeruati ſunt. Sed poſtea mutati cum cœpiſſent ædificia extrui ambitioſius & maiore luxu, ideoque maiori ſpatio ad cæli & aëris liberiorem vſum opus fuit. Termini autem 10. 12. & 15. pedum ab imperatoribus Græcis conſtituti ſunt, quos tamen Romæ ſeruatos fuiſſe non dubito poſtquam ita præſcripti eſſent. Nunc ad legem redeo. Ratio quam dat hic Tullius non ſatis idonea videtur: *quod* (inquit) *rogũ buſtũue nouum vetat propius 60. pedes adiici ædes alienas inuito domino incendium veretur acerbum.* Sane periculum incendij refertur ad rogum: at quid incendium ad buſtũ. Nam dictum eſt buſtum eſſe locum in quo reliquiæ corporis combuſti humatæ ſunt. Verum in buſto teter odor cadauerum aërisque corruptio timenda eſt. At ex corpore cremato quid poteſt corrumpi cum flamma exhauſerit, quicquid humoris erat putrefacti? Verum non omnia corpora cremantur, & quæ cremantur æque ex incendio rogi ac ex putredine aëris ob vaporem ex flamma exſpirantem qui aërem inficit periculoſa ſunt. Atqui vtrumque periculum ex rogo eſt non ex buſto. Verum ibi fit buſtum vbi fuit rogus: & quamuis ex cauſa ſpeciali alibi reliquiæ conderentur, idem tamen periculum naſcitur vbi fit rogus: vel vbi integra corpora inhumantur. Nunc accedo ad alteram partem huius legis quæ vt ibidem Tullius ait, *tuetur ius ſepulcrorum ſecundum naturam*, quæ

Spatium legitimum inter ædificia.

norma legis eſt. In hac parte duo conſiderantur, vnum ne forum, id eſt, veſtibulum ſepulcri (ſic enim ille interpretatus, ſic Feſtus in voce forum.) Alterum ne ipſum ſepulcrum, (ſic enim buſtum accipi debet) vſucapiatur. Veteres forum à ferendo dixere: Hinc inferiæ dictæ ſunt non ab inferis: quod ex Virgilij loco ſupra adducto apparet cum ait, *inferimus tepido, &c.* Hinc feralia & epulę ferales. Varro 5. de ling. Latin. *feralia ab infereis & ferendo*: Duo Etyma confundens, ſed magis probat, a ferendo: ait enim; *quod ferunt, &c.* Hinc efferre & inferre mortuos, pheretrum & φέρεζον Igitur eo veſtibulo inſiſtunt qui epulas ſepulcro imponunt. Erat & oſtium in ſepulcro l.15. qui puteum §. ſi quis de monumento. ff. quod vi aut cl. ad inferenda corpora heredum aut eorum qui ſunt ex familia & hoc amplius ad lucernam accendendam intus vt ei in tenebris luceat qui luce priuatus eſt vt in ſpecie l. Mæuia. ff. de manumiſſ. teſt. Forum illud non eſt pars ſepulcri: quia id tantum religioſum eſt quo corpus continetur l.2. §. ſepulcrum ff. de religioſ. cæteræ partes vicinę, ſi purę ſint, profanę ſunt l. 4. in fine l. 9. C. eodem. Cur ergo forum prohibetur vſucapi cum nec publicum ſit nec religioſum? Si enim vẽdideris hortos vel agros in quibus eſſent ſepulcra circa quę loca quędam non culta, non arata eſſent, ea pertinent ad emptorem (niſi ea ſpecialiter excepta ſint a te,) quia profana ſunt l. ædo §. vlt. ff. de contrah. empt. quod huc pertinet vt intelligatur emptorem ea poſſe, arare ſerere & colere pro arbitrio: non idem eſt, in l. ſi mercedem §.1. ff. de act. empt. vbi ſi vendideris fundum in quo erat ſepulcrum, nec tibi nominatim ſepulcrum exceperis tuum eſſe definit. Nam eo caſu ſepulcrum ſemper religioſum eſt: nec exarari aut coli ſine piaculo poteſt, ſed tamen ius inferendi amiſiſti eo in emptorem tranſlato quaſi acceſſione totius fundi quod iure religionis non dominij ei cõpetit. Ideo nõ eſt ſuperflua in contractu venditionis hæc lex, *Si quid ſacri aut religioſi eſt,* eius nihil venit: quæ pertinet ad modica loca ſacra aut religioſa l. 22. ff. de contrah. empt. at ſi maior pars loci venditi ſacra ſit aut religioſa, ſecus eſt quia accedere non poteſt, quod totius locum obtinere poſſet. Igitur cum ſolum ſepulcrum ſuæ naturæ conditionem mutare non poſſit & vicina loca facilime alienentur, videtur forum vſucapi poſſe. Verum, forum ſequitur ſepulcrum vt acceſſio ſuum principale quia gratia ſepulcri appoſitum eſt. Et ſic licet forum religioſum non ſit, eſt tamen quaſi appendix religioſi. Non idem eſt in locis puris quæ circum ſunt: quia non gratia ſepulcri cenſentur, ſed fundi, cuius partem faciunt non acceſſionem religioſi. Sepulcrum ratione fundi acceſſio eſt: ratione fori principale eſt. Sed ſi ſepulcrum religioſum eſt cur rei profanæ venditioni accedit? quia ſemper manet in ſua natura religionis. Imo intereſt non accedere propter anniuerſaria ſacra. An negligentia aut auaritia venditoris, fraudi erit Diis Manibus, quibus parentalia de-

Altera pars legis de foro & buſto.

Forum non eſt religioſum.

Forum ſepulcri acceſſio.

bentur? Si enim non excepit ſepulcrum amittit ius illius excepto vno caſu quem Paulus notat in d.l. Si mercedem d.§.1.nimirum, ſi in ſepulcrum iter publicum tranſit: ergo ius ſepulcri non excepti non amitteret ſi iter haberet. Sed hæc non eſt ſententia Pauli: vult enim non accedere tacite venditioni fundi, id eſt, ex tacito conſenſu partium ſepulcrum, ſi iter ad illud pateat. Si vero iter nullum ſit, tacite videtur acceſſiſſe, & proinde deſinit ad vẽditorẽ pertinere non quod iter non habeat ſed quod tacite venditum ſit cum fundo. Nam ſi probetur ſepulcrum pertinere ad vnum: ſed fundum alterius interdicentem obſtare quominus ad ſepulcrum eatur, extra ordinẽ ex reſcripto Diuorũ principiũ precario cõceditur, quo caſu non cõpetit ciuilis actio tamquã ad vindicandã ſeruitutẽ ſed vtilis, nſi Pręſes coegerit dominũ agri vicini iuſto pretio ſeruitutẽ hãc vendere l. 12. in princ. ff. de religioſ. quod ſi ſepulcrum exceptum ſit ei accedit iter quia tacite videtur exceptum cum ſepulcro l. ſi venditor ff. eod. & hoc iure vtuntur Romani l. 5. ff. de ſepulcro viol. quia (vt de foro dixi) iter ad ſepulcrum licet religioſum non ſit l. ſeruitus §. 1. ff. de ſeruit. eſt tamen acceſſio religioſi: ideoque ſepulcra non vindicantur quia non ſunt noſtri dominij ſed viam ad ſepulcrum poſſumus vindicare l. 1. ff. ſi ſeruit. vind. igitur ſi ſepulcrum nominatum exceptum ſit ei accedit iter: alioqui neutrum competeret, & ſic euaneſcerent ſacra familiæ & gentis: nam & ius inferendi perit & parentandi. Sed in cap. ſacra demonſtratum eſt pluribus modis hæc ſacra interiiſſe. Ius inferendi alienari poteſt non pacto etiam ex continenti appoſito in bonæ fidei contractu ſed ſtipulatione l. quod ſi locus ff. de relig. vel teſtamento l. monumenta C. de legat. ius parentandi non alienatur quia alterius intereſt parentari; ſufficit autem ſi ſepulcrum aliæ conuerſationis vſum non accipiat nec mutatione diuini iuris in humanum polluatur quod nominatim Senatuſconſulto cautum eſt d. l. 12. §. 1. Igitur vendi poteſt locus religioſus per acceſſionem ita tamen vt ſemper religioſus maneat. Cur non poteſt vſucapi cum alienationis verbo etiam vſucapio contineatur l. 8. ff. de verb. ſign. Verum principaliter non poteſt vendi nec obligari, neque expreſſe vt dictum eſt ex l 22. de contrah. empt. l. 2. & l. 9. C. de relig. nec legari d. l. monumenta C. de legat. at tacite iure acceſſionis poteſt l. in modicis ff. de contrah. empt. Cur tam varie? Quia cum accedit, non ex voluntate, ſed ex neceſſitate conſequentiæ venit cum ſuo principali: at ſi expreſſe & tamquam principale venderetur, quod diuini iuris eſt humano & priuato arbitrio ſubiiceretur: deinde priore caſu nihil mutatur ex natura religioſi quia acceſſiones tranſeunt in emptorem cum natura & conditione ſua l. alienatio ff. eodem: at poſteriore non eſſet emptio rei principalis niſi ea vti liceret iure dominij aut iuſtæ poſſeſſionis quæ dominiũ imitatur l. 2. §. vlt. ff. 3. in princ. ff. de act. emp. & ſic ſepulcrum nec

Iter ad ſepulcrum.

Ius in inferendi & parentandi differunt.

Cur ſepulcrum expreſſe & principaliter nõ poteſt vẽdi.

vẽdi poteſt nec legari, nec adiudicari in iudicio familię erciſcũdę, quia inſolidũ debet heredibus cõpetere ius inferẽdi licet inter eos fundus in quo eſt, diuiſus fuerit l. fundus ff. famil. erciſc. nec in ſtipulatum deduci l. inter ſtipulantem §. ſacram ff. de verb. oblig. nec obſtat l. qui officij §. 1. ff. de contrah. empt. vbi ex venditione loci ſacri vel religioſi naſcitur ex empto actio aduerſus venditorem qui ſciens emptori ignoranti vendidit. Verum ibi Iuriſc. ait nullam eſſe emptionem: ſed ea actio datur non ad implendam venditionem, ſed ad id quod intereſt non fuiſſe emptorem deceptum, quia doli præſtatio ineſt bonæ fidei iudiciis l. & eleganter §. non ſolum ff. de dolo. Et ſic intelligenda eſt l. 6. in princ ff. de contrah. empt. ſcientem emere non poſſe: vnde ſequitur poſſe ignorantem: poteſt enim ad hoc valere emptio quod intereſt non deceptum fuiſſe: hoc enim fit propter bonam fidem emptoris l. ſi in emptione §. item ſi & l. liberi ff. eodem. Igitur ideo buſtum prohibetur vſucapi quia alienari non poteſt: ſed ſi eſt extra commercium humanum quid opus fuit vſucapionem prohibere? quia vt mox dictum eſt tranſit in emptorem cum ſuo iure ita vt nullum ius amplius venditori in eo competat: alienatur etiam ex neceſſitate conſequentiæ. Deinde præſcribitur l. 6. in fine C. de relig. vbi libertis iura ſepulcrorum competunt ſi præſcriptio iuſtam cauſam habuit ab initio. Cur ergo vſucapi non poterit? Verum iam oſtendi ius inferendi alienari poſſe, quia priuatum eſt at ius dominij in ſepulcro nullomodo. ideo in d. l. 6. non ait ſepulcrum præſcribi ſed iis proficere ſi iuſte præſcripſerint. Ad quid proficit niſi ad inferendum? Sed valde obſtat Vlpianus in l. 4. ff. de mort. inf vbi negat ius ſepulcri præſcribi: at ius ſepulcri conſiſtit in inferendo. verum hoc intendit non poſſe pręſcribi ius ſepulcri quod alij genti vel familiæ competit; quia præſcribenti iure non competit, licet ipſum fundum in quo eſt pręſcripſerit: quia inferre poteſt iure longę poſſeſſionis quod non eſt directum ſed vtile l. ſi quis diuturno ff. ſi ſeruit. vind. ſed ſi emptione ius ſepulcri familiaris alienatur in alium cur nõ idem valebit in præſcriptione quæ etiam eſt ſpecies alienationis licet indirectæ? Verum ius ſepulcri voluntate patrisfamilias alienari poteſt: neque enim religioſum eſt eo ignorante non poteſt, id enim contra legem eſſet quæ buſtum aut forum vetat vſucapi & ex conſequentia præſcribi ne pereat ignoranti religio ſua quæ non perit dato iure inferendi pręſcriptori nec me mouet quod per longum tempus, nullus ex famila ierit ad ſepulcrum: nam iter debitum ſepulcro non vtendo numquam amittitur l. 4. ff. quemad. ſer. amitt. in qua eſt adhuc quoddam veſtigium priſci iuris: quia continet tantum inferendi ius, iure gentis aut familiæ id eſt religioſum illi tantum genti quod lege priſca perpetuum eſſe debeat: at poſtea nullomodo religioſum fuit. Sed ſepulcri ipſius ſanctitas ſemper religioſa fuit: eoque maior quo ſe-

Ex nulla emptione datur actio.

Præſcriptori nõ competit ius ſepulcri vt emptori licet impediri non poſſit quo minus inferat.

Sepulcri ſanctitas. pulcrum eſt vetuſtius Tullius Philipp. 9. *Sepulcrorum ſanctitas in ipſo ſolo eſt quod nulla vi moueri neque deleri poteſt atque vt cætera extinguntur, ſic ſepulcra ſanctiora fiunt vetuſtate:* In ſolo (inquit) hæc ſanctitas: addo & in cœlo: ſepulcri enim religio non tantum ſolum occupat ſed etiam id cœlum quod ſupra ſepulcrum eſt, ita vt ſi quid in illud immiſſum ſit agi poſſit interdicto quod vi aut clam. l. vltima §. penult. ff. quod vi aut clam. Romani igitur in hac ſententia perſtitere vt ſepulcra non amiſerint religionem licet mutata ſint religionum iura. Non ita religioſi fuere priſci Athenienſes: quia cum humatus eſſet mortuus & obducta terra, ita religione *Sepulcrum ſatu frugum expiatum.* ſoluebatur tumulus vt frugibus ſatis expiaretur & profanus fieret. Tullius: *Athenis* (inquit) *iam illo more à Cecrope vt aiunt permanſit hoc ius terra humandi quam cum proximi fecerant obductaque terra erat, frugibus obſerebatur vt ſinus & gremium quaſi matris, mortuo tribueretur: ſolum autem frugibus expiatum vt viuis redderetur.* Frugum ſatus eſt Symbolum vitę renaſcentis & mortuę & extinctę vt in myſteriis oſtendi. Idcirco non mirum ſi terram mortuo pollutam quaſi hoc ſigno regenerationis expiet quæ ſine morte eius quod ſatum eſt fieri non poteſt: quo magis propria eſt huic generi expiationis Plato 12. de legib. cenſet non eſſe mortuorum gratia viuis adimendum quod ad vitam conferre poſſit: qui ſanctior fuit Athenienſibus in hanc parte de quo ſic Tullius, *Vetat ex agro culto eove qui coli poſſit vllam partem ſumi ſepulcro: ſed quæ natura agri tantummodo efficere poſſit vt mortuorum corpora ſine detrimento viuorum recipiat ea potiſſimum vt compleatur: quæ autem terra fruges ferre & vt mater cibos ſuppeditare poſſit eam ne quis nobis minu it, nene viuus ne-* *Nec arari nec coli fas eſt apud alios ſepulcrū.* *ue mortuus.* Hic non tangit mortuos nec eorum ſepulcra religione ſoluit, ſed ſic ſine diſpendio viuorum perpetua conſeruat & ſane apud alios Græcos nec coli nec arari fas erat ſepulcrum: Heraclides 3. Epigrammatum introducit mortuum qui aratorem alloquitur & iubet eum manus abſtinere ab glebę ſectione ex qua nulla vmquam comata ſeges enatura ſit.

Ἄπεχε ἄπεχε χεῖρας ὦ γεωπόνε
Μηδ' ἀμφίταμνε τὰν ἐν ἠρίῳ κόνιν
Αὐτὰ κέκλαυται βῶλος· ἐκ κεκλαυμένας
Δ' οὔτοι κομάτος ἀναθαλήσεται στάχυς

Axiomata.

Alienvm eſt ſtricte quod eſt in proprietate alicuius: late, quod in iure vſusfructus, aut iuſtæ poſſeſſionis. Proprietarius autem non poteſt cauſam vſusfructus deteriorare etiam conſenſu fructuarij excepta cauſa religionis. Inuitus autem eſt non tantum qui contradicit, ſed & qui ignorat aut non expreſſe conſentit, in ſeruitutis acquiſitione licet in cauſa religionis tacitus ſufficiat conſenſus, ideo vſusfructus in religione dominij pars eſt: quia conſenſu eius ad quem pertinet cauſa proprietatis & vſusfructus ex profana in diuinam immutatur. Is autem qui iuſtam habet poſſeſſionem etſi dominus non ſit, a prætore loco domini habetur:& ideo vtroque inuito non poteſt prope ædes in quibus ius habent extrui buſtum, id eſt, ſeu expreſſe ſeu tacite non conſentiente.

Legitimvs modus in agris eſt tantum ſpatij inter tumulum & alienum locum quantum profunditatis habet: in vrbanis prædiis 60. pedum. Quod gratia vicini non religionis eſt conſtitutum: propter incendium, & tetrum fœtorẽ cadauerum. Quod ſi ſciente domino intra illum terminum mortuus inferatur, poſtea alij mortui inferri poſſunt etiam eo inuito: quia ſemel tacite conſenſit in id quod eius tantum priuatim intererat. Iudicium autem finium regindorum quod eſt de terminis: tantum habet locum in prædiis ruſticis. Spatium vero inter ædificia priuata lege Solonis eſt duorũ pedũ & lege 12. tab. duorũ pe-

dum ſemiſſis: legibus nouis decem & nouiſſimo iure 12. inter priuatum & publicum quindecim.

FORVM ſepulcri non eſt religioſum, ſed religioſi appendix & acceſſio, quo in ſepulcrum inferiæ dantur. Eſt & oſtium quo lucernæ intus accenduntur & corpora inferuntur. Sepulcrum autem fundo vendito iure acceſſionis in emptorem tranſit, niſi nominatim exceptum ſit, aut via publica ibi ſit. Quia tacita voluntate alienatum videtur, ita tamen vt religio eius maneat, ſolo iure familiæ mutato: non tamen ſi fundus ſit præſcriptus: quia non conſenſu patrisfamilias, ſed non vtendo præſcriptus eſt: at iter ad ſepulcrum numquam amittitur non vtendo: ideo ſepulcrũ manet familiæ: quamuis eo caſu impediri non poſſit is qui præſcripſit quo minus inferat licet ius ſepulcri non habeat.

LOCA pura circa ſepulcrum alienantur, expreſſe non ſepulcrum, quod ſi venditor excepit ſepulcrum ne accederet venditioni totius, licet iter nullum ſit, precario conſtituitur vt ex eo vtilis competat: aut iuſto pretio emitur ab inuito vt directa detur ex reſcripto. Iter autem ad ſepulcrum, non eſt religioſum, nec ius inferendi: ius parentandi non alienatur, quia totius gentis & deorum Manium intereſt parentari. Ius ſepulcri religioſum erat genti aut familiæ non omnibus: at ſepulcrum omnibus ſanctum eſt: ideo nec alienari principaliter poteſt, nec obligari nec vſucapi, licet ſi venditum ſit ignoráti ad hoc emptio valeat vt ratione doli agatur ex empto, non ad implendam venditionem, ſed ratione eius quod

intereſt

intereſt emptorem non eſſe deceptum: quia nulla eſt emptio ſubiecti ratione licet ex bona fide quæ formæ ineſt, dolus vindicetur.

Sepvlcri ſanctitas, & ſolum & cœlum quod ſupra ſe eſt occupat, apud Romanos: Secus apud Athenienſes, qui mortuo terra operto ſepulcrum religione ſoluebant, frugum ſatu in quo eſt Symbolum mortis & vitæ renaſcentis. Alij tamen Græci ſanctiores fuêre, qui tumulum arari nefas putauere: quod etiam gentibus Chriſtianis religioni eſt. Vides hoc toto opuſculo quæ ſint leges qui mores, qui canones, & ne quid deſiderare poſſis quod attinet ad ſubiectum illius data in præfatione legis propriæ definitione accipe definitionem moris & canonis quamuis ex iis quæ ibidem dicta ſunt ſatis intelligi poſſit per differentias, ibi allatas. Mos eſt lex, populi moribus inſinuata & iure Maieſtatis admiſſa. Canon eſt lex Pontificia more vel ſcripto conſtituta religionis ergo. Mos tamen magis videtur pertinere ad religionem quam ad res humanas. Feſtus: *Mos eſt inſtitutum patrium pertinens maxime ad religiones cærimoniaſque antiquorum.*

Cvm hæc luctuoſa antiquorum monumenta tractarem & veterum dolores calamus meus impune depingeret: nouus & verus mihi luctus incidit ex obitu vnici filij mei: quem mihi rapuit qui dederat: ſenſi me hominem primo motu, ſed quia mancipio mihi datus non erat, acerbitatem funeris æquiori animo tuli quod meliori æuo perfruatur in ſacro fonte re-

generatus. Ille partus naturalis ſuo principio reſtitutus eſt: hic ciuilis voto meo & totius animi mei deſtinatione tendit in eumdem finem vt nomini Dei gloria ſit.

LAVS HOMINI DEO VIRGINIQVE-MATRI.

INDEX VERBORVM ET SENTENTIARVM LOCVPLETISSIMVS,

numerus indicat paginam.

A

ACCESSIO cedit principali. 293
Acceſsione dominium quæritur. 294
Accidens non eſt in Deo. 337
Acerra thuris. 538
Actio ad exhibendum etiam non domino competit. 294
Actio Aquiliæ eſt de damno. 425
Actio datur ex emptione nulla. 589
Actio vetus calumniæ. 438
Actionem denegare iuris auctoritate & magiſtratus officio differunt. 453.
Aditio. 471
Aditio non tollitur emancipatione nec deteſtatione. ibid.
Aditio ad quid heredem obligat. 472.
Adorantur fulgetra. 240
Adorandi mos. 76
Ædes omnis ſacra non eſt templum. 191.
Ædes ſacra effanda, conſecranda dedicanda. 194
Ædificia continentia quid. 53
Ædificia continentia vnde incipiunt. 182.
Ædificium quo iure ſoli conditionem ſequitur. 298
Ædiles quo habitu ludos ſpectant. 413.
Ægyptiorum mos. 489
Ægyptij veritatem fabulis inuoluũt. 334
Ægyptij polluunt myſterium Trinitatis. 335
Ægyptiorum error. 316
Æqui & iuſti ſpecialis differentia. 6
Æquitas duplex. 12
Æs laboris Symbolum. 524
Æſchylus inuentor pallæ, perſonæ, & ſuggeſti. 406
Æſculapius Romam aduectus ſub ſpecie anguis. 68
Æſculapius prior Caſtore & Polluce. 68
Ager Romanus. 187
Agna candida. 245
Agri Romani fines. 188
Agrorum genera. 187
Aiax igne & aqua perijt. 183
Album puritatem indicat. 354
Alienum quid. 585
Allium expiat. 243
Alterum in auguriis quid. 169
Ambarualis hoſtia. 163
Amor non communicatur. 311
Amor quid. 344
Anacalypteria, 349.551
Angels an corporei. 235
Angeli & dæmones gentibus incogniti. 237
Angelus paſsibilis. 487
Angues Caducei. 267
Anima quid obliuiſcitur. 491
Animarum error. 565
Animarum vocatio. 575
Anima non creãtur ante corpus. 491

Anima duplex. 486
Anima non eſt impaſsibilis. 487
Animæ reuertuntur in corpora. 490
Animæ in inferis nihil poſſunt. 488
Anima quando peccat. 488
Animæ pœna eſt, ſolem videre. 577
Anima ſecunda mors. 486
Anni reductio ad ſolis curſum a quibus ſumpta. 83
Annui obligatio perſonalis. 474
Annus Romuli & Numæ. 79
Annus Iouis ſacer non ſoli. 83
Annus Græcorum. 80
Apij qualitas. 392
Apium remouetur ab initiis. 340
Apollo puer patrimus matrimus. 389.
Appellatio an ſit ab omni magiſtratu. 274
Aqua fluens opere humano non adhibetur veſtæ ſacris. 117
Aqua primum tum vinum in probatione hoſtiæ. 96
Aqua ex terra in terram manat. 482
Aræ duæ vni animæ dantur. 496
Arborum caſores. 163
Arborum natura. 164
Area & ſuperficij formæ differentia. 303
Area pars ædium. 296
Aries expiat commiſſum in hominem, 380
Aries Mineruæ ſidus. 182
Ariſtotelis error. 489
Ariſtotelis error. 305
Ariſtotelis iniuſta defenſio. 306
Armata quæ. 110
Aſcenſus animæ ſemini ſimilis. 351
Aſcolia quæ & quo ritu. 100
Atellani Feſcennini & Satyrici differentia. 404
Athenienſium culpa. 268
Athenienſium error in tribuenda iuriſdictione. 16
Athenienſium & Romanorum in Rep. differentia. 13
Athenienſium mos. 504
Athenienſium mos. 307
Athletarum præmia. 394
Atys eſt Sol. 393
Auaritia facit regem cauponem. 27
Auaritia cauſa ſacrilegij & parricidij. 443
Auari comparantur venenatis beſtiis. 443
Auctoritas Senatus duplex. 124
Auctor alius eſt a contrahentibus. 269
Aue. 536
Aues ſtellis immolatæ. 148
Aues præpetes & oſcines quæ. 152
Aues quid præſentiunt. 148
Aues Iouis nuntiæ. 147
Auibus nihil ineſt diuinum. 148
Auis eiuſdem auſpicia contraria. 153
Aues vnde dant ſigna futuri. 147
Auguria impetratiua quæ. 151
Auguria maiora & minora. ibidem
Augurandarum frugum formula. 164
Auguriorum origo. 149
Auguriorum diuiſio. 151
Auguriorum vis. 150
Auguris imprudentia non punitur. 204.
Augurij & auſpicij differentia. 151
Augur ſoluendo. 155
Augurium firmum aquæ interceſſu. 154
Auguris lucerna. 151
Augur publicus ex plebe electus non fit patritius. 170
Auguri non parens capite plectitur. 204
Augures publici qui. 154
Augures publici ſorte electi, 155
Augur in augurando capite velato eſt. 194
Auguris poteſtas ante legē Æliam. 169

Augur debet eſſe impollutus. 151
Auguralis & Pontificij iuris concurſus & comparatio. 196. 197
Augurare & auſpicari differunt. 187
Auguria Ægyptiorum. 163
Auguralis ars eſt ciuilis. 158
Augures primi Romæ poterant eſſe Magiſtratus. 166
Augurum ars retenta licet falſitatis conuicta. 150
Auguſti Maieſtas. 336
Auri vis. 524
Auro dentes vincti. ibid.
Auri pondus Deo datur. 476
Aurigæ miniſterium vile. 407
Aurum in ſepulcris. 521
Auſpicari bis in eodem tabernaculo nefas. 197
Auſpicia maiora & minora ratione magiſtratuum. 168
Auſpicium militare ex acuminibus. 166
Auſpicium Cornicis. 152
Auſpicandi tempus. 151
Auſpicia a ſignis differunt. 155
Auſpicia pedeſtria. 156

B.

BACCHVS *aqua præeſt.* 285
Bacchi initia Romæ repudiata. 319
Bacchi cor myſtice explicatum. 343
Bacchi ſacra animam purgant. 331
Bacchi ſacra non ſunt deabus communia. ibid.
Baccho caper. 100
Bella neceſſaria. 258
Bella an a natura. ibid.
Belli indicendi forma. 269
Bellum quid. 4
Benedicere & conſecrare differunt. 464
Bona dea pro terra. 288
Bonæ deæ nomen ſcire nefas. 283
Bona dea colebatur in Italia ante Romam conditam. 283
Bona dea ſacrum oculo viri polluitur. 286. 291
Bona dea ſceptrum tenet. 290
Bona dea non eſt terra. 291
Bona dea & Ceres idem. 325
Bona dea veſte multicolori induta ibid.
Bidental. 240
Boni & voluptatis diſtinctio. 344
Bonum in forma. 327
Bonum aliter in Bona dea, aliter in Cerere accipitur. 325
Bonus, id eſt mortuus. 484
Bruta cum homine feriantur. 76
Bubonis auſpicium duplex. 153
Buſtum. 529

C.

CABIRORVM *myſteria.* 339
Cabirorum parricidium. 340
Cadauer efferunt qui. 513
Cadauer aqua calida lauatur. 501
Cæcitas veterum. 456
Cæſarum ἀποθέωσις. 121
Canon quid. 593
Capere. 477
Capilli tolluntur in manumiſsione. 143
Capilli in procurando fulgure. 243
Caput vbi ſepultum ibi eſt religio. 577
Caſmillus. 319
Caſtitas primum religionis munus. 36
Caſtitatis & pietatis differentia. 38
Caſtor & Pollux Romæ adorati. 68
Caſtrati vnde dicti. 427
Caſtrati impudicitia. 424
Caſtrandi mos vnde. 423
Caſtratio apud alias gentes. 427
Caſtratione natura mutatur. 425
Caſtratoris pœna. ibid.
Caſtratus imperfectus vnde remouetur ab Eccleſia. 423
Caſtus Cereris. 352
Caſus & natura concurrunt. 135

Cauſa naturalis tendit in Deum vt finem ſuum. 158
Cauſa eadem in diuerſis ſubiectis cotrarios effectus operatur. 3
Cauſa conſecrantur. 69
Celtarum ſacra humano cruore polluta. 92
Cenotaphium an religioſum. 574
Cenotaphium ad quid. 573
Cenſoris auctoritas in ſacro. 377
Cepa expiat. 243
Cepa Lunæ contraria. ibid.
Cerei dantur in votis. 455
Cereri an vinum libetur. 85
Cereris ſacra Eleuſi quàm Romæ ſanctiora. 356
Ceres à terra ratione non re diſtinguitur. 322
Ceres dedit fruges. 337
Ceres legifera. 336
Ceres & Proſerpina vbi natæ. 347
Ceres, Proſerpina, & Bacchus ſociantur. 317
Ceres ſub diuerſis nominibus diuerſe colitur. 314
Certamen equeſtre in Circenſi. 406
Certamina quinque. 393
Chorea quid. 355
Chriſtiano nefas ludis intereſſe. 410
Chriſti lux fugauit omnes diuinationum tenebras. 258
Chryſippi error. 135
Cinis ſacer. 429
Circenſes vnde. 396
Circenſium apparatus. 399
Circenſium & ſcenicorum ſimilitudo. 396
Circumſtantiæ in poteſtate iudicis. 441
Circus ſoli ſacer. 412
Ciuitates loco priuatorum. 43
Ciuitatis & familiæ proportio. 114
Clamores furiales in initiis. 314
Claudiani error. 236
Cœli diuiſio ſecundum Thuſcos. 174
Cœli partes apud Ægyptios. 162
Cœli partes quæ adoranti, quæ de cælo ſeruanti. 192
Cœli partium mutatio. 185
Coemptionis ius non tranſit ad heredem. 474
Coemptor non tenetur ſacris. 473
Cœmptores ſenes. ibid.
Cœna poſthuma non eſt ex neceſſitate. 541
Columbarum auſpicium regale. 154
Columna ſepulcrorum. 533
Coloniarum ius. 52
Coloniarum origo & quotuplex colonia. 52
Comitialis morbus ſacer. 248
Comitiis habitis nefas de cœlo ſeruare. 165
Comitiorum Tributorum origo. 125
Comitiorum vitium fulmen ſiniſtrum. 248
Comœdia, Satyra, & Tragœdia differentia. 40
Comœdia vetus. ibid
Commiſſum ſacrum & cõmiſſio quid 173
Condere fulmina quid. 240
Condictio dati ob cauſam. 310
Conclamatio. 501
Conſecratio templi, & loci fulminati. 241
Conſecratio ſpecies alienationis ſine traditione. 433
Conſenſus eſt ex eſſentia legis. 25
Conſtantinus ſuſtulit haruſpicinam. 250
Conſualium inſtitutio. 395
Conſules creantur vrbano auſpicio. 202
Conſulum & Regum differentia. 107
Conſus quis. 395
Contractus bonæ fidei 308
Contractus innominati. 310
Cor hominis ſolum palpitat. 343
Corona ſignum perfectionis. 537
Corona virtute parta non detrahitur

mortuo. 525
Corona in pompâ. 401
Coronati Dij. 525
Corpore non apparente heres nihil debet. 570
Creatura omnis debet Deo non tantum eſſe, ſed et bene eſſe. 135
Creationis character in priuatione. 341
Creditor ſacris obligatur. 472
Crines detonſi equis & iumentis. 588
Curia continent Senatores et Patritios mixtos cum plebeiis. 124
Curiata ſub Romulo nullum Senatuſconſultum præcedebat. 125
Curiata an ſint ſublata Centuriatis. 126
Curiata in quibus remanſerunt. ibid.
Curio quis. 107
Cupreſſus in domo funeſta. 544
Curſus in myſteriis. 356
Cycni auſpicium in mari. 154
Cythariſta. 401

D.

DÆMON *ſibi arrogat quod Dei nomini debetur.* 56
Dæmon ſanguinem ſitit. 227
Dæmonis plagium. 324
Dæmonis plagium. 338
Dæmonis ſubtilitas. 346
Debitor ſacris obligatur. 472
Decretum pop. Legem non vincit. 13
Decretum Dei ineuitabile. 180
Dedicandi forma. 194
Dedicatio & conſecratio differunt. 195
Deducta ſumma cuius eſt. 475
Defigere quid. 201
Deificatio mortuorum. 494
Dei cognitio apud ethnicos. 235
Dei & Naturæ differentia. 348
Dei & regis differentia. 183
Delegationes mutuæ. 469
Delegati & mandatarij differentia. 54.
Delegatio duplex. 469
Denicales feriæ: differunt à nouem dialibus. 494
Deo non eſt prius aut poſterius. 137.
Deorum teſtimonia. 221
Deorum colendorum diuiſio. 62
Deorum impotentia. 467
Deorum ſimulacra velata. 545
Deorum templa vbi. 51
Depoſitam pecuniam litis cauſa victus præſtat. 439
Depoſitarius ad quid tenetur. 440
Depoſitio quinta & eius cauſa. 436. 437
Depoſitum in ſacro an ſacrum. 436
Deſtinatio rei conſecrandæ. 434
Deteſtatio ſacrorum. 471
Deus Romanus in ſolo peregrino more Romano conſecratur. 51
Deus donis non placatur. 88
Deus ex homine qua forma fit. 42
Deus ſanguinem pecudum petiit. 94
Deus ſolus impaſſibilis. 487
Deus Strophæus. 483
Deus vindex impietatis humanæ. 40
à Dextra principium motus. 159
Dextra aliis gentibus fauſta. 160
Dextra in dignitatibus potiora apud Romanos. 162
Dextra nobiliora natura. 161
Dialis poteſtas nulla dignitas magna. 108.
Diaulus. 394
Dies atri ſeu religioſi. 199. 485
Dies interciſi. 198
Dies quidam ſacri præter ferias. 85
Dies poſtridie Kalendas, nonas, idus, atri ſunt. 199
Dij animales. 494
Dij ex materia nati. 322
Dij ludis delectantur. 412
Dij inuoluti. 246
Dij colendi. 65
Dij cur boni dicuntur. 312
Dij primi in ſpeciem hominis facti. 255

Dij lugent filios ſuos. 564
Dij tutelares qui. 55
Dij formam auium induunt. 147
Dij gentium vnde. 65
Dij non colendi. 42
Dij Conſentes. 65
Dij gentium mortui. 65
Dij peregrini quo ritu colendi. 50
Dij tutelares intra muros. 55
Dij magni & potes. 319
Dij vbi colendi. 50
Diis vinum libatur. 85
Diis omnibus communia. ibid.
Dionyſiaci qui. 386
Dionyſij Halicar. error. 51
Dionyſia duo. 351
Dionyſia antiquiora. 358
Dirarum deteſtatio inexpiabilis. 383
Dirum quid. 199
Dis & Saturnus idem. 457
Diuinandi munus regale. 128
Diuinandi duo modi. 146
Diuinatio ex cauda hoſtia. 131
Diuinatio primum cœpit a ſtellarum obſeruatione. 130
Diuinatio omnis vero Chriſtiano inuiſa. 139
Diuinatorum genus auariſſimum. 137
Diuinæ poteſtatis nota. 461
Diuinorum interpretatio diuina. 128
Diuiſio tribuum & Curiarum periculoſa. 127
Dolichus. 394
Dolor an malum. 334
Doloris fictio. 559
Dolus non eſt contra inſgentium. 453
Dolus dans cauſam an vitiat contractum. 308
Dominium eiuſdem rei habent Deus & homo. 434
Dominium formæ creationi ſimile. 294
Dominium forma non quæritur niſi nomine ſuo quis fecit. 296
Dominium & poſſeſsio differunt. 523
Domus & nauis differentia. 310
Domus ſubſtantia differt a natura Scyphi. 295
Dona in funere. 518
Donatio cauſa mortis. 370
Draco ex filia Dionyſium ſuſcepit. 316
Draco pomorum cuſtos. 315
Draco veſtalium. 116
Dracones, inſignia regum. 267
Draco Bonæ deæ. 285
Druidarum in diuinando peritia. 223
Duelli & prœlij differentia. 165

E

EDICTA *magiſtratuum cuius ſunt iuris.* 9
Effectus in ſuas cauſas reſoluuntur. 133
Efferebatur cadauer, quando. 510
Effigies foribus ſuſpenſæ. 483
Effigies mortui & illuſtrium parentum. 518
Elatio corporis iterata cur noctu fit. 577
Elementa ad terram vt centrum feruntur. 321
Eleuſinia quot menſibus. 313
Eleuſinij ſacri origo. 331
Eligens iudicem iudicare non debet. 24
Elogium quid. 397
Emancipatio. 461
Emancipatio & mancipatio. 476
Emancipatus legem dat familiæ ſuæ. 61
Empuſa. 495
Ens per ſe magis eſt quam ens per accidens. 326
Ens per ſe prius eſt ente per accidens. 134
Epulæ Græcorum die ſeptimo. 541

Epulæ propinquorum. ibid.
Epulæ Manium, 538
Epulum ludorum Ioui. 410
Equites ter circa rorum currunt. 528
Equitis miniſterium nobile. 407
Equus Neptuno ſacer. 321
Equus Marti quando debetur. 99
Eua quid Hebrais. 266
Eua mater Bacchi myſtica. 284
Eua non eſt verum principium. 236
Euerſio menſæ. 390
Eumolpus. 331
Euocatio magica periculoſa. 242
Euocatio Dei, 196
Euſtathij error. 343
Exheredati liberi debent lugere parentes. 563
Expiatio eſt à Ioue. 181
Expiationis finis. 250
Expiationum tres ſpecies. 380
in Expiatione Græci & Romani diſſentiunt. 379
Expiationes ridentur. 245
Exuerræ. 512

F.

FABA. 540
Faba refriua. ibid.
Faces ludis & funeribus. 511
Facis aura quid. 347
Familiæ & ciuitatis proportio. 114
Familia quid. 61
Familia opes ab agris. 59
Familiæ princeps. 61
Faſti & comitialis differentia. 78
Fatalis dies an proferri poſſit. 122
Fatidici & vatis differentia. 129
Fatum flectitur Acherontiis ſacris. 122.
Fatum vt accipiendum. 132
Fax Cereris quid. 347
Februarius 28. dierum. 81
Februarius an vltimus menſis. 82
Fecialium auctor. 259
Fecialium origo à gratia. 261
Feciales quot 262
Faciale ius quale ibid.
Feciales vnde. 158
Fecialium poteſtas truncata. ibid.
Feciales ex nobiliſſimis familiis. 260
Fecialis à rege petit ius feriendi fœderis & legationis cũ id à lege habeat. 268. 275
Feciales habent iuriſdictionem ſuo iure. 274
Fecialis exercet ſuam poteſtatem etiam ſine Senatu. 275
Fecialis facit Patrem patratum. 268
Feciales an ſint magiſtratus aut ſacerdotes. 261
Feriæ præcidaneæ & nouendiales differunt. 572
Feriæ præcidaneæ an polluant. 573
Feriæ partem ſacrorum faciunt. 76
Feriantur ſerui & liberi. 77
Feriis quid fas agi. 77
Feſcenninorum origo. 402
Feſcennini, Atellani & Satyrici differentia. 404
Feſtus emendatur. 199
Ficta pro veris in religione. 91
Fictio in forma indicendi belli. 273
Fide nihil ſanctius. 71
Fides tegit conſilium publicum. 73
Fides adorata cur & quando. 71
Fideicommiſſum à legato differt. 470
Filij ſacra gentilia ſeruant. 478
Finita fulgura. 249
Finium regundorum. 585
quod fit non eſt quod erit. 193
Flaminum numerus & dignitas. 107
Fletus in mortuum. 559
Fœdus. 273
Folium ficus quid ſignificat. 346
Forma & Natura an differant. 308. 309
Forma dominium dat non prædoni. 293
Forma & ſemen differunt. 341
Forma proxima plus vel minus agit

nimateriam. 343
Forma ad tempus ſeruit. 333
Forma in compoſito Dei character. 327
Forma naturalis & artificialis. 300
Formantis animus inſpicitur in dominij acquiſitione. 297.
Forma quæ non vincit materiam non eſt vera ſed paſſio materiæ. 306.307
Fortuna quid & quomodo accipienda. 133
Fortunæ mala vnde. 138
Forum ſepulcri. 587
Fruges creantur verbo Dei. 338
Fruges luſtrantur.
Frugibus integris hoſtia mactatur. 95
Frumentum ex alienis ſpicis excuſſum cuius ſit. 306
Fructuarius eſſentiam rei mutare non poteſt. 299
Fulmen Iunonis. 238
Fulmen prouorſum. 247
Fulgur pro fulmine. 239
Fulgur prius videtur quàm tonitru auditur. 175
Fulgur & tonitru etiam ſereno cœlo. 176
Fulgur & tonitru differunt. 175
Fulgur & fulmen differunt. 176
Fulgur ſereno cœlo fauſtum fulmen ſecus. 184
Fulgura cœleſtia & terreſtria. 239
Fulmina nocturna dira. 246
Fulgurum priuatorum ſpecies. 249
Fulminum diuiſio. 246
Fulminis cauſa. 174
Fulminum cauſa natur. & diuina. 177
Fulminum iactus quibus Diis tribuuntur. 178
Fulmina peremptalia. 248
Fulminati loci conſecratio. 240
Fulminatus homo inexpiabilis. 241
Funera ſimpludiaria. 514
Funeris inſtauratio. 576
Funus polluit. 527
Furiarum angues. 282
Furiarum tres ſpecies. 200
Furiarum facibus mortui luſtrantur. 511
Furioſus habet intellectum. 350
Furor ementitus. 420
Furor vatis vnde. 128
Furtum extra ordinem punitur. 442

G

GALLORVM crudelitas. 227.
Galli vſque ad ſanguinem ſe cædunt. 421
Galli fluminis vis. 425
Galeri priuilegium. 354
Generatio non fit vno momento. 342
Genij mali placantur poppyſmo. 240
Gens à ſtirpe differt. 467
Gentiles qui. 467
Gentilium error. 491
Genus & ſpecies. 121
Gigantes qui. 315
Gigantes corpus Bacchi diſcerpſerunt excepto virili. 340
Gladius, inſigne meri imperij. 338
Gladius publicus vim purgandi habet. 339
Glebæ iniectio in os. 507
Gorgon habet angues. 283
Græcia addita Romano imperio vt pacis cuſtodes admiſit, 261
Græcis tragœdia ante Satyram. 404
Græci quando iure Romano vſi. 23
Graminea corona nobiliſſima. 264

H.

HABITVS auguris. 149
Haruſpicum ars. 231
Haruſpicum perfidia punita. 232
Haruſpicinæ auctor. 221
Haruſpicum & augurum diuerſa præcepta. 224
Haruſpices et augures iras procurant. 230
Haruſpicis & auguris differentia. 123

Haruſpicina in magiam deſinit. 229
Haruſpicinæ impoſtura. 224
Hecates cœna. 101
Heculis adoratio quando cœpit. 67
Herculis ara maxima. 378
Heres nouos ritus non poteſt inſtituere. 61
Hetruria carpitur. 230
Hetruſci & haruſpicis differentia. 223
Hetruſcorum diſcipuli qui. 233
Hetruſci cur in diuinando peritiores. ibid.
Hominis anima media inter Deum & brutum. 320
Hominis principium. ibid.
Homo compoſitus ex principiis contrariis. 320
Homo medius inter angelum & brutum. 136
Homo differt a brutis, natura, alimento, lege. 337
Hoſpitalia fulgura. 242
Hoſtiæ conſecratio. 25
Hoſtiæ probatio. 26
Hoſtiæ exploratio. 27
Hoſtia duplex. 20
Hoſtiæ maiores. 238
Hoſtiæ exta primum cocta poſtea ſemicruda. 90
Hoſtiæ piacularis nulla reliquia. 382
Hoſtia piacularis malum omne ſuſtinet. 381
Hoſtia proiicitur in mare aut defoditur. 382
Hoſtia non eſt niſi cruenta. 94
ex Hoſtia iuriſiur. edere nefas. 382
Hoſtes raptores ſacrorum an ſacrilegi. 442
Hoſtis capti pœna ignominioſa cum vt hoſtia mactabatur. 93
Humana hoſtia. 238
Humani cruoris aut carnis deguſtatio. 227
Humare mortuos pium Perſis & Medis. 52

J.

IANO *aries.* 99
Idæa mater. 420
Idea quid. 305
Idea an in Deo ſint. 305
Idea vna perfectiſsima. 306
Idem eſt quod per partes reficitur. 300
Iecoris fiſſi ſignificatio. 226
Ieiunium luſtrale. 353
Igne non vtitur anima vt vehiculo. 505
Ignis renouatio & ritus illius reparandi. 116
Ignis cur mundum non conſumat. 113
Ignis non eſt ſemen animæ. 112
Ignis ſacer eſt ſignum & pignus imperij. 111
Ignis prudens. 112
Ignis adoratus in quo ſunt deorum excubiæ pro imperio. 111
Ignis adhibetur initiis. 313
Ignis immortalis. 505
Ignis melius ſeruatur per virgines quã per viduas ſteriles. 114. 115
Ignis Symbolum regiæ aut æternæ poteſtatis. 112
Ignorantia iuriſgentium non excuſatur. 6
Ilicet. 29
Imperij cuique ſpeciei agnata eſt fatalis quædam labes. 28
Imperitia culpæ an annumeretur. 204
Imperium ſummum nec magis, nec minus ſuſcipit. 17
Imperium ne maioribus quidem magiſtratibus iure ſuo competit. 311
Imperium naturale & ciuile. 290
Imperium ſummum breue, periculoſum. 18
Impius ſeipſum non expiat. 374
Impudicitiæ in ludis. 408
Inceſti viri pœna. 449
Inceſta veſtalis poſt mortem dea. 450

Inceſtum veſtalis ſummum nefas. 449
Inceſtum quid. 448
Inducia. 273
Indi non occidunt hoſtiam. 98
Infantes infra trimatum non lugetur. 562. 563
Infans intellectum actu habet. 349
Infans quid intelligit. 350
Infantium cunæ cribrum. 483
Infectum differt ab irrito. 203
Inferendi & parentandi ius. 588
Inferi ſub terra. 485
Inferorum idola. 486
Initiationis tempora. 351
Initiatorum priuilegium. 357
Initiatio vna tantum permittitur. 317. 318
Initiorum perfectio. 318
Initiatorum ordines. 355
Initia debent eſſe pura. 313
Initiatorum veſtes ſacra. 358
Iniuria in cadauere. 488
Iniuſtum quid. 197
Inſepultus arcetur ab inferis. 531. 570
Intellectus diuinus principium. 280
Intellectus a ſenſu ſeparatur. 489
Interkalationis incertitudo. 80. 81
Interpres quid. 146
Inuitus quis. 584
Ioui propria victima. 98
Ioui perfecto lingua libatur. 100
Ira cum dolore & motu. 172
Ira differt ab odio. 173
Ira Dei quomodo intelligitur. ibid.
Ira veri Dei & dæmonum. 172
Iram prouidere & placare. 174
Irritum quid. 202
Iſis & Oſiris naſcitur quarto die. 324
Iſthmia primum nocturna. 392
Iſthmiorum corona prima pinea. 391
Iſthmiorum corona ſecunda ex apio. 391
Iſthmiorum locus & origo. 390
Italorum mos vetuſtiſsimus in ſacro Bacchi. 100
Iter ad ſepulcrum. 588
Iudex datus habet nudam notionem. 54.
Iudex quis inter gentes. 272
Iudicia rerum ſingularum non credenda populo. 15
Iudex & diſceptator differunt. 274
Iudicum honoraria. 438. 439
Iuge auſpicium quid. 162
Iupiter Elicius. 242
Iupiter paganis quis. 147
Iupiter Stygius idem poteſt quod cœleſtis. 247
Iupiter tribus cœli partibus imperat. 178
Iurato creditur. 72
Iuſiurandi anima fides. ibid.
Iuris naturæ & gentium ſeparatio. 4
Ius Augurale pars iuris ciuilis publici. 197
Ius gentium duobus modis accipitur. 1
Iuſgentium à principio non perfecte actu nec vniuerſaliter exercebatur. 337
Iuſgentium an violari poſsit. 2
Iuſgentium quomodo ſeruit iuri ciuili. ibid.
Ius ciuile duplex. 1
Ius ciuile addit iurigentium. 3
Ius naturæ eſt iuriſgentium. 3
Iuſiurandum neceſſarium et iudiciale 72
Iuſiurandum in Cod. iungitur credito. in ff. ſecus. 72
Iuſiurandum calumniæ. 438
Ius poſitiuum non eſt naturale. 20
Iuſtitia regem facit & patrem. 27
Iuſtitia Trinitas tribuitur. 335
Iuſtum duplex. 1

L.

LAC appellatur in ſacro Bonæ deæ 286
Lacryma ad quid. 558
Lacrymis aſperguntur reliquiæ. 521
Læua proſpera & vnde. 188
Lana non ſemper libatur, ſed diſtribuitur. 97
Lana Dys lino gratior. 253

Lapis animatus. 422
Lares primi familiarum principes. 62
Lares qui. 58
Lares floribus coronati. 60
Laribus quale ſit ſacrum. 59
Laribus priuatim quotidie libatur. 60
Larum feſto ſerui quadam libertatis imagine fruuntur. 62
Larum ſacra priuato ritu. 61
Laudum vox quod ſignificat. 73
Laurus apta magicis carminibus. 528
Laurus humida. ibid.
Lectica cadauer elatum. 579
Legati verbenis coronati. 264
Legatam rem deſtruat teſtator an alius intereſt. 301
Legatæ rei reliquiæ. 302
Legatario partem omittēte heres obligatur. 477
Legatarius partiarius. 468
Legatum à fideicommiſſo differt. 470
Legatum an adimitur nuda volūtate. 303
Legatum an pro parte acquiritur. 477
Legatus & orator idem. 263
Leges antiquæ Romanorum regiæ. 33
Lege agere, & cum populo, 78
Leges quadam regiæ inter 12. *tab.* 33
Leges ſcriptæ diſſoluunt ariſtocratiam. 21
Leges natæ ex diuiſione. 337
Leges 12. *tab. iure Maieſtatis poſitæ.* 32
Legis generalis ſubiectum. 1
Legis anima quid. 8
Legis Æliæ cauſa 171
Legiſlatores fabuloſa de Diis fingunt. 236
Lens. 540
Leo eſt Symbolum diuinæ Maieſtatis. 316
Leſſus. 560
Lethum & Lethe. 489
Leucadiorum mos in puniendis ſontibus. 91
Lex Chriſtiana clementior Iudaica. 464
Lex Delienſium. 190
Lex Ælia quando abrogata. 169
Lex Ælia & Fuſia. 167
Lex Demetrij. 510
Lex Hortenſia. 171
Lex Iulia *Miſcella.* 562
Lex imperfecta ob vitium ſubiecti. 20
Lex melior Iudicio. 14
Lex Saturni. 375
Lex Solonis. 510
Lex Solonis. 575
Lex Solonis de vnctione. 503
Libatæ dapes non eduntur. 60
Libatæ dapes igne conſummūtur. ibid.
Libamina prima. 97
Libationum ratio. 536
Legumina an ſuperis dentur. 495
Lex: ſi quis ita inſtitutus ff. de condit. inſtit. explicatur. 532
Lemuribus domus purgatur. 540
Libationes frugum bis anno. 85
Libationes ex aqua antiquiſſ. 86
Liberi viuis parentibus mortui. 563
Liberi cultus Romæ qui Deus erat
Libertatis. 68
Liberum arbitrium ante electionem. 135
Libertus legem dat familiæ. 61
Liber pater trinæ poteſtatis ſub quo dæmon Chriſtum ementitur. 267. 282
Lignum eſt orationis imago. 265
Lineæ veſtes. 263
Lipſij error. 220
Liuij culpa. 124
Liuius ſibi ipſi conciliatus. 260. 398
Loca in quib. ſacrificatur. 85
Luci in vrbibus. 57
Luci defunctorum in agris. 58
Luctus eſt pro marito viduæ caſtæ. 562

Luctus mariti decem menſes:annus propinquorum. 161
Luctus inſignia remiſſa mulieribus. 566.
Luctus color alius in viro, alius in fœmina. 564. 565
Luctus Eleuſi finitur. 352
Luctus polluit. 352
Luctus tempus. 561
Lucus non eſt ſine conſecratione. 57
Ludi Apollinares. 398
Ludi funebres. 497
Ludi gladiatorij & beſtiarij. ibid.
Ludi Capitolini & Tarpeij. 396
Ludi matris Deûm. 420
Ludi non ſunt in omni municipio. 413
Ludi prouinciales. 412
Ludorum origo. 386
Ludorum pollutio ob ſeruum præſultorem. 379
Ludorum Rom. origo. 395
Ludus eſt mollioris animi. 385
Ludus eſt nota libertatis & imperfectionis materia. 312
Lumina ad ſepulcrum. 542
Lugent in ſcrobibus. 560
Luna an ex ſe luceat. 324
Luſitanorum ritus. 227
Luſtratio fit raſis capillis. 244
Lycanthropi falſo crediti. 428
Lyra ſeptemfides. 339

M.

MAGICA euocatio Manium. 535
Magi ſæpius iterant eaſdem voces. 242
Magiſtratus minor etſi non augur auſpicium habet. 168
Magiſtratuum ineundorum tempus. 289
Magiſtratus minor licet tributis fiat iuſtius tamen Curiatis. 168
Magiſtratus maiores ex plebe creati deſinunt eſſe plebeij. 169
Magiſtratuum corpora cum prætextis creata. 507
Magiſtratus minores ijdemque augures habent tantum ſpectionem. 167
Magiſtratus in iis quæ ſpecialiter tribuuntur eſt vt delegatus. 53
Magiſtratus maior habet ſpectionem ex lege Ælia non iure ſuo. 168
Magiſtratus vnus eſt licet per plures ſucceſsiue regatur. 121
Maia a magnitudine temporis non molis. 289
Maia dea Maieſtatis & vxor Vulcani. 288
Maieſtas quo obligetur. 269
Maiores qui. 467
Maieſtatis in crimine caſus punitur. 376
Maieſtatis læſæ crimen proximum ſacrilegio. 443
Maior magiſtratus an nuntiare poſſet. 167
Mali granum edere nefas in Theſmophor. 346
Manalis lapis. 481
Manes bono nomine appellantur. ibid.
Mania mater Manium. 481
Mania geneta. 484
Maniabus lacte libatur non vino. 483
Manibus oblato non veſcendum. 539
Manibus hora meridiana ſacra. 495
Manium appellatio. 481
Manium religione principes abuſi. 93
Manubiarum diuiſio. 179
Manubiæ exitiales. 180
Manubiæ Iouis tres. 246
Manubiarum proportio ad publicas poteſtates. 182
Manubiæ ſecundæ proſunt. 180
Manumiſsio ſacrorum cauſa. 476
Manumiſsio nouum hominem facit. 302

Mare expiatorium. 381.
Materia infinita. 481.
Mater magna lauatur. 428.
Mater Deum quæ. 421
Materia fœmina. 289
Materia, Maieſta, Minerua & iuſtitia ſimul. 335
Materia eſt principium. 341
Materia immortalis & incorruptibilis. 292
Materia & priuatio an idem. 341
Materiæ primæ non datur vinum, lac, mel in ſubſtantia. 288
Materia non fugit formam, ſed videtur fugere. 326
Materia ſola nihil producit, ſed ſole agente. 323
Materia vitium per ſe non habet. 137
Matronarum nobilium veneres nefaria. 428
Maxima virgo maximus Curio. 116
Media in naturis compoſitis imperfecta. 348
Medium an ſemper bonum. 119
Megalenſium inſtitutio. 328
Mel vino contrarium. 287
Membro deciſo iuſta fiunt. 508. 510
Memoria an ſit anima. 490. 492
Memoria duplex. 492
Mens dea facta. 69
Mens inſpiratur a Deo. 350
Menſtrua purificationes.
Mercurio vinum dilutum libatur. 86
Mercurij virga ſummæ poteſtatis. 265
Mercurij virga tripla. 267
Mercurij virgæ ratio. ibid.
Mercedonius. 80. 81
Mercurio lingua hoſtiæ in ignem libatur. 100
Mercurius & legatus mediatores. 265
Mercurius infernalis. 495
Meretrices proſtitutæ in ludis. 397
Meridies cur infauſta. 159
Mille paſſus vnde numerantur. 189
Minerua draco. 282
in Minerua dæmon ementitur Deiſilium. 179
Minerua meridies. 183
Minerua conſilium Iouis. 179
Minerua poteſtas duplex. 281
Minerua Polias. 215
Minerua tibias inuenit. 399
Minerua tibias proiecit. 400
Miniſter matris Deum. 421
Modeſtini defenſio. 185
Mola ſalſa. 95
Monarchia dominica origine beluina. 28
Monſtra. 229
Morbus & mors vnde, & an mala. 137
Moris & legis ſcripta differentia. 68
Moris & iuriſgent. differentia. 57
Mors nuſquam colitur. 247
Mors in aquis horrenda. 112
Mors terribiliſſima. 356
Mors cur dicitur lethum. 493
Mors non tollit bonis vim benefaciẽdi. 58
Mortui imago in cenotaphio. 573
Mortuis omnibus corona data. 525
Mortui diui habentur. 493
Mortuis ſceleratis iuſta non fiunt. ibid.
Mortui à Rom. cremati. 505
Mortui placantur imagine ſua mortis. 557
Mortui veſtis. 508. 509
Mortuorum laudatio. 515
Mortuo in aquis minus debetur. 571
Mortuum inferre an liceat in locum parum communem. 529
in Mortuum olim vndecim dies impenſi. 511
Mortuus in mari. 568

Mos melior principe & lege ſcripta. 5
Mos quid. 593
Mos eſt lex. 28
Motus primæ & ſecundæ conuerſionis 162
Mulierum veſtis in funere. 516
Mulieres ab Olympiis remotæ. 409
Mulus caſtratus. 424
Mulus cur ſterilis. ibid.
Mundi conflagratio. 113
Mundus quo conſumetur. 114
Mundus plenus idolis. 486
Mundus quid. 484
Mundi partes. 485
Mundus non eſt æternus. 281
Muris aratro inducto quid oſtenditur. 186
Murrata potio mutuo indita. 520
Muſicæ mutatio. 418
Muſica ſignum cœleſtis diuinitatis. 312
Mutatio religionis vnde: cur prohibita. 418
Myſteria condebantur in ceſta. 354
Myſteria fabulis inuoluta. 355
Myſteria Græca nocturna. 281
Myſteria parua duo. 351. 357
Myſteriũ ex abortiuo partu. 343
Myſteriis an ſoli indigenæ initiati. 356. 357

N

NATIVITAS, morbus & mors ciuitatum. 186
Natura non cœpit à ſemine. 348
Natura & ſubſtantia differunt. 326
Natura & Dei differentia. 348
Natura nihil agit contra ſe. 230
Nauis & domus differentia. 301
Naulum. 512
Naufragoſi corpus ſepeliendum. 569
Neceſſitas duplex. 133
Nefaſtum. 197
Nemea in cuius honorem. 392
Nemeorum corona prima ex apio 391
Nemeorum inſtitutio. ibid.
Nenia. 523
Neniæ origo. 514
Neptunus ſtabiliens. 396
ex Nihilo nihil fit. 292
Nomen ſummi Dei enuntiare nefas. 283
Nominatio auguris præcedit ſortitionem. 170
Noni diei in funeribus explicatio. 530
Notio criminum pars minor meri imperij. 54
Nouatio. 475
Nouatio legati. 473
Nouenarij vis. 534
Nouenarius luſtralis. 390
Nouendiales à Denicalibus feriis vt differunt. 494
Nox myſterij nomen. 312
Nox prior die & eſt priuationis Symbolum. 280
Nox polluit. 37
Numa magus. 242
Numa reprehenſus. 259
Numæ legem Tullus violauit: Ancus reſtaurauit. 260
Nullius quæ ſunt. 523
Numeri paris & imparis ſignificatio. 496
Nuncupatio teſtamenti. 473
Nundinarum dies an feſti. 78
Nuntiatio duplex. 168
Nymphæ mortales. 284

O

OBBA. 503
Obſides obligantur. 273
in Obliuione ſalutis ſpes exciſa. 333
Obnũtiationis & decreti augurum diff. 170. 171
Obſitum. 239
Occupationis ius à iure ſubiecti differt. 298

Officij

Officij publici eſſentia quo conſtat. 121
Oleaſtri corona mutata in frondem olea. 387
Oleo vngebantur. 504
Oliua funeribus adhibita. 528
Olympia erant quinque dierum. 387
Olympiades cur pro quinquenniis. 386
Olympiorum corona ex oleaſtro. 386
Olympiorum inſtauratio. ibid.
Opifex ſuo operi noxam defendit. 322
Opinio de religione inueterata. 42
Oplites. 394
Oratores qui & quot. 262
Oratorum habitus. 263
Oratio poſt meditationem. 454
Orandi duo tempora. 198
Oracula ſignis data. 155
Orci oſtium. 482
Ordines angelorum & dæmonum. 234
Ordo iuris in cogendo debitore. 271
Oriens Græcis dextra, Romanis antica. 161
Oriens fauſtus. 192
Oſſa an ad tempus terræ poſſint commendari. 529
Oſſa an poſſint transferri. 577
Oſſa pellibus tecta. 578
Oſſium ſitus. 533
Oſtenta. 229
Ouum luſtrale. 539

P.

PACTO *an petantur acceſſiones.* 309
Pactum addens vel detrahens. 308
Palladium. 116
Pallas ignem cœleſtem ſignificat. 117
Palladis peplum diuerſi coloris. 325
Pancratium. 394
Pandicularis dies. 85
Paſſiones non amputandæ, ſed temperandæ. 332
Paterpatratus non eſt magis ſacerdos aut Magiſtratus. 270
Pater patratus quis vt differt à feciali. 268. 269
Pater filiam violat ſpecie draconis. 284
Patris ex victoria filiorum victores Proclamantur. 526
Patria victoris proclamatur victrix. 526
Patricij qui. 467
Parentandi tempus. 542
Parentare & inferre differunt. 588
Parentari vetitus atro die. 485
Pars parti an cedat. 298
Parricidium olim quid. 442
Paupertatis malum euitabile. 138
Pax. 273
Peccati cauſa vnde. 456. 139
Pelles diis gratæ. 578
Penatium infelix cultus. 470
Periurium an punitur. 72
Perſarum mors in pœna leuium delictorum. 381
Perſarum mos. 112
Perſæ caſtrarunt cauſa libidinis. 427
Perſæ nec lauabant nec vrebant corpora. 502
Peregrinus gaudet iure Prætorio. 10
Perſarum lex. 451
Perſonati Romani. 422
Peregrini Dij extra Pomœrium coluntur. 56
Perſona ex fece. 405
Perpetua fulgura. 249
Peſte prius pecudes vlcerantur quam homines. 225
Peſtis ſigna ex pabulo, ex ſanguine & viſceribus pecudum. 225
Peſtifera fulgura. 249
Piatrix ſacerdos. 381
Piaculum primum ſceleris. 376
Pica auſpicium in amore. 154

Pictura an cedat tabulæ. 304
Pietas cur & à quo conſecrata. 71
Phœnicis natura. 318
Phœbi tripodes lauro coronati. 537
Pinus Diis humidi ſacra. 391
Pinus funeſta. 393
Pinus lamentatur. ibid.
Piſciculi viui modo humantur modo vtuntur. 244
Plantarum creatio aque Baccho ac Cereri tribuitur. 163
Plauſtrum Iouis. 412
Plebs in ſciſcendo quando à Patriis diuiſa. 123
Platonica legis explicatio. 447
ex Plauſtro maledicere. 405
Plinius emendatur. 520
Plotini ſententia. 342
Plutarchi error. 268
Pluto gaudens idolo corporis, 334
Plutarchi error. 202
Plutarchi error. 242.243
Plutarchus emendatur. 357
Pœna publica atrociora ſcelera emendat ſi ſponte ſubeatur. 330
Pœnæ imago pro pœna eſto. 380
Pœna furti manifeſti lenita. 441
Pœnæ animarum in inferis. 547
Pœna ſpontanea Deo gratiſſima. 330
Pœna augetur ex circunſtantiis. 441
Pœnam diuinam exigunt dæmones. 330
Politia omnis mixta. 19
Pollucere merces. 39
Pomi deguſtatio in inferis. 346
Pompa Circenſium & ſcenicorum miſta. 401
Pompæ funebris ordo. 517
Pomum ex ſanguine. 390
Pomœrium quid. 189
Pomum datum Pythionicæ. 388
Pontifex prope ad regiam poteſtatem accedit & eſt ſacerdos & Magiſtratus. 106
Pontifex cum habitu flaminis. 107
Pontifex ex patribus creatur. 106
Pontifex veſtalium iudex. 449
Pontificij & auguralis iuris diſtinctio. 191
Pontificis & aliorum magiſtratuum differ. 106
Pontificium ius à ciuili diſtinguitur. 470
Pontificis inſtitutio prima. 106
Pontificum veterum ſententiæ. 477
Populi & Senatus ordo in ſciſcendo. 123
Populus eligit Magiſtratus ſuos optimates. 126
Populi vox quid ſignificat. 122
Poppyſmus quid. 240
Populare & publicum differunt. 166
Porcus Laribus immolatur. 59
Porca præcidanea. 572
Porco tollitur pollutio. 313
Porcus militare ſignum. 270
Porcus cur piacularis 380
Portenta. 229
Poſſeſſionum vitia. 441
Poſſeſſionis coniunctio cur contra vetuſtat. non admittitur. 221
Poſſeſſio à dominio differt. 523
Poſthumum an poteſt inſtituere ſpado. 426
Potentia principij materialis an tollatur accedente forma. 342
Potentia an prior actu. 280
Potentia duplex. 327
Potentia an ſit ex eſſentia materiæ. 326
Potentia cum fictione confertur. 288
Potentia vniuerſalium in ſemine. 338
Potionis myſterium. 332
Potitiorum commiſſum. 377
Præcidere porcam. 573
Prædia mancipi & prouincialia. 388
Præfectus vrbi intra vrbem non delegat. 53
Præfecti & Præſidis diff. 54
Præfecti vrbis limites. 53

Præfica. 512
Præmium ſuo labore præſtantius. 394
Præſcriptis verbis actio. 310
Præſcriptionis & emptionis diff. 589
Præſentaneum ſacrum. 546
Prætor Ath. legem non ſupplet. 19
Prætor collega Conſulis. 167
Prætoris poteſtas. 22
Prætor reſcindens alienationem non tollit ius ciuile & directum. 22
Preces Deo gratæ. 234
Precum conceptio. 450
Priapo grata turpia verba. 402
Priapus depulſor faſcini. 403
Primitiæ frugum & baccarum. 84
Primitiarum oblatio. 87
Princeps Deum alienum admittere non poteſt. 44
Principes vnde dicuntur ſenes. 290
Principia noua ad ſalutem. 310
Principia rerum tria. 340
Princeps locum poteſt conſecrare. 46
Principia caſta. 353
Principium aliud eſt à ſubſtantia ex eo compoſita. 307
Priuatio eſt principium. 340
Priuationis duplex conſideratio. 345
Priuata auguria. 154
Priuata ara, priuatum ſacrum diis publicis ſub publicis ritibus. 44
Priuatio eſt compoſitionis. 341
Priuatio in ſemine, terra occultato agit aliquid. 348
Priuatio an tollat formam. 340
Priuationis vis in generatione. 342
Priuatio & materia vnum. 341
Priuilegium ſepulcri in vrbe. 546
Procuratio prodigiorum & fulminum diuerſa. 250
Prodigia maiora, maioribus, hoſtiis procurata. 237
Prodigiorum procuratio extraord. 239
Propoſitum opificis intuendum. 302
Propoſitum ſolum non facit ſacrilegũ. 440
Proportio decupla. 43
Proportio geometrica in vniuerſalibus in ſingularibus arithmetica. 18
Prorogatiua fulgura. 249
Proſerpina equis albis reuerſa. 353
Prouocationis & reſtitutionis diff. 21
Prytanea duo. 437
Publiciana imitatur vindicationem. 302
Pubes an ex habitu cognoſcitur. 426
Pudendi vtriuſque ſexus ſignificatio. 332
Pudendum virile & muliebre. 333
Pueri ſacri Apollini, puellæ Dianæ. 389
Pulcritudinis effectus. 345
Pura lintea. 509
Purificatio. 507
Puritas corporis eſt Symbolum puritatis animi. 37
Puritas corporis & animi Deum adeunti neceſſaria. 37
Pythiorum corona erat laurea. 388

R.

RECTVM. 464
Regis eſt bellum & religio. 25
Regis & ſacerdotis munus affine. 45
Regis maieſtas ſanctior accepto quodam ordine ſacro. 105
Regis & ſacerdotis munus diſtinctum. 45
Regi quid maxime cauendum. 275
Regis poteſtas. 259
Regnorum origo. 25
Reip. vna pars alteram ad ſe non trahat. 25
Religio vna eſſe debet. 459
Religionis publicæ & priuatæ differ. 419
Religionis prætextus periculoſus. 48
Religio eſt rerum condendarum principium. 35
Religionis & ſacrorum differ. 35
Religioſum propriè quid. 66
Religionis nouæ auctor puniendus. 48

Religionis leges ab homine condita. 40
Religio eſt iuriſgentium priuati. 35
ex Religione nihil mutandum. 417
Religionis nomen a reliquiis. 65
Reſciſsio iuris & facti. 22
Reſp. bene cõſtituta nullam habet partem exortem boni aut mali publici. 17
Reſp. in reſtitutione iure pupilli vtitur licet pupilla non ſit. 269
Rex an deteriorem regni ſtatum reddere poſſit. 272
Rex ſacrificulus. 107
Rex Senatum conſulit de bello ſuſcipiendo. 272
Rex non tangit quæ ad inferos pertinent. 45
Rica quæ vtantur. 516
Riciniorum vſus. 515
Ricinij & ricæ differentia. 516
Ritus noui cur antiqui dicuntur. 418
Ritus optimus. 417
Rogi ligna poliebantur. 519
Roma fingitur condita ſub libra. 336
Roma ſub auſpiciis conditur. 149
Romanorum error. 457
Romanorum error. 16
Romulus cœpit coli a morte. 69
Romuli & Numæ diuerſa ingenia 260

S.

SACRA *ſunt publicæ auctoritatis.* 43
Sacrarum legum violator non punitur. 448
Sacra nocturna prohibentur. 281
Sacræ portæ: Sacri mortui 543
Sacra cum hereditate coniuncta. 471
Sacerdotum diuiſio. 105
Sacerdos qualis eſſe debet. ibid.
Sacerdotum poteſtas & dignitas. 108
Sacerdotij definitio. 104
Sacerdotis & regis munus affine. 45
Sacerdotes ex patritiis electi ad cuſtodiam librorum Sibyllinorum. 130
Sacerdotes tam mulieres quam viri. 110
Sacerdotes, ſenatores intimi conſeſſus principis. 105
Sacerdotes lege conſtituuntur ad interpretationem rerum diuinarum. 122
Sacerdos curator Sacrarum & diuinarum rerum. ibid.
Sacra priuata. 467
Sacra nocturna ſanctiora. 279
Sacrorum cauſæ incertæ. 101
Sacramentum ſacris vſibus deſtinatum. 439
Sacrificia cruenta crudelia. 90
in Sacro nouemdiali hoſtia humana. 535
Sacrificia prima incruenta. 90
Sacerdotis exauctoratio. 450
Sacerdos vnus an poſſit expiare. 375
Sacerdotum duo genera. 121
Sacerdotes Ægyptij depilati. 313
Sacerdotis Curionis & flaminis diff. 107
Sacerdotes, docent ignaros. 118
Sacra gentilitia in quibus. 478
Sacrificium perfectum. 496
Sacrificia humana hoſtiæ. 91
Sacramentum. 436
Sacrilegum locus non facit. 440
Sacrilegij expiatio. 435
Sacrilegio res polluta an Deo iterum offerenda. 435
Sacrilegium eſt ſpecies furti a furto ſpeciali diſtincta. ibid.
Sacrilegi pœna. 444
Sacrum furatus an depoſitum in ſacro ſit improbior. 439
Saltatores ſenes. 407
Saltationis tres ſpecies. 409
Salue. 536
Salutatio Deum matris. 420
Samothracum initia. 319
Sanctitas erga Manes. 489
Sanctum. 192. 464. 504
Sanguinis humani effuſio. 558
Sanguis Veſtalis an ſacer. 450

Sapiens ſolus ſignà videt. 157
Sapientiæ umbra. 158
Saturnus placatur ſanguine viri ſexagenarij. 456
Saturnus & Dis. 457
Satyræ origo. 402
Satyræ tragœdiæ & comœdiæ diff. 405
Satyri poſt armatos ſaltatores. 400
Satyrici Atellani & feſcennini differ. 404
Scæuolæ & Cottæ diſſertatio. 569
Scenæ prima in Circo. 404
Scenarum genera. ibid
Scenicorum origo. 397
Scenici & Circenſes differunt. 396
Scenicorum actus. 407
Scenicorum corruptio. 397
Sceptri & caducei diff. 290
Scitum populi. 123
Scriptura an ſit ex eſſentia legis. 7
Sebazij myſteria. 515
Seculares ludi & quot annorum. 411
Scholiaſtis in Ariſtophanem error. 387
Semen & forma differunt. 341
Semen mentis. 349
in Semine ultimus actus diuinæ virtutis. 348
Senatores in Senatu aliter in comitiis. 121
Senatus & populi ordo in ſciſcendo. 123
Senatus decreta duo ſub interregno. ibid.
Senectus non habet virtutem ex neceſſitate. 181
Senectutis fructus imperium. 290
Senior mundus. 324
per Senſus intrat in animam colluuies. 318
Senſus eſt à mente. 350
Sepulcra æternæ ſedes. 533
Sepulcrrum velamenta. 538
Sepulcra hereditaria & familiaria. 542
Sepeliendi duæ ſpecies. 504
Sepeliri & vri in vrbe nefas. 543
Sepeliendi corporis ratio. 531
Sepelire intra pomœrium nefas. 190
Sepulcrum arari non debet. 590
Sepulcra ad quid. 570
Sepulcra coronantur. 537
Sepulcri ſanctitas. 590
Sepulcrum an alienari poteſt. 588
Sepulcrum ſatu frugum expiatur. 590
Sepulturæ locus. 543
Sepulturæ antiqua inopum. 547
Sepulcri inſcriptio. 534
in Sepulcro ædificando impenſa. 531
Sepultura quadam cœna vel puluere. 571
Serapidis poteſtas in animas. 329
Serpens in ſacro Ægyptiorum. 335
Serpens erat nota conſecrationis. 46. 47
Seruij error. 527
Seruij error. 191
Seruis proprium non eſt ſepulcrum. 547
Seruitus eſt iuriſgentium. 3
Seruitutis perſonalis & realis diff. 304
Sibyllina carmina. 129
Signa primum in vniuerſo deinde in ſingulis. 166
Signa & auſpicia differunt. 155
Signum tutelæ publicæ non conſtat loco 264
Signum & ratio ſigni diuerſi iuris. ibid.
Silentium in myſteriis. 351. 356
Silicernium. 539
Simulatrix ſacerdos. 381
Simulacra, priuati in æde dedicant. 43
Simulacra homuncionum cum ingentibus veretris. 403
Singularia auſpicia. 188
Sobriæ libationes. 86
Sol eſt in iuſtitia. 336
Solis & Lunæ origo, 324

Solis tres facultates. 136
Solonis error. 15
Somnus polluit. 37
Spado quando pro pubere habetur. 426.
Spado morboſus. 424
Spadonum ius. 425
Spadones cur ſeruiunt Deum matri. 423
Spado inceſtus. ibid.
Spatia inter ædificia, plantas, & ſepulcra. 584.585.586
Species & genus. 121
Spectio triplex. 167
Speculum in myſteriis. 315
Sponſio turpis nulla. 453
Sponſionis & fœderis differ. 273
Stella nota inaugurationis. 47
Stellæ ad quid creatæ. 131
Steriles hoſtiæ. 518
Stipes in honorem Apollinis. 429
Stipes in theſaurum ſacrum. ibid.
Stipes in tabella. 430
Stipes nono die menſis ſponte erogatur ibid.
Stipis cogendæ auctor. ibid.
Stipes ſpecie tributi. ibid.
Stirps a gente differt. 467
Stipulatio in fraudem legis. 474
Subiecti ſeu ſoli ius. 298.359
Subſtantiæ non fiunt ex ſubſtantiis. 345
Subſtantia & natura differunt. 326
Subſtantia & eſſentia differunt. ibid.
Subſtantia tres. 280
Succidaneæ hoſtiæ. 237
Suffitio. 527
Suffragia tribuum & curiarum. 126
Superficy & area forma differunt. 303
Suus quis. 426
Sylua & vinea differ. 303
Syluæ vſusfructus. ibid.
Syneſij explicatio. 506
Syneſij error. 157

T.

TACITI *defenſio.* 220
Taurus intemperantiæ ſignum. 316
Taurus Symbolum Maieſtatis humanæ. ibid.
Teli iactus in agrum hoſtilem. 270
Telluri bos forda & ſus plena. 99
Templorum diuiſio. 190
Templorum ſimilitudo & diff. ibid.
Templi effandi formæ. ibid. & 191
Templi partes quot. 192
Templi partium diff. a cœli partibus. ibid.
Templorum loca deſignata ante vrbem. 52
Templi maioris & minoris differentes partes. 193
Templa maiora olim ſubdiualia. ibid.
Templa liberata. 196
Templum omne non eſt ſacroſanctum. 191.
Tempus inter cæſam hoſtiam & exta porrecta. 198
Terminus antiquus vrbis & Romæ & agri. 53
Terminus duplex. 188
Terram non tenere. 379
Terminalia quando. 80
Terra hominis principium. 321
Teſcum. 191.192
Teſtamenti vis in quibus. 471
Teſtamentum deſertum fit nullum. 470
Teſtatio in teſtamentis. 471
Theſauri in ſepulcris. 521
Theſaurus cuius eſt. 522
Theatrum quibus Diis ſacrum. 408
Themis & Ceres. 336
Thlibiæ, & Thladiæ. 427
Theſmophoria & theſmos. 336
Thymelici an infames. 407
Tiberij imprudentia. 202
Tibia. 514
Tibicines. 401
Tibicines decem in funeribus. 515

Tibiis addita dignitas. 400
Tigni dominium. 295
Tity augures. 119
Titulus in lupanari. 397
Togatæ mulieres. 516
Tonitru & fulgur differunt. 175
Toto ſublato excepto vna parte excepta quid iuris. 299
Tragœdia, Satyræ & Comœdiæ diff. 405
Tragœdiæ Græca origo. 402
Tragœdiæ premium hircus. 404
Tributis comitiis vtrum eſſent auſpicia. 171
Tribuum differentia. 127
Tributis comitiis læſa Reſp. 125
Tribulationis fructus. 334
Tribuni pleb. poteſtas intra muros. 55
Triduum iuſtis impenſum. 532
Triptolemus. 332
Tripudium quid. 166
Tubæ in maiorum exequiis. 513
Tullius emendatur. 233
Tully locus reſtituitur. 569
Tully error. 174
de Tullio iudicium auctoris. 447
Tumulus. 516

V.

VALE. 536
Varro & Plutarchus conciliati. 259
Varronis coſ. culpa. 377
Valerius emendatur. 223
Vates puniti. 140
Vbba. 503
Vellus in myſteriis quid. 315
Veneris ſacro muliebre pudendum non colitur. 344
Veneris impiæ templum. 382
Veneris cœleſtis ad terreſtrem proportio. 344
Venus Ericyna Romæ adorata. 70
Venus ſepulcralis. 496
Venus pro concupiſcentia. 344
Venus quid. 332
Ver ſacrum. 459
Verbenarius. 269
Verbena vis. 265
Vertigo. 513
Veſpilones. 510
Veſta. 111
Veſta dea terreſtris ignem terreſtrem ſignif. 117
Veſtales quid cuſtodiunt. 116
Veſtalium numerus & habitus. ibid.
Veſtalium origo. 110
Veſtes in exequiis pretioſæ. 517
Veſtis purpureæ tres ſpecies. 509
Vetuſtas pro lege. 521
Victima quomodo immolantur. 98
Victimarum cornua aurata. 99
Victimarum ſanguini vinum, lac, mel miſcetur. 518
Victores coronati & proclamati. 526
Victus primus hominum. 152
Vinea et Sylua differentia. 303
Vini libatio ex mellario vaſe. 287
Vino oſſa abluebantur. 519
Vinum inferium. 95
Vinum non appellatur in ſacro Bonæ deæ. 286
Vinum murratum. 520
Vinum reſperſum. 536
Vinum Symbolum libertatis. 284
Viri & vxoris abſtinentia ſacri cauſa. 353
Virgo in cœlis media inter duo extrema. 335
Vitij & infortunij diff. 138
Vitioſum valet. 123
Vitia legis. 13
Vitiorum adoratio. 74
Vitta ſignum conſecrationis. 354
Vitium in naturam tranſiens. 331
Vis non eſt contra inſgent. 453
Violentus inuaſor rei ſacræ. 435
Virgo deſponſata non debet proſequi funus. 517
Virtus ex homine Deum facit, vitium feram. 67
Virgilij defenſio. 160
Virgeta vinetaque augurantur. 163

Vniuerſi huius diſpoſitio. 156
Vmbra bona nimiis luctibus offenditur. 559
Vniuerſitatis eſſentia numerum certum non habet abſolute. 299
Vnctio. 501
Vnguentum placat furias. 503
Voluntas coacta voluntas eſt. 26
Volūtas niſi à ſeipſa non vincitur. ibid.
Voluntatis & fortunæ differ. 300
Vota res an obligetur. 462
Vota conſul nuncupabat præeunte pontifice. 458
ad Vota pro principe preparatio. 459
Voti obligatio heredem tenet. 461
Voti acceptatio. ibid.
Voti violati pœna. 463
Votorum nuncupationis dies & locus. 458
Votum conditionale. 461
Votum impium. 462
Virtus olim pro fortitudine bellica. 70
Virtutis ædes & adoratio. ibid.
Virginum veſtalium templum. 118
Virgines Romæ ſaltant. 409
Vita eſt in corde non in iecore. 228
Vitioſum quid. 209
Vita bona non obnoxia fato. 134
Vis facit regem Dominum. 27
Vites reſtituuntur. 164
Vitis Dei eſt. 285
Vitis eſt arbor. 163
Vitium vnde eſt. 138
Viuentes quid debent ſuperis. 488
Vinum extis hoſtiæ infunditur. 96
Votum indefinitum. 493
Votum pro principe ſignabatur. 458
Votum purum quando ſoluitur. 462
Votum tacitum, an obliget. 452. 453
Votum imperij publici. 458
Vouendo lucem Saturno faciunt. 455
Vouere qui poſſint. 459. 460
Vouens turpi cauſa obligatur ex impietate. 454
Vouebant albati. 454
Vouentium diuitum intentio. 464
Vrbani auſpicij fines. 187
Vrbis auguratus. 186
Vrbis effata. ibid.
Vrbis circulus conſecratus. ibid.
Vrbis luſtratio quo die. 87
Vrbis & ciuitatis differ. 185
Vrbium conditores in iis ſepulti. 548
Vſus ſylua cædua cum fructu. 300
Vſusfructus area an tollatur impoſito ædificio. 303
Vſucaptor ſacris obligatur. 472
Vſusf. inſula legata perit cū ad aream redacta eſt. 302
Vſusf. ciuitati relictus finitur centum annis. 412
Vſtrina. 529
Vulcanus placatus viuis piſciculis. 144
Vxor eſt viro loco filiæ. 287

FINIS.

LEGATORIA S. BEN
CITER